Costa uno scudo in Roma adi 9 di Genaro 1579

CONSILIORVM SEV RESPONSORVM, D. PETRI ANTONII ANGVSOLAE, PLACENTINI.

IVR. VTR. DOCT. PRAECLARIS.

ATQVE EXCELLENTISSIMI,

LIBRI SEPTEM, COMPLECTENTES.

Consilia Criminalia.
De *Contractibus inter uiuos*
De *Iudicijs.*
De *Possessorio.*
De *Dotibus.*
De *Vltimis Voluntatibus.*
De *Feudis.*

NVNC PRIMVM IN LVCEM AEDITI, AC PROMVLGATI ADDITIS SVMMARIIS, & repertorio alphabetico ordine conflato, vt quæ memoria digna sunt facilius inueniri possint.

OPVS VTILISSIMVM LONGE, AC NECESSARIVM, tam Canonica quàm Ciuilia Iura profitentibus.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Ex Officina Ioan. Baptistę Somaschi.
M D LXXII.

ILLVSTR. ET ECCELL.
D. OCTAVIO FARNESIO
PLACENTIAE,
PARMAEQVE DVCI SECVNDO,
PRINCIPI OPTIMO,
CLEMENTISSIMOQVE.

Alphonsus Anguisola. S. P. D.

PETRVS Antonius pater meus Dux Clarissimè tuus olim cliens, tui studiosissimæ, totiq́ue Farnesiæ Domui deditissimus, ne more pecudum uitam egisse uideretur, cum animaduerteret se non solùm sibi natum esse, sed patriæ, amicis, posterisq́ue omnibus, operæpretium esse duxit meditari non nihil lectu dignum, quod sibi honori, & usui, cæterisq́ue omnibus non paruo commodo futurum esset. Itaque ut vir inter cæteras eius multifarias virtutes legum non ignarus, eas quam maximè excoluit, in eis non parua cum laude semper, dum vixit, uersatus est. Et si Deo Opt. Max. placuisset, ei vitam paulò longiorem elargiri, quanta illius ingenii esset vis, & fœlicitas quàm maturum consilium omnibus palam in dies magis, magisq́ue erat patefacturus, ac nomini suo, & posteritati consulturus. Illud tamen exiguum uitæ, quod sibi datum est, non perperam locandum esse censuit. Multa tulit aduersa, sudauit, & alsit. Obscura quædam illustrauit, multa intellectu difficilia ita interpretatus est, vt vnicuique facilia reddiderit. Collegit plurima, quæ sunt multis profutura. Vigiliis suis, laboribus, studiis ea meditatus est, quæ si quis legerit (quamplurimos puto lecturos) haud paruo leuabitur labore, & inde recedet longè doctior, meliorq́ue. Ego verò patriæ uoluntatis non immemor illius nonnullas lucubrationes, quæ in respondendo amicis de iure excerpsit, in lucem edere omnino decernens, multum, diuq́ue cui potissimùm dicarem, cogitaui. Tandem tu mihi primus omnium, Dux omnium eminentissime, occurristi, quam certò scio patrem meum vt terrestre numen semper coluisse. Fuisti enim illi dum vixit, scutum inexpugnabile, tutissimum asilum, maximum decus, iucundissimum præsidium. Cuius ego ut caro de illius carne libenter (vt par est) sequens

vestigia te amo, colo, veneror, dies, noctesque cogito qua ratione, quo pacto, meam erga te obseruantiam, cultum, venerationem testari possim, ac ter, quaterque fælicem me arbitrarer, si qua honesta ratione gratiam tuam demereri possem. Dabo igitur operam, & pro exiguis viribus meis contendam, vt me, si re minus animo saltem erga te patri meo parem agnoscas. Sub tuis igitur Dux præstantissime auspiciis patris mei labores, studia, vigilias, munus, quale quale est, iure optimo prodire poterit. Etenim sub quo futurum sit tutius, nemo est. Duo enim præcipuè in largiendo munere consideranda sunt. Primùm, cui plurimùm debeas, mox, qui eo munere dignissimus sit. Cui plus, quàm tibi Dux liberalissime, atque in patrem meum munificentissime debeam, habeo neminem. Cum verò litteras ames, litteratos foueas, ornes, efferas, & omnium bonarum artium studia, eorumque studiosos incredibili quodam studio prosequaris, munere hoc literario dignissimus mihi uisus es. Te itaque duce, & auspice per uninersam hanc rerum faciem, patris mei consilia tutò vagari poterunt. Desinet omnis liuor. Silebet Momus, Scura, maledicus omnis. Summa tui nominis ratio habebitur. Proteget opus hoc Dextera tuæ robur, vexili tui vmbra omnes noxios solis ardores arcebit. In tuo tandem portu tuti erimus. Vale diu fælicissimus, Deoque gratissimus.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET MATERIARVM,

Quæ in septem libros consiliorum & allegationum præclarissimi, ac Excellentissimi I. V. D. PETRI ANTONII ANGVSOLAE Placentini continentur, plano quodam alphabetico tramite quicquid boni illic reconditur, ante oculos adducens, maxima cum diligentia conflatus, nunc fœliciter incipit.

cum

C

E.

Facere

F

Fœmina

Hæres

N

In

Pacto

Persona

Præscri-

Prohibi-

Statutum

T

Venditoe

Vngere

FINIS.

CONSILIA
SIVE RESPONSA
CRIMINALIA,
Excell. I. V. D. D. Petri Antonij Anguſſolæ, nunc fœliciter incipiunt.

CASVS I.

¶ Iulius imputatur fabricaſſe falſam notulam inſtrumenti, & eam ſubieciſſe inter ſcripturas notarij, ut ab eo facta uideretur, citatur ut compareat ad ſe diffendendum. Quæritur, an, ſi contumax ſit, & bannum recipiat, bona illius publicari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Falſi pœna quæ ſit declaratur & ſub nu. ſeq.*
2 *Proſcripti dicuntur quibus uita reſeruatur, libertas tamen, uel ciuitas amittitur.*
3 *Ciuitas ubi propter condemnationem amittitur, iura antiqua loquentia de publicatione bonorum corriguntur, per ius auth. ſecundum communem opinionem.*
4 *Tex. in §. fi. in auth. ut nul. Iud. declaratur & ſub numero. 6.*
5 *Pœna deportationis ubi ingeritur iura antiqua ſunt correcta quo' ad bonorum publicat. & ſub numero ſeq.*
6 *Bart. in auth. ſed nouo tunc C. de pe. Iudi. qui male iu di. declaratur.*
7 *Statutum non auſert bona niſi in eo expreſſo dicatur.*
8 *Bona unquam publicantur ubi contumax bannitur in perſona. uigore ſtatuti, diſponentis bannitum haberi pro confeſſo, niſi expreſſe caueatur.*
9 *Dictio Io. And. in addi. Spec. in §. compendioſe in uer. quid de bannito limitatur.*
10 *Ois damnatus quantumcunque de crimine publico ex forma ſtatuti, dicitur damnatus lege priuati Iudicij, & illi non auferuntur bona niſi caueretur expreſſe.*
11 *Damnato de crimine etiam publico ex forma ſtatuti ſuccedunt uenientes, ab inteſtato ſecundum diſtinctionem iuris communis.*
12 *Tit. de requir. reis non eſt correctus per auth. bona damnatorum C. de bo. damna. ſecundum communem opinionem quæ limitato non procedere, quo ad bona immobilia.*

1 IVre digeſtorum † pœna falſi eſt deportatio, & bonorum omnium publicatio, l. 1. §. fin. de falſ. Hodie autem bona publicantur. §. fin. in authen. ut null. Iud. etiam pro crimine falſi glo. in d. l. 1. §. fin. in uer. publicatio. Nam in d. §. fin. in authen. ut null. ind. dicitur eos qui accuſantur de criminibus in quibus leges aut mortem ac proſcriptionem definiunt, ſi conuincantur aut condemnentur bona eorum non publica-
2 ri: † Proſcripti autem dicuntur quibus uita reſeruatur, libertas tamen, uel ciuitas amittitur. Bart. in l. 1. in princ. de bon. damnat. & ob crimen falſi lex imponit pœnam deportationis per quam ciui-
3 tas amittitur, † & ubi propter condemnationem amittitur ciuitas, iura antiqua loquentia de publicatione bonorum corriguntur per ius aucten. Bal. in auth. bona damnatorum, C. de bon. damn. Ang. in tract. mal. in uerſi. & eius bona nu. 34. & communem opinionem eſſe aſſerit Præpo. in tit. de pace tenen. in prin. col. 5. ex quibus uidetur ſi iure communi puniendus ſit Iulius, bona illius publicari non poſſe. Neque obſtare uidetur quod
4 per ius nouiſſimum † dicto §. fin. in authent. ut null. iud. corrigantur iura antiqua ſolùm quando publicatio bonorum tacitè ueniebat in cõſequentiam alterius pœnæ, ubi autem per legem bona expreſſe auferuntur iura antiqua remanent incorrecta. Bar. in l. 1. de bo. damnat. Cyn. & Ange. in d. authen. bona damnatorum Alb. in 3. par. ſtatut. q. 18. Nell. in trac. bann. in 1. par. 2. temp. q. 11. Ang. in add. Angel. in tract. malef. in uerſic. & illius bona, nu. 18. & falſum committenti bona expreſſè per l. auferuntur d. §. fin. Nam reſpondetur publicationem bonorum uenire neceſſariò in cõſequentiam deportationis l. deportatorum. C. de pœn. l. 2. C. de bo. damnat. Bal. in titu. de pace ten. nu. 10.
5 in l. ſi is nu. primo. C. ſi pœn. app. † & ubi ingeritur pœna deportationis iura antiqua eſſe correcta quò ad bonorum publicationẽ d. §. fin. iuncta gl. ut null. iud. exprimunt clarè O. totre. & Ang. in d. auct. bona damnat. & Ang. in tract. malef. in uerſicu. & eius, nu. 34. & licet in d. l. 1. §. fin. de falſ. exprimatur de bono. public. cum tamen id tacitè & neceſſariò ineſſet illius expreſſio nihil operatur.
6 † Non etiam obſtare uidetur id quod Bart. in auctẽn. ſed nouo iure. C. de pœna iud. qui mal. iud. dixit . ſ. authent. bona damnatorum procedere in his ſolum, qui poſt ſententiam moriuntur, non in his qui ſuperuiuunt, ſed condemnatus ſecũdum ius commune ex falſo ſuperuiueret? Nam reſpondetur, Bar. ſententiam, dato quòd ſit uera: intelligendam eſſe in eo, qui condemnatur ad mortem naturalem, per quam uita adimitur, uel ad mortem ciuilem per quam ciuitas uel libertas amititur,

ut tunc procedat iuris nouissimi dispositio, & ita intelligere uidetur Angel. in d. authenti. bona damnatorum num. 2. & Ange. in d. §. & eius bona nu. 34. aliàs sequeretur ꝙ in proscriptis & deportatis non uendicaret sibi locum ius nouissimum contra expressa uerba text. in d. §. fin. ut null. iud. In eo autem cui solum imponitur pœna publicatio bonorum, nec ad mortem naturalem, aut ciuilem condemnatur uelit Bar. non procedere d. auctent. bona damnatorum ut in auctent. sed nouo iure eo. tit. ubi imponit pœna publicationis bonorum, priuationis cinguli & exilij & ut in authen. de incest. nupt. in prin. In quibus tamen iurib. militant aliæ duæ rationes, Prima quòd condemnatus perdit solùm bona quo casu iura antiqua remanere incorrecta censuit Bal. in d. authen. bona damnatorum, & Angel. in d. uersi. & eius nu. 22. Secunda quòd pœna publicationis bonorum principaliter & expresè imponitur, nam tunc etiam ius antiquum esse incorrectum uoluere Doct. superius adducti; Reperio tamen Bal. & Castren. in l. eius qui de testam. Castren. in l. 2. in fin. C. qui testam. facere poss. concludentes, ubi quis non moritur naturaliter ut deportatus, iura antiqua quò ad bonorum publicationem esse incorrecta, quod tamen uidetur expresè contra tex. in d. §. fi. in authen. ut null. iud. & contra ea omnia quæ adduximus, si tamen uerum esset, posset ex eis contra reū argui iuncto dicto Io. And. in add. Spec. in §. compendiose in uer. quid de bānito, dicentis bannitum ex crimine ex quo de iure cōmuni debuisset deportari, bona intelligi tacitè confiscata argu. l. si eum. §. qui iniuriarum si quis cautio. l. præses de pœn. Quòd si Iulius in pœnam legis municipalis condemnaretur, si in ea expresè non imponitur pœna publicationis bonorum, clarissimum
7 uidetur illius bona publicari non posse, † etenim ex statuto bona non auferuntur, nisi id in eo exprimatur, Cyn. in l. 1. in fin. Sal. in fin. Bald. nu. 17. C. de hæred. inst. Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 30. de lib. & posthu. Dec. consi. 252. nu. 5. Præterea cum à statuto imponatur pœna corporalis amputationis manus, uel ignis, absens non aliter condemnari potest, quam uigore fictæ confessionis inductæ ex statuto disponente contumacē
8 haberi pro confesso, † sed ubicunque contumax bannitur in persona uigore huiusmodi statuti, nunquam bona publicantur, si à statuto expresè non caueatur. Bal. nu. 14. Card. Alex. colum. 2. & Aluar. in tit. de pace enen. in prin. Alex. in l. 2. nu. 8. uersic. concludo. C. qui testam. facer. poss. Aug. de Arim. in add. ad Ang. in tract. malef. in uersi. &
9 eius bona publicamus nu. 38. † & hoc casu ubi propter contumaciam ex forma statuti quis ponitur in banno: Non potest habere locum id quod ex Ioanne Andr. supra diximus, ut ostendit Alex.
10 in d. l. 2. nu. 8. uersic. concludo, Tandem † omnis damnatus quantumcunque de crimine publico ex forma statuti, dicitur damnatus lege priuati iudicii, & illi non auferuntur bona nisi caueretur expresè, ut ex Iac. Butr. censuit Ange. in d. authen. bona damnatorum, nu. 2. uersicu. Item dicit Iaco.
11 † Quinimò succedunt omnes uenientes ab intestato secundum distinctionem iuriscomu mnis, Bald. Angel. Saly. in l. 2. in fin. C. qui testam. facere. poss. Bal. in l. data opera num. 82. C. qui accusare. Ang. in d. §. & eius bona num. 36. Iaso. in d. l. 2. & idem uult etiam Alex. ibi quando absens condemnatur ex forma statuti ob contumaciam, & licet loquantur in condemnato ad mortem: Ratio tamen super qua se fundant quia, s. est damnatus ex l. priuati iudicij, militat etiam in dānato in membri mutilationem, uel alia pœna ex forma statuti. Illud tamen aduertendum, nam Bal. in d. authen. bona damnatorum. Bar. in d. l. 1. de bon. damnat.
12 & communiter alij concludunt, † Titulum de requirendis reis incorrectum esse per d. authen. bona damnatorum, & ideò etiam hodie bona contumatium annotari posse secundum tradita per totos titulos. ff. & C. de requir. reis, quamuis Ang. in d. auth. bona damnatorum censuerit bona hodie annotari solùm posse in casibus quibus publicari possunt, quæ sententia fortassis uerior est: licèt autem Doct. frequentiori calculo concludant titulum de requir. reis non esse correctum per tex. in §. fin. in auth. ut nullus induc. & in authen. bona damnatorū: Tamen quo ad bona immobilia, ut supra annotari non possint, uidetur correctus per tex. in titul. de pac. tenen. in §. si uero pacis uiolator, ut uoluere Bal. ibi nu. 14. Card. Alex. colu. 2. & Aluar. in d. §. si uerò colu. 2. Ange. de Arim. in add. ad Ang. in tract. malef. in uer. qui dominus iudex. uidens nu. 8. Quæ sententia si generaliter uera esset, & sequeretur ꝙ bona immobilia Iulij non solum confiscari, sed nec etiam annotari possent.

CACVS II.

¶ Iacobus in causa quadam ciuili in testem produxit Franciscum, post aliquot menses Franciscus coram iudice deposuit falsa esse, quæ deposuerat, uerum id præcibus & mandato Iacobi fecisse; Inquiritur Iacobus, comparet, negat contenta in inquisitione. Franciscus in tormentis perseuerat in imputatione. Quæritur an ob dictum Francisci Iacobus torqueri possit?

SVMMARIVM.

1 *Confessio de se de alijs interrogari & in alios torqueri non debent.*
2 *Tortura est pœna.*
3 *Testes non celebrant esse socij criminis & cor dictū quid operetur, optime declaretur.*
4 *Testi dicenti se deposuisse falsarum ad instantia alicuius, non est danda fides in preiuditium alterius.*
5 *Testis qui non est omni exceptio maior non facit indicium ad torturam.*
6 *Subornationis crimen non enumeratur inter casus speciales, in quibus confessus de se non potest de alijs interrogari, & in his casibus debet præcedere alia præsumptio, alioquin tale dictum non facit inditium, sed duntaxat præsumptionem.*
7 *Testimonium eius qui dicit se corruptum ubi reperitur admitti non procedit ubi testis fatetur se periurum.*

Iaco-

Iacobus torqueri non posse uidetur, nam tex. in l. fin. C. de accusa. & in l. repet. de quæstio. † prohibent confessos de se interrogari de alijs, & in alios torqueri, & in c. 1. de confess. statuitur eos quorum suggestione se lus homicidij psbyter perpetrasse proponit, nulli pœnæ, subdendos, nisi alijs modis uerum esse cōstiterit, & Abb. in 1. not. ob illa uerba nulli pœnæ, notat ad dictum mandatarij, confitentes crimen proprium non posse alterum subijci torturæ. Licet dicatur fuisse suggestos, uel socius criminis.
2 † Tortura enim est pœna, & in l. quoniam. C. de
3 de testib. dicitur † testes non debere esse socios criminis & in c. ueniens el 1. de testib. legitur nulli de se confesso aduersus alium in eodem crimine esse credendum. Hinc Bal. Angel. & Roman. in l. & si certus ad Silla. Franc. Brun. in tract. de indic. & tortur. in 3. q. primæ par. nu. 2 scripsere depositionem mandatarij, & socij criminis non facere indicium ad torquendum, sed duntaxat ad inquirendum, & Fulgo. consi. 136. Dec. consil. 189. ou. 8. & num. 10. uersic. a. principaliter, & consi. 234. in prin. Curt. Iuni. consil. 170. nu. 4. scripsere dictū socijs criminis non esse sufficiens ad torquēdum nec ad inquirendum, & Gand. in tract. malef. in rub. de quæst. & torm. nu. 17. inquit nominatos & inculpatos ab eo qui de se fuit confessus non posse ob id subijci torturæ, & Auchar. consil. 24.
4 uisa inquisitione concludit si testes † dicant deposuisse falsum ad instantiam alicuius illis non esse dandam fidem in præiudicium alterius, comprobarunt Fulg. Dec. & Curt. in consil. præallegatis: & Alex. consil. 89. lib. 3. Parr. consil. 15 1. lib. 4. in imputatione falsi pluribus rationibus & auctoritatibus respondidere dictum socij criminis de se confessi non facere indicium ad torturam contra eum, quem dicit fuisse criminis sociū, quam cōclusionem procedere etiam φ nominatus aliàs esset malæ uitæ, Inquit Gand. ubi s. nu. 18. Angel. in tract. malef. in uersi. φ fama publica nu. 31. & August. in add. ibi, & cum de se cōfessus non pos-
5 sit dici omni exceptione maior, † nullo modo in dictum ad torturam facere potest. l. 1. §. idem cor-
6 nelio ubi Bart. de quæstio. † Cumque crimen sub ornationis testium non enumeretur inter casus speciales, in quibus confessus de se potest de alijs interrogari, & cum in casibus specialibus confessus de se non possit de alijs interrogari, nisi præcedat alia præsumptio, & in casibus specialibus dictum socij criminis non faciat indicium, sed duntaxat præsumptionem, si alia non cōcurrant gloss. in. l. fin. C. de accusat. quam approbarunt Doct. ibi, Abb. in d. c. primo de confess. num. 6. in fin. Gand. ubi s. num. 16. Guid. de Suz. in tractat. de Ind. & tortur. nu. 50. & post Saly. & Imol. Alex. consi. 128. in fin. li. 4. in d. consi. 89. nu. 10. li. 3. ubi Appostill. alios id approbantes decenset, & alij plures, quos referunt & sequūtur Angel. in tract. malefic. io uersic. φ fama publica nu. 31. Hipp. in l. 1. §. Diuus Antonius num. 5. de quæst. Parr. d. consil. 151. lib. 4. Multominus in casu proposito quo confessus de se non potuit de alijs interrogari, dictum eius alijs non concurrentibus debet facere indicium ad torturā, & pro hac sententia uidetur tex. in c. sicut in fin. de testib. ubi agebatur de probando testem fuisse corruptum & dixisse falsum, & dicitur testimonium eius qui dicit se corruptum dixisse falsum testimonium nullatenus recipiendum tamquam periuri, & quamuis
7 quandoque legamus † testimonium eius qui dicit se corruptum admitti, Bald. & posteriores, in c. fin. de testib. cogen. Bald. in. c. 1. nu. 7. in titu. si de feuest. 27. Tamen id non procedit ubi testis fatetur se periurum per tex. in d. c. sicut in fin. ob id tex. in d. c. fin. antequàm conspiratores recipiantur in testes mandat eos absolui a iuramento.

CASVS III.

¶ Laurentius produxit in causa ciuili in testem Antonium, qui post aliquos menses, coram iudice criminalium fassus est falsa esse quæ dixerat,
8 idque precibus & mandato Laurentij fecisse; Inquiritur Laurentius de falso, Negat; Quæritur an ob dictum Antonij possit torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Regula l. repet. de quæstio. & l. fi. C. de accusa. comprehendit etiam crimen falsi.*
2 *Testimonium eius qui fatetur se participem criminis & per iurum etiam in casibus exceptuatis aliquatenus non est admittendum & sub nume. sequ. ubi qua de re.*
3 *Socij criminis non sunt idonei testes.*
4 *Iuramento semel uiolato semper remanet suspicio periurij.*
5 *Similiter uiolato uno officio semper præsumitur defectus in eodem.*
6 *Tex. in cap. si. de test. cog. optime declaratur.*
7 *Particeps criminis in crimine læsæ maiestatis admittitur ad testimonium.*
8 *Boss. decis. in tract. crimi. in titu. de Iudi. & consider. ante tort. nu. 156. restringitur.*
9 *Confessio in tormentis debitor est quam fine.*
10 *Testis ubi in tormentis corrigit eius dicebus stari uidetur dicto cum tormentis quando id fit ante publicationem non aliàs.*
11 *Criminosus emendatus a crimine licet non repellatur a testimonio periurus tamen emendatus repellitur.*
12 *Doctori asserenti de consuetudine aliquid seruari nō uidetur.*
13 *Testi in articulo mortis dicenti tulisse falsum testimonium uel indici in articulo mortis dicenti tulisse falsam sententiam non creditur in præiudicium uictoris, ubi agitur de interesse ciuile.*
14 *Notario asserenti instrumentum per se confectum esse falsum, fides non adhibetur.*
15 *Socius criminis non potest interrogari contra socium, nisi præcedat alia præsumptio.*
16 *Vbi agere de repellendo aliquo a priuilegio, seu ab eo quod competit contra regulas terris communis sufficit odiositas qualitercunque concepta.*

17 *Testis corruptus quòd admittatur contra corrumpentem est speciale.*

1 Licèt a regula † quã ponit Iureconsf. in l. repeti. de quæst. & Imp. in l. fi. C. de accusat. s. de se confessus non debere interrogari de alijs neque in alios torqueri gloss. & Docto. in d. l. fin. excipiant nonnullos casus; nemo tamen excipit crimen falsi, Immò plerique non mediocris auctoritatis expresè tradiderunt illam procedere etiam in crimine falsi, Anchar. cõsi. 24. Fulg. consil. 171. & consil. 106. nu. Dec. consil. 189. nu. 6. 8. 9. & 10. uersic. 2. principaliter. Alex. consi. 89. li. 3. Parr. consi. 151. li. 4. Hipp. consi. 78. nu. 13. & nu. 18. qui concludendo super crimine falsi ex pluribus defendidere depositionem socij de se con-
2 fessi non facere indicium ad torturam. Sed † & si crimen falsi esset inter casus exceptos, exceptio tamen esset necessariò intelligenda, ubi contra participem criminis aliud non obstat quàm societas criminis confessi, & non procederet, ubi quis fateretur se participem criminis, & periurium ut est casus in c. sicut de testi. in fin. ubi agebatur de probanda corruptione & falsitate testis, & deciditur testimonium eorum, qui dicunt se corruptos dixisse falsum testimonium cum sint periuri, aliquatenus non esse admittendum, per. quem tex. uidetur quòd neque in casibus exceptis is qui fatetur deliquisse & se periurum, possit in testem contra alios recipi, Cumque tex. in d. l. repeti, & in d. l. fin. uelint de se confessos non posse de alijs
3 interrogari, quia † socij criminis non sunt idonei testes. l. quoniam C. de testib. l. sicuti. C. de quæstio. exceptiones Glo. & Doct. debent interprætari ut loquantur in terminis regulæ, & sic ubi aliud non obstet quam societas criminis confessi; Nam ubi de aliquo disputatur, cætera omnia præsupponuntur habilia, uerùm ubi ultra societatem confessi criminis obstat testi periurium. Doct. non loquuntur, & casus confessionis criminis ex periurij simul remanet in dispositione iuris. s. d. c. sicut; Qua de re Alcia. in tract. præsump. in. 2. reg. præsump. 10. nu. 4. uult, q̃ licet dictum socij criminis faciat indicium ad capturam & ad formandam inquisitionem, ex in aliquibus casibus ad torturam, tamen id non procedere in periuro per tex. in c. testimonium, & c. sicuti de testib. quod etiam respondit Fulg. in consilijs superius allegatis, cumque in teste pura & simplex ueritas requiratur. cap. pura. 3. q. 9. cap. 1. 4. q. 4. & iuramentũ sit confirmatio ueritatis cap. & si Christus de iureiu. & nihil sit ueritati ita contrarium quam falsitas in
4 authen. de iust. caut. in prin. † & uiolato semel iuramento semper remaneat suspicio periurij c. quicunque. 6. q. 1. quia is caret eo quod est potissimũ
5 in teste. s. pura ueritate, & quia † uiolato uno officio semper præsumitur defectus in eodem. l. si aliquid. C. de suscepto: & Archan. lib. 10. is qui fatetur se periurum, nullo casu etiam excepto uidetur posse in testem recipi, uel probationem aut
6 indicium facere: Neque prædictis obstat † tex. in c. fin. de testib. cog. ubi conspirator & sic particeps criminis admittitur ad probandum conspirationem, tum quia tex. ille mandat cõspiratores priusquam ad testimonium admittatur absolui à iuramento quod præstiterant de non reuelando conspirationem, tum quia loquitur in conspiratione quæ per alios quàm per eius participes probari non posse uidetur, quo casu regulariter in testes admitti socios criminis tradidere, Bald. in l. quoniam nu. 3. C. de test. & alij quos refert & sequitur Ial. in. l. 1, num. 71. C. de sum. trin. Tum, quia cum tex. loquatur de conspiratione in Archiepiscopum loqui uidetur in crimine Læsæ Maiestat.
7 † in quo particeps criminis admittitur ad testimonium gloss. in d. l. fin. C. de accus. Non etiam obstat quod dixere Bald. & alij in d. c. fin. Bald. in c. 1. nu. 7. si de inuest. & c. s. testi corrupto credi contra corrumpentẽ, etenim id procedit solũ, quando testis non fatetur se periurum, neque dixit falsum cum iuramento aliàs periurus nullo modo admittitur, quod etiam tex. in d. c. fin. suadet, dum mandat conspiratores prius absolui à iuramento
8 Et ex his uidentur tolli ea, quæ ponit † Boss. excellen. allegatus in tract. crim. in tit. de iud. & consider. ante tort. nu. 156. licet enim auctoritates & rationes quibus ipse innititur. s. Bald. & aliorum in. c. fin. de testib. cog. & difficultas probandi aliter quam per criminis participem, & quòd testis deponat de re ad se non spectante, in qua non est ue risimile eum deponere falsum absque alicuius instigatione, & alia per eum adducta suaderent ut particeps criminis & de se confessus admitteretur in testem, & posset interrogari de socijs cum tortura, nullo tamen modo inferrunt uel suadẽt, ut periurus, & is, qui asserit se peierasse, admittatur in testem etiam cum tortura, neque tortura illata testibus quicquã operari potest ad conualidandum eorum dictum, tùm quia cùm testes fuerint interrogari contra se & contra reum debilior est confessio cum tormentis quam sine; si uerum est quod scripsit Bart. in. l. 1. §. quæstioni de
10 quæstio. Tùm quia ubi testis † in tormentis corrigit eius dictum, stari uidetur dicto cum tormentis quando id fit ante publicationem non aliàs si rectè sensit Bart. in. l. si postulauerit. §. penult. de adult. Tum quia tortura non uidetur purgare ui-
11 tium periurij; nam licet criminosus † emendatus de crimine non repellatur a testimonio, periurus tamen emendatus repellitur. C. testimoniũ de testib. & sub generali dispositione qua habilitantur testes criminosi, periurus non uidetur habilitatus nisi specialis de eo fiat mentio gloss. in. c. per tuas in uerb. adulterij, & Abb. nu. 12. de Symon, & præsumptio quæ oritur ex tortura, uidetur operari contra præsumptionem uel suspitionem quæ est in teste est efficere ut uilis infamis, & similes exceptiones patientis testimonium admittatur; Verùm contra ueritatem uel maiorem præsumptionem ut quòd credatur ei, quem constat falsum cum iuramẽto deposuisse nihil potest operari: Nàm ueritas præualet præsumptioni, & maior præsumptio uincit minorem, præter id quod Boss. dicit aliter esse de iure, & fundamentũ periurij euitari non posse, & quamuis ipse dicat in pra

ctica

12 ctica seruari, tamen Doctori † asserenti de consue-
tudine ita seruari non creditur, si uerũ est, quod
contra Bart. scripserunt Alex. in. l. post dotem nu.
29. sol. matr. Ias. in. l. de quibus nu. 89. de leg. Insu-
per considerandum uidetur quòd leges & Docto
res cùm edocent, an particeps criminis possit in-
terrogari de participibus, loquuntur in casibus,
quibus constat de delicto commisso per eum qui
interrogatur, ut in. c. 1. de confess. ubi constabat
de homicidio presbyteri. Verùm in repræsenti non
constat testes deposuisse falsum, neque id proba-
tur ex assertione ipsorum testium. C. testimonium
de testib. d. c. sicut, & ibi not. Abb. in. 3. not. & si
13 testi † in articulo mortis dicenti tulisse falsum te
stimonium uel Iudici in articulo mortis dicenti
tulisse falsam sententiam, non creditur præiudi-
cium uictoris ubi agitur de interesse ciuili. Bar. in
l. si quis in graui. §. si quis moriens ad Syllan. & no
14 tario † asserenti instrumentum per se confectum
esse falsum, fides non adhibetur. Castren. in. l. Seia
per illum tex. ad Velleia. multò minus ubi agitur
criminaliter testi extra articulum mortis constitu-
to dicenti testimonium ab eo præstitum fuisse fal-
sum, credi potest in præiudicium alicuius. & si
quando agitur contra aliquem tanquam auxilian
tem oportet in primis constare de maleficio prin
cipalis. Bart. in. l. si is qui rem. §. si tu Titium in fin.
de fur. Salyc. in. l. 1. nu. 25. C. de rap. uirg. neq; suf-
ficeret probare delictum per confessionem prin-
cipalis. Alex. in appostill. ad Bart. in. §. si tu Titium
ubi allegat quoddam consilium Bald. multò ma-
gis si quis criminaliter conueniatur ex eo, quòd
fecerit dici falsum testimonium. In primis consta
re debet, quòd testimonium fuerit falsum; nam
ratio assignata per Salyc. in d. l. 1. etiam hoc casu
procedit, neque sufficit ad id probandum, confes-
sio testis, quod eo magis in repræsenti procedere
debet in qua adsunt instrumenta, ex quibus ueri-
15 tas testimonij demõstrari uidetur. Accedat † quòd
socius criminis non potest interrogari contra so-
cium, nisi præcedat alia præsumptio gloss. in. l. fin.
C. de quæstio. Abb. in c. 1. de confess. nu. 6. in fin.
Verùm nonnulli ex testibus fuerunt interrogati
contra Laurentium nulla alia præcedente præsum
ptione; Item in casibus quibus socius potest in-
terrogari contra socium, depositio illius sola non
facit iudicium ad torturam. gloss. in d. l. fin. Abb.
in d. c. 1. nu. 6. in fin. de confess. Gand. in tract. ma-
lefic. in titu. de quæst. & torm. nu. 16. & ex Salyc.
& Imo. respondit Alex. consi. 128. in fi. li. 4. & cõsi.
89. nu. 10. li. 3. comprobatunt alij quos referr &
sequitur Hipp. in. l. 1. §. Diuus Antoninus nu. 5. de
quæstio. quod in proposito casu facilius procede
re debet, quo testes de se confessi, & eorum dicta
multa patiuntur exceptiones, quas doctè recen-
sent alij consulentes. Qua de re Boss. excelso alle-
gatus ultra depositionem de se confessi, & tortu-
ram requirit alia adminiculæ; quæ in repræsenti
nulla subesse uidentur; immò ultra exceptiones
quas patiuntur testes & eorum dicta adsunt plu-
res præsumptiones contrariæ, quas doctè accu-
mulant alij consulentes. Neque super depositio-
ne Pauli notarij fieri potest fundamentum, nam
aut eius testimonium inducitur ad probandum,
quòd Laurentius uoluerit corrumpere notarium
ipsum, ad hoc ut puniatur ob id, & tunc quam-
uis esset idoneus testis contra corrumpentem seu
corrumpere uolentem, Bart. & posteriores in d.
c. fin. de testib. cog. tamen plenè non probat cum
sit singularis, neque etiam facit semiplenam pro-
bationẽ stante inimicitia & alijs in processu con-
16 tra eum deductis, & ubi agitur † de repellendo
aliquo à priuilegio seu ab eo, quod competit con
tra regulas iuris communis sufficit odiositas qua
litercumque concepta. l. testamento centurio. §.
fin. de manumiss. testa. Bal. in. l. Atlete. §. dat remis-
17 sionem de excus. tut. quòd † autem testis corru-
ptus admittatur contra corrumpentem est specia
le. Doct. in d. §. fin. de testib. cog. & omni in causa
non de alio delicto uidetur agi quam de eo qui
uult corrumpere officialem quòd ex statutis Pla-
centiæ punitur pœna pecuniaria, aut inducitur te
stimonium notarij ad probandum Laurentium
esse solitum corrumpere, & ob id inferrendum,
quòd etiam testes corrũperit, & tunc cum quis
ad allegatam imputationẽ corruptionis testium
id sit indicium à remotis, ob hoc ut aliquid rele-
uet debet probari per duos testes. Bart. in l. fin. de
quæstio. nu. 7. Prætereà diuersa sunt genera deli-
ctorum corrumpere officialem, in quo est pœna
pecuniaria, neque agitur de aliquo periurio, aut
de immutatione ueritatis, & subornare, & man-
dare ut falsum testimonium cum iuramento de-
ponant, & ex uno ad aliud inferri non potest.

CASVS IIII.

¶Constantinus tradidit notario actuario scri-
pturam quandam conspirationis & requisitio-
nis, in qua continebatur ipsum, & nonnul-
los alios illius consortes in lite quadam ciuili cõ-
parere, exponere, & petere declarari secundum
eorum expositionem, Apparet quòd unus consor
tiam non interuenerit, nec consensit fiendæ tali
scripturæ, comparitionis & petitionis.

¶Quæritur an Constantinus tanquã falsarius
conueniri & puniri possit?

SVMMARIVM.

1 *Falsas literas uel falsam edictum nomine prætoris qui præponens actuale in factum ad interesse conueniri potest.*
2 *Falsum non comittitur absque dolo.*
3 *Dolus non præsumitur.*
4 *Qualibet iusta causa dummodo colorata excusat a dolo.*
5 *Test. in l. si quis obreserit de fal. limitatur.*
6 *Test in l. qui nomine de fal. limitatur.*

COntra Constantinum facere uide-
tur tex. in l. qui nomine de fals. ubi
1 qui † falsas literas uel falsum ædi-
ctum nomine prætoris proposuit,
actione in factum ad interesse con-
ueniri potest, & l. Cornel. Reus factus est, & tex.

in.l.si quis obrepserit in prin.de fals.& quod ibi tradidit Bar.nu.2. si quis dederit notario schedulam, quam mitteret in actis continentem falsum, de falso puniendum,& quòd uoluit in.l.si mulier §.si seruus nu.2.Rer.amot.eum qui dixit notario, scribe citationem factam de istis, & nuncius dixit est uerum, deinde fecit scribere plures fuisse citatos, quam re uera essent de falso puniendum, & quod dixit Bart.in.l. penul.C. de probat. eum qui producit falsas scripturas per inquisitionem tamquam falsarium puniendum.Cæterùm præ-
2 ter id quòd falsum † non committitur absque do
3 lo.l.nec exemplum.C.de fals.& dolus † non præsumitur.l.quotiens.§.qui dolo de probat.& quòd
4 quælibet iniusta causa † dummodo colorata excusat à dolo.l.igitur.§.& generaliter de lib.cau. Pro constantino uidetur decidere Bald.in.l. quicunque nu.28.C.de ser. fugit. Vbi inquit producentem falsas probationes puniri de falso,non autem producentem falsam narrationem, & limitat tex.
5 † in d.l.si quis obrepserit, ut procedat solùm in obreptione probatoria, non autem in obreptione narratoria; & Bald.sententiam sequitur August. in add.Ang.in tract.malef.in uersic.& ad querelam nu.92.quam etiam dicit communem quidam Doct.ibi in apposti ll.ad.Bald.licèt contrarium uoluerit Bart.in.d.l.si quis obresperit nu.1.Ad idem facit, quod ait Bald.in l.si ut proponis.2.in fin.C. quomodo & quando iud.obripientem iudici puniri de falso quando obripit circa substantialia, secus si circa accidentalia & narratoria; Præterea obripiens litigando in causa ciuili non alia pœna quam refectione expensarum puniri potest.Bald. in l.& si legibus.C.si contra ius, & ut. publ. Hippo.in d.l.si quis obrepserit nu.2. Ex quibus colligi uidetur responsio ad ea quæ contrarium suadere uidebantur. Nam ad tex.in d.l.si quis obrepserit, respondetur iuxta tradita per Bald. in d.l.quicunque nu.28. aliter etiam responderi potest ad ea, quæ ibi dicit Bart.nu.2. quòd.s. procedunt, quando ob porrectionem illius falsæ schedulæ obtinui sententiam contra aliquem, sed Constantinus ob porrectionem illius scripturæ non obtinuit quicquam pro se, cùm metiatur ius suum ex persona sua: eodem quoque modo responderi
6 potest ad not. per Bart.in d.l.si mulier. Tex. † autem in.l.qui nomine de fals.qui loquitur in eo qui proponit falsum ædictum uel falsas literas nomine prætoris, & sic officialis publici, non uidetur, extendendus ad casum nostrum.

CASVS V.

¶ Notarius rogatus de instrumento, illud ædidit diuersum, à prothocolo.

¶ Quæritur nunquid dicatur commisisse falsum, attento maximè quòd ualde nocuit parit.

SVMMARIVM.

1 *Falsum non comittitur absque dolo.*
2 *Instrumenta proferens aliter quam uerè sint causa cadit.*
3 *Exemplum alter per errorem scriptum non nocet, secus si dolo, quia tunc scribens incidit in crimen falsi.*
4 *Instrumentum falsum dolose faciens aut signans uel ei se subscribens incidit in crimen falsi.*
5 *Notarius qui errore ductus edidit instrumentum diuersum a prothocolo saltem tenet leso ad interesse.*
6 *Sententia lata præses in falsi instrumenti lata per restitutionem in integrum rescinditur.*

Non dubitauerim, præsupposito no
1 tariũ dolosè fecisse falsum † enim non committitur absque dolo.l.nec exemplum.C.de fals.l.1.de fals.falsum commisisse; Quod in primis probari uidetur per tex.in.l.in fraudem.§.quotiẽs
2 de iur.fis.ubi † is qui profert instrumenta aliter quam uerè sint, causa cadit, & ratio est, inquit ibi gloss.quia falsum committens causa cadit, idem
3 probatur in d.l.nec exemplum, † ubi exemplum aliter per errorem scriptum non nocet, Secus si dolo, tunc enim falsi crimen incidit scribens. Ad hæc instrumentum diuersum à protocolo dicitur falsum, Bart. nu.2. Bal.in.2.notab.Castren. nu.4. in.l.fin.C.de fid.instrum. Quòd si instrumentum
4 † est falsum, sequitur quòd illud dolosè faciens, aut signans, uel ei se subscribens, incidit in crimen falsi.l.1.§.qui in rationibus.l. Paulus de fals. & hoc decidere uidetur Bart.in.l.si.quis obrepserit nu.2.de fal.Quidã cùm dictaret notario, omisit facere scribi quędam necessaria, si Not.fuit absque dolo non punietur de falso, sed is qui dictauit.Si tamen Notarius abbreuiaturam extenderet latius quam in prothocolo contineatur, non diceretur falsum committere, iuxta tamen tradita
5 per Bald.in rub.C.de fid.instr.nu.22.Quòd † si notarius errore ductus ædidisset istrumentum diuersum à prothocolo, nulli dubium saltem teneri læso ad interresse. Bart.in.l. fin. nu.7. de tab.exhib. Bald.in.l.fin.nu.19.&.20.C.de eden.& si senten-
6 tia † esset prætextu illius falsi instrumenti lata, potest is, contra quem lata est, petita restitutione in integrũ eã rescindere toto tit.C.si ex fals.instrum.

CASVS VI.

¶ Cum inter Gallianũ & Coyros penderet causa ciuilis, Gallianus accusauit de falso Coyros, & testes ab eis in causa productos, & ad probandum accusationem testes nominauit; Iudex testes examinauit, in processu dicitur, Testis ex officio examinatus, deinde formata fuit inquisitio, in qua dicitur ex mero officio &c. cùm in causa ciuili procederent Coyri, Gallianus opposuit procedi non posse ob pendentiam iudicij criminalis, & ita à processu fuit destitum; Iudex publicauit processum stat decretum, quòd producens falsos testes puniatur &c.& is intelligatur produxisse, qui post publicationem interrogatus responderit uelle illis uti, Accusati interrogarunt Gallianum an uellet uti testibus; Opponit Gallianus non teneri respondere, cùm ex officio

testes

testes fuerint examinati, & ex officio processum.
Iudex maleficiorum pronuntiauit Gallianum te-
neri ad respondendum. Fuit appellatū; extat sta-
tutum q̃ à nulla criminali snīa appellari possit.
¶ Quæritur modò an iure Gallianus cogi possit
ad respondendum?

SVMMARIVM.

1 *Accusatio & inquisitio non possunt simul accumu-
lari.*
2 *Aaccusatio, tanquam remedium ordinarium facit
cessare inquisitionis remedium extraordinarium.*
3 *Iudex non inquit ubi offensus uult accusare.*
4 *Inquisitio potest formari ad requisitionem accusa-
toris.*
5 *Iudex in causa criminali etiam absente accusatore
potest ex officio procedere & interrogare, & his
etiam absente accusatore dicitur contestari.*
6 *Iudex inquirens ob querelam & accusationem ali-
cuius si inquisitio non probatur ille tenetur pœna
turpi anni & ad expensas.*
7 *Vbi is cuius interest prosequitur, inquisitionem per-
inde est ac si ibi esset actor & reus.*
8 *Velle qui uult aliquid uel asserit, uidetur uelle, &
asserere omnia, sine quibus ad illud perueniri non
potest.*
9 *Iudicium criminale super falsum testium non suspen-
dit iuditium ciuile, quando alius quam actor uel
reus iuditium criminale instituheret.*
10 *Lex 1. C. quando ciuilis actio non uendicat sibi lo-
lum ubi ex officio iudicis proceditur.*
11 *Statuta & decreta recipiunt interpretationem a iu-
re communi.*
12 *Iura communia loquentia de eo qui utitur falso in-
strumento comprehendunt etiam illos qui non fa-
bricauerunt nec fabricari fecerunt falsum sed dun
taxat utuntur.*
13 *Decreta quod a nulla sententia criminali posit ap-
pellari comprehendit omnes sententias tam interlo
cutorias quam diffinitiones.*
14 *L.serui elect. §. fi. de leg. 1. limitatur non procedere
ubi in legato adiecta esset dictio totum.*

NVllo iure Galliamus deffendi posse
uidetur, quin respondere teneatur
an uelit uti testibus, neque illum
excusant, quòd non ad instantiam
eius, sed ex officio Iudex proces-
sisse uideatur. Nam cùm Gallianus accusationem
instituerit, & testes nominauerit non potest nega
ri, quin iudicium criminale dicatur pendere in-
ter ipsum & accusatos, non obstante quòd testes
ex officio uideantur examinati, & inquisitio fue-
rit formata à iudice ex officio: Etenim cùm accu-
1 satio † & inquisitio non possint simul accumula-
ri. Bald. in l. edita nu. 89. C. de eden. & præcedens
2 † accusatio tanquam temedium ordinarium fa-
ciat cessare inquisitionis remedium extraordina-
rium. l. in prouinciali in prin. de op. nunc. & Iu-
3 dex † non inquirat ubi offensus uult accusatur
gloss. in c. presbyteris. 2. q. 5. Bald. in l. senatus nu.
4 1. C. qui accus. non poss. & inquisitio † possit for-
mari ad requisitionem accusatoris. Bart. in l. si ma
ritus. l. 1. §. fi. nu. 2. ad l. Iul. de adult. Inquisitio for
mata uidetur in executione querelæ & accusatio-
5 nis, & cum † in criminali causa etiam absente accu
satore iudex possit ex officio procedere & in-
terrogare, & lis etiam absente accusatore dicatur
contestari, gl. in c. prout de do. & contu. Bar. in l.
is quirēs nu. 4. de pub. iud. Bal. in l. 1. num. 33. C.
qui accus. non poss. uerba illa ex officio præce-
dentia depositiones testium, & inserta in inqui-
sitione non operantur ut indicium dicatur meræ
inquisitionis & solum inter iudicē & reos pēdere.
Accedat q̃ si Gallianus ob cuius querelam & ac-
6 cusationē † iudex inquisiuit ubi inquisitio nō pro
betur, tenetur pœna Turpiliani, & ad expensas. l.
senatus. §. an ad eos ubi not. Bart. ad Turpil. An-
gel. in tract. malef. in uersic. & ad querelā in princ.
Sequitur quòd Gallianus in iudicio hoc crimina-
li partem facere dicatur quod in insignatur. Affir
marunt Abb. In c. Cum clamor nu. 3. uersic. Ter-
tio Casu, reum Felin. nu. 4. uersic. secus si non est
7 reum de testib. & ubi † is cuius interest prosequi
tur inquisitionem perinde est ac si ibi esset actor
& reus Fed. de Sen. consi. 262. uersic. in secundo
casu reum. Accedat q̃ Gallianus post institutam
accusationem & transmissam inquisitionem Coy
ris procedentibus ad ulteriora in causa ciuili, op-
posuit procedi non posse ob pendentiam crimina
lis iudicij, ex quo necessariò etiam asseruit iudi-
8 cium pendere inter ipsum & Coyros: Nam † qui
uult uel asserit, aliquid uidetur uelle, & asserere
omnia, sine quibus ad illud perueniri non potest.
l. 2. de iurisd. omn. iud. l. ad rem mobilem de pro-
9 cur. † sed ob iudicium criminale super falsitate
testium non suspenditur iudicium ciuile, quando
alius quam actor uel reus iudicium criminale in-
stitueret. Cyn. in l. 1. nu. 17. in ult. quæst. C. qui ac-
cus. non poss. & Doct. omnes in l. fin. C. de ord. co-
gn. exemplificant illum text. quando causa ciuilis
mota fuit ab uno, & causa falsitatis mouetur à
reo contra actorem, & ubi ex mero iudicium of-
ficio proceditur criminaliter, non impediri iudi-
cium in causa ciuili, censerunt Bald. in l. j. nume. 6.
uersic. quia regula reum C. de appell. Alex. in pri-
ma Add. ad Bart. in l. 2. §. ex hoc ædicto ui bo. rap.
Angel. in tract. malef. in uersi. & ad querelam nu.
10 89. asserentes ubi † ex officio iudicis proceditur,
non uendicare sibi locum dispositionem. l. 1. C.
quando. ciuil. actio. &c.
¶ Præterea decretum non requirit quòd testes
fuerint examinati ad instantiam interrogati, neq;
requirit quòd is qui interrogatur, an uelit uti, fue
rit actor, uel reus, sed generaliter & indistincte di
sponit ubi testes fuerint publicati, eum qui inter-
rogatur teneri ad respondendum, an uelit illis uti,
11 & ideò generaliter intelligendum, † statutaque &
decreta recipiant interpretationem à iure commu
ni l. si serui. C. de noxal. l. 1. §. lex falcidia ad l. falc.
12 iura autem communia † loquentia de eo, qui uti
tur falso instrumento, comprehendunt etiam il-
los qui non fabricauerunt nec fabricari fecerunt
falsum, sed duntaxat utuntur, l. si falsos. C. de fals.
l. falsi. §. ordine de fals. Adest insuper sententia iu
tia

13 dicis maleficiorum, & decretum, † quòd a nulla sententia lata in causa criminali possit appellari, & licet alias prohibita appellatione à sententi- intelligeretur de deffinitiua: Tamen in præsenti casu dictio nulla &c.non potest prædicari de una specie sententia Soc. in l. quemadmodum de acq. poss. & cùm sit uniuersalis comprehendit omnes sententias tamen interloquutorias quam diffinitiuas.l. à procuratore ubi glo. C.man.l.Iulianus de lega.3. c. solite ubi not. Abb.in ultimo not.de maio.& obedien. ad quod conuenit quod tradũt
14 Bar.& posteriores in† l.serui electione.§. fi.de leg. 1.dum limitant tex.illum non procedere ubi in legato adiecta esset dictio totum.

CASVS VII.

¶ Filij duorum fratrum rem ueneream inter se habuerunt, uel matrimonium cõtraxerunt. Quæritur an cum hi de iure canonico dicantur committere incestum 35.q.3.C.de incestis. Debeãt in in foro secula puniri pœna legis ciuilis, punientis incestas nuptias & alios incestus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna imposita a l.ciuili comittentis incestum procedere uidetur totum in incestu secundum dispositionem iuris ciuilis.*

2 *Verba debent interpretari secundum qualitatem proferentis.*

3 *Gradus consanguinitatis consideratur secundum ius ciuile in successionibus quæ secundum ius ciuile pro seruatur.*

4 *Puniri quis non debet nisi in eo in quo deliquit.*

5 *Verba legis ubi deficiunt deficit & dispositio.*

6 *Pœnam legis ciuilis non meretur quod fit lege ciuili promittente.*

7 *Pœna l.Iulie ita demum uidetur habere locum si delictum tale sit quòd uel ex uerbis legis descendát uel ad exemplum legis uindicandum sit.*

8 *Pœna apposita in dispositione, si dispositio commuttatur in alium modum in noua dispositione, non censetur, repetita pœna.*

9 *Locatio facta cum pœna si tacitæ prorogetur non intelligitur repetita pœna.*

10 *Marito de iure ciuili permittitur uxorem deprehensam in adulterio interficere de iure canonico secus.*

11 *Ius canonicum in materia matrimonij attenditur ubi agitur de ualiditate promissione aut prohibitione.*

12 *Gradus computandi sunt secundum ius canonicum causa prohibitionem matrimonij.*

13 *Statum recipit interpretationem passiuam a iure cõmuni precedente.*

1 POena † imposita à l.ciuili committentibus incestum procedere uidetur duntaxat in incestu secundùm dispositionem iuris ciuilis, ut tendit Anch. cõsi.391. Cald.cõsi.2. sub rub.de consan.& affin.& sensit Io.Fab.in.§.si aduersus circa fin.In st.de nup. comprobat Alex. consil.229.num.6.lib.6.& latè defendit Gemin. consil.71.nu.5.usque ad fin.licèt contrarium fuisse à pluribus consultum dicat Io.de Platea in d.§. si aduersus, & idem censuerit Abb.in.c.& si necessè in fin.de donat.inter uir.& ux. Dec.consil. 158.qui de Gemin. Cald.Io.Fab.& Alex.nullam facit mentionem. Etenim ultra rationes quas adducunt Anchar.Cald.& latius Gemin.ad decisiones Bald.quas Dec.pro sententia Anchar.adducit pro illa uidetur tex.in.l.si adulterium cũ incestu, §.1.de adult.qui uult mulierem ita demum sustinere pœnam incestu, cùm incestum iure genitum prohibitum admiserit, non si sola iuris ciuilis obseruatio interueniat, sicque restringit pœnam ad incestum, qui prohibetur de iure gentium, quem recenset tex.in.l. fina. de rip.nup.cumque uerba
2 † debeant interpretari secundum qualitatem proferentis.l.stipulatio ista.§.hoc quoque de uerbo. oblig.l.si miles unum de testam.mil. Verbum incestus prolatum à lege ciuili debet interpretari de incestis secundum ius ciuile, & sicuti in successio
3 nibus † quæ secundum ius ciuile deferunt gradus consanguinitatis, consideratur secundum ius ciuile, Bald.& alij in.l.si auiæ de succ.æd. Ita in pœnis quæ secundum ius ciuile imponuntur incestuosis uerbum illud debet considerari secundum
4 idem ius ciuile, † & quis puniri non debet nisi in eo in quo deliquit, Authen.omnes peregrini in fin.C.comm.de suc.sed commiscens patruelli, aut cum ea matrimonium contrahens, non delinquit
5 in l.ciuilem prohibentem incestum, & † ubi deficiunt uerba l.deficit & dispositio.l.4.§. totiens de dam.infect.l.hoc accusare §.omnibus de accu-
6 sat.& † quod fit lege ciuili permittente pœnam. l. ciuilis non mæretur l. Grachus.C. de adult. &
7 † pœna.l.Iul.uidetur ita demùm habere locum si delictum tale sit, quod uel ex uerbis.l.descendat, uel ad exemplum.l. uindicandum sit.l.famosi ad l.Iuliam Maie. Verbum autem incestus secũdum l.ciuilem deficit in eo, qui cum patruele matrimonium contrahit, aut rem ueneream habet, neque delictum huiusmodi descendit ex uerbis.l. Iuliæ
8 de adult.& quemadmodum pœna † apposita in dispositione, si dispositio commutatur in alium modum in noua dispositione non censetur repetita pœna l.in testamento,& ibi not.Bart.de cond.
9 & demonstr.& † locatio facta cum pœna, si tacitè prorogetur, non intelligitur repetita pœna.Bal. in l.Item quæritur §.qui impleto loc.Ità licet delictum & nomen incestus extendatur à iure canonico, & inducatur nouus incestus arg.l.ius ciuile de iust.& iur.non tamen debet censeri repetita in nouo incestu pœna iuris ciuilis; præcipuè cum
10 ius canonicum speciale pœnam imponat, † præterea de iure ciuili permittitur marito quãdoque interficere uxorem depræhensam in adulterio.l. marito de adult.in aut.ut li.ma.& av.§.his quoq;, & in aut.si quis ei.C.de adult.& à iure canonico prorsus prohibetur c. interfectores c. inter.c.ad monere 33.q.2.& tamen si quis occidat uxorem in casibus à l.ciuili permissis non potest occidens puniri in foro seculari pœna, quam lex ciuilis irrogat

rogat in homicidas; gloss. in d.c.inter, Unde sicuti ut quis tamquam homicida possit puniri pœna l.Corn.de Sicc.requiritur quòd homicidium sit à lege ciuili prohibitum, neque sufficit esse prohibitum a iure canonico, ita ut quis possit puniri quasi incestuosus pœna l.ciuilis requiri debet quòd coitus sit à l. ciuili prohibitus quasi incestuosus, neque sufficere quod sit interdictus à iure canonico, & irrationabile uidetur quòd quis puniri pœna l.ciuilis debeat ob aliquod factum, quod lex ciuilis non habuit pro delicto. Neque obstant rationes Abb.& Signor. his enim respondet Dec. in d.consil.Dec.autẽ super eo solo se fundat, quia

11 † in materia matrimonij attenditur ius cononicum. Verùm prædicta conclusio procedit ubi agitur de ualiditate, aut inualiditate, permissione, aut prohibitione matrimonij c.fi. de sec.nup.Bal. in l.& si contra nu.3.C.de nup.Cald.& Gem.in locis supra allagatis, & non potest procedere ubi agitur de puniendo à iudice seculari matrimonio interdicto, aliàs sublatæ essent pœnæ iuris ciuilis, & solùm attendendæ forent pœnæ iuris canonici & arg.Dec.cõtra ipsum retorquetur, nam cùm in pœna infligenda in seculari foro incestui attendantur leges ciuiles; Verbum incestus secundum leges ciuiles interprætari debet, ut fatetur

12 ipse Dec.in fin.consi. cumq; iure cautũ sit † circa prohibitionẽ matrimonij gradus computandos, secundum ius canonicum c.ad sedem 35.q.5.&

13 † cùm statutum recipiat interpretationem passiuam à iure com muni præcedente l.1.§.lex falcidiam ad l.falcid. nil mirum si statutum imponens pœnam contrahentibus matrimonium in quarto gradu, interpretatur de gradibus secundum dispositionem iuris canonici preceden. Sed iure cautum non reperitur quòd ubi agitur de pœna incesti matrimonij in foro seculari debeat considerari incestus secundum ius canonicum, neque quòd ius ciuile præcedens debeat recipere interprætationem passiuam à iure canonico subsequenti præcipuè in his quibus manifestè discordant, & ipse Dec.cõsi.268.sequit' opinionẽ Ancharani.

CASVS VIII.

¶ Princeps concessit indulgentiam omnibus Placentinis damnatis ob delicta si pacem habuerint. Cremonensis per longum tempus habitau erat in territorio Placentino, & ibi domicilium cont raxerat, ac onera subierat.

¶ Quæritur an compræhensus sit in generali indulgentia?

SVMMARIVM.

1 *Forensis dicitur qui originem dominicilium uel incolatum in loco non debet.*

2 *Statutum legitimans personam ad aliquem actum comprehendit etiam eos qui in eo loco domicilium debent.*

3 *Statuti beneficium datum ciuibus extenditur ad incolas licet forenses, si ibi munera subeant.*

4 *Represaliæ non coonceduntur forensibus.*

5 *Represalijs concessis contra Florentinos uel homines de Florentia comprehenduntur incolæ, ibi munera subeuntes.*

6 *Priuilegium concessum Pisanis continet eos qui uel originem aut domicilium Pisis habent.*

7 *Domicilia duo ubi quis habet unum ratione originis, aliud ratione incolatus consideratur potius locus incolatus in his in quib. persona est in cõsideratione.*

1 SCriptum legimus † forensem enim appellari, qui originem, domicilium uel incolatum in loco nõ habet. §. si uerò aliqui in authent. de quæst. Bar. in tract. de repres. in 5. parte num. 10. Alex. consi. 34. num. 5. uol. 5. Dec. consi. 550. num. 8. consi. 661. num. 5. & habentem domicilium in aliqua ciuitate uel loco, dici de illa ciuitate uel loco, Alexan. post alios quos refert consi. 120. nu. 21. in 7. & appellatione Perusini intelligitur origine, uel quòd habeat ibi domiciliũ Bar. in l. prouincialis, num. 2. de uerbo. signifi. Sta-

2 tutum † quoq; legitimans personam ad aliquem actum compræhendit etiam eos; qui in eo loco domicilium habent. Bar. in l. 1. nu. 8. de tut. & cur.

3 dat. ab his, & † beneficium statuti datum ciuibus extenditur ad incolas licet forenses, si ibi munera subeant, Castren. in l. omnes populi in fin. de iust. & iur. ac in limitatione pœnarum idem iudicatur de incolis, quod de ciuibus. Ang. in tract. malef. in uers. de Bononia num. 4. Ad quod conueniunt plura, quæ adducit Socin. consil. 129. colum. 4. Et

4 quamuis † repræsaliæ non concedantur forensibus. Bar. in dicto tract. de repræs. in 5. parte, num. 10. conceduntur tamen incolis omnibus mune-

5 ra subeuntibus, Bar. ibidem, nu. 5. † Repræsalijsq; concessis contra Florentinos uel homines de Florentia, cõpræhenduntur incolæ ibi munera sub-

6 euntes. Bar. in d. tract. in 7. par. num. 1. Et † priuilegium concessum Pisanis continet eos, qui uel originem, uel domicilium Pisis habent, ut latè scripsit Dec. consi. 352. Ex quibus concludi uidetur Cremonensem, qui iam decem annis elapsis contraxit domicilium in agro Placentino, & in eo onera subiit, compræhendi in generali principis indulgentia Placentinis concessa: & eo magis cùm

7 † ubi quis habet duo domicilia unum ratione originis, aliud ratione incolatus, consideretur potius locus incolatus in his, in quibus persona est in consideratione. Alex. consi. 16. nu. 3. in prin.

CASVS IX.

¶ Violanta suspecta, quòd mandauisset Iulium socerum occidi, fuit carcerata, coràm iudice confessa est, cùm socer suspicaretur adulteram fuisse in ipsius Violantæ cubiculo, & aufugisse, ualdè iratum fuisse contra illam, paucis diebus post cùm Violanta esset tristis in domo superuenisse Io. Antonium, qui illam interrogauit, quare esset tristis, ipsamq; respondisse; *Sono di mala uoglia per questo uecchio; Io non uederò mai l'hora che si mi leui dinanti à gli occhi; Io uorria che mi fusse leuato dinanti à gli occhi & che fusse morto.* Illinc ad qua-

tuor

tuor dies occisum fuisse noctu Iulium, & statim Io. Antonium dixisse Violantæ ipsum fuisse occisorem Iulij, idq; fecisse ut rem gratam faceret Violantæ, & ob uerba quæ illa sibi dixerat, & exinde ipsam quandoque dedisse pecuniam Ioan. Antonio ut abiret, & in manibus iustitiæ non incideret. Vltra prædictam confessionem adsunt nonnulla indicia, ꝙ Violantæ placuerit mors soceri. Bis fuit torta cum protestatione tamen, ꝙ ipsa non torquebatur super confessatis & probatis: In tormentis perseuerauit, & se innocentem mortis soceri asseruit. Pro eius defensione inter alia fuit probatum, quòd post uerba prædicta uersus Io. Antonium prolata; Violanta & socer optimè reconciliati fuerunt, & præsente Ioannæ Antonio manifestissima signa reconciliationis demõstrarunt, & ꝙ Violanta dixit præsente Io. Antonio audiente & intelligente quòd ipsa ualdè amabat socerum, illique longam optabat uitam, & qui offenderet socerum, offenderet ipsam.

¶ Quæritur stantibus prædictis an Violanta cõdemnari possit, quasi mandauerit socerũ occidi.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quando inducatur per uerbum uolo optime exponitur.*
2 *Iussus & authoritas longa differunt.*
3 *Tutele agnitio inducitur ex solo consensu.*
4 *Mandauisse quis non dicitur hortando.*
5 *Pater uel dominus non tenetur ad pecuniam per mutuatam filio uel seruo, etiam per illos epistolis cõmendarint, nisi specialiter ab hijs fuerit postulatum ut pecunia creditur præstaret filio uel seruo.*
6 *Puniri quisquam non potest ex solo desiderio.*
7 *Verba in dubio sic interpretari debent ut euitetur delictum.*
8 *Damnari nemo debet ex suspicionibus.*
9 *L. serui C. de adulter. intellectus.*
10 *Ratihabitio non inducitur etiam quòd quis expressè letetur ob homicidium.*

EX uerbis contentis in confessione Violantæ, nullo iure dici posse uidetur, illam mandauisse Ioanni Antonio ut occiderit socerum: li-
1 cèt enim † mandatum per quæcũque uerba idonea, & inter alia per uerbum uolo inducatur l.1. mand. id tamen intelligitur quando uerba referuntur ad personam, quæ est factura, ut uolo te gerere negotia mea, Bar. in d.l.1. nã si quis dixerit uolo geri negocia mea non exprimẽdo per quem, non potest dici contractum mandatum, sicuti & si dixerit satisfiet tibi, nec exprimat per quem, nulla contrahitur obligatio authen. si quando. C. de const. pecu. & licèt Carrer. in sua practi. crim. §. circa, num. 40. dixerit mandatum induci etiam per uerba impersonaliter prolata, tamen tex. quem ipse allegat in c. ex literis de excess. prælat. id non probat, tum quia in eo tex. præcesserat interrogatio eius ad quem spectabat iudicare petentis consilium, & multum interest an præcedat interrogatio an non Bart. & posteriores in l.1. §. si quis ita de uerb. oblig. dum declarant tex. in l. Pamphilo. §. propositum de leg. 3. Tum quia text. non uult ipsum mandauisse, sed auctoritatem suã
2 præstitisse: longe autem † differunt iussus & auctoritas l. si quis mihi bona. §. iussum, ubi tradunt Bar. & Ias. de acquir. hæred. & auctoritas propriè uidetur ascensus alicui competens ratione officii publici, Abb. in c.2. de pact. Præterea & si uerbũ uolo inducat mandatum, secus tamen uidetur in uerbo uellem, nam glo. in l. in ementis. C. de contrahen. empt. censuit si quis dicat uellem uendere tibi hanc rem pro decem, & tu dicas ego uellẽ emere non induci emptionem & uenditionem, comprobat Bal. ibi num. 15. qui inquit uerbum uellem potius denotare desiderium quàm actum perfectum. Ideòque Rip. in d.l.1. §. si quis ita nu. 8. dixit uerbum uellem desideratiuum futuri temporis non disponit, hinc Bal. in l.1. num. 10. C. de ser. fug. dixit ille dicitur mandare, qui rogando optat se ulcisci. Sicque uult quòd ille, qui solùm optat & non rogat non dicatur mandare. Ad hæc si pater admonendo filium, ut diligenter tutelã
3 gerat, non dicitur agnouisse tutelam, quæ † agnitio inducitur ex solo consensu l. si filius iuncta gl. in uerbo monuit de tute. l. si serui de neg. gest. quæ tamen monitio continet expressum desiderium;
4 & hortando † quis nõ dicitur mandauisse l. ob hæc de infam. nec laudando nomen futuri debitoris l. 2. de proxene. neque commendando l. si uerò non remunerant. §. cum quidam mand. multo minus desiderando, quid dici potest illud mandauisse, cùm magis monstrare desiderium, quàm manda-
5 re uideatur d.l.2. de proxenet. & si † pater uel dominus non tenetur ad pecuniam mutuatam filio, uel seruo, etiam quòd illos epistolis commendarint, nisi specialiter ab hiis fuerit postulatum, ut pecuniam creditor præstaret filio uel seruo l. fi. C. ꝙ cum eo. non etiam Violanta teneri debet de homicidio, quod specialiter fieri non mandauit, li-
6 cèt illud optasset, præcipuè † cum ex solo desiderio puniri quisquam non possit l. cogitationis de pœ. Accedat ꝙ uerba illa. *Io uoria che'l mi fusse leuato dinanzi da gl'occhi, & che fusse morto*, non important necessariò desiderium homicidij, cùm possint denotare desiderium mortis non uiolentæ, & quòd mediante naturali morte socer tolleretur,
7 & ita † in dubio sunt interpretanda l. meritò pro soc. quod desiderium nullo modo inferre potest mandatum occidendi, & cùm uerba possint interpretari de morte uiolenta & non uiolenta, stari debet interpretationi ipsius, Bald. in l.1. nu. 13. ubi Ias. nu. 24. C. de ser. fug. & ex prædictis apparet non obstare id, quod scripsit Bar. in l. si quis mihi bona §. pater filio de acquir. hæred. Tùm quia in casu Bart. uerba erant imperatiua, & relata ad eum qui erat facturus, Tùm quia in re præsenti uerba possunt aliud importare quàm mortem uiolentam Ias. in l.1. nu. 31. C. de ser. fug. Et dato quòd ex proposita cõfessione oriri possent præsumptiones mandati, hæ tamen non sufficerent
8 ad condemnationem, cùm nemo † ex suspicionibus damnari debeat l. absentem §.1. de pœn. maximè in repræsenti attenta qualitate personæ, sed ad plus

plus facerent indicium ad torturam, si uerum est id, quod in fortioribus terminis tradidit Castren. in l.1.nu.4.C.de hijs quib.ut indign.quod indicium esset per torturam purgatum. Sed & ubi mādatum aliquod fuisset inductum, illud tacitè & expressè reuocatum uidetur, nàm constat post uerba de quibus in confessione Violantam & socerum optimè reconciliatos, & Violantam dixisse Ioanni Antonio præsenti quòd ualde amabat socerum, & illi optabat longam uitam, & qui offenderet socerum, offenderet ipsam. Innoc. autem in c.ad audientiam nu. 3.de homic.scripsit in eo, qui mandat fieri homicidium, pro se uidetur sufficere si contrarium mandauit, uel si pacem inhiret cum accidendo, uel aliam amicitiam contraheret, sciente eo, cui mandatum erat de occidendo, & assignat rationem, quia quando mandato alterius & pro alio tantùm fiebat homicidium uidetur quòd contrario mandato uel contraria uoluntate ostensa debeat ab homicidio abstinere, comprobat Bart.in l.non solùm §.si mandato de iniur. nu.12. Neque Violanta damnari posse uidetur ex eo, quòd dedit pecunias Ioanni Antonio, ut abiter, & in manibus officialium non incideret, nàm id uidetur fecisse causa redimendæ suæ uexationis. Bal.in §.iniuria nu.15. de pa.iur.fir. Etenim facile potuisset uexari ubi Ioannes Antonius detētus dixisset occidisse Iulium ut rem gratam faceret Violantæ, & si qua suspitio uel indicium traditione pecuniarum resultauit, illud fuit per torturam purgatum. Nequè obstat id, quod per illum tex.
9 dixit Bal.in † l.serui.C. de adulte.eum scilicet qui uult probare quòd redemit suam uexationem, teneri probare dico scilicet aduersarij potentiam, & Innocentiam suam: nàm tex.in d.l.serui, & Bald. loquitur ubi is qui dedit pecuniam repetit quasi illam dederit causa redimendi uexationem; ubi autem non agitur de repetitione pecuniarum, sed de puniendo eo, qui dedit non præsumitur tex.pecuniam tradditam ob captandam impunitatem, immò requirit ut id constet aliter dum dicit, si uerò constiterit corrupti matrimonij &c. Ideoque non requiritur probatio innocentiæ & potentiæ aduersarij, saltem alio non apparente, quam traditione pecuniarum & si ex aliquibus dictis uel factis post præsumi posset, quòd Violātæ placuisset mors soceri, non tamen inducta fuisset rati
10 habitio, † quæ non inducitur, etiam quòd quis expressè lætetur ob homicidium, Gloss.& Bart. in l.prima §. sed & si cum quis de ui & ui arma.

SVMMARIVM.

1 *Animus cognoscitur ex uerbis.*
2 *Ea quæ incontinenti fuerint uidetur inesse.*
3 *Homicidio in re dubia quis præsumitur ad fuisse casualiter.*
4 *Reconciliatio licet non tollat præsumptionem mali animi, id tamen procedit in reconciliatione solum de recenti facta.*
5 *Testes plures singulares minus probant quam unus.*
6 *Testis contractus assertioni partis producentis non probat, immo non admittitur aliqua concordia ubi dictum partis & testis contrariantur.*
7 *Testis deponens per uerbum mihi uisum fuit non probat.*
8 *Testis uarius uel sibimet contrariæ non probat.*
9 *Salutare qui non sunt soliti si non salutant inde non oritur inimicitie, uel mali animi suspitio.*
10 *Bonus quòd probatur olim fuisse præsumitur & hodie.*
11 *Locus & tempus suspectum quo quis fuit uisus, uel delictum comissum fuit faciant præsumptionem mali animi.*
12 *Testis deponens quòd aliquis non ibat solus habet inclusam negatiuam, & ideo ut probet debet dicere quòd non potuisset in solus, quin ipse uidisset & sciuisset.*
13 *Testibus deponentibus super mera affirmatiua magis creditur quam deponentibus, super negatiua.*
14 *Propositum ab initio præsumitur tale fuisse sicuti postea fecerunt.*
15 *Euentus consideratio inducit manifestißimam probabilem.*
16 *Actus qui sequitur declarat qualis fuerit animus præcedens.*
17 *Occidendi animum non præsumitur habuisse, nec tenetur de occiso qui habens roncam in manibus percutit cum calce & occidit.*
18 *Inditia multa quot sunt per aliquo, contra illorum inditia debent esse multum urgentia ut superent ea, quæ faciunt pro eo.*
19 *Testis qui continuam cōmiserabilem cum accusationibus habet repellitur a testimonio.*
20 *Testis unus deponens super inditio nullam probationem inditij facit nisi adsint duo testes.*
21 *Testis unus deponens super facto facit inditium si sit omni exceptione maior.*
22 *Testis dicens aliquem fuisse præsentem si ille neget præsentiam corporalem primus testis non probat.*

ALLEGATIONES
pro Carcerato.

Pallauicinus in casu manifesto liberationis existit; Nàm Iurecon.in l. aut facta §.1.de pœn.dixit delicta septem modis consideranda: causa persona, loco, tempore, qualitate, quantitate & euentu, quorum quodcunque considetemus, semper oriuntur præsumptiones nullum in presenti casu animum deliberatum occidendi adfuisse. Et primò causa uidetur fuisse cōtrouersia de eundo loco superiori uiæ, ut plures testes deponunt, asserentes fratrem Pallauicini
1 dixisse in rixa, Tu mi uoleui tuore la strada, † & ex uerbis cognoscitur animus l.labeo §.idem tabero de suppell.leg.& nullum est maius mentis testimonium, quam qualitas expressa uerborū, Bald. in l.generaliter in prin.C.de non nu. pecu.& cum
2 † ea quæ incontinenti fiunt, uideantur inesse l.lecta.ff.si cer.pet. & prius actum uideatur, quod in continenti posteà subsequutum est c. officij i b not.Bald.nu.2.de lect.nulla uidetur esse differentia

tia, an eius modi uerba probentur præcessisse rixam, an uerò in ipsa rixa uel incontinenti post fuisse prolata, & eo magis cùm nulla alia sufficiens probetur fuisse causa & nemo præsumatur uelle quemquã absque causa offendere. Ideo
3 † in re dubia quis præsumitur adfuisse homicidio causaliter, Feli.in c.sicut dignum nu.6.in fin. de homicid. Nec obstat allegata inimicitia inter fratres & Bellingerium, ex eo quòd Bellingerius uulnerauerat patrem fratrum, nàm Bellingerius fatetur nullam amplius fuisse inimicitiam, & ex actis constat quòd per decem annos ante facta fuerat pax, Item quòd tempore uulneris Pallauicinus erat ætatis annorum octo uel circa, Hieronymus uerò annorum tredecim uel circa, adeò quòd non potuerunt reuocare tunc ad animum, immò nec recordari iniuriam factam patri, & eo magis cùm uulnus illatũ patri esset leue, & cùm si reuocassent ad animum non permisissent facere pacem, qua non facta Bellingerius ad triremes
4 fuisset transmissus, & licèt † reconciliatio non tollat præsumptionem mali animi, id tamen procedit in reconciliatione solùm de recẽti facta.Bal. in Margar.in uer.testis inimicus. Non etiam obstant dicta testium post constitutũ Pallauicinum examinatorum, licet enim conentur probare fratres aspexisse quandoque toruis oculis Bellingerium, nihil tamen probant; nam quilibet est singularis, deponunt enim de diuerso loco, & plu-
5 res † testes singulares minus probant quam unus, Bald.in l.iusiurandi nu.4.C.de testib.& non recordantur de tempore, & ideò probationem aliquam non faciunt secundùm constitutiones huius dominij in tit.de probat.§.fin.& sunt contrarij dicto Bellingerij, qui dicit quòd milliens habuit obuiam dictos fratres, *& mai mi hanno fatto una cattiua chiera ne atto alcuno de offendermi*. Te-
6 stis † autem contrarius assertioni partis producentis non probat, immò non admittitur aliqua concordia, ubi dictum partis & testis contrariantur. Bart.in l.1.§.creditum nu.8.si cert.pet.Abb.in c. cum Tu nume.4. uersic.aduerte tamen de testib.
7 † & primus loquitur per uerbũ mihi uisum fuit, quo casu testis non probat, late per Ias.in rub.de iureiur.nu.5. Item est sibi ipsi contrarius, quia primo loquutus est in plurali numero, deinde interrogatus dixit, *che non s'accorse se non d'uno*,
8 † Testis autem uarius uel sibimet contrarius non probat l.eos de fal.& licèt deponant de uisu quò ad toruum aspectum, tamen quòd hi fuerint fratres, deponunt de auditu à Bellingerio, & sicuti Bellingerio non creditur l.omnibus C. de testib. Ita nec testibus de auditu à Bellingerio deponentibus, & precipuè in presenti casu quo Bellingerius contrarium dicit; Primus quoque dicit incompatibilia scilicet quòd nõ cognoscit d.fratres, & deinde quòd d.fratres non salutabant Bellingerium, quod nemo potest attestari, qui personas non cognoscat, & licèt, Tertius dicat, quòd illi non salutabant Bellingerium, cùm tamem dicat, quòd nec ante uulneratum patrem soliti erant sa-
9 lutare, † nulla oritur inimicitiæ, uel mali animi suspitio. Abb.in c.repellantur de accusat. nume. 2. in fin. Idem suadetur si personam Pallauicini consideremus, quem ex testibus apparet fuisse & esse iuuenem morigeratum, & non solitum rixari, nec
10 quemquam offendere.† Nam qui probatur olim fuisse bonus, præsumitur & hodie bonus l.non omnes §.à barbaris de re mil.Gand.in tract.malef. in titu.de præsumpt.nu.4. Quod confirmatur ex numero personarum Pallauicini & sociorum, qui erant quattuor solùm, & ex numero sociorũ Bellingerij, cum quo aderant quinque uiri strenui, & præsumendum non est quattuor fecisse insultum animo occidendi in sex uiros strenuos.Idem & multò magis præsumitur ex loco & tempore nempè in ecclesia, in die festo, hora missarum,
11 qua maxima gentiũ multitudo solet adesse,† nam sicuti locus & tempus suspectum, quo quis fuit uisus, uel delictum commissum fuit, faciunt præsumptionem mali animi, Gand.in tract.malef.in titu.de præsumpt.& ind.indub.nu.11. Ita & locus & tempus quibus quis uulnerauit nõ aptum occidendo, homini inducere debeat præsumptionem boni animi, & quòd uulneratus non fecerit animo occidendi, & eo magis urgere debent prædicta, cùm ex processu appareat, quòd Pallauicinus & socij potuissent inuenire, & quandoque inuenerunt Bellingerium paucioribus personis associatum, & loco & tempore magis aptis ad occidendum: & licet accusantes conati fuerint probare quòd Bellingerius iret associatus tribus uel quattuor, probatio tamen eorum nihil re
12 leuat: † Nam illa assertio quòd Bellingerius ibat associatus habet inclusam negatiuam.s.quòd non ibat solus, & ideò testis super ea deponens ad hoc ut probet, debet dicere quòd non potuisset ire solus uel absque societate, quin ipse uidisset & sciuisset. Innoc.in c.cum eccles.nu.6.uersic. negantem.Abb.nu.20. uersic.ex quo ero.Imò nu.12.de causa possessionis.Bald.in l.cum hi §.nihil de transact.& alij relati per Dec.in c.tertio loco nu.9.de probat.sed testes accusantium non solùm id non dicunt, immò expresse fatentur contrarium, scilicet quòd Bellingerius potuisset ire solus absque
13 eo quòd ipsi sciuissent: † Prætereà cùm assertio testium accusantium habeat inclusam negatiuam, magis debet credi testibus ad defensam Sammaphei & Pallauicini examinatis deponentibus super mera affirmatiua.s. Pallaui. habuisse obuiam Bellingerium uel solum, uel paucis associatum, gloss.in l.diem proferre §.si plures de arbitr.Bart. in l.hæredes palàm in prin.nu.7. de testa. Nulla quoque suspitio uoluntatis occidendi, immò contraria insurgit ex qualitate facti publicè coram populo, Item ex eo quòd Pallauicinus non euaginauit ensem nisi postquàm audiuit rumorẽ a tergò enses enudatos, & Bellingerium cum fratre rixantem, ut deponunt plures, & ex eo quòd frater qui erat solitus continuè portare sagulum maleæ, eo mane erat absque illo, & habebat pectus inerme, ut deponunt tres testes; Item ex eo quòd Pallauic.& socij passi fuerunt Bellingerios lapsos in terris surgere & abire, & ex eo quòd Hermenzonus hortabatur uerbis & re, ne Bellingerius offen
14 deretur, ut attestantur quattuor ex quo † præsumitur

mitur ab initio propositum eorum fuisse tale, si-
cuti posteà fecerunt l.sed est Iulianus §. perinde
ad Maced.Bart.in l.cætera §.si peruenerit num.3.
de leg.1.& sic non solùm non habuisse proposi-
tum occidendi, sed immò potius obuiandi homi
cidijs, si quæ casu possent euenire. Ex quantitate
quoque rixæ admenationum & uulnerum oritur
manifestissima præsumptio, quòd Pallauic. non
habuit animum occidendi, nam ex processu con
stat Pallauicinum uel non admenasse, uel semel
tantùm admenasse contra Bellingerium labentem
in terris, ut deponunt sex testes: qua de re sicuti
geminatio & reiteratio percussionum inducunt
præsumptionem animi occidendi, ita nulla uel
unica & leuis admenatio contra eū, contra quem
lapsum poterat sæpius & sæpius admenare, debet
15 arguere nullum fuisse animum occidendi. † Vlti
mò ex euentus consideratione oritur manifestis-
sima probatio Pallauicinum & socios non habuis-
se animum occidendi; Nàm Bellingerius non fuit
occisus, ideò cùm Pallauicinus potuerit occidere
eum in terris prostratū, & non occiderit.Cumque
Sammapheus potuerit occidere uel saltem uulne
rare socium Bellingerij lapsum in terris, & non
uulnerauerit, ut deponunt plures, necessariò pro
batur eos non habuisse animum occidendi l.sæ-
pe in fin.de uerb. signif. Nam ex euentu apparet
animus præcedens. Bart.in l.si concubina §.1.re-
16 rum amot. † & actus qui sequitur, declarat qua-
lis fuerit animus præcedens §.pauonum in uersi.
reuertendi Instit.de rer.diui.& Bart. in d.§. sed si
præparauerit, & sicuti mulier quæ facto diuortio
cessat, præsumitur causa diuortij amouisse d.l.si
concubina §.1.ubi Bar.& animalia quæ ad dñium
non reuertuntur, cēsentur ab initio tpe discessus
non habuisse aīum reuertendi, d.uers.reuertendi.
Ita.& is qui aduersarium prostratum in terris oc-
cidere potest, & nō occidit, præsumi debet usque
ab initio non habuisse animum occidendi, ad hæc
17 si ille, † qui habet Roncam in manibus percutit
cum calce, & occidit, non præsumitur habuisse
animum occidendi, nec tenetur de occiso l.eum,
qui C.ad l.Cor.de Sica.multo minus debet præsu
mi habuisse animum occidendi, nec teneri de ani
mo deliberato occidendi is, qui habens ensem
nudatum in manibus potest occidere aduersar.
humi iacentem & non occidit.Cumque facta rixa
Sammapheus unus ex socijs potuerit fugere &
euitare Baricellum, oritur uehemens præsumptio
18 nihil ex proposito commissum fuisse. † & cum
pro Pallauicino adsint multa indicia contra illum
deberēt esse indicia multū urgentia, ut superēt ea
quæ faciunt pro eo, Bart.in l.1.§.primo nu.2.de
quæst. Non obstat quòd Matthias de Lombar-
dis custos castratorū testis ab accusatoribus submi
nistratus & ante condemnationem examinatus,
dicat factum fuisse insultum in Bellingeriū à duo
bus cum pugionibus nudis nullis præcedentibus
uerbis, nam ex eius depositione nullum oritur in
dicium, & primò recipiendo personam, ipse est
uilissimus, nēpe custos castratorum, quos macel-
larij in dies occidunt, & nihil prorsus habens in
bonis, & carens lecto & uestibus necessarijs,
ideoque in criminalibus à testimonio repellen-
19 dus, † & quia continuam couersationem cum
accusatoribus habet, & ab eis fatetur habere ui-
ctum c.repellantur de accusat. Ias.in l.apertissi-
mi nu.7.C.de iud.Secundo quò ad dicta, licet de
ponendo de insultu uideatur deponere de facto,
Tamen quatenus hoc casu insultus deducitur nō
ut reus puniatur de insultu, sed ut ex insultu pro
betur animus deliberatus occidendi, testis ille de
ponere dicitur de indicio animi deliberati occi-
20 dendi, † uerùm unus testis deponens super ind
cio nullam probationem indicij facit, nisi adsint
21 duo testes, Bart.in l.fin.de quæst. † & unus testis
deponens super facto facit indicium si sit omni
exceptione maior Bal.in l.milites num.2.C.de
quæst.Item est contrarius dicto Bellingerij, qui
dixit ambos fratres cum primò insultasse cum pu
gionibus, Matthias autem dixit, quòd inter illos
duos primò incipientes insultare, aderat ille qui
fuit à Baricello captus scilicet Sammapheus;Item
dicit de hac re fuisse loquutum cum, quoddam
22 Pasino; Pasinus autem id negat, † & legimus si
testis dicat aliquem fuisse præsentem, ille autem
neget præsentiam corporalem, primus testis non
probat, Bald.in l.testium nu.9.C.de test.Item de-
ponit ea, quæ nullo modo sunt uerisimiliam, im
mò nec possibilia, negat enim cognoscere Pallaui
cinum & fratrem ac Bellingerios, & dicit quòd si
illos etiam nunc uideret non cognosceret, & ta-
men dicit aduertisse illos audiuisse eandem mis-
sam, & ex qua porta exirent fratres, & ex qua Bel-
lingerius, Item aduertisse apud quem se retraxerit
Bellingerius uulneratus, & tamen cùm adesset
maxima populi multitudo non aduertit nequi-
dem ad unum ex alijs præsentibus, & quòd maio
rem falsitatis suspitionem inducit, negat præces-
sisse uerba, uel aliquem actum, ex quo potuisset
causari rixa, Dicens quòd si quid eorum interces-
sisset, ipse audiuisset uel uidisset, quæ uix depone
re auderet is, qui conscius rixæ futuræ ad omnia
diligēter aduerteret.Item est falsus manifestè, cùm
dicat se habere in bonis libras tercentum, & ni-
hil habeat ut probant testes: & si senatus nullam
habuit rationem istius Matthiæ contra Samma-
pheum, quem ille dixerat fuisse unum ex duobus
insultantibus, multominus debet habere contra
Pallauicinum, quem in specie non nominat.

CASVS XI.

¶ Christophorus & Raphael fecerūt pacem, &
promiserunt se non offendere sub pœna mille scu
torum, & dederunt fideiussores; Christophorus
deinde imputatus fuit de quodam crimine, pro-
pter quod inquisitus absens condemnatus ulti-
mo supplicio, & bannitus fuit; deinde post ali-
quot dies fuit indictum præmium occidendi il-
lū; Posteà Christophorus dum inuenisset Rapha-
lem, illum agressus fuit, ut occideret, sed ille fu-
giendo incolumis euasit. Agit Raphael ad pœ
nam contra fideiussorem; Fideiussor probat inter
alia Raphaelē sollicitasse in iudicio criminali co
tra Christophorū ut bāniretur, & fuisse in causa

ut poſt bannum imponeretur præmium occiden-
ti illum: Item probat Raphaelem non fuiſſe offen
ſum, licèt Chriſtophorus offẽdere fuerit conatus.
¶ Quæritur, an iure ad pœnã damnari poſſit?

S V M M A R I V M.

1 *Conatus occidendi etiam non ſequuto effectu punitur de iure communi ſecus ubi agitur ciuiliter.*
2 *Statuti uerba propriè & uere intelligi debent, & ideo conatus abſque effectu non punitur.*
3 *Pacem faciens & promittens non offendere, poteſt offendere ex noua cauſa.*
4 *Offenſa in dubio præſumitur facta ex noua cauſa.*
5 *Statuto ſi caueatur quòd poteſtas teneatur pro familia, & familiaris prætoris ante ſindicatum banniatur non poteſt pro eo prætor conueniri.*
6 *Promiſsio quęlibet intelligitur facta rebus ſic ſtãtib.*
7 *Obligatio non poteſt diſſolui ab una parte quin diſſoluatur ab altera.*
8 *L.1.C.de fideiuſ. quomodo procedat declaratur.*

1 Licèt iure communi † conatus occi-
dendi puniatur etiam non ſequu-
to effectu, l. is qui cum telo ad l.
Cornel. de Siccar. ubi tamen agi-
tur ciuiliter nunquam punitur co-
natus, non ſequuto effectu, gloſſ. & Bald. in l. ſi
conſtiterit C. fin. reg. Bart. in l. uulgaris. §. qui fur-
2 ti de fur. † & quemadmodum in ſtatutis in qui-
bus uerba propriè & uerè intelligi debent, cona-
tus abſque effectu non punitur Bart. in l. prima, in
princip. ad l. Cornel. de Siccar. eodem iure in con
tractibus in quibus uerba ſtrictè ſunt intelligen-
da, non debet quis ob conatum abſque effectu
3 incidere in pœnam. † Præterea faciens pacem, &
promittens non offendere, poteſt offendere ex
noua cauſa, Bar. in l. aut facta. §. cauſa de pœn. in
l. quæro. §. inter locatorem loca. comprobarunt
poſteriores in l. qui ſeruum, de uerborum obligat.
etiam ſi noua cauſa non eſſet iuſta cauſa offenden-
di, ſi rectè ſentit Alex. conſi. 19. num. ſecundo lib.
4 primo, & in dubio offenſa præſumitur facta ex
noua cauſa Bald. in l. ſi prædium colum. fina. C. de
edil. edi. Alex. conſi. 115. num. 5. lib. quarto, qui
defendit, cum quidam affines offendentis fuiſſent
inſultati, præſumi offendentem ex noua cauſa of-
fendiſſe, Idem Alexan. in l. ſemel mora, nume. 3.
ſoluto matrimon. Iaſ. in l. qui ſeruum, nume. 3. de
uerborum obligat. Rom. conſi. 183. Ideò cum Ra
phael proſequutus fuerit Chriſtophorum, ut bàn-
niretur, & poſt bannum ſollicitauerit, & effece-
rit ut illi talea imponeretur, præſumitur Chriſto-
phorus ob illam cauſam offendere uoluiſſe. Ad
hæc cùm Chriſtophorus fuerit poſt promiſſio-
nem & ante conatum offendendi bannitus, fide-
iuſſor ob offenſam poſt bannum factam conueni-
ri non poſſe uidetur. Nam Bal. in add. Spec. in tit.
de accuſatio. circa fin. uerſi. ſed quid ſi familiaris,
5 ſcripſit ſi † ex ſtatuto poteſtas teneatur pro fami-
lia, & familiaris prætoris ante ſindicatum ban-
niatur, non poſſe pro eo prætorem conueniri, &
in l. ſi filius prima de tutel. & ratio. diſtrah. conſti-
tuitur patrem qui tenetur tamquam fideiuſſor fi-
lij, quando eius uoluntate adminiſtrauit tutelam,
non teneri de adminiſtratis, poſtquam filius mu-
tauerit conditionem, ut quia emancipatus uel ali-
6 ter ſui iuris effectus fuerit, † & quælibet promiſ-
ſio intelligitur facta rebus ſic ſtantibus l. φ ſeruius
de cond. ob cau. Cumque bannito Chriſtophoro,
promiſſio de non offendendo correſpectiua & ab
utraq; parte obligatoria reſoluta eſſet, ex parte Ra
phaelis qui poterat abſque metu pœnæ offendere
Chriſtophorum Bar. & poſteriores in d. l. qui ſer-
uum, neceſſariò etiã fuit reſoluta ab altera. S. Chri-
ſtophori. l. fin. de accep. l. cum emptor de reſcind.
uend. Et quamuis in cõtrahendo contractus hinc
inde obligatorij quandoq; claudicent, & ab una
parte oriatur obligatio ab alia non, l. Iuli. §. ſi pupil
7 lus de actio. emp. † Tamen in diſſoluendo non po
teſt obligatio diſſolui ab una parte, quin diſſolua-
tur ab altera. l. ſi id quod in ſi. de reſcind. uend. gl.
in l. 1. eo. ti. Neque obſtat ſi diceretur bannito reo
8 principali & publicatis bonis fideiuſſores ex con-
tractu non liberari l. 1. C. de fideiuſſ. etenim id pro
cedit quando per bannum obligatio non extingui
tur, ſed perſona rei eximitur ab obligatione, quæ
tranſit in fiſcum. Bal. in d. l. prima. Verùm bannito
Chriſtophoro pax & obligatio pacis euanuit neq;
in fiſcum tranſiuit, ideò fideiuſſor liberatus uide-
tur l. excep. de excep.

C A S V S XII.

¶ Extant principis proclamationes, ſi quis blaſ
phemauerit Deum, uel ſanctos, pro prima uice
puniatur in decem, pro ſecunda duplicetur pœ-
na, pro tertia uice fuſtigetur. Duo teſtes deponũt
Alphonſum dum uerbis rixaretur cum Octauia-
no eodem impetu ter blaſphemaſſe. Quæritur an
perſonaliter detineri, & uigore proclamationum
fuſtigari poſſit?

S V M M A R I V M.

1 *Statuto ſtante quòd pro tertio furto quis ſuſpendatur ſi quis eodem loco & tempore faciat plura furta cenſetur unum delictum, nec tamquam tertio furatus ſuſpendi poteſt.*
2 *Conſuetudo requiritur temporis internallo.*
3 *Iniurioſa uerba ſi quis eodẽ impetu dixere alieni labentur pro una iniuria quantum ad pœnam.*
4 *Quæ uno contextu fiunt pro uno facto habentur.*
5 *Statuti imponens pœnã dicẽti iniuriã pro qualibet uice intelligitur in dicente iniuriã ſeparatis tẽporib.*
6 *Statuto ſi imponatur pœna facientib. ligã ſeu tractatũ, & duo fecerint tractatũ, & ex interuallo deuenerint ad actum poſſint de utroque tractatu, ſcilicet & actu puniri.*
7 *Confeſſio extraiudicialis geminata habet uim iudicialis ſi fiat diuerſo tempore.*
8 *Emphyteuta ex trina ſolutione probatur ſemper retro ſoluiſſe ſi ſolutiones fiant diuerſis temporibus*
9 *Intellectus ille capiendus eſt per quem quis non cadit in delictum uel minus cadit.*
10 *Iudex iniuſte aliquem detinens tenetur ad intereſſe detento.*

Non

mitur ab initio propositum eorum fuisse tale, si-
cuti posteà fecerunt l.sed est Iulianus §. perinde
ad Maced.Bart.in l.cætera §.si peruenerit num.3.
de leg.1.& sic non solùm non habuisse proposi-
tum occidendi, sed immò potius obuiandi homi
cidijs, si quæ casu possent euenire. Ex quantitate
quoque rixæ admenationum & uulnerum oritur
manifestissima præsumptio, quòd Pallauic. non
habuit animum occidendi, nam ex processu con
stat Pallauicinum uel non admenasse, uel semel
tantùm admenasse contra Bellingerium labentem
in terris, ut deponunt sex testes: qua de re sicuti
geminatio & reiteratio percussionum inducunt
præsumptionem animi occidendi, ita nulla uel
unica & leuis admenatio contra eũ, contra quem
lapsum poterat sæpius & sæpius admenare, debet
15 arguere nullum fuisse animum occidendi. † Vlti
mò ex euentus consideratione oritur manifestis-
sima probatio Pallauicinum & socios non habuis-
se animum occidendi; Nàm Bellingerius non fuit
occisus, ideò cùm Pallauicinus potuerit occidere
eum in terris prostratũ, & non occiderit. Cumque
Sammapheus potuerit occidere uel saltem uulne
rare socium Bellingerij lapsum in terris, & non
uulnerauerit, ut deponunt plures, necessariò pro
batur eos non habuisse animum occidendi l.sæ-
pe in fin.de uerb. signif. Nam ex euentu apparet
animus præcedens. Bart.in l.si concubina §.1.re-
16 rum amot. † & actus qui sequitur, declarat qua-
lis fuerit animus præcedens §.pauonum in uersi.
reuertendi Instit.de ret.diui.& Bart. in d.§. sed si
præparauerit, & sicuti mulier quæ facto diuortio
cellat, præsumitur causa diuortij amouisse d.l.si
concubinã §.1.ubi Bar.& animalia quæ ad dñium
non reuertuntur, cẽsentur ab initio tpe discessus
non habuisse aĩum reuertendi, d.uers.reuertendi.
Ita & is qui aduersarium prostratum in terris oc-
cidere potest, & nõ occidit, præsumi debet usque
ab initio non habuisse animum occidendi, ad hæc
17 si ille, † qui habet Roncam in manibus percutit
cum calce, & occidit, non præsumitur habuisse
animum occidendi, nec tenetur de occiso l.eum,
qui C.ad l.Cor.de Sica.multo minus debet præsu
mi habuisse animum occidendi, nec teneri de ani
mo deliberato occidendi is, qui habens ensem
nudatum in manibus potest occidere aduersar.
humi iacentem & non occidit. Cumque facta rixa
Sammapheus unus ex socijs potuerit fugere &
euitare Baricellum, oritur uehemens præsumptio
18 nihil ex proposito commissum fuisse, † & cum
pro Pallauicino adsint multa indicia contra illum
deberẽt esse indicia multũ urgentia, ut superẽt ea
quæ faciunt pro eo, Bart.in l.1.§.primo nu.2.de
quæst. Non obstat quòd Matthias de Lombar-
dis custos castratorũ testis ab accusatoribus submi
nistratus & ante condemnationem examinatus,
dicat factum fuisse insultum in Bellingeriũ à duo
bus cum pugionibus nudis nullis præcedentibus
uerbis, nam ex eius depositione nullum oritur in
dicium, & primò recipiendo personam, ipse est
uilissimus, nẽpe custos castratorum, quos macel-
larij in dies occidunt, & nihil prorsus habens in
bonis, & carens lecto & uestibus necessarijs,
ideoque in criminalibus à testimonio repellen
19 dus, † & quia continuam conuersationem cum
accusatoribus habet, & ab eis fatetur habere ui-
ctum c.repellantur de accusat. Ias.in l.apertissi-
mi nu.7.C.de iud. Secundo quò ad dicta, licet de
ponendo de insultu uideatur deponere de facto,
Tamen quatenus hoc casu insultus deducitur nõ
ut reus puniatur de insultu, sed ut ex insultu pro
betur animus deliberatus occidendi, testis ille de
ponere dicitur de indicio animi deliberati occi-
20 dendi, † uerùm unus testis deponens super ind
cio nullam probationem indicij facit, nisi adsint
21 duo testes, Bart.in l.fin.de quæst. † & unus testis
deponens super facto facit indicium si sit omni
exceptione maior Bal.in l.milites num.2.C.de
quæst. Item est contrarius dicto Bellingerij, qui
dixit ambos fratres eum primò insultasse cum pu
gionibus, Matthias autem dixit, quòd inter illos
duos primò incipientes insultare, aderat illè qui
fuit à Baricello captus scilicet Sammapheus; Item
dicit de hac re fuisse loquutum cum, quoddam
22 Pasino; Pasinus autem id negat, † & legimus si
testis dicat aliquem fuisse præsentem, ille autem
neget præsentiam corporalem, primus testis non
probat, Bald.in l.testium nu.9.C.de test. Item de-
ponit ea, quæ nullo modo sunt uerisimiliam, im
mò nec possibilia, negat enim cognoscere Pallaui
cinum & fratrem ac Bellingerios, & dicit quòd si
illos etiam nunc uideret non cognosceret, & ta-
men dicit aduertisse illos audiuisse eandem mis-
sam, & ex qua porta exirent fratres, & ex qua Bel-
lingerius, Item aduertisse apud quem se retraxerit
Bellingerius uulneratus, & tamen cùm adesset
maxima populi multitudo non aduertit nequi-
dem ad unum ex alijs præsentibus, & quòd maio
rem falsitatis suspitionem inducit, negat præces-
sisse uerba; uel aliquem actum, ex quo potuisset
causari rixa, Dicens quòd si quid eorum interces-
sisset, ipse audiuisset uel uidisset, quæ uix depone
re auderet is, qui conscius rixæ futuræ ad omnia
diligẽter aduerteret. Item est falsus manifestè, cùm
dicat se habere in bonis libras tercentum, & ni-
hil habeat ut probant testes: & si senatus nullam
habuit rationem istius Matthiæ contra Samma-
pheum, quem ille dixerat fuisse unum ex duobus
insultantibus, multominus debet habere contra
Pallauicinum, quem in specie non nominat.

CASVS XI.

¶ Christophorus & Raphael fecerũt pacem, &
promiserunt se non offendere sub pœna mille scu
torum, & dederunt fideiussores; Christophorus
deinde imputatus fuit de quodam crimine, pro-
pter quod inquisitus absens condemnatus ulti-
mo supplicio, & bannitus fuit; deinde post ali-
quot dies fuit indictum præmium occidendi ile
lũ; Posteà Christophorus dum inuenisset Rapha-
lem, illum agressus fuit, ut occideret, sed ille fu-
giendo incolumis euasit. Agit Raphael ad pœ-
nam contra fideiussorem; Fideiussor probat inter
alia Raphaelẽ sollicitasse in iudicio criminali cõ-
trã Christophorũ ut bãniretur, & fuisse in causa

ut post bannum imponeretur præmium occidenti illum: Item probat Raphaelem non fuisse offensum, licèt Christophorus offēdere fuerit conatus.

¶ Quæritur, an iure ad pœnā damnari possit?

SVMMARIVM.

1 *Conatus occidendi etiam non sequuto effectu punitur de iure communi secus ubi agitur ciuiliter.*

2 *Statuti uerba propriè & uerè intelligi debent, & ideo conatus absque effectu non punitur.*

3 *Pacem faciens & promittens non offendere, potest offendere ex noua causa.*

4 *Offensa in dubio præsumitur facta ex noua causa.*

5 *Statuto si caueatur quòd potestas teneatur pro familia, & familiaris prætoris ante sindicatum banniatur non potest pro eo prætor conueniri.*

6 *Promißio quælibet intelligitur facta rebus sic stātib.*

7 *Obligatio non potest dissolui ab una parte quin dissoluatur ab altera.*

8 *L. 1. C. de fideius. quomodo procedat declaratur.*

1 Licèt iure communi † conatus occidendi puniatur etiam non sequuto effectu, l. is qui cum telo ad l. Cornel. de Siccar. ubi tamen agitur ciuiliter nunquam punitur conatus, non sequuto effectu, gloss. & Bald. in l. si constiterit C. fin. reg. Bart. in l. uulgaris. §. qui furti de fur. † & quemadmodum in statutis in qui-
2 bus uerba propriè & uerè intelligi debent, conatus absque effectu non punitur Bart. in l. prima, in princip. ad l. Cornel. de Siccar. eodem iure in contractibus, in quibus uerba strictè sunt intelligenda, non debet quis ob conatum absque effectu
3 incidere in pœnam. † Præterea faciens pacem, & promittens non offendere, potest offendere ex noua causa, Bar. in l. aut facta. §. causa de pœn. in l. quæro. §. inter locatorem loca. comprobarunt posteriores in l. qui seruum, de uerborum obligat. etiam si noua causa non esset iusta causa offendendi, si rectè sentit Alex. consi. 19. num. secundo lib.
4 primo, & in dubio offensa præsumitur facta ex noua causa Bald. in l. si prædium colum. fina. C. de edil. edi. Alex. consi. 115. num. 5. lib. quarto, qui defendit, cum quidam affines offendentis fuissent insultati, præsumi offendentem ex noua causa offendisse, Idem Alexan. in l. semel mora, nume. 3. soluto matrimon. Ias. in l. qui seruum, nume. 3. de uerborum obligat. Rom. consi. 183. Ideò cum Raphael prosequutus fuerit Christophorum, ut banniretur, & post bannum sollicitauerit, & effecerit ut illi talea imponeretur, præsumitur Christophorus ob illam causam offendere uoluisse. Ad hæc cùm Christophorus fuerit post promissionem & ante conatum offendendi bannitus, fideiussor ob offensam post bannum factam conueniri non posse uidetur. Nam Bal. in add. Spec. in tit. de accusatio. circa fin. uersi. sed quid si familiaris,
5 scripsit si † ex statuto potestas teneatur pro familia, & familiaris prætoris ante sindicatum banniatur, non posse pro eo prætorem conueniri, & in l. si filius prima de tutel. & ratio. distrah. constituitur patrem qui tenetur tamquam fideiussor filij, quando eius uoluntate administrauit tutelam, non teneri de administratis, postquam filius mutauerit conditionem, ut quia emancipatus uel ali-
6 ter sui iuris effectus fuerit, † & quælibet promissio intelligitur facta rebus sic stantibus l. qꝫ seruius de cond. ob cau. Cumque bannito Christophoro, promissio de non offendendo correspectiua & ab utraq; parte obligatoria resoluta esset, ex parte Raphaelis qui poterat absque metu pœnæ offendere Christophorum Bar. & posteriores in d. l. qui seruum, necessariò etiā fuit resoluta ab altera. S. Christophori. l. fin. de accep. l. cum emptor de rescind. uend. Et quamuis in cōtrahendo contractus hinc inde obligatorij quandoq; claudicent, & ab una parte oriatur obligatio ab alia non, l. Iuli. §. si pupil
7 lus de actio. emp. † Tamen in dissoluendo non potest obligatio dissolui ab una parte, quin dissoluatur ab altera. l. si id quod in fi. de rescind. uend. gl. in l. 1. eo. ti. Neque obstat si diceretur bannito reo
8 principali & publicatis bonis fideiussores ex contractu non liberari l. 1. C. de fideiuss. etenim id procedit quando per bannum obligatio non extinguitur, sed persona rei eximitur ab obligatione, quæ transit in fiscum. Bal. in d. l. prima. Verùm bannito Christophoro pax & obligatio pacis euanuit neq; in fiscum transiuit, ideò fideiussor liberatus uidetur l. excep. de excep.

CASVS XII.

¶ Extant principis proclamationes, si quis blasphemauerit Deum, uel sanctos, pro prima uice puniatur in decem, pro secunda duplicetur pœna, pro tertia uice fustigetur. Duo testes deponūt Alphonsum dum uerbis rixaretur cum Octauiano eodem impetu ter blasphemasse. Quæritur an personaliter detineri, & uigore proclamationum fustigari possit?

SVMMARIVM.

1 *Statuto stante quòd pro tertio furto quis suspendatur si quis eodem loco & tempore faciat plura furta censetur unum delictum, nec tamquam tertio furatus suspendi potest.*

2 *Consuetudo requiritur temporis interuallo.*

3 *Iniuriosa uerba si quis eodē impetu dixere alicui labentur pro una iniuria quantum ad pœnam.*

4 *Quæ uno contextu fiunt pro uno facto habentur.*

5 *Statuti imponens pœnā dicēti iniuriā pro qualibet uice intelligitur in dicente iniuriā separatis tēporib.*

6 *Statuto si imponatur pœna facientib. ligā seu tractatū, & duo fecerint tractatū, & ex interuallo deuenerint ad actum possunt de utroque tractatu, scilicet & actu puniri.*

7 *Confeßio extraiudicialis geminata habet uim iudicialis si fiat diuerso tempore.*

8 *Emphyteuta ex trina solutione probatur semper retro soluisse si solutiones fiant diuersis temporibus.*

9 *Intellectus ille capiendus est per quem quis non cadit in delictum uel minus cadit.*

10 *Iudex iniuste aliquem detinens tenetur ad interesse detento.*

Non

6 in 16.q.de offic.procõ.& si consideremus† leges b statuunt pœnam iudici non punienti crimina loquũtur uel in crimine probato, ut in l.2.C.de mercat. uel delato ut in l. fin.C. ne san.Bapt. uel post condemnationem ut in l.fin.C.de monop. Præterea etsi præcessissent inditia contra criminosos, tamen Antonius non uidetur potuisse procedere, tempore quo cœpit habere scientiam delinquentium. Primò quia superior iam ceperat cognoscere, & criminosos citari mandauerat, & sic præue-
7 nerat, † cum præuentio fiat per solam citationem
8 glo. & docto. in l.ubi cœptum de iud. † Secundo quia superior incipiendo cognoscere dicitur causam ad se auocasse, neque inferior ulterius se intromittere potest.c.ut nostrum de appel. Innoc.in c.cum M.num.10.& ibi posteriores de constitu. & licet generalis inquisitio facta à superiore, & citatio eius mandato transmissa nullum produxerit effectum, quia ad ulteriora non fuit processum, triplici inferior se intromittere non potuit, ut ex Innoc.& Ancha. tradunt Dec.in d.c.cum M. num.40.Rip.num.197. Ad hæc licèt Antonius habuisset indicia apud acta contra parricidias, & à nemine fuisset præuentus, uel causa ad superiorem non fuisset auocata, Tamen ipse non teneba-
9 tur inquirere, etenim de iure communi † iudex regulariter non potest procedere nemine accusan
10 te.l.rescripto.§.si quis accusatorem de accus. † & licèt statuto disponatur quòd iudex possit de omni delicto procedere per inquisitionem, tamen qđ iudicis potestati permittitur, iuris necessitati non subijcitur l. non quicquid de ind. & in terminis huiusmodi statuti necessitatem iudici non imponi, & iudicem non inquirentem non posse de negligentia puniri contra Bald.defendunt Alex.in l. gallus in princ.nu.24.Ias.nu.26.de lib.& posthu.
11 † & ubicunq; inquisitio non est iussa sed permissa si iudex non inquirit non tenetur Bald.in l.1.in
12 prin.ubi pupill.educa.debeat, † & ubi pœna imponitur pro negligentia seu delicto in non faciendo ad hoc ut quis pœnam incurrat, requiritur, ꝙ præcedat monitio seu interpellatio Inno.in c. extirpandæ nu.2.de præben.comprobarunt Bal. in authen.hoc amplius num. 16. C. de fideicom.in l.si mora solu.mat. & alij, quos referunt & sequuntur Alex.in d.l.si mora num.12. & in l. stipulatus num.13.de uerb.oblig.Felin.in c.2.num.4.de magistr.dictum Inno. communiter approbari inquit Dec.loquens in statuto pœnali consi. 37. num. 9. Tandem & si dubium esset an prædicta necessariò concludant Antonium non debuisse, uel saltem obligatum nõ fuisse ad procedendum contra parricidas: Negari tamen non potest quin causare potuerint in Antonio probabilem causam credendi, quòd ipse non posset uel saltem non tenere-
13 tur procedere: † Traditum autem legimus causam quamlibet etiam iniustam excusare à pœna.l. igitur de lib.cau.l.3.§. si quis ignorans ad Syllan. gloss.prima, in l.prima.§.hoc autem si quis iusdic. non obtemp. in l.plagij. C. de plagia.etiam in his quæ sunt de genere prohibitorum, Ang.in d.l.plagij, quod comprobat Alex. consi.127. nu. 10.libr. 4.& quæ procedere uidentur etiam quòd causa illa iniusta plenè non probaretur, si rectè sensit Alexan.consi.115. num.15.lib.quarto, quæ multò facilius procedere debent in dictis in omitten-
14 do, † quæ dicuntur longè leuiora quam delicta in committendo.l.si seruum in prin. de uerb. obliga.l.licet.§. fin.ubi not.Bar.de pecul.

CASVS XV.

¶ Comes Luchinus, & datiorum illius conductor fuerunt accusati de impositione noui uectigalis à Bartholameo, qui à præfato datiario coactus fuerat soluere datium, & in conclusione accusationis nil aliud petitum fuit quam ipsos puniri secundum leges decreta ac ordines. Deinde ad instantiam fisci contra eos formata fuit criminalis inquisitio, opponente semper Co. Luchino non posse criminaliter procedi attenta longa & lõgissima ipsius quasi possessione: Exaduerso replicante fisco criminaliter procedendum esse. Co. Luchinus probauit antecessores suos exegisse iam triginta annis, ideo ipsum continuasse exactionem non autem imposuisse: Fiscus uidens Comitem absoluendum esse à pœna, petit datiariũ compelli ad restitutionem exactorum, & comiti inhibendum ne in futurum exigi faciat, attento quòd non probauit titulum nec possessionem temporis immemorabilis. Excipit Com. Luchinus in iudicio hoc criminali non posse pronuntiari super interesse ciuili, sed pronuntiandum duntaxat super crimine saluis iuribus & fisci & ipsius quo ad iura exigendi.

¶ Quæritur quid iuris?

SVMMARIVM.

1 *Actio criminalis et ciuilis simul cumulari nequeũt, & ex processu criminali non potest deueniri ad expeditione ciuilis.*

2 *Iudex criminalis causæ quando possit incidenter, & accessorie pronuntiare super restitutione rerum.*

3 *Pronuntiari non potest super hijs super quibus lis non fuit contestata.*

4 *Officium iudicis nisi poterit impartiri.*

5 *L. interdum ff.qui furem de fur.exponitur.*

6 *L.1.de concess.l. medicus de uar. & extra. coga.l. pe.de calum. declarantur.*

7 *Inquisitio generalis quo ad priuata cõmoda non procedit nisi incidenter.*

8 *Expensarum condemnatio & restitutio rei in iudicio criminali æquiparantur.*

9 *Officium iudicis mercenarium non potest quicquam operari, neque stare sine principali actione cui deserui.*

10 *Iurisdictionis licet quis non fuerit in possessione per tempus sufficiens ad præscribendum, tamen non debet molestari in possessione donec legitime conuincatur.*

11 *Publicatio testium facta in una iustitia non impedit quin super hijsdem capitulis in alio testes produci possit, quando non tendit ad eundem finem.*

NVllo iure senatus in causa criminaliter contra Io. Luchinum Mota quicquam super interresse ciuili ordinare, nec comes Luchinus ab exactione suspendi posse uidetur;
1 Primò quia † criminalis & ciuilis actio simul cumulari nequeunt, & ex processu criminali non potest deueniri ad expeditionem ciuilis l. 1. C.
2 quando actio ciuil. † & licet iudex criminalis causæ possit incidenter & accessoriè pronuntiare super restitutione rerum, iuxtà tradita per Bar. in l. interdum §. qui furem de fur. Id tamen solùm procedit si à Iudice id petitum sit non per uiam principalis petitionis sed incidentis & consequutiuæ ad condemnationem criminis super hoc im plorando officium iudicis, Cyn. in l. si quis ad se fundum In ult. q. Salv. num. 4. uersic. & non obsta bunt. C. ad l. Iul. de ui, quæ sententia comprobari
3 uidetur ex eo, quod legimus † pro nuntiari non posse super hijs, super quibus his non fuit conte stata, ut in rub. ut lit. non contest. super his autem quæ in accusatione non sunt petita, non potest di ci his fuisse contestata, & cum restitutio fiat offi
4 cio iudicis, clarum uidetur officium † iudicis nisi petenti impartiri debere l. 4. §. hoc autem iudicium de damn. infect. in præsenti autem processu nusquam petitum fuit datiarium cogi ad restitutionem rei, uel Comiti Luchino inhibendum, ne exigi in futurum faciat, neque super hoc officium aliquod iudicis fuit imploratum ergo &c. Secundò Iudex criminalis potest super restitutione ablatorum pronunciare, quando constat de crimine intentato, & reus condemnatur de illo, nam tex.
5 † in l. interdum §. qui furem de fur. super quo fun data est communis opinio, scilicet iudicem qui de crimine cognoscit posse incidenter pronuntiare super restitutione rei, loquitur eo casu quo fur cōdēnatur de furto ibi dānato fure, Ita quoq;
6 loquitur tex. † in l. prima de concuss. in l. medicus de uar. & extr. cog. in l. penul. de calum. Item si ponderentur uerba scribentium, omnes præsupponunt reum conuictum seu confessum ac condemnatum de principali delicto nàm Bart. in l. si quis ad se fundum in fin. C. ad l. Iul. de ui in fin. inquit, si quis criminaliter accusetur de uiolentia, & de crimine constet, posse uirtute eiusdem processus ex officio iudicis fieri. restitutionem possessionis de æquitate, Idē uult Inno. in c. cum opporteat num. 5. in fin. de accusat. ibi probato crimine &c. & Bart. in l. prima in fin. princ. ad turpill. dixit iudex qui de crimine cognoscit potest ex officio condemnare, criminosum ad restitutionem, & Bald. in l. ea quidem numero. 6. Scripsit probato crimine per modum inquisitionis posse mandari criminoso quòd satisfaciat par ti ex quo apertè sentiunt nisi prius constet de crimine de quo facta est accusatio uel inquisitio non posse reum condemnari ad restitutionem. Bald. quoque in l. penul. de calumn. inquit ex eodem processu fit restitutio rei, & condemnatio criminalis, & in l. obseruare §. proficisci num. 7. in 6. q.
7 † Inquisitio generalis quò ad priuata commoda non procedit nisi incidenter, hinc si quis condemnetur de culpa criminaliter etiam ad restitutionem condemnabitur accessoriè, & in l. quod euitandi num. secundo. uersic. econtra autem &c. ex criminali processu peruenitur ad ciuile ex eadem instantia, uerbi gratia, Fur criminaliter fustigatur, tamen de carcere non relaxatur, donec furtum reddatur, & in l. prima nu. 4. C. de app. restitutio fit officio iudicis, cùm notorium sit, & delictum aliter non possit purgari nisi restitutio fiat, & Salic. in d. l. si quis ad se fundum num. quarto, uersicu. & non obstabunt inquit, licèt iudex maleficiorum de ciuili non habeat cognitionem, illud debet intelligi per uiam principalis petitionis non incidentis & consequutiuæ ad purgationem criminis, & Castren. in l. solemus §. Latrunculator de iud. dixit Iudex maleficiorum li cet non principaliter incidenter, tamen cognoscit de causa ciuili quia condemnat reum ad furcas, & ad restitutionem rerum furto subtractatum officio iudicis mercenario; ex quibus apertè ostenditur Doctor. uoluisse communem illam opi nionem de qua per Bart. in d. §. qui furem, procedere duntaxat ubi reus condemnatur de crimine.
8 † Accedat quòd Bart. in d. l. prima in fin. prin. ad turp. æquiparat condemnationem expensarum & restitutionem rei in iudicio criminali, reus autem non condemnatur, in expensis, ubi absoluitur à crimine intentato, & Bald. in d. §. proficisci, inquit reum condemnari ad restitutionem accessoriæ, accessorium autem non potest stare sine principali, & sic restitutionis condemnatio accessoria non potest esse nisi præcedat condemnatio super principali, & Castren. in d. §. Latrunculator uult reum condemnari ad restitutionem rerum furto subtractarum officio iudicis mercena-
9 rio, † officium autem iudicis mercenarium non potest quicquam operari, neque stare sine principali actione, cui deseruit l. 4. ubi gloss. C. depos. Accedat quòd Bald. in l. qui crimen nume. 28. C. qui accus. poss. censuit iudicem criminalem ita de mum incidenter posse deuenire ad condemnationem restitutionis rei, quando de maleficio constat per confessionem, cum quo transit Alex. in add. Bart. in d. §. qui furem, sequitur Felin. in c. cum opporteat in fin. de accusa. Ruyn. consil. 35. in princ. lib. 5. quæ sententia si uera est in casu præsenti optimè concludit Io. Luchinum nec ad restitutionem exactarum, nec ad desistendum in fu
10 turum ab exatione potuisse condemnari, † hinc Barto. in consil. 189. nume. 12. inquit, licet quis non fuerit in quasi possessione iurisditionis per tempus sufficiens ad præscribendum, tamen non debet molestari in possessione donec legitime, conueniatur. Quòd si senatui omninò uideretur post senatoris delegati relationem pronuntiare etiam super meritis causæ ciuilis, an scilicet Co. Luchinus iure perseuerare possit in exactione datij contra expressa iura, quæ prohibent causam criminalem & ciuilem simul cumulari, tamen Comiti Luchino debet saluum esse ius probandi per quodcunque genus probationis ac etiam super capitulis productis in causa criminali producere nouos ac etiam antiquos testes. Bar. in l. 2.

§. hoc

§.hoc ædicto nu.6.ui bon.rap. nam cum instantia causæ criminalis tenderet solum ad finẽ, ut comes condemnaretur in pœnam impositionis non uectigalis, Instantiæ uerò causæ delegatæ senatori tendat etiam ad eum finem, ut comes excludatur
11 à iure datiandi, † publicatio testium facta in una, non impedit quin super hijsdem capitulis in alia testis produci possint c.ueniens de testib. Bar.in l. 2.in fi.C.de eden.& in d.§.hoc ædicto nu.6. & sicuti in casu dicti.§. hoc ædicto instantiæ actionis ui bonorũ raptorum, & instantia accusationis legis Iuliæ de ui dicuntur tẽdere ad diuersum finẽ. Bar.d.nu.6. ita & in præsenti casu instãtia accusationis impositionis noui uectigalis & instantia causæ commissæ magnifico Senatori si in illa etiã de iure datiandi est cognoscendum ad diuersum finem tendere dicitur.

CASVS XVI.

¶ Probatur Traianum fuisse inimicum latari, alloquutum fuisse Plutonium, & Plutonium paulo post occidisse Lazarum.

¶ Quæritur an Traianus ob id carceri inclusus, & qui negat mandauisse Plutonio ut occideret tanquam mandator homicidij damnari possit? pœna l.Corneliæ de Siccarijs.

SVMMARIVM.

1 *Inimicia capitalis, secreta allegatio homicidium in continenti secutum indicant præsumptionem consilij.*
2 *Blanchus in rep.l. fi.nu. 232. de quæstio. reprehenditur.*
3 *Feli.in c.afferte nu.13.de præsumptio. decipitur.*

1 ET si capitalis inimicitia, † secreta alloquutio, homicidium incontinenti sequutum inducant præsumptionem consilij. Bart.in l. si uentri. §.eorum de priuileg. cred. Bal. in l.prima num.10.C.de ser. fugit.tamen propter illa non uidetur posse reum condemnari pœna legis Corneliæ de Siccarij, nisi appareat de uerbis secretò prolatis aptis ad inducendum mandatum: in quibus terminis loquuntur Docto. qui nolunt ex his tribus posse, quem damnari Bart. & posteriores in l.si quis mihi bona.§.pater Seio de acqu. hæred. Rip.in d.§.eorum, Ias.in d.l.prima, nu.31. uersi.quinto limitatur.C.de ser.fugit. & in his terminis loquitur etiam Bald.in l.multum interest,
2 num.2.C.si quis alt.uel sibi, & quamuis † Marcus Blancus in rep.l. fin. nu.232.de quæstio. dicat tria prædicta inducere probationem allegando Ias. in d.l.prima. Tamen Iason loquitur in casu. Bart.in d.§.Pater.Seio.in quo constabat de tenore uerborum prolatorum aptorum ad inducendum mandatum, & restringit d.Barto. ut non procedat nisi
3 tria prædicta simul concurrant: & † licèt Felin. in c.afferte num.13.de præsumpt.dicat ob prædicta reum posse damnari allegando. Bar.in d.§.eorum, tamen Bar.non dicit quòd quis possit damnari, sed quòd præsumitur dedisse consilium, & ubicunque ex præsumptionibus quis damnetur iudex debet temperare pœnam. Inno.in c. quia uerosimile, nu. 2.uersicu.no. tamen de præsumpt. & alij plures quos recenset Felin.in c.afferte num.6. de præsumpt. Vnde si non appareret quæ uerba secretò fuerint dicta non crediderim in proposita quæstione reum tamquam mandatarium damnari posse pœna mortis, crediderim tamen tormentis subijci, uel extraordinaria pœna affici posse.

CASVS XVII.

¶ Iulius uolens mouere iudicium contra Petrum minorem uigintiquinque annis dedit preces Principi, & petijt mandari iudici, ut cogeret Petrum ad nominandum quem uelit sibi dari in curatorem, & ubi non nominaret, decerni iudicium ualere citato curatore generali: Princeps rescripsit iudici, ut cogeret Petrum ad nominandum quem uelit sibi decerni curatorem. Iudex præcepit Petro quòd sub pœna scutorum quinq, centum debeat illinc ad primam iuris nouissime quem uelit citari loco curatoris. Procurator Petri comparuit & dixit de nullitate, & deinde cum protestationibus & reseruationibus nominauit duos, fuit oppositum illos non habitare in ciuitate: Iudex alio non probato transmisit præceptũ Petro, ut sub pœna alias comminata nominaret personas habitantes in ciuitate. Procurator Petri opposuit personas nominatas habitare in ciuitate, & obtulit alios nominare, ubi teneretur. Iudex relaxauit multam cõtra Petrum, & concessit mandatum exequutiuum, fuit appellatum, & pendente appellatione fuit exequuta multa. Coram Principe conqueritur Petrus, dicens contra se nulliter & iniustè exequutam mulctam.

¶ Quæritur quid à Principe sit faciendum.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum principis debet interpretari secundum iuris dispositionem, & reduci ad ius cõmune.*
2 *Minori permittitur petere sibi curatorem.*
3 *Facere alicuius quid est inductum non debet in eius odium retorqueri.*
4 *Casus omissus relinquitur dispositiui iuris.*
5 *Rescriptum ubi præter dispositionem iuris posset interpretari non tamen aliter quam secundum supplicata esset interpretandum.*
6 *Rescri pti contra ius non debet a iudice obseruari.*
7 *Mulctari ne quis posit quæ requirantur præclare exponitur.*

VIx possum credere quòd iudex iurisconsultus ea fecerit, quæ in proposito casu † narrantur, nam principis rescriptum debet interpretari secundum iuris dispositionem, & reduci ad ius commune l.ex facto de uulga. & 1

uerba

in actu, ex quo resultat gloss. in clem. saepè in
5 uer. partibus de uerb. signif. † & ratificatio tacita non ità latè interpraetanda, sicut expressa, Ias. in l. cum quid nume. 8. ff. cer. pet. & quod ex facto insurgit tacitum uidetur, & ad qualitatem facti restringitur Dec. in c. dilecti num. 2. uersic. notandum de appell. Praeter id quòd cum quis possit approbare factum, & reprobare qualitates facti Bart. in l. Pomponius scribit circa prin. uersic. pro declaratione de neg. gest. Bald. in l. prima nume. 3. uersic. item potest quis C. de fur. & approbare uenditionem ac reprobare quòd pro tanto facta sit l. cum interdicte C. arbit. tutell. iuncta gloss. in uer. residuum, potuit Ioannes Martinus approbare factum ponendi frumentum in domo sua, ac reprobare qualitates, & multomagis factum praecedens, scilicet uiolentam derobationem, ideoque ex approbatione unius, non infertur approbatio alterius, praecipuè cum
6 sint separatà facta. Praeterea † ratihabitio non obligat in delictis, nisi delictum factum fuerit nomine eius qui ratum habet, Gloss. & Bart. in l. prima §. sed si cum quis de ui, & in arma. Bal. in l. non ideo minus num. 25. C. de accus. Non etiam dici posse uidetur Io. Martinum teneri tamquam furem uel derobatorem cum receptauerit res furatas aut derobatas l. eos C. de fur. ubi Bald. & contra eum uendicare sibi locum dispositionem d. l. si quando, quae etiam in furto lo-
7 cum habet, Etenim † d. l. eos procedat solùm in eos, qui scienter & dolosè rem furatam receptat Castren. ibi; Hic autem apparere uidetur Io. Martinum non dolosè receptasse, cùm eo absente fuerit in eius domo illatum, & statim reclamauerit, & aliud est receptare, aliud pati ut res illata eo absente in domo remaneat,
8 sicuti aliud est petere, aliud retinere: † hinc Bal. consil. 250. lib. primo, num. 10. dixit eum, qui non recepit ab aliquo, sed reperit in domo non dici receptatorem, & capienda est interpraetatio per quam quis non cadit in delictum Bart. in l. non solùm §. sed ut probari de op. no. nuncia. & sic praesumendum Ioannem Martinum non causa lucri, sed animo restituendi domino, uel custodiendi permisisse certã quantiatem frumenti permanere in eius domo, quo casu Castren. dixit d. l. eos non habere locum neque effectus reclamationis potest dici sublatus per aliquem actum assertae receptionis, immò actus acceptationis partis frumenti seu permissionis ut pars frumenti remaneret in eius domo, qui poterat fieri animo lucrandi & dolosè, & non animo lucrandi sed custodiendi & restituendi domino declaratus fuit per reclamationem praecedentem, quod scilicet non fiebat animo lucran-
9 di, † nam protestatio contraria facto multipliciter intelligibili ualet & operatur quòd factum intelligatur secundũ sensum protestationis praecedentis l. nisentius de neg. gest. Barto. in l. non solum §. morte nume. 18. Rip. in c. cum. M. de const. nume. 96. Praetereà actus receptationis tollere potuisset effectum reclamationis solùm quatenus fuisset receptatum, & sic duntaxat pro ea summa quae remansit in domo, nã quod ex facto insurgit ad quantitatem facti restringitur. Dec. in c. dilecti nume. secundo de appell. Ad haec Bald. sententia in d. l. eos non caret difficultate, nam Ang. in tract. malef. in uer. & ne stem coelestem num. 21. dixit receptantem furtum scienter non dici furem, neque puniri ac si furtum commisisset, uerùm ac si opem praestitisset, & August. in add. ibi inquit Doctrinam Bald. in d. l. eos uideri falsam, & contra Bald. facit, quia receptans furtum non potest dici furatus fuisse, neque dedisse auxilium, nisi post commissum delictum, quo casu non tenetur tamquam auxiliator, neque pari poena Bar. in l. in furt. §. ope de fur. nume. 4. cui tamen rationi respondet Bart. in l. furtum de furt. scilicet semper furari contrastando rem etiam post furtum consumatum, & ideo receptantem dici praestare auxilium furto, & quamuis Bald. sententia in d. l. eos esset uera, nihilominus posset duntaxat procedere quò ad res quas receptauit neque conueniri aut damnari posset ultra id
10 quod receptauit, nàm si praestans auxilium non tenetur de damno dato ab alijs Bart. in l. secunda §. si quis non homines ubi bon. rap. nec ad restitutionem rerum per alios ablatarum, quando non fuit in culpa substitutionis per alios factae, & si fuit in culpa non tenetur de facto aliorum, quando illi absque eius auxilio fuissent ablaturi, Abb. in c. sicut nume. 15. de homicid. & tenetur tamen ad id super quo praestitit auxilium, & quatenus auxilium praefuit Abb. in d. c. in fin. & si is qui uadit in seruitium bannitum non tenetur de eo, quod ipse non fecit, Bald. in l. prima nume. 14. uersic. sed quero C. de ser. fugit. multominus receptans unam ex pluribus rebus derobatis potest teneri ad restitutionem eorum quae non receptauit, cùm quo ad eas non fuit in culpa, & cum derobatores oĩ in casu absque nullo eius auxilio derobauerint, & ideo quamuis l. si quando C. un. ui procedat in furto, Tamen in re praesenti locum sibi uendicare non potest, neque quò ad res quas non receptauit. Neque quò ad res, quas Ioannes Martinus dicitur receptasse, cùm certa sit quantitatis rerum quae in domo remanserunt, cumque lex illa duntaxat habeant locum aduersus eos, qui uim inferunt uel auferunt. Accedat quòd ubi agitur contra tertium, qui pro delinquente posset teneri non admittitur probatio per iuramentum accusatoris super quantitate rerum ablatarum, Bart. in l. semper §. in hoc interdicto quòd ui aut clam, idem quando agitur criminaliter Bart. & Alex. in l. fin. de in lit. iuran.

SUMMARIUM.

1 *Pars cui attestationes panduntur uel instrumenta non incidit in crimen falsi.*
2 *Poena non imponitur nisi lex expressa dicat.*
3 *Custos carcerẽ punitur si apertum relinquat hostiũ carceris*

pareat de auctore rixæ, tunc enim ille ſolus punietur de occiſo, & ſic in caſu Ang. ex eo quòd quis appareat auctor rixæ non punitur ille grauius, ſed operatur, ut alii mitius puniantur : quod tamen an uerum ſit, non parum dubito.
4 † Solus Boniſ. Vital. in tractat. malefic. in tit. de inſul. percuſſ. numero 30. uult auctorem rixæ puniri ex facto alterius, de quo aliàs non eſſet puniendus, inquit enim ſi plures in rixa percuſſerunt ſi appareat quis fuerit inceptor rixæ, eum ſolum puniendum etiam quòd non conſtaret quis occiderit. Verùm ſententià Boniſ. ſi generaliter & indiſtinctè intelligatur non uidetur probari per tex. † in d. l. quo-
5 niam quæ loquitur in uiolentia facta conuocatis ad id hominibus, & cum ſit pœnalis non debet extendi ultra terminos quibus loquitur. Vnde ego crediderim ad hoc ut diſpoſitio. d. l. quoniam procedere poſſe in homicidiis in rixa duo concurrere debere. Primum quòd homicidium fuerit commiſſum ab hiis quos auctor rixæ conuocauerat, & ſic quòd præceſſerit collectio hominum ab auctore rixæ facta, ut expreſſe aſſeruit Bald. in l. data opera, numero 95. uerſic. & ſi dicatur, C. qui accuſ. non poſſ. Alexand. in apoſt. ad Bart. in l. fin. de ſiccar. & idem ſenſit Bald. in rubric. extra de iis qui ui met &c. num. 13. & in l. prima, numero 14. uerſic. ſed quæro qui dicantur. C. de ſer. fugit. Bart. & Angel. in l. ſecunda, §. ſi quis homines ui bo. rapt. in ſummario, & in ratione deciſionis de Com. Alberto. Nam text. in dicta l. quoniam interpretari debet ut loquatur in caſibus quibus uolens ingredi poſſeſſionem alterius, incurrit pœnam legis Iul. de ui publ. uel priuata, & ſic quando quis vult expellere poſſeſſorem conuocatis hominibus, l. tertia. §. ead. lege ad l. Iuliam de ui pub. l. ſi quis aliquam ad legem Iuliam de ui priuata, & in his termiuis loquitur Gand. in tractat. de malefic. in titulo de defenſ. à reo facien. numero 10. & 11. Secundo, hoc ut diſpoſitio d. l. quoniam procedere poſſit in homicidiis in rixa ultra collectionem hominum uidetur requiri, quòd auctor rixæ fecerit, uel facere tentauerit ui quid illicitum ex quo ueriſimiliter vulnera, & homicidia ſequi poſſunt, in quibus terminis loquitur text. ille, idque ſenſit Bart. in l. Diuus de ſiccar. immò & non ſine ratione uidetur dicendum non poſſe procedere diſpoſitionem, d. l. quoniam, niſi conuocatis hominibus quis facere tentat aliquid, per quod incurrit crimen legis Iuliæ de ui publ. uel priuata, quibus caſibus uidetur propriè fieri uiolentia, & qui recenſeatur in titulo ad legem Iuliam de ui publ. & in titulo de ui priua. nam auctor in caſu, d. l. punitur non ex lege Cornelia, ſed ex lege Iulia de ui, Salyc. in d. l. quoniam, numero 3. pœna autem legis Iuliæ de ui non uidetur habere locum niſi in caſibus relatis in dictis titulis : & concurrentibus prædictis duobus auctor rixæ uidetur teneri de facto eorum quos ſecum habuit, etiam ſi conſtaret quis occiderit, ut uoluere Bald. in dicta lege data opera, & in rubrica de q. ui metu, &c. Alexand. in dicta l. fin. Bartol. & Ang. in dicto §. ſi non homines, Gand. ubi ſupra, ita ut auctor rixæ, & occiſor ambo puniantur. Gloſſ. & doct. in d. l. quoniam.

CASVS XXIIII.

Colligitur ex collegationibus.

SVMMARIVM.

1 *Tortura antequam inferatur quid præcedere debeat præclare exponitur.*

2 *Iura tranſgredi licet in condemnando, & poſtquam conſtiterit reum eſſe culpabilem.*

Contra imputatum de quouis crimine † non poteſt de iure deueniri ad torturam, niſi præcedentibus legitimis indiciis. l. milites. §. oportet. C. de quæſt. l. ſicut. C. de falſ. l. prima, in princ. de quæſt. idque procedit etiam in atroci crimine læſæ Maieſtatis. l. ſi quis alicui, & ibi not. Bald. & Ang. C. ad legem Iuliam maieſt. & eſt communis ſententia, & antequam reus uigore indiciorum torqueatur, debet diſcuti an indicia ſint ſufficientia ad torturam, & ſuper hoc audiri aduocati. l. cuſtodias, ubi not. Bart. & Ang. de publ. ind. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni de adult. l. vnius. §. cogniturum de quæſtio. ideoque reo, priuſquam torqueatur, debet dari copia indiciorum. Bartol. in l. fin. in penult. quæſt. de quæſt. Alex. in l. 2. nu. 4. C. de eden. & latius conſ. 65. nu. 1. & 2. libro primo: & alii quos refert Ang. in tractat. malefic. in uer. quòd fama pub. num. 37. & à prædictis non excipiuntur crimina alicuius generis, imò in quouis maximo delicto id procedere defendit Boſſ. in tract. crimin. in tit. de indiciis, & conſid. an. tort. nu. 74. uſque ad num. 79. & Hipp. in prat. §. diligenter, num. 169. uſque ad nu. 175. defendit in perquirendo quocunque crimine etiam enormi, ſeruandas eſſe ſolemnitates à iure requiſitas, & quod dicitur licere propter enormitatem criminis iura tranſgredi
2 procedere in condemnando, & poſtquam conſtiterit reum eſſe culpabilem, quod etiam ſenſit Bart. in l. in furti. §. ope de fur. num. 1. uerſic. fallit in eo, &c. dum vult diſpoſitionem. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. procedere in damnato, & idem ſenſit in terminis aſſaſſinii. Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato, num. 14. de iniur. dum uult, quòd ſi quis faciat, uel fieri faciat homicidium mediante pecunia delictum eſſe magis atrox, & pœnam poſſe augeri, & de modo procedendi nihil loquitur: Ideò & in re præſenti ad hoc ut reus poſſit aliquo modo torqueri debent præcedere legitima inditia, & eorum copia in primis, & ante omnia dari, ad hoc ut cum aduocatis rei poſſit diſcuti, an talia ſint, quòd uigore illorum poſſit deueniri ad torturam.

CASVS XXV.

Colligitur ex allegationibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens quòd contra assasinos qui aliquem pretio occidunt, & contra eos, qui per assasinos homines occidi mandant, prætor habeat plenũ arbitrium rex interpretatur.*
2 *Legis, uel statuto dispositio ad hoc ut habeat locũ probari debet qualitas à lege, uel statuto requisita.*
3 *Statutum quòd damnum datum per incendium debeat emendari per commune, quomodo procedat exponitur.*
4 *Homicidium debet prius constare esse remissum ad hoc ut posit procedi contra aliquem ut homicidam.*
5 *Assasinus non debet existimari, qui imputatur de assasino, sed quem est conuictus.*
6 *C.1. de homi. in 6. quem non dicet sibi locum declaratur.*
7 *Concessa libera potestate, uel libero arbitrio, quæ intelligantur concessa exponitur.*
8 *Iudex rigore liberi, & pleni arbitrij dati à statuto, uel potest torquere reum non præcedentibus indicys.*

DVo proponuntur discutienda. Pri-
1 mò ao † statutum disponens, quod
contra assassinos qui aliquem præ
cio occidunt, & contra eos qui per
assassinos homines occidi mandant: prætor habeat plenum & liberum arbitriũ
inquirendi procedendi torquendi puniendi prout sibi uidebitur, procedat in repræsenti. Secundò
an uigore dicti statuti iudex possit torquere reum
non data indiciorum copia. Quò ad primum
2 † ad hoc ut dispositio legis uel statuti habeat locũ
probari debet qualitas à lege, uel statuto requisita. l. 1. §. ait prætor, & ibi not. Bar. ne quid in flum.
pub. & sic constare debet non solum hominem
fuisse occisum, sed etiam quòd propter pecuniam
datam occisori fuit occisus: Quod etiam in non
dissimili casu requirit tex. in l. 1. §. item illud scienti
dum ad Syllan. ubi ad hoc ut habeat locum dispositio Senatusconsulti Syllaniani, & quæstio de seruis haberi possit, non sufficit constare dominum
esse occisum; sed liquere debet eum scelere fuisse
interemptum; & Alber. de Ros. ibi, & Raphael
3 Come. dixere si sit † statutum, quòd damnum datum per incendium debeat emendari per commune, quod probari debet ignem fuisse immissum p
aliquem extrinsecus, aliàs non potest agi contra
commune, quia potuisset casu fortuito, uel culpa
inhabitantium comburi, & sic commune non teneretur, cuius exemplo & in re præsenti ad hoc
ut habeat locum lex, uel statutum factum contra
occidentes, uel occidi facientes per pecuniam, debet prius constare, quòd homicidium fuisset ob
pecuniam datam occisori perpetratum, quia potuit & ob aliam causam patrari: idem probat tex.
in l. si quando in uet. patefacta, iuncta gl. ibi. C. unde ui, &c. ubi ad hoc ut habeat locum dispositio
legis illius factæ in odium eorum qui inferũt uiolentiam, non sufficit dicere uim fuisse factam, sed
uiolentia debet liquide probari, & Bart. ibi nu. 2.
uers. item opp. actor &c. declarando glo. inquit ex
hoc quod dicit speciale in odium delinquentis
apparet, quòd prius debet constare de delicto ex
quo infertur, quòd etsi aliquid specialiter sit constitutum à lege, uel statuto in odium eorum, qui
occidunt, uel occidi faciunt homines ob pecuniã
datam, uel acceptam, tamen ad hoc ut habeat locum illud speciale, debet prius constare, quòd homicidium fuit commissum ob pecuniam occisori
datam: Idem suadet tex. in l. diuus Traianus de
testam. milit. ubi priuilegium datum militibus, ut
eorum testamenta quoquomodo facta, sint rata:
intelligitur dummodo prius constet testamẽtum
fuisse factum: Vnde & arbitrium datum iudici cõtra occidentes, uel occidi facientes hominem pecunia data, intelligi debet, dummodo prius constet hominem fuisse ob pecuniam datã occisum.
4 † Prætereà sicuti ad hoc ut possit procedi contra
aliquem ut homicidam, debet prius constare homicidium esse commissum, l. 1. C. ubi cau. fisc. l. si
is qui. §. si tu Titium de fur. Bar. in l. fin. num. 2. de
quæst. Ita ad hoc ut possit procedi cõtra aliquem
ut assassinum debet prius constare de assassinio,
id est quòd homo propter pecuniam fuerit occisus, quinimò in re præsenti in qua reus uidetur imputari, quòd pecunia data occisori fecerit hominem occidi, non uidetur posse procedi contra eũ
tanquam mandatorem nisi prius constet de mandatario, d. §. si tu Titium uersic. ne is qui adducitur, & ibi Bar. in fi. Bal. con. 259. in fi. lib. 1. Boss. in
tract. crim. in tit. de mand. ad homic. num. 37. qui
5 bus accedat, † quòd statim, quòd quis imputatur
de assassinio non debet existimari assassinus. l. fin.
in princ. C. de quæst. sed ita demum quando est
conuictus. 15. q. ult. c. fin. in fi. Qua de re summa
cum ratione post alios quos allegat &c. Alex. cõs.
6 166. n. 5. & 6. lib. 7. asseruit † dispositionem cap. 1.
de homicid. in 6. non uendicare sibi locum, nisi
prius constet iudici per probabilia argumenta aliquem mandauisse alteri, & pecuniam dedisse, uel
promisisse, ut hominem occideret, & quamuis ad
hoc ut quis incurrat pœnas illius tex. non sit necessaria pronunciatio super incursu pœnarum, esse tamen necessariam pronunciationem super facto. i. quòd reus ita mandauerit. Quò ad secundũ
7 † concessa libera potestate, uel libero arbitrio, non
uidentur concessa ea, quæ sunt contra bonos mores. l. si à milite. §. edictum iuncta. l. 1. de testam.
milit. ubi quamuis militibus sit concessa libera facultas testandi quomodo uelint, d. l. 1. id tamen
non extenditur ad ea, quæ sunt contra bonos mores, & Iudex habens liberum arbitrium nõ potest
lædere ius alterius, Bart. in l. filiusfa. de don. & debet seruare iura, & statuta, & nõ potest aliquid facere, qđ sit lege ciuili, aut prætoria, uel bonis moribus prohibitum, Castr. in d. l. filiusfam. nu. 3. & ui
8 gore † liberi, & pleni arbitrii dati à statuto, non
potest torquere reum non præcedentibus inditiis, Gand. in tract. malef. in tit. de quæst. & torm.
in ult. q. Iason. in l. milites, C. de testam. milit. nec
etiam potest torquere non data indiciorum copia. Alexand. consilio 65. num. 2. libro primo, quæ

ſententia ultra adducta per eum comprobari poteſt apertiſſima ratione: nam uerba Doct. quatenus nolunt præcedere debere indicia, etiam quòd iudex habeat liberum arbitrium, debent interpretari ſecundum diſpoſitionem iuris, quæ eſt ut ſuper indicis quæ index prætendit habere, ſiat diſputatio cum aduocatis rei. l. cuſtodias, ubi Bart. de publ. iud. l. Iunius. §. cogniturum, ubi not. Bar. de quæſt. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. de adult. quæ diſputatio non poteſt fieri, niſi data copia indiciorum. Bar. in l. fin. de quæſt. Accedat quòd ſtatutum de quo agitur ſub unica determinatione dat iudici liberum arbitrium inquirendi torquendi & puniendi &c. Verùm quò ad uerbum puniendi arbitrium illum proculdubio interpretatur. ut iudex nihilominus debeat ſeruare leges. Gand. ubi ſupra, ergo ut plura uerba poſita ſub unica determinatione pariformiter determinentur arbitrium illud etiam quò ad procedendum intelligi debet ſeruata forma iuris.

CASVS XXVI.

¶ Iulius noctu fuit percuſſus & uulneratus ab Antonio: Iudex proceſſit contra Antonium ex officio Iulio nullo modo accuſante; Antonius inquiſitus comparuit & carceratus fuit, demum fuit condemnatus pœna pecuniaria, & ad exulandum arbitrio Principis. Iulius deinde tranſmiſit cartulam ad Antonium, in qua prouocauit illum ad duellum, offerens ſe armis probaturum, quòd Antonius malè, & proditoriè ſe geſſit in uulnerando ipſum. Opponit Antonius non poſſe ob eandem cauſam ulterius uocari in ius, & ſic neque ad duellum, exhibetur copia inquiſitionis formatæ contra Antonium, & condemnationis ſubſequutæ. Et quæritur an occaſione dictæ percuſſionis, & uulnerum poſſit Iulius nunc uocare Antonium in ius, & ſic an exceptio per Antonium oppoſita ſit uera.

SVMMARIVM.

1 *Prouocari ad ſingulare certamen non poſſe aliquem propter factum ſuper quo iam ſequuta eſt ſententia non poſſe quem ad ſingulare certamen prouocari.*

2 *Accuſari iterum non debet, de iiſdem criminalibus quibus quis liberatus eſt.*

3 *Actione duæ propter crimina commiſſa, contra certam perſonam dantur a iure.*

4 *Limitationes ad l. liquentes, quòd idem non debet iterum accuſari de eodem crimine.*

5 *Offendens licet ſit punitus à magiſtratu poteſt offenſus ciuiliter agere pro ſuo intereſſe.*

6 *Prouocatio ad ſingulare certamen qua ratione fieri poſſit.*

7 *Quando dicatur agi ad uindictam publicam.*

8 *Senſus legum decernentium quid quando actio criminalis, & ciuilis tendunt ad uindictam pub. non poteſt una poſt alteram intentari, nec poſt intentatum iudicium actio iniuriarum.*

1 NOnnulli ſcripſerũt propter factum, † de quo cognitum eſt in iudicio, & ſuper quo ſequuta eſt ſententia, non poſſe quem ad iudicium armorum, ſiue ſingulare certamen prouocari: Ad quod dicendum arbitror eos fuiſſe motos ex eo, quod iure ſit deciſum ſæpius de eiuſdem hominis admiſſo non debere queri. l. penul. §. fin. nau. caup. & ob idem crimen quenquã non debere fieri reum pluribus legib. l. ſenatus de
2 accuſ. † & iiſdem criminibus quibus quis liberatus non debere pati præſidem eundem iterum accuſari. l. ſi cui. §. iiſdem de accuſ. nec etiam criminibus, pro quibus fuit punitus. Ang. in d. l. ſenatus in princ. Ego autem crediderim in propoſito caſu Antonium occaſione dictæ percuſſionis, & uulnerum poſſe à Iulio in ius uocari etiam poſt con-
3 demnationem prædictam. Etenim † propter crimina commiſſa contra certam perſonam, dantur à iure duæ actiones; vna. s. ad uindictam publicã, & ad pœnam applicandam fiſco, quæ actio datur fiſco, & cuilibet de populo: Altera pro intereſſe particulari perſonæ offenſæ, & hæc datur offenſo, & non alii. l. qui nomine de falſ. l. nec quicquam pro ſocio. ¶ Quò ad primam. ſ. actionem ad uindictam publicam procedunt leges ſupra allegatæ,
4 ſed cum nonnullis limitationibus. † Prima ſi is, qui uult ſecundo loco accuſare, ignorauit accuſationem, uel inquiſitionem præcedentem, & proſequitur ſuum dolorem, ſeu offenſam ſibi factam d. §. iiſdem. Secunda niſi is, qui uult ſecundò accuſare, adduciat delicto qualitatem non deductam in prima. l. vnde quæritur. §. fin. commod. Bart. in l. ſenatus, num. 4. de accuſat. Tertia niſi de crimine in primo iudicio non ſit cognitum plenè Ang. in d. l. ſenatus num. 3. Quò ad ſecundam, ſcilicet
5 actionem pro intereſſe offenſi, † licet offendens ſit punitus à magiſtratu, poteſt offenſus ciuiliter agere pro ſuo intereſſe. l. prima. C. quando ciuil. acti. & c. ex quibus infertur, quòd licèt ad inſtantiam fiſci Antonius fuerit inquiſitus, condemnatus, & punitus pœna pecuniaria, & banno arbitrario: Tamen ſi Iulius ignorauit criminaliter agi contra Antonium, poſſit proſequendo offenſam ſibi factam accuſare, & criminaliter ad uindictam publicam agere contra Antonium, & ubi etiam habuiſſet ſcientiam iudicii ad fiſci inſtantiam agitati, poſſit addendo qualitatem illam proditoriè de nouo accuſare criminaliter, & ad uindictam publicam agere, & omni in caſu infertur, quòd Iulius poteſt ciuiliter age-
6 re pro ſuo intereſſe contra Antonium, & † prouocatio ad duellum fieri uidetur pro intereſſe particulari, ſcilicet defenſione, vel recuperatione honoris, non autem ad uindictam pu-
7 blicam: etenim tunc ſolùm † dicitur agi ad uindictam publicam, quando agitur ad pœnam applicandam fiſco. Angel. in l. ſecunda. §. hoc edicto numero quinto ui bon. rapt. & ubi etiam prouocatio ad duellum tenderet ad uindictam publicam. Tamen cùm iudicium pro vulneribus ad pœnam criminalem agitatum fuerit ad inſtantiam fiſci non autem Iulii. Cumque ex vulneribus

ribus detur non solùm actio ex lege Cornelia de siccar, sed etiam actio iniuriarum uulnerato. l. lex Cornelia in prin.&c.§.1.l.prætor §.fin.de iniur. Potest Iulius agere actione iniuriarum pro iniuria sibi ex dictis uulneribus illata, quamuis fiscus egerit contra Antonium l. Cornelia de Siccar. & actio iniuriarum & ipsa tendat ad uindictam l. qui de crimine iun.glo.in uer.plurima. C.de accu
8 sat. † & leges, quæ uolunt quando actio criminalis & ciuilis ambæ tendunt ad uindictam publicam non posse unam post alteram intétari, & post intentatum iudicium.l.Corneliæ de siccar. nō posse intentari actionem iniuriarum.l. prætor edixit, §.1.uers.quid ergo de iniur. loquuntur. quando is, qui intentauit unam, uult intentare alteram. Bar.in l,2.§.hoc edicto nu. 4. Ang. nu. 6. ui bon. rapt. Ex quibus uidetur exceptionem ab Antonio oppositam non esse ueram, sed contra prouocationem à Iulio factam aliud obstat .s. decretum sacri Concilii, quod cum prorsus inhibeat duellum, inhibere etiam uidetur prouocationem ad duellū, l.oratio de sponsal.

CASVS XXVII.
Pro Carcerato.

SVMMARIVM.

1 *Regula certa de his quæ in facto magis, quam in iuri consistunt non potest dari.*
2 *Aggressor potest impunè ab aggresso occidi.*
3 *Quid requiratur ad hoc ut aliquis fecisse ad necessariam defensionem.*
4 *Quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit iure fecisse uidetur.*
5 *Excusatio ab homicidio ut admittatur sufficit probare factum fuisse ad defensionem simplicem.*
6 *Insultatus semper præsumitur fecisse ad sui defensionem.*
7 *Constitutus in discrimine uitæ quis dicatur.*
8 *Aggredi, & assalire aliquem quid sit iugeri quis nō tenetur, quando ex fuga imminet sibi periculum honoris.*
10 *Appellatione auctoris rixæ quem intelligant communiter Doct. & 11*

1 Dicèt de his, † quæ in facto, magis quàm in iure consistunt, non possit dari certa regula, l.mora de vsu. & ea ut plurimùm relinquantur iudicio iusdicentis, l.3.§.1. uers.tu magis scire potes de testib. & adiudicandum, an quis fecerit ad defensionem multa sint à iudice cōsideranda.Bal.in l.ut uim, nu.9.uers.modo ista bonus uir &c.de iust.& iur.in l.1, nu.12.C.unde ui. Ideoque Doct. asserant non posse circa id dari certam regulam, sed iudicis arbitrio relinquendum Abb.in c.olim, nu.15.de testit. spol. Tamen in re præsenti non uidetur bonum uirum, & iusdicentem posse aliter arbitrari, quàm quòd uulnus illatum à Petro Francisco in personam Caroli fuerit ad defensionem; & ideo Petrus Franciscus ob id
2 aliqua pœna affici non possit. †Nam aggressor potest impunè occidi l. 1. §. cum arietes si quadrup. paup.&c.Et si quis occidit alium ferro se petenté non dicitur iniuria fecisse, l. sed si quemcunque ad l.Aquiliam ubi Bart. not. eo ipso quod probo, quòd is quem occidi; ueniebat contra cum gladio euaginato, probata est defensio: & si quis percussorem ad se u enientem gladio repulerit, tanquam defensor propriæ salutis in nullo peccasse uidetur, l.si quis percussorem C.ad l.Corn.de Siccar.neque debet expectare quòd percutiatur, sed sufficit quòd probabiliter timeat se percuti, glo.in l.1.C.und.ui, & Bart.ibi nu.9.Bald.in lect.nu.5.in repet.nu.17. & si quis in cōtinenti percutiat eum à quo fuit percussus, non uidetur iniuria fecisse l. si ex plagis §.tabernarius ad l. Aquil. sed si timeat ne iterum percutiatur Bart.& Bal.ibi, & si quis repercutiat durante eadem rixa, uidetur repercusisse ne iterum percuteretur, Bald.in l.1.nu.6.C. unde ui, & quamuis Bart.in d.l.1.nu.9.C. unde ui post quam dixerat quem non debere expectare ut percutiatur, dicat istud est uerum, dummodo appareant signa & actus manifesti quod ille uolebat offendere, & Bald.in repet.nu. 17. dicat quòd debet expectare aliquem actum fieri ab offendente, & debet pati se inconsultari, & cum armis terreri, nec potest præuenire omnia ista, quia q̃ primò incipit rixam, ille est qui impunè potest offendi. Tamen ex testibus ad defensam examinatis constat, quòd Carolus non solùm euaginauit ensem, sed etiam admenauit contra Petrum Franciscum.
3 Cæterùm obstare uidetur, † quia ut quis dicatur fecisse ad necessariam defensionem, uidetur necesse probare, quòd is, qui occidit erat in discrimine uitæ constitutus, & aliter euadere non poterat, l.scientiam §.qui cum aliter, & ibi not.Bart. ad l.Aquil. clem.prim. in fin. iuncta glos. in uersic.non ualens de homic.Ang.in l. 1. nu. 8. C. unde ui. Ad hoc respondetur quòd & si iureconsultus in d.§.qui cum aliter dicat, qui cum aliter se tueri non possent damnum culpa dederint, innoxii sunt, tamē non negat quin etiam innoxii sint, qui fecerunt ad defensionem, licet aliter euadere possint, imò iureconsultus alibi generaliter dixit
4 ꝙ † quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse uidetur l.ut uim de iustitia & iure, & ꝙ aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere l. itaque ad l. Aquil. & imperator in §. si quis hominem in tit.de pac.ten.præsupponit satis esse probare, quòd occisor occiditur uitam suam defendendo, & in l. si quis percussorem. C. ad l. Corn.de Siccar.dicitur ꝙ defensor propriæ salutis in nullo peccasse uidetur; & ideo si quis percussorē ad se uenientem gladio repulerit, nō tenetur ut homicida, & text.in l.sed si quēcunq; ad l. Aquil. uult satis esse probare, ꝙ is, quem occidi, ueniebat contra me cū gladio euaginato; & ideo Do. magis
5 cōiter censuerunt †satis esse probare factū fuisse ad defensionē, licet nō probetur factū ad necessariā defensionē Bar. cōs. Bal.in l.solā nu.10.uers.2.hic quęrit C.de testib. & alii quos refert & sequit' Ias.in l. ut uim nu.3.de iust.& iu.& pro hoc facit q̃a non debet q̃s expectare ut pcutiat̃, sed sufficit ꝙ ꝓbabiliter timeat pcuti ut supra fuit dictū. Sed & ubi ꝓ-

oandum esset, quòd occidens aliter euadere non
poterunt, ut scripsit Bart. in d. §. qui cum aliter: ta-
men ubi constat, quòd is quem occidi, percussit
me, siue admenauit contra me gladio, uel quod ueniebat aduersus me ferro euaginato, uel quod fuit aggressus me, uidetur etiam cōstare quod eram discrimine
uitæ constitutus, & aliter euadere nō poteram, ut
probat tex. in d. l. si quis percussorem, in d. l. sed si
quemcunque, & in l. 1. §. cum arietes si quadrup.
6 &c. ubi Bald. not. quod † insultatus semper præsumitur facere ad defensionem, & idem Bald. in l. etsi
certus. §. si app. ad Syllan. inquit solo insultu probato euadit occidens à pœna homicidij, & in d. l.
2. C. ad l. Cornel. de siccar. not. quòd ille qui est primò insultatus, dicitur facere ad defensionem, & in
l. multis. C. de lib. caus. dixit in eo qui vult probare, quòd uitam suam defendendo, inimicum suū
occidit, sufficit probare, quòd inimicus animo occidendi, uel vulnerandi in eum ruebat, & in l. ut
uim. nu. 9. in fin. de iust. & iur. scripsit ut præsumatur factum ad defensam, sufficit terror armorum,
idem repetit in l. 1. nu. 5. in lect. C. vn. ui, & probat
tex. in l. 3. §. qui armati de ui, & ui arm. Ibi sufficit
enim terror armorum, ut uideatur armis deiecisse, & in ead. lect. d. l. 1. nu. 10. inquit articulum, quod
is qui occidit erat ita arctatus in quodam loco, quod
non poterat aliter euadere non esse necessarium,
quia sufficit articulus de terrore armorum, & de
insultu, Alex. quoque cons. 19. nu. 8. lib. 1. scripsit, si testis dicat Titium esse percussum, siue ab altero insultatum ex hoc apparet, quòd erat in discrimine uitæ constitutus, & Ang. in tract. malef.
in uers. & dictus Titius se defendēdo &c. inquit,
7 quòd † quis præsumitur in discrimine uitæ constitutus eo ipso, quòd terror infertur cum armis, &
Ang. ibi in add. nu. 52. scripsit eo ipso quod probo, quòd fecisti insultum contra me, lex præsumit
quòd eram in discrimine uitæ constitutus, & nu.
13. dixit eo ipso quod probo, quòd cum armis insultasti me, dicor probauisse defensionem meam,
& nu. 14. inquit probato insultu tuo cum armis
licèt in illo loco, & tempore statim occiderem te,
dicitur probata defensio mea, quia signum est,
quòd insultatus erat in periculo uitæ, uel alicuius
iniuriæ personalis, quicquid uelit Bar. in d. §. cum
aliter qui expresse dixit contrarium in d. l. sed si
quemcunque, text. aut in l. 2. C. ad l. Corn. de siccar. qui requirere uidetur, ut occidens sit in discrimine uitæ constitutus, uidetur declarari per text.
in l. seq. ut, s. quis dicatur constitutus in discrimine uitæ eo ipso quòd alios percurit sine admenat contra ipsum, præter id quòd text. in d. l. 2. loquetur in eo qui occidit aggressorem, uel alium
quemcunque, & quò ad alium quàm aggressorem indubitatum est, quòd occidens non excusatur nisi id fecerit in uitæ discrimine constitutus.
8 Cumque aliud † non sit aggredi, quàm ad alium
ire, & assalire, quàm ad alium salire, Bart. in d. §. cū
arietes negari non potest quin Carolus, qui primus gladium euaginauit contra Petrum Franciscum cum illo luit, & cōtra eius personam admenauit, dicatur aggressor: & licèt an quis fecerit
ad defensionem, probetur per coniecturas, id tamen non procedit ubi constat eum, qui fuit occisus, fuisse aggressorem, d. §. cum arietes, uel contra
occisorem gladio euaginato iuisse d. l. sed si quem
cunque aut contra eius personam percussisse, siue
gladio admenasse, d. l. si quis percussorem, & his
casibus non requiruntur aliæ coniecturæ A.
d. nu. 14. Præterea ubi non sufficeret probari Carolum ense euaginato iuisse, & admenasse contra
Petrum Franciscum, & probandum esset, quòd Petrus Franciscus aliter euadere non poterat; Tamē
cum in re præsenti Petrus Franciscus non vulnerauerit Carolum in prima admenatione, seu primo
ictu, sed post nonnullas reciprocas admenationes
Carolus remanserit vulneratus: & Carolus, qui
percutiebat, seu admenabat, præsumeretur habere animum repercutiendi. Bald. in d. l. ut uim, nu.
9. uers. & not. quòd ille, qui percutit &c. negari
non potest, quin constare uideatur Petrum Franciscum, contra quem Carolus percutiebat, & repercutere uelle presumebatur, fuisse in discrimine uitæ constitutum, d. l. si quis percussorem. Et necesse illi esset uel fugere, uel uim ui repellere, & sic
admenare contra Carolum. cumque uerba illa
aliter se tueri non posset, interpretentur à Docto.
etiam ab iniuria aliqua personali. Bart. in l. furem
ad l. Corn. de siccar. in d. l. 1. nu. 7. C. vn. ui, & ibidem Bal. nu. 14. Petrus Franciscus iuuenis nobilis
miles non tenebatur fugere: nam fugari est iniu-
9 ria, l. item apud Labeonem, §. 1. de iniur. & † quis
non tenetur fugere, quando ex fuga imminet sibi
periculum honoris. Bart. in d. l. 1. nu. 8. Bald. in d.
l. ut uim, nu. 9. uers. alij dicunt &c. Cumque percusserit Carolum gladio admenantem, dicitur pcussisse ne ab eo percuteretur. Bald. d. l. 1. nu. 6. C.
vnde ui. Salyc. in d. l. 2. C. ad l. Corn. de siccar. Ang.
d. nu. 12. & 13. Neque Petrus Frāciscus in aliquo
teneri potest, quasi inceptor rixæ. Primò, quia leges, & Docto. dum nolunt auctorem rixæ teneri
10 de omni eo, quod secutum est † appellatione auctoris rixæ, intelligunt illum, qui dixit, aut fecit,
uel facere tentauit aliquid illicitum, ex quo uero
similiter sequi posset delictum subsecutum, & in
his terminis loquuntur leges per eos allegatæ, s. l.
in hoc indicio de ser. corr. in l. quoniam, C. ad l.
Iul. de ui, & declarat Bart. in l. diuus ad l. Corn. de
siccar. Verba autem quæ asseruntur prolata per Petrum Franciscum non erant aliquo modo illicita,
& omni in casu non erant talia, quòd ex his uerosimiliter posse deueniri ad arma, & vulnera. Secundò respondetur, quòd in huiusmodi casibus
11 considerare debet, non † quis primò dicat, uel faciat id, propter quod secuta est rixa, sed quis primò uerberet, siue percutiat, aut percutere tentet,
& vult tex. in d. l. si ex plagis. §. tabernarius ad l.
Aquil. ubi licèt is, qui arripit alienam lucernam
repertam super lapide, faciat rem illicitam, l. falsus. §. qui alienum de fur. & dederit causam rixæ;
tamen orta inter eum, & dominum lucernæ rixa,
si dominus lucernæ primò uerberet eum, qui lucernam arripuerat, dicitur esse in culpa. Vnde sicuti in eo tex. ad iudicandum quis fuerit in culpa iureconsultus considerat, quis primò uerberauerit,
non autem quis causam rixæ dederit. Ita & in re-
præsenti

ui

præsenti ad iudicandum quis fuerit in culpa, considerari debet quis primò euaginauerit, & cum armis percusserit, seu percutere tentauerit.

CASVS XXVIII.

¶ An liceat baroariis interficere eos, qui resistunt ne capiantur.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium licet cuilibet licitum sit corpore nemini tamen licitum occideri.*
2 *Dispositio legis exorbitans à regulis iuris, non debet extendi ad alios casus.*
3 *Interficere alium quando liceat.*
4 *Baroarij familia ut possit quem capere uolunt interficere quot requirantur, & nu. 7*
5 *Furem licet retinere, ac quomodo eundem, licet interficere, uel non.*
6 *Si officialis uolens capere debitorem illum uulneret punitur.*

BAld. in l. fin. C. de req. reis in fi. in l. nec timerem ꝙ met. caus. Homod. in tract. sind. nu. 100. Aug. in a dd. ad Angel. in uers. fama publica, nu. 54. Hipp. in l. 3. nu. 78. ad l. Corn. de siccar. Boss. in tit. de captu, nu. 13. asseruere baroarios posse impunè occidere eos, qui resistunt, ne capiantur; moti per text. in l. quemadmodum §. penult. ad l. Aquil. in l. si seruus, C. de his qui ad eccl. confug. & per ea quæ scripsit Bart. in d. l. si seruus: quæ sententia mihi summopere dubia uidetur. Illi enim repugnat primò lex Cornelia de siccarijs puniens homicidam ultore gladio. Secundò tex. in l. fin. C. de malef. & matem. ubi quamuis
2 † cuilibet licitum sit capere maleficum, nemini tamen licitum est occidere. Tertiò text. in l. si ex plagis. §. tabernarius ad legem Aquil. ubi tabernarius qui in rixa effodit oculum ei, qui lucernam abstulerat, dicitur esse in culpa, si non prior ab eo vulneratus sit, & tamen ille qui abstulerat lucernam, commiserat furtum falsus, §. qui alienum de furt. & poterat licitè à tabernario capi, & non uidetur posse à text. in d. l. si seruus, qui loquitur in domino, qui potest impunè occidere seruum in facinore deprehensum, l. qui seruum de uerb. oblig. argumentari ad baroarios, qui non possunt occidere deprehensos in aliquo facinore. Cumque dispositio d. legis † sit exorbitans à regulis iuris non debet extendi ad alios casus, l. ius singulare de legib. præter id, quod Bal. in l. 1. nu. 51. C. vnde ui dixit text. illum loqui in resistentia cõtra ius diuinum, quod est de iure gentium, & sentit non habere locum in alijs resistentijs, text. autem in d. l. quemad modum non loquitur in occidente, & ubi prædicta Doct. sententia esset uera, tamen non potest uẽdicare sibi locum in eo, quem baroarii possunt capere absque eo quòd interficiant. Is enim qui potest apprehendere, si occidat pœna legis Corneliæ de siccariis tenetur. l. sed si quæcunque, §. 1. ad leg.
3 Aquil. & † si ob defensam corporis sui non licet alium interficere, nisi quando aliter se tueri non potest, l. scientiam. §. qui cũ aliter ad l. Aquil. multò minus ob capiendum hominem debet licere illum occidere, nisi quando aliter capi non potest. cumque tex. in d. §. penult. loquatur in resistente, & in d. l. si seruus in eo, qui occiditur in pugna, &
4 concertatione, & Bart. in d. l. si seruus † ad hoc ut familia possit impunè occidere, uideatur requirere duo. Primò, quòd ille possit iustè capi. Secundũ quòd ille se defendat, & in certamine occidatur prædicta Doct. sententia nullo modo procedere potest in fugiente ne capiatur: & quamuis Bal. in d. l. fin. & Homod. d. nu. 100. contrarium scripserint id tamen neque lege, neque ratione probant, tex. enim in d. l. quemadmodum, §. penult. & in d. l. si seruus, & tradita per Bart. ibi id non probant; imò contrarium suadent siue argumentemur à cõtrario sensu, ut & in l. 1. de off. eius &c. in l. ex eo de testib. in l. qui testamento, §. mulier de testam. Siue dicamus casum fugæ omissum in d. l. si seruus, & in d. §. penult. relinqui dispositioni iuris, secundùm quam non licet quẽquam interficere, & secundùm quam non licet fugientem, etiam ꝙ ab eo quis se offensus interficere d. §. qui cum aliter uers. illum enim solum &c. Bart. in l. 1. nu. 10. C. vnde ui, & secundùm quam etsi deprehensum
5 interdiu in furto liceat retinere, † & telo resistentem occidere; non tamen licet eum fugientem interficere, l. itaque. §. fin. ad l. Aquil. l. si pignore. §. si furem de fur. & contrarium apertissimè probat text. in d. §. tabernarius, & ubi prædicta Bal. & Homod. sententia etiam quò ad fugientem sit aliquo casu uera, nullo tamen modo posset habere locũ in eo, quem baroarii capere uolunt ex causa pecuniaria: nam Bald. in authen. & omnino nu. 14. C.
6 ne ux. pro mar. scripsit, † si officialis uolens capere debitorem fugitiuum, vulneret; illum esse puniẽdum: quod etiam sensit August. in add. ad Ang.
7 ubi supra. Id quoque, quod dixere Doct. s. resistentem baroariis posse ab eis impunè offendi, procedere potest solùm quando ille qui resistit, cognoscit uel saltem uerosimiliter cognoscere debet illos esse baroarios; aliàs enim eis nõ est credendũ, & licita est defensio, & resistentia Angel. in l. item apud Labeonem. §. siquis uirginem de iniuriis. August. in add. ad Angel. ubi supra in fin.

SVMMARIVM.

1 *Actionem duntaxat ciuilem non præsumitur eligisse ex eo, quòd petitum fuit auxilium pro capiendis malefactoribus.*
2 *Condemnatio criminalis nisi sequatur super delicto non etiam sequi potest condemnatio ad rei restitutionem.*
3 *Quomodo ex stylo fori extendatur hoc dictum implorando &c.*
4 *Actores non possint coram iudice criminali intentare principaliter actionem ciuilem, & nu. 5*
6 *Agi de re pecuniaria dicitur licet actio oriatur à delicto, & nu. 9*
7 *Mortuo fure antequam sit condemnatus extinguitur crimen, & pœna furti.*

8 Condi-

8 *Condictio furtiua durat contra heredem criminalis, & ciuilis actio simul.*

10 *Cognosci non possunt.*

11 *Bona rapere diuersa sunt.*

12 *Iudex maleficiorum est iudex damni dati, quando principaliter agitur ad pœnam secus si duntaxat ad pecuniariam.*

13 *Pendente iudicio criminali non potest de iure communi agi ciuiliter, ubi damnum est tale, quòd pro eo potest procedi criminaliter.*

14 *Constitutiones ducales recipiunt interpretationem passiuam à iure communi.*

15 *Declaratio sententiæ Bal. & Ang. dicentis, quòd pendente iudicio criminali intentato per iudicem inquirentem posse ciuilem actionem intentari.*

16 *Ille ad cuius instantiam iudex inquirit sustinet uices partis.*

17 *Inquisitio si non probetur tenetur aliquis proinde, ac si accusasset.*

18 *Qui non admittitur ad accusandum non admittitur ad denunciandum .s. motu proprio secus si uirtute officij.*

19 *Probationes factæ in iudicio criminali probant in iudicio ciuili inter easdem personas.*

20 *Damnum probari, & interesse partis quæ non interfuit processui ex processu quomodo intelligitur.*

21 *Indicia non solum, sed etiam probationes si quæ erãt contra reum auferuntur per torturam.*

22 *In ciuili iudicio qui uult uti probationibus factis in criminali cogitur etiam admittere quæ sunt pro reo.*

23 *Consilium pro eo qui potest agere ciuiliter, & criminaliter si solum habeat suspiciones contra delinquentem.*

24 *Publico iudicio non potest priuata actione fieri præiudicium.*

25 *Iudex potest ad publicam utilitatem inquirere etiã nemine instante.*

26 *Accusator uel alius superueniens non potest impedire iudicem ne torqueat reum.*

27 *Tortura infertur ad eruendam ueritatem.*

1 ACtores † ex eo, quòd petierunt auxilium à iudice pro capiendis malefactoribus, & ducendis ad iudicem non uidentur posse dici elegisse actionem duntaxat ciuilem, licèt enim text. in l. interdum. §. qui furem de fur. uelit eum qui ducit furem ad præsidem censeri elegisse uiam, qua rem persequeretur &c. tamen uerba illa elegisse uiam, qua rem persequeretur, &c. in eo tex. non excludunt iudicium, & pœnam criminalem, sed duntaxat pœnam dupli, & quadrupli applicandam parti, ut ostendunt uerba illa in simplum &c. & in eo tex. fuit actum criminaliter ut ostendunt ea uerba maximè si non solum &c. & illa eo ipso, quòd in periculum maioris pœnæ, &c, Item non solum interuenit actus ducendi furem ad præsidem, sed etiam petita fuerat incidenter restitutio rei, ut declarat Bart. ibi Azo in sum. C. de ord. iud. nu. 6. uers. nec obstant, &c. & dispositio d. §. qui furem non uidetur rei præsenti conuenire: nam glo. fin. & Bart. ibi nu. 3. Azo ubi supra dicunt rationem illius text. esse actum illum in ciuilem capiendi furem, & ducendi ad iudicem, à quo actu non uidetur posse argumentari ad actũ petendi auxilium à iudice pro capiendo. Longè enim differunt, an priuatus faciat aliquid propria auctoritate, an uerò auxilium à iudice pro faciendo petat, & ubi actores prætendant esse in casu illius text. necessariò dicendi erunt egisse criminaliter, & incidenter seu accessoriè implorauisse iudicis officium pro restitutione rei, Bart. & Ang. Ibi Castren. in l. solemus. §. latrunculator de iud. Quo

2 stante † nisi sequatur condemnatio criminalis super delicto non etiam sequi potest condemnatoria ad rei restitutionem, ut probat tex. in uers. damnato, & text. in l. 1. de concuss. in l. medicus de ua. & extr. cogn. Neque etiam cõdemnatio huiusmodi potest sequi uigore scripturarũ per eosdem iudici deinde datarum. Primò quia in scriptura data sub die Nouembris dicitur, quòd ille comparet in iudicio criminali, & petit citari: in scriptura uerò data post publicationem processus, in qua petitur restitutio pecuniarum, in fine adest uerbũ

3 implorando &c. † quod ex stylo fori aliter extendi, aut interpretari non potest, quàm implorando officium iudicis pro restitutione pecuniarum. Se-

4 cundò, quia † actores non potuerint coràm iudice criminalium intentare principaliter actionem ciuilem ad restitutionem pecuniarum d. §. latrunculator, & dictum Bal. in l. si pro fure, §. condictio de cond. fur. Cathal. in tract. sind. q. 5. condictionẽ furtiuam debere intentari coram iudice deputato super maleficiis repugnat his, quæ dixerunt Bart. in l. interdum, §. qui furem de furt. in l. 3. §. si dicãtur fin. regun. in l. 2. §. 1. ui bon. rapt. Cyn. Bart. & Salyc. in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de ui, Ang. Castren. & alii in d. §. latrunculator, scilicem

5 indicem † maleficiorum non posse cognoscere de causa pecuniaria, nisi incidẽter, & accessoriè; quorum dicta sunt necessariò intelligenda etiam, ꝙ actio ad rem pecuniariam oriatur ex crimine. nã in his terminis loquitur tex. in d. §. qui furem, & in d. §. si dicantur quos Bart. allegat, & in his etiã terminis uidetur interpretandus tex. in d. §. latrun-

6 culator. † Etenim de re pecuniaria dicitur agi licèt actio oriatur à delicto. l. si ambo. §. quoties de compens. l. fin. de priu. delict. l. de sepulchro de sepul. uiol. Secundò contra Bal. generaliter, & indi-

7 stinctè loquentem urget, nam † mortuo fure ante quam sit condemnatus, extinguitur crimẽ, & pœna furti, l. defuncto de pub. iud. l. ex iudiciorũ de accusat. Vnde condictio furtiua quæ datur nõ ad pœnam, sed ad rem, uel æstimationem d. l. si pro

8 fure, §. 1. l. in re furtiua eo. tit. & † quæ durat contra hæredem d. l. si pro fure, §. condictio potest eo casu proponi duntaxat coram iudice causarum ciuilium d. l. defuncto, §. in quacunque per quem text. manifestè ostenditur non esse bonam consequentiam dicere, actio oritur ex delicto, ergo potest intentari coram iudice criminalium. Tertiò contra Bal. uidetur casus in l. 1. C. de plagia. ubi dicitur dominum uolentem agere cõtra plagiarium actione in rem ciuiliter debere intentare eã apud suum iudicem, id est causarum ciuilium: idemq; sentire

sentire uidetur text.in d.l. fin. de priua.delic.ubi si
9 † quis uelit pecuniariter agere actionibus quæ ex maleficiis oriuntur, remittendus est ad ius ordinarium, idem uidetur probare tex.in l. 1. §. fin.de abige. Quartò, dictum Bal.nbi esset uerum, necessariò foret intelligendum ut procedat post finitũ iudicium criminale, uel antequam sit cæptum,
10 nam aliàs † criminalis & ciuilis actio simul cognosci non possunt l. 1.C.quando ciuil.act. l. 2. ui bon. rapt. & licèt iudex maleficiorum esset iudex super damnis tam de iure communi ut asseruit Bonif.de Vital.in tit.de damn.da.nu.62.Dec.consil.550.nu.3.quàm constitutionum ducalium; ta-
11 men cum † diuersa sint damnum dare, & bona rapere l.2.in prin.& §.dolo autem ui bon.rapt. sicuti & diuersa sunt damnum & furtum l. si familiam de iurisd.om.iuris omn.iud. ab uno ad aliud
12 argumentari non licet. Item iure communi † iudex maleficiorum uidetur iudex in causa damni dati, quando agitur principaliter ad pænam. secus autem si duntaxat ad rem pecuniariam d.§.latrunculator d.l.fin.de priu.del. d. l. defuncto d.l.1. C. de plag. Idque suadent omnia superius adducta contra Bald.in l.d. si pro fure & uoluisse uidetur
13 Bart. in d.§.qui furem nu. 5.Præterea de iure † cõmuni ubi damnum est tale, quòd pro eo potest criminaliter procedi, non potest pendente iudicio criminali ciuiliter agi, glo.in l.inde Neratius, §.si dolo ad leg.Aquil.& uidetur. text.in d.l. 2. §.
14 1.ui bon.rapt. † Constitutionesque ducales recipiunt interpretationem passiuam à iure communi l. 1.§.lex Falcid.ad leg. Falcid. & quamuis Bal.in l. 1.C.de appell.nu.9. uers. quia regula quòd ciuilis actio &c. dixerit regulã l. 1. C. quan.ciuil. act. &c.nõ habere locum in inquisitione,& Angel.in tract.malef.in uers.& ad querelam nu.89. scripserit pendente iudicio criminali intentato per iudicem inquirentem posse ciuilem actionem inten-
15 tari per partem offensam : tamen eorum † dicta uidentur primò intelligenda in eo iudice, qui potest principaliter cognoscere etiam de causa ciuili nam ubi de aliquo disputatur, cætera præsupponuntur habilia, ex non uidentur procedere in iudice duntaxat criminalium : is enim non potest principaliter cognoscere de causa pecuniaria l.solemus §. latrunculator de iud. Secundò uidentur intelligenda in casu, quo iudex inquirit ex mero officio nemine permouente: secus autem si inquirat ad querelam seu instigationem partis : etenim
16 hoc casu is,† ad cuius instantiam iudex inquirit, sustinet uices partis, Abb.in c.cum clamor nu.3. in tertio casu Felin.nu.4.uers.secus si nõ est &c. de testib.& ubi is cuius interest, prosequitur inquisitionẽ perinde est ac si ibi esset actor est reus Fed.
17 de sen.consil.262.uersic.in 2.casu; ideoque si † inquisitio non probetur, tenetur proinde ac si accusauisset l. 1.§.incidit,l.in senatus §. an ad eius ubi Bart.in princ.ad turp.Ang.in d.uers.& ad querelã
18 in prin. & omnis † qui non admittitur ad accusandum, non admittitur ad denunciandum, Bart. in l.diuus nu.7.de cust.reo.scilicet motu proprio: secus autem si denuntiet uirtute officii, Ang.in tract. malef.in uersic.necnon ad denuntiationem nu.4. neque admittitur ad promouendum inquisitionem Maria. Soc. in repet.c.qualiter & quando de accus.nu.81.in 6.art.q.8. & huiusmodi spõtaneus promotor siue inquisitor non admittitur deinde ad accusandũ Bart. in l.si maritus pri. §. si extraneus n. 2. uers. siquidem inquisitio &c. de adult.&debet citari quemadmodum & accusator ut ex Soc. & aliis tradit Boss. in tit. de inquis. nu. 26.& hoc casu non procedit ratio Bal.in d.l. 1. scilicet quia nullum iudicium preambulum pendet cum eo,&c.Neque ratio, quam refert Ang. d.nu. 89. non enim factum iudicis, sed factum ipsius promouentis seu instigantis impedit illum proponere ciuilem actionem pendente criminali iudicio : neque ratiò, quam adducit Aug. in add. ad Ang.ubi supra, Boss. in tit.de so.comp.nu. 123. scilicet quia diuersæ sunt personæ seu diuersæ partes &c.nam pars, quæ promouit auditorem ad inquirendum,& quæ intentauit iudicium ciuile, est eadem ; ideoque si actores fuerunt promotores siue instigatores in eis dictum Bal.non potest habere locum. Tertiò dicta Bal.& Ang. uidentur intelligenda, ut pars quæ intentat iudicium ciuile ita demum possit obtinere si probet in eo iudicio intentionem suam , ideo si actores qui prætendunt intentasse iudicium ciuile non interuenerunt aliquo modo, s3 neque uti accusatores, neque uti instigatores aut promotores in iudicio criminali nõ
19 probant pro eis in iudicio ciuili, licet † enim probationes factæ in iudicio criminali probent in iudicio ciuili, id tamen procedit solùm inter easdẽ personas, Bart.nu. 5. Ang.nu.8.in l.2.§.hoc edicto ui bon. rapt. & quamuis Bald.in l. 2. nu.25. C.de
20 eden.† dixerit ex processu inquisitionis probari dãnum & interesse partis; quæ non interfuit processui, tamen Bald. debet intelligi secundum legem quam allegat scilicet l. interdum §. qui furem de furt.& sic quando reus condemnatur de principali crimine, quo casu condemnari etiam potest accessoriè ad restitutionem rei,& in his terminis loquitur Inn. in c.cum oporteat nu. 5. in fin. de accusa.Bal.in l.si quis ad se fundum in fin. C. ad leg. iul.de ui,in l. 1.in fin.ad Turpil.Bald.in l.penul.de calum.in l.obseruare §.proficisci nu. 7. in 6. q. de off.proconsul.in l.quod euitandi nu.2. uers.econtra autem C.de cond.ob caus. & ubi probationes receptæ in iudicio criminali inquisitionis probarẽt in iudicio ciuili principaliter à parte intentato. Id tamẽ non uidetur posse procedere in casu, in quo
21 reus fuit tortus : nam tunc † per torturam sublata sunt non solùm inditia, sed etiam probationes si quę aderãt contra reum, Alber.in l.edictum diui Augusti de quæst.Cepol.consil.32.nu. 20. & alii plures quos refert Hipp. in d. l. edictum, &
22 † vbi intentans iudicium ciuile possit & uelit uti probationibus factis in iudicio criminali ad offensam rei cogitur etiam admittere probationes ad defensam rei factas ut in fortioribus terminis secundum in eo qui perempta instantia accusationis ab alio factæ superuenit de nouo ad accusandum, & iniuriam suam prosequitur & dicit ignorare primam accusationem tradit Bart. in l. 2. nu. 9.iudic.sol.ubi allegat text.in l.petendæ.C.de tẽp.

in

in integ. reſtit. & duas rationes. Prima, quia non
poteſt habere ratum pro parte. Secunda, quia de
bet uti adminiculo auctoris cum ſua cauſa. Qua
de re Boſſ. in tit. quom. proced. per actionem in de
23 lictis, nu. 51. inquit eum, † qui agere poteſt crimi
naliter, & ciuiliter de crimine, ſi habet ſolùm ſu-
ſpiciones contra delinquentem debere agere ciui
liter, quia ſi agat criminaliter omnis ſuſpicio eua-
neſcit ſaltem cum tortura, & proteſtatio facta à
iudice in torquendo, ſz quòd reus torquebatur ci
tra præiudicium confeſſatorum & probatorum
non uidetur quicquam operari quò ad illa, ſuper
quibus reus fuit in tormentis interrogatus, Boſſ.
in tit. de iud. & conſid. ante tortu. nu. 130. & in
tit. de confeſſ. nu. 29. Neque proteſtatio actorum
poſt publicatum proceſſum, & factas à reo defen-
ſiones proteſtantium., quòd non intendebant
reum torqueri, ſed ablata reſtitui, potuit ſuſpende
re iudicium criminale cæptum à iudice inquiren-
te neque facere quominus iudex poſſit reum tor-
24 quere: tum quia † publico iudicio non poteſt pri
uata actione fieri præiudicium, l. prætor ait. §. ſi di
25 catur de iniur. tum quia cum † iudex poſſit ad pu
blicam utilitatem inquirere etiam nemine inſtan
te, Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium de damn. inf.
nu. 3. & poſſit inducere probationes ex officio
pro inuenienda ueritate l. ſi non defendantur de
pæn. l. 1. in fin. de quæſt. etiam præſente accuſatore
Bart. d. §. hoc autem iudicium nu. 8. & latius q.
14. incip. Iudex maleficiorum, clarum uidetur,
quòd neque accuſator, neque alius poſſunt impe
dire iudicem, ne ueritatem inquirat, & uidetur ca
ſus in c. 1. & 2. de collus. detegen. ubi ſi iudex ha-
bet ſuſpectum accuſatorem, poteſt à ſe ipſo uerita
tem inquirere. Et caſum præſentem decidere uide
tur Bal. in l. denique §. 1. in 1. lectu. de minor. ubi
26 ſcripſit, licèt † de iure ciuili ſuperueniente accuſa
tore ceſſet inquiſitio; tamen liquidato maleficio
& probatis inditiis ad torturam, uel publicatis at
teſtationibus non ceſſat inquiſitio ſuperueniente
accuſatore: ex quibus uerbis uelle uidetur Bald.
quòd accuſatur uel aliud ſuperueniens non po-
teſt impedire iudicem, ne torqueat reum, idem
ſenſit Bald. in l. quædam in fin. prin. in 1. lect. de
eden. ubi uult iudicem inquirentem poſſe ex offi
cio producere teſtes, quos credit ſcire ueritatem
licèt ſuperueniat accuſator, ex quo uult, quòd e-
27 tiam poſſit torquere: † tortura enim infertur ad
eruendam ueritatem, l. edictum de quæſtio.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IN MATERIA CONTRACTVS INTER VIVOS PERTINENTIA,

Excell. I. V. D. D. Petri Antonij Anguſſolæ, Liber Secundus.

CASVS I.

¶ Comes Angelus cum decreto iodicis donauit Iuliæ, & filiabus inter cætera iura ſibi ſpectantia in bonis & hæreditate Co. Herculis eius fratris defuncti: quam hæreditatem posſidebat Co. Hector tanqnam ſcriptus hæres: Iulia uerò & filiæ promiſerunt ſoluere qnotannis Co. Angelo libras quatuorcentum, deinde detectum fuit teſtamentum, in quo ſcriptus erat Co. Hector, eſſe falſom. Pendente cauſa falſitatis Iulia promiſit, quòd ipſa & filiæ facient retrodonaoonem, ſeu retroceſſionem Co. Angelo, & comes Angelus promiſit Iuliæ, ubi ipſa, & filiæ facerent retrodonationem, dare Iuliæ dimidiam hæreditatis, & bonorum comitis Herculis, obi illam eſſet cooſecutus, & deinde facta fuit retrodonatio à Iulia, & filiabus, & poſt retrodonationem comes Angelus reiterauit promiſſiouem, quæ tamen promiſſio probatur duntaxat per teſtes. Obonuit Co. Angelus liberam poſſeſſionem hæreditatis, & bouorum comitis Herculis. Agit Iulia, ut comes Angelus, uel det dimidiam promiſſam, uel ut ſoluat intereſſe. Plura fuerunt oppoſita. Oſteditur Iuliam obtinere debere.

SVMMARIVM.

1 *Pars altera cum impleuerit pro ſua parte poteſt agere contra aliam.*
2 *Stipulatio, & pactum de aliquis faciendo pariunt contractum innominatum & ſecuto implemento oritur actio præſcriptis uerbis.*
3 *Contractus facio ut des parit actionem dolo ſi tamẽ ex facto aliquid adeſt aduerſario competit actio præſcriptis uerbis.*
4 *Partes quando ante contractum agant de apponenda conditione deinde ex internallo contrahunt ſine conditione intelligitur receſſum à conditione ſecus ſi faciunt contractum perfectum.*
5 *Ma datum ſi præcedat de aliquid faciendo, & mandatarius ſemper facias licet non comprimat nomen mandantis tamen præſumitur eius nomine feciſſe.*
6 *Reiteratio denuo facta indicat in contractu firmam contrahentium mentem circa priorem cõuentionẽ.*
7 *Verba generalia non comprehendunt iura de futuro.*
8 *Donatio ob cauſam non eſt proprie donatio, ſed ob cauſam datio, & dicitur contractus innominatus.*
9 *Donatio ob cauſam non requirit inſinnationem.*
10 *Lex, & ſtatutum mandans inſinuari dona non habent locum in promisſione de donando quia aliud eſt donatio, aliud promisſio donandi.*
11 *Tutor niſi promittat defendere tutela eſt nulla.*
12 *Conſuetudo eſt optima ſtatutorum interpres.*
13 *Ceſſionario quando incumbat onus probandi.*
14 *Actio iudicatur minoris pretii cõſiderata qualitate pſonarũ dubio litis euẽtu, & incertitudine uict orię.*
15 *Ceſſio quando præſumatur uera, & non ficta.*
16 *Reus eſt homo cauilloſus.*
17 *Pretium, quòd contrahentibus placuit quando præſumatur iuſtum.*
18 *Hæres nondum certus de quantitate hereditatis ſi illam uendat exiguo pretio inductus dolo emptoris non cogitur implere contractum.*
19 *Pretium ſit iuſtum, uel iniuſtum non poteſt diſcerni in illa uenditione in qua uenditur incertum.*
20 *Venditor actionis ad certam quantitatem tenetur præſtare, quòd ille ſit debitor contra quã ceditur actio ſecus ſi uendatur actio ad incertum.*
21 *Donatio annuæ quantitatis ad uitam, uel donatoris, uel donatarii, cur, & quãdo nõ indigeat inſinuatiõe.*
22 *Tranſactio in qua ceditur ob minimam quantitatem ius fideicommisſi ualentis quadruplum ualet ob dubium litis euentum.*
23 *Præſumptio ſimulationis quę oritur ex retentione poſſeſſionis non poteſt allegari per eũ qui cõtraxit.*
24 *Ceſſio actionum facta pro maiori pretio quam ſint actiones non eſt nulla.*
25 *Verba hæc cũ illũ fuerit conſecutus quid importent.*
26 *Promisſio conditionalis etiam ſine cauſa ualet, quia conditio habetur pro cauſa.*
27 *Datum cauſa tranſactionis non repetitur niſi eſſet occidens calumnia.*
28 *Repudiando donationem non reperitur ſolemnitas quæ in donationem reperitur.*
29 *Actiones directæ non poſſunt euelli ab oſsibus cedentis & ceſſionarius habet utiles & 30.*
31 *Reus ita tenetur edere actori ad fundandam replicationem ſicut actor ipſi reo.*
32 *Retrodatio eſt fauorabilior quam datio.*
33 *Pactum de quota litis factum cum procuratoribus uel aduocatis non ualet.*
34 *Lex penalis eſt ſtrictè intelligenda.*
35 *Paria uidentur ſoluere, & condemnare.*
36 *Ceſſio actionis quando præſumitur calumnioſa.*

IN re præſenti uidetur agi de con-
tractu in nominato correſpectiuo,
ſcilicet do ut des, uel facio ut des.
Etenim Iulia promiſit retrocede-
re, & quòd filiæ retrocederent &c.
& comes Angelus promiſit Iuliæ dimidiam hære
ditatis co. Herculis, cum primum illam eſſet con-
ſecutus: unde cum Iulia impleuerit contractum
1 † pro parte ſua, agere poteſt contra comitẽ Ange-
lum, ut ſeruet conuenta, uel ſoluat intereſſe, ideſt
quantum intereſt Iuliæ dari ſibi dimidiam dictæ
hæreditatis l. ob eam cauſam de præſcrip. uerſic. l.
legem, l. cum res C. donat. l. hæreditatem de do-
nat. & quamuis prædictæ leges uideantur loqui
io caſu quo pactum apponitur in liberatione, uel
donatione; tamen idem eſt quando prius ſit con
uentio correſpectiua, & deinde unus implet pro
parte ſua l. naturalis in prin. & in §. fin. de præſcr.
uerb. l. cum mota C. de tranſact. Hinc Bart. in l. iu-
2 riſgentium §. quinimo nu. 3. de pact. inquit † ſi pro
mitto tibi centum per ſtipulationem, & tu promit
tis ire pro me Romam habita relatiooe pacti ad
contractum, reſultat contractus innominatus, &
ſecuto implemento oritur actio præſcriptis uer-
bis, & idem Bart. in l. ſiue apud acta nu. 9. C. de
tranſact. uult quòd ſi quis promittat dare uel face
re, & alius pariter promittat dare uel facere ſecu-
to implemento competere actionem præſcriptis
3 uerbis, & qui impleuit, & quamuis alias ex † con
tractu facio ut des, oriatur actio de dolo non præ-
ſcriptis uerbis d. l. naturalis, §. ſed ſi faciam, tamen
quando ex facto aliquid adeſt aduerſario compe-
tit actio præſcriptis uerbis Bart. in d. §. ſed ſi faciã.
Neque obſtat ſi diceretur à conuentione, & pro-
miſſione intelligi receſſum, ſeu Iuliam dictæ pro-
miſſioni renunciaſſe faciẽdo ſimpliciter retroceſ-
ſionem ex interuallo argumento, l. pacta nouiſſi-
ma, C. de pact. & eorum quæ tradunt Bart. ibi, &
in l. item quia, §. fi. de pact. Bart. & Iaſ. nu. 4. in l. Ti
tia. §. idem reſpondit de uerb. oblig. Nam reſpon-
detur primò, quòd tradita per eos, qui cenſuerũt
temporis interuallum impedire repetitionẽ, pro-
4 cedunt: † quando partes ante contractum agunt
de adiiciendo conditionem, modum uel aliã qua
litatem contractui fiendo, deinde ex interuallo fa
ciunt contractum abſque conditione, uel alia qua
litate, non autem quando faciunt contractum per
fectum ex quo ius acquiſitum fuit parti, Imol. in
l. Titia, §. idem reſpondi, el 1. de uerb. oblig. uer. tu
potes dicere, Alex. conſ. 27. o. 4. lib. 3. Verum in re
præſenti non fuit actum inter Iuliam, & Co. Ange
lum, ꝙ retrodatio fieret ſub aliqua cõditione, aut
alia qualitate, ſed inter eos fuit factus cootractus
correſpectiuus perfectus, in quo Iulia ſimpliciter
promiſit retrocedere, & comes Angelus promiſit
dimidiam hæreditatis Comitis Herculis, & ſubſe
quens actus retroceſſionis fuit factus pro imple-
mento præcedentis conuentionis. Vnde quamuis
in retroceſſione expreſſum nõ fuerit, ꝙ illa fiebat,
ut comes Angelus daret dimidiam hæreditatis co
mitis Herculis: tamen non poteſt dici renuntiatũ
promiſſioni factæ per comitem Angelum. Quem
admodum & ſi ego promittam Tioo dare equum
in cal. Auguſti, & Titius promittat mihi dare de-
cem corbes uini naſcituri ex eius uinea, & ego in
calendis Aug. ſimpliciter dedero equum, non ex-
preſſe ꝙ dem equum, ut Titius det mihi uinum,
non per hoc cenſeor renunciare promiſſioni uioi,
5 & ſicuti † ſi procedat mandatum de aliquo faciẽ-
do, & mandatarius ſimpliciter faciat non expri-
mendo facere nomine mandantis, tamẽ præſumi-
tur ꝙ in executione mandati, ac pro mandante,
& eius nomine fecerit l. 4. §. ſi ab ignoto, uerſ. ſiue
autem de man. ieſt. & ibi Bart. & in l. qui in aliena
§. ſi is qui de acq. hær. & ſi factum erat pactum in
ter duos, ꝙ uous emeret nomine communi, is ſim
pliciter emendo præſumitur emiſſe nomine cõi.
Bal. in l. ſi patruus, no. 5. uerſ. item præſumitur, C.
com. utr. ind. Alex. conſ. 90. lib. 3. nu. 9. & 10. Ita &
retroceſſio intelligitur à Iulia facta in executione,
non autem in derogatione conuentorum. Secun-
dò reſpondetur, ꝙ allegata in contrarium poſſent
procedere, ubi Iulia ageret ex retroceſſione, aut ex
aliquo pacto appoſito, uel ſubintellecto in dicta
retroceſſione, ſed cum agat ex conuentione & al-
leget adimpleuiſſe illam ex latere ſuo retroceden
do abſurdum eſt dicere, quòd exequendo contra-
ctum quis dicatur ab eo recedere. Tertiò reſpon-
detur, quòd cum ex atteſtatiooibus teſtium con-
ſtet comitem Angelum etiam poſt habitam retro-
6 ceſſionem † reiteraſſe Iuliæ præſenti promiſſionẽ
dandi dimidiam hæreditatis comitis Herculis, &
denuo promiſiſſe dare illam, apparet clara mens
cootrahentium, ꝙ per retroceſſionem ſimpliciter
factam oon receſſerant à promiſſione dictæ hære-
ditatis. Minus obſtat, ꝙ in retroceſſiooe ſit dictũ
ita & taliter, ꝙ nihil iuris, & actionis, aut aliter
quocunq; apud Iuliam, & filias remaneret: nã uer
ba illa iotelligi debent, ut nihil iuris remaneat ex
iuribus, quæ retrocedebantur. ſ. iurib. & actionib.
competẽtib. uigore donationis, quod manifeſtius
oſtendunt uerba ſtatim ſequentia. ſ. & perinde ha
beatur, ac ſi dicta donatio facta nõ fuiſſet, & quæ
7 paulò infra repetũtur ſub diuerſis uerbis. † Præter
ea uerba ẽt gñalia nõ cõprehendũt iura de futuro,
ut cõditionalia, uel in diẽ, l. ſi ita ſcripſiſſet de le. 2.
l. ſi à colooo de uer. obl. Promiſſio aũt comitis An
geli collata erat in diẽ incertũ, & condõnem: nam
uerba, cũ illa fuerit cõſecutus, importãt nõ ſolum
tps, ſed ẽt cooditiooẽ, Bar. in l. :. n. 8. de cõ. & dem.
Non ẽt obſtat, ꝙ ꝓmiſſio comitis Angeli cõtineat
donationẽ, ſeu promiſſionẽ de donãdo, ideoq́. fue
rit neceſſaria inſinuatio. Nã rñdetur, cum ꝓmiſſio
comitis Angeli nõ fuerit ex mera liberalitate, ſed
ut obtineret retroceſſionẽ non põt dici donatio,
neq; ꝓmiſſio de donãdo, l. 1. & ibi not. Caſt. in pr.
de don. & omni in caſu diceret donatio, ſeu ꝓmiſ
ſio de donãdo nõ ſimplr̃, ſed ob cãm. ſ. ut fieret re-
8 troceſſio. † Donatio aũt ob cãm nõ eſt ꝓprie dona
tio, ſed ob cãm datio, l. 1. l. Ariſt. de don. & olim, &
hodie dr̃ cõtractus innoiatus, Bar. in l. 2. n. 9. C. de
cond. ob cãm, & ex eo orit̃ cõditio ob cãm, & actio
p̃ſcriptis uerbis, Caſtr. in d. l. 1. nu. 2. uerſ. ſecundũ
de donatio. & dr̃ propriè donatio ob cauſam, qñ
cauſa reſpicit fauorem donantis, Dec. in l. diuus
Pius, num. 3. de reg. iur. & uidetur ſpecies quædã
permuta-

permutationis l.sed si lege.§. consului, & ibi not.
9 Bal. de petit. hæred. & † in huiusmodi donatione
non requiritur insinuatio, Bald. in dicto.§.consu-
luit Castren.in d.l.prima,de donat. num.4. & alij
quos refert & sequitur Dec. in d.l.diuus pius . Idē
si donatio fiat ob causam de futuro, quæ sit one-
rosa respectu eius, cui donatur, Imol. in l.Aqui-
lius num. 5. uersicu. si autem fiat &c. de donatio.
10 præter id † quòd lex & statutum mandans insi-
nuari donationes non uidentur uendicare sibi lo-
cum in promissione de donando: nam quicquid
scripserit quidam Mod.in l.iurisgentium in princ.
de pact.aliud est pactum seu promissio donandi,
aliud donatio, & text.in l.si quis argentum.§.fin.
autem C. de donat. non probat contrarium: nam
textus ille non loquitur in pacto seu promissione
donandi, sed in donatione facta pacto nudo, &
non uestita traditione aut stipulatione, ut si quis
Titio præsenti dicat, dono tibi centum. quòd de-
monstrant uerba illa quod se donare existimauit
& inducit text. de nouo ut huiusmodi donatio
producat actionem licèt non sit uallata stipulatio-
ne neque subsequuta sit traditio per retentionem
usufructus uel aliter. Neque obstant tria, quæ
opponi uidentur. Primò, nullitas donationis,
ex qua infertur promissionem comitis Angeli fuis
se absque causa, & sic meram donationem. Se-
cundò, nullitas retrocessionis, ex qua inferri ui-
detur Iuliam non adimpleuisse conuenta ex latere
suo, cum non sufficiat implere de facto. Tertiò
nullitas promissionis factæ per comitem Angelū,
primùm fundatur super duobus super decreto re-
quirente in donationibus & cessionibus præstari
quoddam iuramentum: item super dispositione
l. per diuersas, & l.ab Anastasio C.mand.Nam quò
ad allegatum decretum respondetur illud loqui
in donationibus & cessionibus titulo lucratiuo:
uerùm donatio facta per comitem Angelum non
fuit titulo lucratiuo, sed oneroso, & ob libras 400.
annuas illi promissas. Præterea licèt decretum re
quirat iuramentum præstari per donantem, & do
natariū,& iuramentum esset de forma, tamē for-
mula uerborum.i. q iuramentū præstetur per uer
ba illa formalia nō est de forma,cum decretum nō
exprimat,q sit de forma.Videmus & alibi,q in sen
tentia requiritur pro forma absolutio uel condē-
natio l.præses C.de sent.& tū uerba formalia, ab-
soluo uel condemno,non sunt de forma, & suffi-
ciunt alia uerba æquipolentia l.in summa de re iu.
Alex.in l.j.prope finē de re iud.& tex.in l.fi.§.om-
nem C.de admin.tut.uult omnes tutores uel cura-
tores non aliàs creari nisi prius cum aliis solenni-
bus uerbis; quæ pro gubernatione rerum ab his
conscribuntur, & hoc specialiter expresserint, q
omni modo sine ulla dilatione defensionem pro
pupillis & adultis subire eos necesse est, adeo q
11 † nisi tutor promittat defendere, tutella erit nulla,
Bar.ibi,& in l.legitimas de legit.tutel.& tamen ne
cesse non est dicere uerba formalia de quibus in
eo tex.Bald.in d.§. omnem,& in d.l.legitimas in fi
ex parte M. de app. nu.25.ubi dicit consuetudinē
ita seruare, & Barth. in dicta l.legitimas censuit;
quòd satis sit promittere defensionem, & Ang.in
d.§.omnem uult, quòd sufficiat uerba similia his,
de quibus in eo tex.continentia promissionem de-
fensionis,& Bald.in add.Specu.in tit.de tut.in ult.
col. uers. tutor tenetur dixit sufficere promissionē
defensionis, & illa uerba sine ulla dilatione non
esse de forma, & Alexan. in l.prætor ait in princ.
num.31.de ope.no.nunt.& consi.129.num.3.lib.
1.probat necessariam esse promissionem defensio
nis, sed non per ea uerba formularia. Adhæc in-
strumenta exhibita probant, quòd iuramentum
non est solitum præstari per formalia uerba decre-
ti,cum in his formula uerborum decreti non sit
inserta, Bar.in l.de quibus nu.21. uersi. quandoq;
ad probationem consuetudinis inducuntur acta
extraiudicialia, idem probatur ex Mussina, a qua
notarij Plac.extrahunt formulas instrumentorū,
12 in qua non sunt inserta uerba formalia decreti,† q
consuetudo est optima statutorū interpres l. si de
interpretatione de legib. Quò ad secūdū super quo
fundari uř nullitas donationis.s.dispositionē l.per
diuersas, & l.ab Anastasio.C.mand. Dř primò nō
constare ualorem bonorum & iuriū donatorū ex-
cedere ualorē promissorū per donatarias, & onus
probandi incūbere ei,qui id allegat,& quāuis Bal.
13 in d.l.p diuersas nu.5.† uelit cessionario incūbere
onus probandi,id tū dēt intelligi in casu quo loq-
tur Bal.s.qñ ceditur actio ad certam quantitatem;
ut si pro decem uendatur actio ad uiginti. Adhæc
& si cōstaret nūc de ualore hæreditatis Co.Hercu-
lis,non tū constat, q tempore donationis tantum
ualuerit deductis expensis,quæ erant fiendæ in cō
14 sequendis iuribus donatis, & † considerata qua-
litate personarum,dubio litis euentu,& incertitu-
dine uictoriæ propter quæ actio iudicatur mino-
ris pretij l.quod debetur de pecul. l.minus est de
regul. iur.& quæ faciunt pretium censeri iustum,
quòd aliàs esset iniustum l.si ea lege C. de usur. &
in terminis præsentis quæstionis tradidere glos. fi.
uersicu.uel dic. quan. deductis expensis, Bartho.
num.6.Bald.num.10.Salic.num.6. Castren. num.
4. & num.8.in d.l.1.per diuersas:ad quod conue
niunt,quæ ad iudicandum an quis in transactio-
ne fuerit deceptus ultra dimidiam iusti pretii,con
siderandа scribit Barth. in l. si quis cum aliter de
15 uerborum obliga. † Secundò ubi cedens est pau-
per, nec habet unde causam prosequatur, cessio-
nem præsumi ueram, non fictam. Idem ubi cessio
fit palàm & publicè, uel id de quo est quæstio,
16 est calumniis subiectum, † & reus est homo caui-
losus Specul. in titu. de cessio.actio.§.1.uersic.sed
opponitur ad prædicta, Castren. in d. l.per diuer-
sas nu.4.ubi in casu quo mulier pro duobus mil-
le cesserat iura super hæreditate, quæ ualebat sex
mille, dicit consuluisse cessionem ualere, & ces-
sionarium agere posse etiam ultra duo mille, quia
actio erat inutilis mulieri propter potentiam ad
uersarij, & cessabat præsumptio de qua in dicta l.
Tertiò in uenditione hæreditatis non procedere
dispositionem d.l.per diuersas, & d. l.ab Anasta-
sio saltem quò adhoc ut ob modicitatem prætii
præsumatur simulata, & non detur actio ultra id,
17 quod emptor hæreditatis soluit; † quia cum pos-
sit esse lucrosa & damnosa, & etiam implicita

multis ſumptibus, pretium, qnod contrahentib.
placuit; præſumitur iuſtum, Bal. in l. per diuerſas
nu. 8. & Salv. num. 8. quam ſenteotiam compto-
bar Pariſ. conſi. 19. nu. 55. libr. 3. pro qua uidetur
tex. in l. qui nondum C. de hæred. uel actio. oend.
18 † ubi ſi hæres nondum certus de quantitare hære-
ditatis illam uendat exiguo precio inductus dolo
emptoris non cogitur implere cõtractum; ex quo
innuit ꝙ ſi ab hærede certo de eius quantitate uel
aliter quàm dolo emptoris uendatur hæreditas
exiguo pretio, uenditor contractum omnino im
plere cogatur, neque de ſimulaoone in totum,
uel in parte opponere poſſit, & qnanuis Bartho.
in d l. per diuerſas num. 23. & Ang. in fin. contra-
rium aſſeruerint, ſcilicet diſpoſitionem dictarum
ll. locum ſibi uendicare in hærede uendente hære
ditatem, quam non poſſider: eorumque ſenten-
tia ſir magis recepta: illa tamen uidetur intelli-
genda ut d. l. per diuerſas, & d. l. ab Anaſtaſio pro-
cedant etiam in uenditione hæreditatis, præter-
quam quò ad præſumptionem ſimulationis orien-
tem ex modicitate precij, & ut non detur actio
ultra pretinm ſolutum, quo caſo uidetur locu-
tum fuiſſe Bal. & non malè, & ita Bartho. & Bald.
intelligit Fulg. in d. l. ab Anaſtaſio nu. 2. uerſi. dubi
tant Docto. & omni in caſu Bart. ſententia ubi ge-
neraliter intelligeretur, poteſt procedere duntaxat
quando uenditur hæreditas puta Titij, in qua uen
ditione uenditor tenetur præſtare quòd hæreditas
ad ſe pertineat. l. cum hæreditate, l. quod ſi nulla
l. quod ſi ſit de hæred. uel actio. uend. & non poſ-
ſet procedere in caſu quo uenditor incertus an hę
reditas ad eum pertineat, oendit ius ſi qood ſibi
competit in tali hæreditate, qno caſu nidetur uen
di ſpes, & in certum ſicur quãdo uenditur iactus
retis, & uenditor ad nihil tenetur eriam ſi hæredi
tas ad eum non pertinet l. quod ſi in uenditione.
l. nam hoc modo, l. ꝙ ſi ſit eod. titu. & quæ uendi-
tio noo affert titulum, niſi probetur de iure uen-
19 dentis Bal. in d. l. cum hæreditatem. Nam † in hu
iuſmodi uenditione, in qua uidetur uendi alea,
& incertum oon poteſt diſcerni quòd ſit iuſtum
uel iniuſtum pretium, & conſideratur ſola ſpes,
& ſiue parum ſiue multum percipiatur pretium
non augetur neque minuitur, Bald. in l. ſi ea lege
nom. 2. uerſi. cum uero oenditur fructus ſpei, ſiue
ſpes C. de uſu. & ſicuti in uenditione iactus retis
& aleæ pretium debetur etiam quòd nihil perci-
piatur d. l. ſi iactum retis Bal. obi ſupra, ita in uen
ditione iuris, quod competit uenditori in hære-
ditate, debetur pretium etiam quòd uenditor nul
lum ius habeat io hæreditate, ut in ll. prædictis.
Qua ratione uidetur etiam diſpoſitionem d. l. per
diuerſas, & dicta l. ab Anaſtaſio procedere ſolum
20 † quando uenditur actio ad certam quantitatem,
qno caſu uenditor tenetur præſtare, ꝙ ille, ꝯ quẽ
ceditur actio, ſit debitor & ſine exceptione l. ſi
oomen de hæred. uel actio. uend. ſecus ſi uẽdatur
actio ad incertũ, ut ſi quid Titius mihi dẽt, & hoc
uelle vr̃ tex. io d. l. p diuerſas io uerſi. pro indubita
21 ns obligationib. & qoẽadmodum † donatio an-
nuæ quãtitatis ad uitã douatoris, uel donatarij,
q̃ oon excedit legitimam ſummã non indiget inſi
nuatione ob incertũ fortunæ exitum. l. ſancimus.
22 §. fi. C. de don. † & tranſactio in qua cedit᷑ ob mi-
nimam q̃titatem ius fideicõmſſi ualentis quadru
plũ ob dubiũ liõs euentum ualet l. Lucius. §. fi. ad
Trebell. eodẽ modo donatio uel ceſſio iuris, ſi qđ
cedenti uel donanti cõpetit aliqoo dato uel pro-
miſſo donanti oel cedenti indiſtinctè ualere debet
ob incertum fortonæ exitum, eõam ꝙ deinde ap-
pareret iura ceſſa plus ualere quàm ſit datum uel
promiſſum, ſed & diſpoſitionem. d d. ll. non proce
dere in donatione hęreditatis, etiam ꝙ donatio ſit
non ſimplex, ſed ob cauſam reſpondit Io. de Ami-
cis conſ. 24. & Io. Imol. conſ. 72. in caſu quo fuerat
facta donatio hæreditatis, & donatarins promiſe-
rat alere donatorẽ, conſulnit donationem ualidã.
Quartò exceptionem ſimulationis de qua in d. l. p
diuerſas, & in d. l. ab Anaſtaſio compete re ei; con-
tra quem iura ſunt ceſſa, non aũt cedenti. Nam io
d. ll. ceſsio reddit᷑ nulla in fauorẽ eius, contra quẽ
ceditur Caſtr. ibi nu. 3. uer. interdum oppugnatur
in fauorẽ &c. & Bar. ibi nu. 17. oult præſumptionẽ
ſimulationis in ceſsione actionis ex eo ꝙ adſit ſo-
la confeſsio pretij recepti, & non appareat illud re
uera fuiſſe ſolotum, procedere ſolùm quò ad fa-
uores eius, contra quem ceditur, ſed cedenti no-
cere confeſsionem, idem Ange. nu. 2. uerſ. ſi tñ, &
Alex. conſ. 36. in ptinc. in ſecundo dixit cedentem
ob id non poſſe opponere de ſimulatione ꝯfeſsio-
nis, & Bar. in d. l. nu. 19. uer. ſm exemplũ qđ ponit
gl. inquit tex. illũ prohibere ceſsiones, q̃ fiunt ꝯ ali
quẽ, & non ꝓcedere ſi poſſeſſor habeat aliqđ ius
ceſſum ab aliquo, non ꝯ aliquẽ, & nu. 20. uer. intel
lige qñ alius &c. uult ꝙ ſi cedat᷑ actio in rem, & il
le q cedit, uel cui ceditur, poſsideat rẽ, ualere ceſ-
ſionem cum ꝯ neminẽ fieret, ſed inter ipſos ꝯhen-
tes, & ſic p̃ſupponit Bar. tex. illũ ꝓcedere ſolũ quò
ad p̃iudicium eius, ꝯ quem cedunrur actiones, &
Bal. ibidem oo. 17. cenſuit ubi pretiũ non eſt ſolu
tum ualere quidẽ ceſsionem, ſed ceſsionariũ inte-
rim agere nõ poſſe Caſtren. quoq; conſ. 250. in 1.
par. cir. med. ſcripſit diſpoſitionẽ d. l. per diuerſas
ꝓcedere quantũ ad eum, ꝯ quẽ eſt facta ceſsio qui
põt opponere exceptionẽ ſimulationis, ſi ceſsio nõ
eſt facta iuſto p̃tio, ſed inter ementẽ & uendentẽ
ſeruandã eorũ conuentiõnẽ qualiſcnnq; fuerit, dũ
23 modo ſine dolo & fraude. legimus & alibi † p̃ſum
ptionem ſimulationis, q̃ oritur ex retentione poſ-
ſeſsionis non poſſe allegari per eũ, q cõtraxit, Bal.
in l. emptione nu. 5. uerſ. q̃ro qualiter probe tur ſi-
mulatio c. plus ual. &c. & in terminis donationis
Bar. in cõſ. 81. inci. Martinos Fornicorni io fi. Tan-
dẽ donatio facta p comitẽ Angelum non põt dici
ſimulata aut calũnioſa, niſi quatenus excedit ualo
rẽ penſionis annuæ lib. 400. ſoluẽdæ ad uitã Comi
tis Angeli d. l. p dinerſas uer. uſq; ad ipſam tñmõ
ſolutarũ pecuniarũ &c. ubi Fulg. nu. 10. uer. ibi do
lus & cir. fi. Caſtrẽ. n. 3. & 7. Ideoq; ꝓ retrohabẽda
retroceſsione comes Angelus ꝓmittẽs rẽ incertã,
& ſub incerta cõdõne. ſ. dimidiã hr̃ditatis comitis
Herculis, cũ illã fuerit ꝯſecutus, efficaciter fuit obli
gatus, & quãuis dicta dimidia dictæ hr̃ditatis eẽt
tunc maioris pretij, non tamẽ ex hoc uidetur poſ-
ſe dici promiſſionem comitis Angeli eſſe nullam,
uel

uel annullandam: tum quia non reperitur cau-
24 tum, quòd † ceſſio actionum facta pro maiori
pretio quàm ſint actiones, ſit nulla: tum quia
conſiderato dubio euentu, & incerto conditio-
nis iniquitas & multò minus nullitas contractus
ſubeſſe nequit l. 1. C. de pact. d. l. quod debetur de
pecul. Verùm & ſi donatio fuiſſet inualida, ta-
men comes Angelus cogi debet ad implendum
promiſſa. Primò quia promiſſio eius fuit condi
25 tionalis: nam uerba illa, † cum illam fuerit con
ſecutus, important non ſolũ tempus, ſed etiam
conditionem, Barth. in l. 1. nume. 8. de condit.
26 & demonſtr. † & promiſſio conditionalis etiam
ſine cauſa ualet, quia conditio habetur pro cau-
ſa l. à Titio de uerbor. oblig. ubi not. Barth. Ca-
ſtren. Alex. & Iaſ. Cumque contentio facta inter
comitem Angelum & Iuliam ſit ſpecies tranſa-
ctionis factæ ob timorem litis; quam comes An-
gelus morere uelle minabatur ad reciſſionem do-
nationis in ea non uidetur attendi iuſtitia, uel in
iuſtitia cauſæ principalis, & ſufficit quòd his de
iure uel de facto timeatur moueri l. 2. C. de tran-
27 ſac. & ſicuti † datum cauſa tranſactionis non re-
petitur niſi adſit euidens calumnia l. in ſumma de
cond. indeb. ita & promiſſio ex eadem cauſa fa-
cta non uidetur poſſe reuocari. Quò ad ſecun-
dum principale obiectum ſcilicet nullitatem re-
troceſſionis, quæ fundatur ſuper decreto edito
anno. 1489. Ex hiſdem legibus quò ad decre-
tum dicitur primò illud loqui in donationibus &
ceſſionibus, quæ fiunt titulo lucratiuo, retro-
ceſſionem autem de qua agitur fuiſſe factam ex
cauſa oneroſa ſcilicet ob promiſſionem factã per
comitem Angelum de dando dimidiam hæredita
tis comitis Herculis. Secundò dicitur retroceſſio
28 nem fuiſſe repudiationem donationis, † in qua
non uidetur neceſſeria ſolennitas requiſita in do
nationibus aut alienationibus arg. l. alienationis
§. qui occaſione de uerb. ſignif. l. qui autem iun-
cta l. 1. §. ait prætor de his qui in frau. & c. l. ſi ſpon
ſus §. maritus ſecundo. de donat. int. ui. & uxo.
Hinc mulier poteſt repudiare donationem ſibi fa
ctam nondum acceptatam omiſſa ſolennitate re-
quiſita à ſtatuto in alienationibus mulierũ, Caſtr,
conſil. 172. in comprobat Felin. in c. 2. de conſtit.
numero. 7. uerſiculo ad idem quod nota. Paul. de
Caſtr. &c. Cur. Iunio. in conſilio 120. numero ſe-
ptimo, in fin. Quò uerò ad l. per diuerſas, & l.
ab Anaſtaſio C. mand. contra quarum diſpoſitio-
nem dicitur eſſe factam retroceſſionem, & pa-
ctum ab ea ſeparatum ultra ea quæ fuerunt ſupe-
rius dicta pro tuitione donationis, & ea quæ pro
ximè dicta ſunt circa decretum: quæ oĩa ad tuen
dam retroceſſionem conuenire uidentur. Dicitur
primò in retroceſſione non procedere d. l. per di-
29 uerſas, & d. l. ab Anaſtaſio, etenim † actiones di-
rectè non poſſunt euelli ab oſſibus cedentis glo.
in l. quis ergo caſus de pecul. & poſt ceſſionẽ actio
nes directè non ſunt elitæ creditoribus niſi in nõ-
nullis caſibus Bal. in l. 1. nu. 19. C. de actio. & obli.
& cedens põt eas exercere & exigere nomen ceſ-
ſum præterq̃ in caſib. de quib. in l. 3. C. de nouat.
30 † ſed ex ceſſione cauſatur q̃dam actio utilis q̃ cõ-
petit ceſſionario Caſ. in l. curatoris nu. 7. C. de neg.
geſt. Bal. in l. ex legato num. 9. C. de leg. & actio. di
recta ac utilis non poteſt competere eidem ad idẽ
l. ſi hæres inſtitutus in princ. ad Trebell. etſi ceſſio
narius iterum cedat cedenti non transfert in eum
utilem actionem Bart. in d. l. ſi hæres inſtitutus in
princ. & in l. 1. nu. 21. de actio. & oblig. Qua de re
ſi per retroceſſionem nulla actio transfertur non
uidetur poſſe conſiderari ratio d. ll. neque redem-
ptio aliqua litis & quãuis per retroceſſionem tol
leretur exceptio, quæ opponi potuiſſet cedenti ut
in caſu illius tex. inquit glo. in d. l. ſi hæres; & in
alijs caſibus tollantur exceptiones, quæ cedenti
obſtant de quibus in d. l. 3. C. de nouatio. ſeu con-
tra illas paretur replicatio tamen ſi quando quis
acceptat ceſſionem pro tuitione & munimine re-
rum apud ſe conſtitutarum non habet locum di-
ſpoſitio d. ll. ut exprimit text. in d. l. per diuerſas in
uerſi. exceptis non etiam debet habere locum, ubi
quis acceptat ceſſionem ſeu retroceſſionem pro
munimine actionis directæ apud ſe exiſtentis: nã
appellatione rerum ueniũt ẽt iura l. rei appellatio-
ne de uerb. ſign. & nomina debitorum Bar. in l. 5.
§. argento. nu. 3. de au. & arg. leg. & ſi quando quis
pro habenda exceptione accipit ceſſionẽ non uen
dicant ſibi locum d. ll. non etiam debent habere
locum, ubi quis pro tollenda exceptione ſeu ha-
benda replicatione accipit ceſſionẽ: etenim actor
replicando dicitur excipere l. 2. de exceptionibus
& non minus fauetur actori circa replicationem,
31 q̃ reo circa exceptionem. † Hinc reus tenetur ita
edere actori ad fundam replicationem, quemad-
modum & actor reo ad fundandam exceptionem
l. fin. C. de eden. ubi not. Bar. & poſteriores. Cumq;
diſpoſitio d. l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio ſit ex-
orbitans à regula iuris communis, & ideo non ex
tendenda extra caſum ſuum, & loquatur de ceſ-
ſione non uidetur poſſe trahi ad retroceſſionem
32 & retrodationem: nam † retrodatio eſt fauorabi
lior q̃ datio l. uideamus 2. §. ſi actionem de uſur.
iuncta l. cum fundus in prin. ſi cert. pet. & ſtatuta
exorbitantia loquentia de petente non uindicant
ſibi locum in repetente, ut poſt Imol. tradit Alex.
in rubr. ſolu. mat. nu. 20. Secundò dicitur ꝙ ceſſio
actionis ualet ubicunq; non apparet ꝙ ſit redem-
ptor litium ex cauſa, ex qua fit ceſſio ut ſuadet tex.
in d. l. per diuerſas, & tradiderunt Bart. ibi nu. 18.
in fi. Caſt. nu. 6. uerſ. ſed ſi quæritur an ſit inualida.
Verum in re præſenti Iulia repudiãs donationem,
uel retrocedens non poteſt dici redemptrix litis,
neq; feciſſe animo uexandi aliquem litibus cum
ipſa nullam haberet proſequi litem, imò neq; pro
ſequi poſſet, cũ actiones pœnes eam non extaret,
& in Iulia eſſet ratio, pp q̃ Docto. in l. litem. C. de
33 procur. & in l. ſumptus de pact. aſſerunt † pactum
de quota litis non ualere, quia, ſ. procurator uel
aduocatus, qui facit pactum ut in caſu uictoriæ de
tur ſibi pars aſpirabit per fas, & nephas ad uicto-
riam neq; ẽt com. Angelus uidetur dici poſſe re-
dẽptor litis, cù in ipſum actiones aliquæ non ſint
trãslatæ per retroceſſionẽ, & q̃uis co. Angelus qui
recepit retroceſſionẽ, & promiſit dimidiam bono
rum comitis Herculis ubi illa conſequeretur, di-

ceretur redemptor litis, ut in accipiente ceſſionem
actionis cum promiſsione dandi aliquid cedenti
in caſum uictoriæ, ſenſit Caſtren. in d.l.per diuer-
ſas nu.2.tamen iura non infringunt promiſsio-
nes & traditiones, quæ fiunt a ceſſionario in fauo
rem cedentis, neque prohibent ceſſionarium con-
ueniri ad id quod promiſit ut uelle uidetur Caſtr.
ubi ſupra, ſed tantum annullant ceſſiones, & pro
hibent ceſſionarium agere d.l.per diuerſas, & d.l.
ab Anaſtaſio quemadmodum etiam prohibent
procuratorem & aduocatum, qui fecerant pactũ
de quota litis agere ad id quod ſibi fuit promiſ-
ſum l.ſi qui.C.de poſtulan.d.l.litem, d.l.ſumptus,
l.ſi remunerandi.§.Maurus mand. non tamen pro
hibent eos conueniri ad id, quod promiſerunt,
imò id concedunt d.§.Maurus, ubi ille qui fecerat
pactum de quota, & extiterit litis redemptor, co-
gitur ad ſolutionem eius, quod promiſerat in iu-
dicio, & ſi ille qui facit ſibi cedi actionem aliquo
promiſſo cedenti poſtquam agendo obtinuit con-
tra debitorem ceſſum, qui fortè non oppoſuit de
nullitate ceſſionis poſſet contra eum, qui ceſſit
agentem ad promiſſa opponere de nullitate ceſſio
nis uel promiſſionis, ſequeretur quòd ceſſiona-
rius ille ex contractu illicito faceret conditionem
ſuam meliorem contra l.ſiue hæreditaria ad fin.de
negot.geſt.l.nemo ex delicto de regul. iuris l.infi-
ciando. §.infans de fur. & quòd diſpoſitio d. l.per
diuerſas, & l.ab Anaſtaſio edita in odium eorum,
qui accipiunt ceſſiones cauſa uexandi alios litibus
reſultaret in eorum fauorem contra l. relegatorũ:
§.fin.de interd. & relig.l.1.§.unde quæritur de pu-
blica. Neque obſtat ſi diceretur diſpoſitionem qui
dem l.per diuerſas inductam eſſe in odium ſolius
ceſſionarij, legem autem ab Anaſtaſio etiam in
odium cedentis, Caſtren.in d.l.per diuerſas num.
2.circa fin. Caſus autem præſens, in quo Iulia li-
berè retroceſſit, ſed fecit ſeparatim à ceſſione ſibi
promitti dimidiam hæreditatis Comitis Herculis,
uidetur comprehenſus in d. l.ab Anaſtaſio, Caſt.d.
l. per diuerſas num.2. uerſic. aliquando faciebant
fieri ceſſionem totam ex cauſa donationis, Fulgo.
circa fi. uerſi. item ſi tota prætendatur donata &c.
Etenim reſpondetur primò caſum præſentem ui-
deri de comprehenſis in d. l.per diuerſas ſecun-
dum diſpoſitionem, quam facit gloſſ. ibi, in uer-
bo uelle. Secundò reſpondetur quòd licèt text.
in dicta l.ab Anaſtaſio in primo caſu, quem ponit
in uerſicu. ſi quis autem occultè imponat pœnam
etiam cedenti, tamen in ſecundo caſu quem po-
nit in uerſi.ſed ſi quis uidetur duntaxat impone-
re pœnam priuationis actionis ceſſionario, quate-
nus excedit, id quod fuit occultè datum non au-
tem cedenti, quod oſtendunt ea uerba. Nulla con
tra eum uel eius ſubſtantiam ex diſſimulata dona-
tione oriatur moleſtia: quæ uerba innunt, quòd
à cedente uigore iuris ſui poſſit moleſtari. Etenim
34 huiuſmodi lex cum ſit † pœnalis eſt ſtrictè intelli-
genda, neque aliquo modo extendenda. Tertiò
reſpondetur in dicta l.ab Anaſtaſio cedentem pri-
uari duntaxat actionibus competentibus contra
debitorem ceſſum quatenus excedunt ſummam
pecuniarum pro actione ceſſa receptarum, non au
tem actionibus competentibus contra ceſſiona-
rium: quod comprobant ea, quæ ſuperius dixi-
mus circa donationem in quarta reſponſione ad
d. l.per diuerſas, & maximè quod ſcripſit Caſtr. d.
conſi.250.in prin. Cumq; d.l.ab Anaſtaſio nõ pri-
uet ceſſionarium præſumptum redemptorem litis
iure agendi contra debitorẽ ceſſum pro quantita-
te etiam clàm data cedenti, longè minus cenſendũ
eſt priuare cedentẽ iure petendi promiſſa à ceſſio-
nario d.l.enim nullum contrahentium punit niſi
in eo, in quo actio ceſſa excedit quantitatẽ datam
pro ceſſione, & quemadmodũ ſi Comes Angelus
aliquid ſoluiſſet pro habenda ceſſione uel retroceſ
ſione, non poſſet id repetere d.l.per diuerſas, & d.
l.ab Anaſtaſio ita ſi quid promiſit non põt obliga-
tionem aut promiſſionẽ repetere aut condicere. Pa
35 ria † enim uidentur ſoluere & promittere l.fi.C.ad
l.Falc.Non etiam obſtare ur, q̃ nulla appareat iuſta
cauſa retrocedendi, & Iac.de Aret.Cy.& Alb. cen-
36 ſuerint † ceſſionem actionis ſemper præſumi ca-
lumnioſam, niſi appareat iuſta cã illius: nã gl. in d.
l.per diuerſitas cẽſuit ceſſionẽ actionis non p̃ſumi
ſimulatã niſi ex cauſis p eam relatis, idẽ Bar.nu.2.
ſequi uñr Bal.Sal.& Ange. Quã ſniam comproba-
rũt Inn.nu.2.Abb.nu.5.in c.2.de alie.iu.mut. &c.
ubi Imo.dixit illã eſſe magis receptã, q̃ opinionem
Iac. de Aret. Præterea comes Angelus in proceſſu
ipſe narrat iuſtã cãm retrocedẽdi.ſ.quia nulla erat
ſpes conſequendi hæreditatẽ comitis Herculis, &
Iulia cupiebat liberare ſe ab annua ſolutione libr.
400.ſed & ſi inualida fuiſſet retroceſſio, tñ comes
Angelus non ur poſſe ob id agere uel excipere: tũ
quia ſua non intereſt l.fi.in prin.rẽ rat. ha.tum qa
poſſidet quietè & abſq; lite bona comitis Hercu-
lis l.qui rẽ C.de euict. tum quia ipſe etiam poſt fa-
ctam retroceſſionẽ reiterauit promiſſionẽ, quaſi
Iulia impleuiſſet pro parte ſua, & id quod qñq; le-
gimus non ſufficere fieri de facto, l.hæc cõditio de
cond.& dem.l.1.§. hęc aũt uerba, q̃ quiſque in l.
9 li specialiter renuntiauit; & tamen si filius † renuntiat omni eo & toto, quod posset petere in bonis patris, non excluditur à legitima uel eius supplemento Bald. Castr. & Ias. in d. §. & generaliter Ad idem uidetur text. in l. sed si quis §. quæsitum si quis cautio. ubi text. in renuntiatione requirit causas exceptionem specialiter exprimi gl. in uer. specialiter exponit idest singulariter ex quo & in re præsenti ad hoc ut quis censeatur renuntiasse specialiter conditioni indebiti, necessarium fuisset facere singularem mentionem indebiti soluti.

CASVS XII.

¶ Liuia dedit Ioanni emphyteusim prædia quædam sub pensione scutorum centum quotannis soluendorum Oliuæ usque ad eius mortem, adiecto pacto, quòd post Oliuæ mortem prædia deuenirent libera in Ioannem: Ioannes uiuente Liuia soluit quotannis annuam pēsionem. Mortua post plurimos annos Oliua, hæredes Oliuæ prætendūt prædia ad se spectare, & exhibent consilia duorum doctorum. Quæritur à D.V. ut uideat instrumentum inuestituræ & dicta consilia, & respondeat quid de iure sentiat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis est contractus nominatus.*
2 *Pacta apposita contractibus nominatis quid operentur si incontinenti apponantur, & nu. 6.*
3 *Accessorium quando non tollatur sublato principali.*
4 *Conuentio in una re facta non debet in alia nocere.*
5 *Cessante causa contractus non debet cessare effectus uestimenti iam consumatus.*
7 *Pactum appositum in contractu uenditionis uidetur pars pretij.*
8 *Pacto nudo licet non possit agi tamen potest excepi.*
9 *Pacta quæcunque inter dominum, & emphyteutam ualent.*

Miror, quòd in propoſita ſpecie dico excellentes iureconſulti prædia ad hæredes Liuiæ ſpectare conſuluerint, nullamque dominii tranſlationem, actionemve, aut exceptionem cauſari aſſeruerint ex pacto, quòd poſt mortem Liuiæ prædia deueniant in Ioannem. Etenim
1 emphyteuſis † eſt contractus nominatus l. 1. ubi Bart. nu. 2. Bald. nu. 15. in 2. lect. C. de iur. emphyt. Aret. in §. adeo nu. 5. Inſt. locat. Iaſ. in l. iuriſgentiū
2 §. quinimo nu. 17. de pac. † Pacta autem contractibus nominatis incontinenti appoſita ualent in formant enim ueterem actionem, & nouam producunt l. iuriſgentium §. quinimo de pact. l. in bonæ fidei. C. de pact. non ſolùm in contractibus bonæ fidei, ſed etiam ſtricti iuris, gl. in d. §. quinimo, & d. l. in bonæ fidei. Vnde pactum quòd poſt mortem Liuiæ bona deueniant in Ioannem adiectum in continenti contractui emphyteutico illius coherentia ueſtiri, nouamque actionem præſcriptis uerbis producere, ac ueterem ex contractu emphyteutico orientem informare uidetur, ut & ipſa detur ad id, quod in pacto deductum eſt, & ſiue pactum dicatur in continenti appoſitum, quando apponitur antequam contrahentes diuertant ad extraneos actus, ut uoluit gl. in d. §. quinimo, & in d. l. in bonæ fidei, Iaſ. in d. §. quinimo nu. 24. ſiue pactum dicatur in continenti appoſitum, quã do apponitur antequam contrahentes habeant cõtractum pro abſoluto, ut cenſuit Barthol. in d. §. quinimo nu. 21. & in d. l. bonæ fidei, & in l. lecta nu. 18. ſi cer. pet. Pactum prædictum ſemper dicetur appoſitum contractui emphyteutico, neque obſtat ſi dicatur ubicunque contractus fit in fauorem unius partis, & pactum in fauorem alterius, nunquam pactum ueſtiri coherentia illius contractus, gl. Bart. nu. 1. Caſtr. num. 9. Alex. nu. 2. Iaſ. nu. 18. Dec. nu. 13. in l. petens C. de pact. gl. Bar. nu. 3. Caſtr. nu. 17. Iaſ. nu. 5. uer. ſextò limita in d. §. quinimo, Ioannisque promiſſionem de ſoluẽdo quotannis centum reſpicere fauorem Liuiæ. Reſpondetur enim pactum eſſe adiectum uel toto contractui emphyteutico, qui contractus eſt ultro citroque obligatorius, l. 1. C. de iur. emphyt. uel dationi in emphyteuſim, quæ reſpicit Ioannis fauorem, licet obligatio ſoluendę penſionis reſpiciat fauorem Liuiæ. Minusque obſtat ſi dicatur pactum quòd bona deueniant in Ioannem poſt mortem Liuiæ uideri acceſſorium contractus emphyteutici, & finita emphyteuſi per mortem Liuię ceſſare, l. cum principalis de reg. iur. Nam reſpondetur primò durate obligationem pacti, quemadmodũ & reſoluto contractu uenditionis ſupereſt actio ad id; quod in pacto deuenit, l. ſed Celſus, §. ſi fundus de contrah. empt. Secundò, pactum non eſſe acceſſorium, ſed partẽ emphyteuſis, ut in l. ſi fundi partem de contrah. empt. & ſublata parte contractus non tolli aliam partem; l. an pars de accep
3 ptil. Præterea † ſublato principali non tollitur acceſſorium, quando eſt diuerſa ratio in acceſſorio, l. ſtipulatio iſta, §. alteri de uerb. oblig. Bart. in l. ita ſtipulatus in 12. opp. primæ par. de uerb. obligat. Dec. l. certi condictio, §. ſi nummos, nu. 30. ſi cert. pet. Ratio autem finiendi emphyteuſim, mors, ſcilicet Liuiæ non militat in pacto, imò facit ut ſortiatur effectum, & ubi acceſſorium affert maiorẽ utilitatem, quàm principale nunquam extincto principali tollitur acceſſorium Bart. l. nunquam, num. 9. de priuat. delictis. Cumque contractus à principio fuerit ualidus contra pactum non poteſt allegari gloſ. in l. ſi patronus, §. patronum de his quæ in fraudem patr. Bald. in l. Imperator. de ſtat. ubi ſcilicet contractus eſt à principio nullus, & cætera in eo contenta eſſe nulla, neque prædictis repugnat text. in l. cum emptor in princip. de reſcind. uend. in l. fin. de accept. Per quæ iura Bart. in d. l. iuriſgentium, §. quinimò, num. 7. de pactis, cenſuit ſi contractus correſpectiuus per acceptilationem tollatur, tolli etiam pactum, quod illius cohærentia fuerat ueſtitum. Reſpondetur enim text. prædictos loqui ubi res eſt integra, ut exprimit text. in l. fin. de accepril. in l. ab emptione de pact. Item textus prædictos & Bartholum loqui, quando contractus tollitur per acceptilationem, non quando ex conuentione partium finitur, & eo tempore pactũ ſumit effectum præter id quòd contra Barth. ſenſerunt Alex. & Iaſ. in d. l. petens in fin. ſententia quatũ uidetur confirmari ex regu
4 la, quòd † conuentio in una re facta non debeat in alia nocere l. ſi unus §. ante omnia de pact. l. ſi
5 domus de ſeruit. urb. præd. & ceſſante † cauſa, ſ. contractu non debet ceſſare effectus neſtimenti iam conſumatus, Bar. l. 2. §. fin. de donat. Cæterùm contra principale argumentum nidetur obſtare
6 † pactum in continenti appoſitum informat neterem, & nouam parit actionem, quando dat legem contractui, id eſt continet aliquid, quod uenit acceſſoriè, ad id quod in contractu continetur, ut ſi promiſiſti per ſtipulationem ſcribere librum, & per pactum in continenti ipſum corrigere, ſi autem aliquid penitus diuerſum, ut pro me ire Romam non informaret, quia non dat legem contractui, nec illius coherentia ueſtiretur, Caſtr. in l. petens C. de pact. nu. 6. uerſic. ult. opp. & num. 8. Iaſ. nu. 14. uer. circa tertium, Alex. nu. 12. Caſtr. in l. in bonæ fidei & ibi Bal. nu. 4. latiùs Alex. nu. 3. C. de pact. Bart. in d. §. quinimo nu. 10. Caſtren. num. 7. Bald. numero 2. uerſ. tertiò quærit, ſed reſpondetur cum pactum de quo agitur ſic ſuper eadem re, ſuper qua factus eſt contractus emphyteuticus, non poteſt dici continere quid diuerſum & ſeparatum à contractu emphyteutico; imò cum fiat ex eadem cauſa, & reſpiciat eandem rem, quæ in contractu deducitur, illius coherentia ueſtiri debet Bald. in dicta lege in bonæ fidei, & dicto §. quinimmò idem ſenſit, Alexander in dicta lege petens, numero tertio ubi aſſerit quoddam pactum, de quo ibi non ueſtiri cohærentia contractus commodati, quia traditio non fuit facta circa id, quod eſt deductum in pacto, idem Iaſon. in dicto §. quinimmò, numero quinto. uerſiculo, ſecundò limita, hinc Caſtrenſem in dicta lege petens, numero nono, uerſiculo, fallit, inquit ſtipulationem interpoſitam pro me ueſtire. Pactum contra tue quando pactum eſt ſuper eodem, ſuper quo eſt

est facta stipulatio per text. in l. ex morte. C. de pact.conu.aliter etiam responderi potest ex tex. in l.fundi partem de contrah.empt.ex l.tenetur §. 1. ex l.si sterilis §.si tibi de actio.empt.quæ iura inferius inducemus. Secundò Ioannem habere iustam causam & aptam ad agendum & acquirendum dominium probatur, nam siue sit uerum pactum prædictum, uestiri coherentia contractus, siue non; tamen cum habita relatione pacti, ad cõtractum emphyteuticum possit resultare contractus innominatus, do ut des, uel facias: uel facio ut facias promitto.s. soluere tantam pensionem pacto quòd bona post mortem Liuiæ deueniãt in me, inducitur contractus innominatus, qui accipit effectum per rei interuentum l.ex placito C.de rer.permut. & sic Ioanni qui impleuit pro parte sua soluendo pensiones usque ad mortem Liuiæ datur uel actio præscriptis, uel de dolo secundum distinctionem l.naturalis de præs.uer.Bart.in d.§. quinimo & d.l.petens, quod procedit etiam quòd pactum semel fuerit uestitum coherentia contractus nominati Cast.in d.l.in bonæ fidei nu.2.uer. possum etiam habere, & in d.l. petens nu. 6. uer. Petrus autem Alex.in d.l.in bonæ fidei nu.9.& d. l.petens nu.13.uersic.& an sit uerum reiecta Baldi opinione, cuius argumentis respondet ibi Salyc.Nam quando pactum non est uestitum, res nõ habet dubium induci contractum innominatum si resultare potest habita relatione pacti ad contractum, & in fortioribus terminis idem concludunt glo.Bar.nu.1.Cast.nu.9.uers. tertius est articulus, Alex.nu.13.Ias.nu.19.uer.circa tertium &c.in d. l.petens, asserentes si promisi uel mutuaui tibi pecuniam, & in continenti adiecti pactum quòd uadam pro te Romam, & tu promittis usuras, resultare contractum innominatum, tu promittis usuras, ut uadam oro te, Romam; ex quo & cum Liuia dederit fundum in emphyteusim, & in continenti adiectum sit pactum quòd post mortem Liuiæ bona deueniant in Ioannem, & Ioannes promiserit pensionem habita relatione pacti ad promissionem Ioannis, debet resultare contractus innominatus. Tertiò pro Ioanne uidetur text. in lege fundi partem in princ. de contrahen. empt. in lege tenetur §. primo, in lege si sterilis §. si tibi de actio.empt. ubi † pactum appositum

7 lis §. si tibi de actio.empt. ubi † pactum appositum in contractu uenditionis, uidetur pars precii, & ad illud agi potest actione ex uẽdito: ideoq; pactum appositum contractui emphyteutico uidebitur pars illius, & ad illud poterit agi actione qua ageretur ad obseruationem contractus emphyteutici. Vltimò, si hæredes Liuiæ agant ad pensionem, cuius obligatio est ad tempus, parta est Ioanni exceptio lege obligationum ferè §. placet de actio.& obligatio. Si agant

8 ad prædia quamuis † pactum de quo agitur esset nudum, & rigore illius non posse agi, poterit tamen excipi lege iurisgentium §. igitur nuda de pact. Cum pacta † quæ-

9 tium §. igitur nuda de pact. Cum pacta † quæcunque inter dominum & emphyteutam ualeant l.1, C.de iur. emphyt.

CASVS XIII.

¶Hieronymus dedit bona quædam insolutum Appoloniæ: pars bonorum non fuit tradita post nonnullos annos. Agit Appolonia ad interesse, quod asserit consistere in duobus; in fructibus quos percepisset, & in augmento ualoris bonorum, quæ nunc ualent longè plus. Duo opponuntur. Primum, Hieronymum nunquam fuisse interpellatum ad tradendum. Secundum quantitatem interesse non esse probatam. Quæritur, an prædictæ exceptiones obstent actrici.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad interesse quando pro bonis in solutum non traditis competat.*

2 *Venditor statim quòd recepit pretium rei uenditæ si eam non tradat constituitur in mora re ipsa, & ecõtra emptor.*

4 *Argumentum de uenditione ad dationem in solutum, & nu. 3*

5 *Modum pertinet ad emptorem si post uenditionem augeatur pretium rei uenditæ.*

6 *Extimatio rei de cuius ualore non erit probatum in iudicio fit à iudice ex ipsius officio.*

1 PRo bonis, † quæ non fuerunt tradita, Appoloniæ competit utilis actio ex empto ad interesse l. 1. de actio.empt.l.si traditio C.eo.tit.& quamuis nulla præcessent interpellatio, per quam Hieronymus in mora fuerit cõstitutus, tamen datio insolutum habet uim uenditionis l.eleganter in prin.ubi Castr.nu.2. de pign. act.l.si prædium in fin.C.de euict.& dare insolutum est, uendere l.fin.ex quib.caus.in poss. ea l. 3. de usucap.pro emp.Barth.in l.1. §. cum prædium

2 nu.6.de pig.& de † uenditione addationem insolutum argumentatur Bart. in l. si pupillorum §. si prætor de reb.eo.Aret.cons.32.nu. 2. uer. nec obstat si dicatur, & cons. 159.num.12. uer. uenio ad

3 quartum uenditor † autem statim quòd recepit pretium rei uenditæ, si eam non tradat, constituitur in mora re ipsa absque aliqua interpellatione, Barth.in l.unum nu.4. uersic. qualiter ergo soluemus.Ang.nu.2.uer.non obstat, §. si per uenditorem si cert.pet. Bart.in l. de diuisione nu. 3. solut. matrim. sicut è contrà emptor constituitur in mora reipsa, quando uenditor tradiderit rem, & tenetur ad usuras pretii nulla etiam interpellatione præcedente l. 2. C.de usur. l. curabit C. de actio. empt.ubi Barth. & Castren.in prin.ideoque sicut

4 † uenditor ex mora traditionis tenetur ad interesse d.l.si traditio, ita & dans insolutum, & cũ per dationem insolutum Hieronymus habuerit pretium fuit constitutus in mora re ipsa, Aret.consil. 159. nu. 13. Nam pecunia censetur tradita fuisse Appoloniæ à Hieronymo, & postea per Appoloniam retradita pro pretio bonorum, Castr.cons. 326. circa fin.libro secundo, in nouis. Et si diceretur moram; in qua re ipsa constitutus fuit Hieronymus operari, ne ipse ex ea lucrum sentire possit, sicque teneatur ad fructuum restitu

tionem: non autem ut ſentiat damnnm interitus
uel æſtimationis quæ creuit, Caſt. poſt Fulg. in d.l.
tinnm nu. 11. & in l. Iulianns §. ex uendito nu. 5.
in fin. de actio. empt. Reſpondetur prædicta pro-
cedere, quando rei nenditæ æſtimatio poſt uendi
tionem crenit. ſed poſtea decreuit, qno caſu ſi nen
ditor teneretur ad eam æſtimationem quæ maior
fuit pateretur damnum. In re autem præſenti bo-
na reperiuntur nune maioris æſtimationis, petiq;
poteſt præſens æſtimatio. Primo quia aliàs uen-
dens ſeu dans inſolutum ſentiret lucrum augu-
menti pretii. Secundò quia dans inſolntum ad-
huc poteſt conueniri ad traditionem bonorum,
& ad intereſſe iux. l. 1. de act. empt. & d. l. traditio
in quo intereſſe conſideratur ęſtimatio temporis,
quo petitur etiam quòd ueuditor uel dans inſolu
tum non fuiſſet in mora d. l. tinum & ibi Ang.
nu. 2. uerſic. ſed ſi tempore contractus. Tertiò quia
indiſtinctè ſi poſt nenditionem augeatur pretium
5 rei nenditæ † cómodum pertinet ad emptorem:
ideoq; ſi non tradatur non ſolùm repetitur pre-
tium conuentum, ſed etiam quantum hodie plus
ualet l. ſicut periculum ubi Caſtren. in princ. C. de
actio. empt. Minus obſtat quòd non ſit probata
quantitas intereſſe: nam quamuis per partem nó
probetur quantitas intereſſe: iudex ex officio il-
lam arbitrari debet, Bart. in d. l. ſi traditio ubi Bal.
nu. 2. uerſ. hoc autem intereſſe, Salyc. nu. 3. uerſic.
quæro quinto, Bart. in l. ſemper §. in hoc interdi-
cto quòd ui aut clam, & per text. d. l. ſi traditio
Rom. conſ. 270. nu. 5. inquit quantum interſit em
ptoris à iudice arbitrandum, & Marian. in c. dile-
cti nu. 6. uerſ. in eadem glo. ibi & iudex, & de fo.
compet. Dixit licet non ſit probatum intereſſe re-
ſpectu quantitatis, ſed ſolùm quòd interſit; tamen
iudex non debet abſoluere reum, ſed aliter ſe in-
formare, & ita ſæpius conſuluiſſe & obtinuiſſe, &
Barth. in l. ſi quod ex Pamphila de leg. 2. not. quòd
6 licèt † in iudicio non ſit probatum de ualore rei iu
dex ex officio ſuo debet æſtimare; & omni in caſu
quando petitur quid incertum ut intereſſe fru-
ctus & ſimilia, iudex poteſt condemnare ad inter
eſſe uel fructus probandos in executione ſenten-
tiæ c. auditis iuncta glo. de procur. Marian. in d. c.
dilecti & in c. 2. co. tit.

CASVS XIIII.

§ Cum tractaretur matrimonium inter Iulium
& Iſabellam, Cæſar promiſit Iulio ſe facturum &
curaturum, quòd Scipio communis frater face-
ret donationem Iulio de quodam caſtro intra ſex
menſes, in caſu qno ſequeretur dictum matrimo-
nium, & promiſit pœnam duorum mille aureo-
rum in caſu inobſeruationis. Contracto matrimo
nio Iulius renuntiauit Cæſari omni iuri ſibi quæ-
ſito ex illa permiſſione. Iſabella nunc agere præ-
tendit contra Cæſarem, quaſi illa promiſſio facta
fuerit ex eo, quia affines Iſabellæ nolebant il-
lam tradere in uxorem Iulio, niſi Scipio dictum
caſtrum illi donaret.

§ Quæritur an iure tueri ſe poſſit Cæſar.

SVMMARIVM.

1 *Actio non eſt quæſita illi nec cenſetur uocatus ille in cuius perſonam conditio eſt collata.*
2 *Actio ex contractu non competit niſi ſtipulatio ſecus in legatis.*
3 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
4 *Colloquia & tractatus non ſufficit probare niſi etiã probetur concluſio.*
5 *Libera perſona alteri acquirere non poteſt.*

EX promiſſione facta Iulio in ca-
ſum, quo duceret Iſabellam in uxo
rem, nullum ius, nullaque actio
fuit Iſabellæ quæſita: nam traditũ
1 eſt † eum, in cuins perſonam colla
ta eſt conditio; non eſſe uocatum, neque illi actio
nem quæſitam, l. ſi quis ſub conditione ſi quis
om. cau. teſt. & ſi quis inſtituat mulierem, uel illi
centum leget ſub condictione ſi nupſerit Titio;
non ob id ius actionemve quæri Titio, l. 1. & 2. C.
de inſtit. & ſubſtit. l. uter. ex fratrib. de cond. inſt. l.
cum ita legatum ſit. l. Titio genero, §. 1. de cond. &
dem. & promiſsio uidetur facta Iulio, ut ipſe inui
taretur ad contrahendum matrimonium cum Iſa
bella ut tradunt Caſtr. in d. l. 1. num. 2. & poſterio-
res, C. de inſt. & ſubſt. imò & ſi appareret promiſ-
ſionem factam Iulio ad inſtantiam affinium Iſa-
bellæ, & fauore Iſabellæ, quæ aliàs non erat acce-
ptura Iulium in maritum: tamen Iſabellæ actio
parta non fuiſſe uidetur, ſi in eius perſonam ſtipu
2 latio non eſt concepta: nam ex † contractu non
agit niſi ſtipulator, & conuentor. l. ſi pater ubi no.
Bal. C. de do. promiſ. licèt ſecus ſit in legatis. l. ſer-
3 uo legato, §. ſi teſtator de leg. 1. Et † propoſitum in
mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi de
cond. ob cau. cumque de natura promiſsionis
factæ à Cæſare non ſit, ut intelligatur facta ad
quærendam Iſabellæ actionem dicta l. 1. & 2. C.
de inſt. & ſubſt. non intelligitur ab utraque par-
te actum, ſi in inſtrumento non eſt expreſſum.
Baldus in dicta lege ſi repetendi. Et in ſtipu-
lationibus nunquam ſubintelligitur perſona, ſi
non exprimatur lege ſi ita ſtipulatus §. chriſo-
gonus in fin. de uerb. oblig. Prædicta autem
non procederent, ſi probaretur Cæſarem Iſa-
bellam ac Iulium ante conueniſſe, quòd ex
promiſſione à Iulio fienda acquireretur ius &
actio Iſabellæ; tunc enim poſſet dici id repe-
titum in promiſſione lege item quia §. fin. de
pactis lege Titia §. idem reſpondi primo de
uerb. obligat. & ubique Barthol. non tamen
4 † ſufficeret probare colloquia & tractatus, ni-
ſi etiam probetur concluſio, Baldus in lege
multum intereſt numero ſecundo, C. ſi quis alt.
uel ſibi, quæ concluſio non poteſt actionem
quæſiuiſſe Iſabellæ, niſi facta ſit illa præſente &
5 acceptante: cum per † liberam perſonam alteri
quæri non poſſit.

CASVS

CASVS XV.

¶ Iulius conduxit salinas à principe, post finitam conductionem asserit negotium ad Antoniũ spectauisse, & ob id contra Antonium agit ex pluribus, quæ recensentur id esse uerum ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Negotium ad aliquem spectare ex quibus probetur.*
2 *Euentus indicat animum præcedentem.*
3 *Veritas præualet simulationi, quando simulatio fit de persona ad personam.*

1 CVm † Antonius in literis fateatur cõductionem salinarum ad ipsum spectare, cumque per unum testẽ probetur idem fuisse confessum præsente Iulio, cumque solus Antonius fecerit mandatum ad exigendum pecunias pro negotio salinarum mutuò rogauerit, acceptas restitui mandauerit Iulium ut salinis uacaret rogauerit rationem administrationis anni 1554. & libros à Iulio reddi, ac debitores sibi consignari fecerit, solus de anno 1555. administrauerit, neque alicui rationes reddiderit contra prætensos debitores inuito Iulio executiones fieri fecerit. Ex his probatum esse negotium ad Antonium principaliter spectauisse, licèt nomen Iulii in instrumento ascriptum fuerit, decidunt Bal. in l. multum inter est nu. 2. & Castr. nu. 3. C. si quis alteri uel sibi dicentes quòd & si instrumentum contineat uxorem emisse: tamen si mulier confessa fuerit maritum esse principalem emptorem, si maritus precium soluerit, si ad mulierem nihil peruenerit, & neque lucrum neque damnum senserit, ipsam præsumi nudam administratricem, & negotium ad
2 maritum spectare, & ex † euentu cognoscitur animus præcedens Bart. in l. si concubinam §. 1. re. amot. & propositum Antonii & Iulii ab initio præsumitur fuisse tale, sicuti postea fecerũt, Bar. in l. cætera §. sed si parauerit nu. 3. de leg. 1. & ubicunque titulus emptionis est positus in persona unius, & possessio penes alium præsumitur facta simulatio de persona ad personam l. mancipia l. quamuis C. si quis alt. uel sibi l. si filii ubi glo. in uerb. proba. & Bald. not. C. de donat. int. uir. & ux. Ideoque cum effectus conductionis salinarum remanserit penes Antonium pro anno 1554. & Antonius solus de anno 1555. possederit, & salinas administrauerit præsumitur usque à principio in conductione, nomen Iulii simulatè appositum fuisse, & contractum per Antonium factum saltem ubi contenditur inter Antonium & Iulium
3 d. l. quamuis, & d. l. si filii, † & quando simulatio fit de persona ad personam, ueritas præualet simulationi l. acta ubi not. Bart. l. si quis ubi not. Bal. C. plus ualet q ag. cumque simulatio non possit directò probari, probatur coniecturis & uerosimilitudinibus, Bal. in d. l. multum. Neque ad probandum quòd Iulius esset submissa persona Antonii necesse est probare, quòd habuerit expresse in mãdatis ab Antonio conducendi salinas nomine ipsius Antonii neque quod ageretur cum fisco, ut salinæ conducerentur nomine Antonii, ut patet ex d. l. si filii, & d. l. mancipia, & d. l. quamuis, & ex dictis per Bald. in d. l. multum.

CASVS XVI.

¶ Hieronymus inuestiuit Bartholomeum pro se hæredibus, & cui dederit in emphyteusim perpetuam de fundo, sub annua præstatione scutorum decem, & appositum fuit pactum, quòd quotiescunque Hieronymo uideretur, liceret illi expellere emphyteutam soluendo melioramenta, si quæ facta reperientur, Bartholomeus post multos annos uendidit Scariono precio scutorum ducentum utile dominium uelut perpetuum & melioramenta quæ fecerat in fundo, consensit Hieronymus, & Scarionum inuestiuit in perpetuum de fundo, adiecta clausula secundum formam priorum inuestiturarum nõ monito Scariono de qualitate pactorum prioris inuestituræ. Scarionus promisit annuos decem scutos, & soluit Hieronymo laudemium, Paulòpost Hieronymus uigore pacti inserti in prima inuestitura uult expellere Scarionum, & illi soluere melioramenta, quæ sunt ualoris scutorum quinquaginta. Scarionus pauper, qui nihil aliud in bonis habebat, nisi illos ducentos aureos, quos soluit Bartholomeo, & qui non emisset tanto pretio utile dominium fundi, nisi credidisset emphyteusim esse perpetuò duraturam: rogat D. V. ut uelit amore Dei excogitare, & scribere aliquas rationes, quibus possit se tueri.

SVMMARIVM.

1 *Pacta contra substantiam contractus sunt nulla.*
2 *Emptor ignorans tenorem pacti non potest dici illi consensisse.*
3 *Vbi quis tenetur de casu fortuito intelligitur de solito.*

1 CVm pacta † contra substantiam cõtractus sint nulla, l. cum precario de preca. & pactum de non expellendo emphyteutam non restrictum ad aliquem casum non ualeat, glo. in l. 2. in uers. repellere, Bald. nu. 13. in 2. lect. Salic. nu. 13. Ias. nu. 120. uers. sic secundo uidetur C. de iur. emphyt. Pactum de expellendo emphyteutam perpetuum quotiens directo domino uidebitur; uidetur non ualuisse quasi contra substantiam perpetuæ emphyteusis, quæ stante huiusmodi pacto non potest dici perpetua, & sicuti contractus locationis non potest conferri in uoluntatem alterius contrahentium, & si conferatur non ualet l. in emendis iuncta gl. C. de contrah. empt. ita & annullatio seu resolutio contractus non debet posse in uoluntatem alterius

 contra-

contrahentium conſerti: & ſi conſeratur huiuſmodi reuocatio & annullatio non uidetur ualere: nam cuius naturæ eſt contractus, eiuſdem eſt illius reſolutio l. ab emptione de pact. Præterea
2 cum † emptor ignorauerit tenorem dicti pacti, non poteſt dici illud approbaſſe uel illi conceſſiſſe l. qui ignoras ad l. Corn. de ſiccar. Ideoque recognoſcendo dominum cum clauſula ſecundum formam priorum inueſtiturarum, non poteſt dici recognouiſſe cum pacto quòd ignorabat, & ad hoc ut quis dicatur habere ſcientiam primæ inueſtituræ, oportet nedum ſcire ipſam fuiſſe factam, ſed omnes eius qualitates glo. in c. concert. in verſic. ſcire de app. in 6. Felin. in c. quod ad conſultationem nu. 32. de re iudic. Et licèt quis ſciat factũ, ſi tamen ignorat qualitates, approbatio nihil operatur in eo quod ignorat, Bart. in l. Pomp. ſcribit nu. 21. de neg. geſt. & emologatio expreſſa laudi, ac iurata non obeſt, niſi laudum fuerit lectum ratificanti, Caſtr. conſ. 465. nu. 5. lib. Neque per dictam recognitionem recognoſcens uidetur obligari ad inſolita, Bal. in c. cum olim de conſuetudi-
3 ne, & ubi † quis tenetur de caſu fortuito, intelligitur de ſolito, non de inſolito, Bart. in l. ſed ſi quis §. quæſitum circa fin. ubi multa accumulat Iaſ. nu. 33. ſi quis cautio neque ad ea quæ ſunt contra ſubſtantiam & naturam contractus emphyteutici, & clauſula ſecundum formam priorum inueſtiturarum interpretanda eſt de forma quæ ſit de natura emphyteuſis perpetuæ l. ſi uno locat l. ſi olei C. loca. Tandem cum Hieronymus inueſtiendo emptorem in perpetuum ſecundum formam antiquarum inueſtiturarum non expreſſerit ſpecialiter pactum prædictum, quod eſt contra ſubſtantiam, uel ſaltem cõtra naturam emphyteuſis, perpetuæ, non poteſt negari quin fuerit in dolo, ideoque teneatur Scariono ad omne intereſſe l. Iulianus in princ. §. 1. & §. idem Iulianus. de actio. empt. & hæc ſunt, quæ excogitare potui ad fauores Scarioni.

CASVS XVII.

¶Rochus & Bartholomeus cõtraxerunt ſocietatem pro ſe, hæredibus & cui dederint, in qua Rochus apothecam cum inſtrumentis, Bartholomeus operam poſuit. Rochus ceſſit titulo uenditionis Michaeli dictam apothecam & ius omne ſibi competens ratione ſocietatis. Petit Michael à Bartholomeo rationem ſocietatis & portionem emolumentorum hucuſque quæſitorum, & ubi nollit ſocietatem durare petit apothecam cum inſtrumentis ſibi relaxari. Negat Bartholomeus rationem reddere, & Michaelem in ſocium admittere, uel apothecam cum inſtrumentis relaxare.

¶Quæritur, an iure ad rationem reddendam, & Michaelem in ſocium admittendum, uel apothecam relaxandum cogi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Societatis commodum tranſit ad hæredes, licet non tranſeat ſocietas.*
2 *Societas quando extinguatur.*
3 *Socius quando poteſt agere ad intereſſe contra ſocium.*

1 Licèt † ſocietas non tranſeat ad hæredes, neque ſingulares ſucceſſores: tamen ſocietatis commoda ad hæredes tranſeunt l. cum in ſocietatis, & Bal. ibi pro ſocio, & ſucceſſor ſociis quamuis non ſit ſocius, eſt tamen ſucceſſor omnium emolumentorum quæſitorum ante & poſt mortem ſocii l. uerum §. in hæredem ubi glo. in uer. emolumentorum l. actione §. morte ibi, quòd ex re communi poſtea quæſitum eſt & pro ſocio, & in terminis propoſitæ quæſtionis tex. in ead. l. §. ſi in rem certam ubi contracta ſocietate in rem certam emendam, cõducendam quicquid lucri poſt mortem ſocii factum erit commune eſſe labeo ait; quæ faciliùs procedunt ubi in cõſtitutione ſocietatis facta eſt mentio hæredum: quo caſu omnis actio actiua & paſſiua tranſit in hæredes, Abb. conſ. 86. nu. 3. lib. 2. Vnde & ſi ſocietas, & nomen ſocii non tranſeat in Michaelem, tamen ſocietatis commoda & actiones actiuæ & paſſiuæ in eum tranſiuerunt, ſicque agere poteſt contra Bartholomeum ad reddendes rationes, quæ petuntur actione pro ſocio, Barth. in l. 1. §. officio in ult. lect. de tutel. & ratio. diſtrah. & ad portionẽ emolumentorum ante & poſt uenditionem quæſitorum, quamuis enim leges dicant ſocietatem non tranſire ad hæredem, neque ad ſingularem ſucceſſorem, non tamen uolunt quòd mortuo ſocio ſuperſtes ſocius debeat frui bonis, quæ defun-
2 ctus poſuerat in ſocietate. Adhæc † alienatione apothecæ & inſtrumentorum fuit extincta ſocietas l. id quod §. fin. pro ſocio, & Michael tanquam ſingularis ſucceſſor poteſt expellere Bartholomeũ; & quamuis Rochus facto cuius ſocietas finitur ante tempus teneri poſſit ad intereſſe: illud tamẽ procedere ſolùm uidetur, ubi Michael nollet ſocietatem durare. Nam & colonus, qui uenditare ſibi locata non tenetur ſtare conductioni, neque em-
3 ptor locationi l. qui fundum loca. ita † demum poteſt agere ad intereſſe, ſi ab emptore expellatur uel prohibeatur uti d. l. qui fundum l. ſi merces §. 1. eo. tit. Et uidetur caſus in l. idemque §. fin. pro ſo-
2 cio ubi ſi in contrahenda ſocietate pactum ſit, ne diuidatur abſque iuſta cauſa, ſi ſocius uendat, & emptor uelit diuidere, habet ſocius contra eum exceptionem ex quo uelle uidetur ſi emptor non tentet diuidere quòd ſocius contra emptorem petentem rationes ſocietatis, & alia, quæ uenditor petere poterat, nulla exceptione ſe tueri poſſit.

CASVS XVIII.

¶Statutum eſt Mediolani, quòd mulier nõ poſſit contrahere, niſi cum quibuſdam ſolennitatibus: mulier exiſtens Placentiæ, fecit mandatum ad contrahendum in ciuitate Mediolani: procurator contrahit Mediolani, neque in mandato, neque in contractu interuenit ſolennitas à ſtatuto

to Mediolani requisita in contractibus mulierum.

¶ Quæritur, an contractus ualuerit.

SVMMARIVM

1 *Forensis de bene contrahendo obseruare statuta contra illius loci in quo contrahunt.*

2 *Contractus, & delicta quando æquiparantur.*

3 *Nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet.*

1 IN contractibus † adhibendæ sunt etiam à forensibus solennitates requisitæ à statutis locorum ubi fit contractus l. si fundus de euict. l. 2. C. quemad. testam. aperia. Bart. in l. cunctos populos nu. 14. C. de sum. trin. & comprobarunt posteriores. Qua de re in mandato de quo in themate uidetur requiri duntaxat solennitas requisita à statutis Placentiæ in contractibus mulierum, & quamuis Ang. & Comen. in l. apud Iulianum §. fin. ex quib. caus. in poss. Soc. in l. 3. §. item acquirimus nu. 11. de acq. poss. in simili quæstione asseruerint contractum non ualere quando procurator fuit constitutus sine solennitate statuti, idemque scripserit Ioan. Baptista Sanseuerinus in l. cunctos populos nu. 94. C. de sum. trin. licet de Ang. comen. & Soc. mentionem non faciat: tamen prædicti non loquuntur nisi de solennitate requisita à statutis loci, ubi fit mandatum, In contractu autem facto Mediolani à procuratore, necessaria fuisse uidetur solennitas requisita à statuto Mediolani in contractibus mulierũ: quod ultra rationem prædictam in primis suadet text. in l. hæres absens §. apud labeonem iunct. glo. in uerb. defendere de iud. quæ dixit cum procurator contrahit Mediolani uidetur contractum Mediolani ab ipso domino. Adhæc mandans contrahi obligatur non ex mandato sed ex contractu propter mandatum Bart. in l. non solùm §. si mandato nu. 9. de iniur. Vnde in mandante cõtrahi quò ad solennitatem contractus debet inspici locus non mandati, sed contractus, ut in mandãte delictum tradit Bart. in d. §. si mandato. Etenim † in hac ma-
2 teria contractus & delicta æquiparantur, l. tam ex contractibus de iud. glo. in l. omnem eo. tit. Bart. in l. cunctos populos nu. 47. uers. præterea contractus. C. de sum. trin. Præterea mulier mandando procuratori, ut contraheret Mediolani; intelligitur mandasse ut contraheret seruatis statutis Mediolani, l. missi opinatores uer. Seruata consuetudine regionum. C. de exact. lib. 10. & in simillimo casu tradit Barth. in l. 1. nu. 4. C. si propter publie. pensit. Tandem si mulier non potest per se contrahere in ciuitate Mediolani absque solennitate statuti, non etiam id posse debet per alium, nam qui per alium facit, perinde est ac si faciat per se ip-
3 sum Reg. qui per alium de reg. iur. & † nemo plus iuris in alium transferre potest quàm ipse habeat, l. traditio de acquir. re. dom. l. nemo plus iuris de reg. iur. Et huius sententiæ uidetur Soc. in d. §. item acquirimus nu. 19. in fin. Ias. nu. 18. Et licet contrarium sentire uideantur Comen. & Angel. in d. §. apud Iulianum §. fin. dum uolunt satis esse q; in mandato facto à muliere interuenerit solennitas statuti, tamen ipsi loquuntur, quando mandatum & contractus fiunt in eodem loco: præter id quòd prædicta sententia, quam apertiùs tenuit Aret. in §. hæres instit. de obligat. ex qua contr. non uidetur fundata bonis rationibus & ubi procedere in re præsenti aperta esset uia fraudibus, & dispositio statuti facilè elusoria redderetur.

CASVS XIX.

¶ Matheus conduxit à principe arcem cõstruendam in uilla Sabanella certo pretio pro singulis mensuris muri. Princeps concessit uillam in feudum Annibali, & fecit edictum, ne quis auderet in eius dominio incidere nemora, propter quod pretium laterum & cementorum fuit auctum & duplicatum. Annibal instat, ut Matheus arcem construat secundum conuenta cum principe.

¶ Quæritur, an aliquo iure Matheus se tueri possit ab arcis constructione.

SVMMARIVM.

1 *Singularis successor non cogitur stare locationi facti per auctorem suum.*

2 *Dispositio quælibet intelligitur rebus sic stantibus.*

3 *Conductores propter casum insolitum excusantur.*

4 *Emptor frumenti pretio quo ualuerit mense Maij nõ tenetur ad immoderatum precium si eueniat penuria insolita.*

5 *Damnum proueniens causa locatoris non spectat ad conductorem, sed ad locatorem.*

INter principem & Matheum contracta fuit locatio & conductio l. Sabinus respondi de cõtrah. empt. l. item si precio. §. 1. loca. Singularis
1 † autem successor non cogitur stare locationi factæ per authorem suum l. emptorẽ C. loca. l. si merces. §. qui fundum loca. hinc si ecclesia locauerit prædia, & deinde ea dederit in emphyteusim, emphyteutam non teneri stare locationi, scripsit Curt. Sen. cons. 10. neque conductor tenetur stare conductioni cum singulari successore cum quo non contraxit l. qui fundum loca. gl.
2 in d. l. emptorem, & quælibet † dispositio intelligitur rebus sic stantibus l. cum quis in prin. de so-
3 lut. l. quòd Seruius de cond. ob caus. & † conductores propter casum insolitum excusantur Bart. in l. Seio. §. medico in fi. de ann. leg. in l. sed si quis §. quæsitum nu. 3. in fin. si quis cautio Alex. cons.
4 28. nu. 14. usque ad fin. lib. 1. & si quis † emerit frumentum pro pretio, qua ualuerit mense Maii, non tenetur ad immoderatum pretium, si eueniat penuria insolita, Imolen. in l. precia rerum ad l. Falcid. Ias. in d. §. quæsitum nu. 36. Et damnum
5 † perueniens causa locatoris non ad conductorẽ, sed ad locatorem spectat, l. si merces §. culpæ ubi Bart. & Castr. locat. l. 3. C. de naut. fen. etiam si factum locatoris sit iustum Bart. in q. incip. publicanus

sultare non potest, quàm quòd Antonius rema-
neat obligatus, & quamuis promissio fuisset
simplex, tamen uxor uidetur ratificasse primò ex-
cipiendo de inobseruatione conuentorum, se-
cundò petendo declarari Felinum cecidisse à be-
3 neficio conuentorum: nam & agens † ex contra
ctu uidetur ratificare illum, ut ex Bal. & Angel.
scripsit Dec. in l. semper qui non prohibet de reg.
iur. nu. 9. & reus in exceptionibus dicitur actor l.
1. de except. & appellans à sententia lata contra
falsum procuratorem, dicitur habere ratum l. 3.
§. falsus rem rat. hab. & omni in casu cum Ant.
successerit uxori, successio habetur pro ratihabi-
tione l. fin. in princ. rem rat. habe. & quandocun
que successerit uxori non refert, nam sufficere ui-
detur, quòd Felinus damnum non fuerit passus
ob non factam ratificationem, & non interest an
à principio non interfit, an ex post ut actio dene-
getur l. ex conuentione C. de pact. præterea ad rē
facere non uidetur quod dicitur quem non posse
agere ex contractu nisi pro parte sua impleuerit.
Etenim Antonius non agit, neque agere potest ex
contractu conuentionum ad annullationem con
tractus l. uendin la 2. C. de actio. empt. Nam so-
lum quando contractus resoluitur ex partium cō
uentione, agitur actione ex eo contractu ad id,
quod actum est, l. sed Celsus §. si fundus de contr.
empt. l. si fundus de leg. comm. l. exempto §. is qui
uina de actio. empt. Sed petendo declarari Feli-
num cecidisse à beneficio contractus uidetur intē
tare condictionem ob causam, uel sine causa aut
indebiti iuxta legem si quis accepto de cond. ob
causam, uel actionem de dolo l. eleganter in prin.
ubi Barth. nu. 7. de cond. indeb. quæ conditiones
non oriuntur ex contractu transactionum, sed ex
eo quòd extra illas agitur Bart. in l. siue apud nu.
4 4. C. de transact. & † in contractibus obligatoriis
ab utraque parte, quamuis una pars nondum
adimpleuerit, potest de non adimplemento exci-
pere contra alteram partem agentem ex eo contra
ctu, ut uelle uidetur text. in l. cum proponas C. de
pact. Bart. in l. quæro §. inter locatorem loca. ubi
non distinguitur, an altera pars impleuerit promis
sa, an non; & est casus in l. Iulianus §. offerri de
actio. emp. ubi si emptor agat contra uenditorem
ad obseruationem contractus, potest uenditor,
qui nondum impleuit ex latere suo, opponere cō
tra emptorem, scilicet eum non adimpleuisse ex
suo latere, & ad hoc conuenit, quod tradidere gl.
Bart. nu. 10. Cast. nu. 6. Ias. nu. 6. in l. qui fidem de
5 transact. l. cum, † qui non adimpleuit transactio-
nem, non posse uti beneficio clausulæ, rato manē-
te pacto in transactione inserto; quæ tamen clau-
sula ad hoc ut possit contra aliquem operari, re-
6 quiritur quòd ille contrauenerit, † Tandem ob nō
implementum contractus ab una parte altera
pars unum duntaxat posse debet, scilicet uel à con
uentis recedere, uel aduersarium cogere ad obser
uandum l. cum precibus l. quoniam C. de re. per-
mut. & postquam non impleuit, uel data repetere
uoluit, non potest agere ad obseruantiam, sed alte
ro contentus esse debet l. rescriptum §. si pacto de
pact. l. cum proponas C. de transact.

CASVS XXII.

¶Locator, qui promiserat cōductori defendere
rem locatam, & obligauerat omnia bona; uendi-
dit rem locatam cum pacto, quòd emptor patere
tur conductorem frui re locata usque ad finem lo
cationis, & quod pensiones ad eundem emptorem
spectarent; paucis diebus post remisit istud pa-
ctum emptori. Quæritur, an id facere potuerit,
& liceat emptori expellere conductorem, & an
saltem conductor possit retinere bona quousque
sibi soluantur damna quæ patitur ex eo quòd non
possit frui re conducta, & melioramenta per
eum facta.

SVMMARIVM.

1 *Locator uendendo rem locatam si excipit ut saluum sit ius coloni emptor tenetur stare locationi.*
2 *Exceptio quæsita fideiussori ex pacto debitoris non potest ex contrario pacto auferri.*
3 *Cōductori p expensis utiliter factis in re cōducta datur retentio quousque de expensis satisfiat.*
4 *Actio cui datur multo magis dari potest retentio.*

1 LOcatot † uendendo rem locatam
si excipit, ut saluum sit ius coloni,
emptor tenetur stare locationi, l. si
mercedem §. fin. de actio. empt. l.
emptorē in uerb. nisi ea lege emit.
C. loca. secundum ultimum intellectum glo. ibi.
Idem quando pactum fuit ut pensiones spectent
ad emptorem l. arbores. §. quicquid ubi not. Bald.
de usufr. l. insulam in prin. locat. quæ iura præsup-
ponunt ius acquiri conductori absque eo quod
quis stipuletur pro eo, unde cum in præsenti casu
in uenditione exceptum sit, ut successor teneretur
pati conductorem frui; item cum pactum sit, ut
pensiones debeantur singulari successori, singula-
ris successor tenetur stare locationi. Neque uide-
tur quod deinde locator potuerit quicquam paci
sci in præiudicium conductoris l. fin. de pact. ubi
2 † exceptio quæsita fideiussori ex pacto debitoris
non potest ex contrario pacto auferri, per quem,
tex. Ioan. de Imol. in c. potius de loca. quem refert
Alex. in l. qui Romæ §. flauius nu. 8. uersic. Ioan. de
Imo. in c. potuit & c. distinguendo & scripsit enim,
qui tenetur alteri acquirere post ius ex facto ip-
sius alteri quæsitum non posse illi præiudicare: un
de cum locans teneatur pati conductorem frui re
locata, postquam pactum fuit, ut emptor patiatur
conductorem frui re conducta non uideretur pos
se remittendo promissionem illi præiudicare. Ne-
que obstare uidetur quod tradunt Bart. & poste-
riores in d. §. Flauius asserentes eum, qui donauit
Titio adiecto pacto, quòd post tempus esset eccle
siæ, posse in præiudicium ecclesiæ remittere illud
pactum primum; quia illud procedit duntaxat,
quatenus remissio seiu reuocatio fiat antequam
eueniat tempus, quo res debeat esse ecclesiæ Alex.
ibi numero 9. Ias. in d. l. fin. numero 5. secundum
quia donans non tenebatur ad aliquid uersus
ecclesiam,

eccleſiam ſicut in caſu dictæ l. fin. debitor tenebatur uerſus fideiuſſorem & in caſu noſtro locator tenebatur uerſus conductorem, & tradita per Doct. in d. §. Flauius non procedunt ſecundum multos, quando aliquis pro eccleſia uel alio abſente fuit ſtipulatus, Iaſ. ibi. nu. 19. Verùm ex pactis de quibus ſupra quæritur exceptio conductori etiam nemine pro his ſtipulante. Præterea cum locator obligauerit conductori omnia bona pro obſeruatione contractus; poſſe uidetur conductor retinere bona conducta, donec ſoluantur ſibi damna & intereſſe, Bart. in d. l. emptorem in l. qui fundum loca. Alex. in l. ſi filio §. fin. nu. 4. ſol. matr. & licèt paulò infra Alex. requirat ſpecialem hypothecam: tamen id intelligitur ad hoc, ut ſtante, hypotheca & pacto de non alienando; conductor
3 non poſſit expelli, & pariter † pro expenſis utiliter factis in re conducta datur conductori retentio, quouſque de expenſis ſatisfiat glo. in l. colonus de ui & ui arma. Bal. in d. l. emptorem nu. 7. Alex. in d. l. ſi filio §. fin. nu. 8. nam ſi colono datur
4 † actio ob expenſas melioramentorum l. dominus horreorũ §. 1. l. colonus loca. multò magis debet dari retentio l. inuitus. §. cui damus de reg. iur.

CASVS XXIII.

¶Colonus partiarius conductoris incidit arbores non ceduas, & pacto locationis erat prohibitum conductori incidere arbores exiſtentes ſuper prædio. Agit locator contra conductorem quaſi ceciderit à locatione. Plura adducuntur pro conductore, ex quibus facti ſeries colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ex facto coloni partiarij non poteſt grauari, aut iure ſuo priuari.*
2 *Dominus ex facto familiæ non tenetur, & quando tenetur. num. 3*
4 *Caſus qui poteſt contingere non debet conſiderari niſi præcedat aliquod euidens ſignum.*
5 *Conductor non tenetur de leuiſſima culpa.*
6 *Promittens factum negatiuum tenetur curare ne id fiat ab alio.*
7 *Leges ſtatuẽtes quem teneri ex facto alterius in quibus terminis loquantur.*
8 *Pactum quòd conductor non poſſit incidere arbores exiſtentes ſuper prædijs de quibus intelligatur.*
9 *Iudex qui poteſt non deferre iuramentum, poteſt etiã poſtquam detulit illud limitare.*
10 *Conductor, uel emphyteuta ad hoc ut poſſit expelli quæ deterioratio conſideretur.*
11 *Damnum de locatione bonorum magni ualoris, an ſit magnum, uel paruum quo reſpectu conſiderari debeat.*
12 *Exceptio ob proteſtationem acquiſita non poteſt ab inuito auferri.*
13 *Mora in non liquidis non contrahitur ante liquidationem.*
14 *Oblatio ſola quando abſque depoſitione ſufficere uideatur.*
15 *Ex petitione ſolutionis damnorum cenſetur caducitati renunciatum eſſe.*
16 *Penſiones petens ab emphyteuta qui à ſolutione ceſſauit per triennium uidetur renunciare caducitati.*

1 EX facto † coloni partiarii nõ põt cõductor grauari, aut iure ſuo priuari l. nõ debet alteri, l. factũ cuique de reg. iur. l. ſi quis in ſi. C. de inoff. teſta. reg. non debet aliquis de reg.
2 iur. & ex facto † familiæ dominus non tenetur l. 1. §. quòd ergo de ui, & ui arm. & factum familiæ non facit tranſire periculum in dominum. l. ſi res uendita de pericul. & commod. rei uend. ubi Bal. & pœna debet tenere ſuos auctores l. ſancimus C. de pœnis: conductorque non poteſt de facto aliorum teneri, niſi præcedat aliqua eius culpa l. ſi merces §. culpæ glo. in l. qui inſulam §. qui mulas in uerb. rupiſſe loca; & ubi etiam præcedat aliqua culpa non uidetur poſſe teneri ad pœnam caducitatis ex facto alterius: ſicuti neque tenetur actione legis aquiliæ d. §. qui mulas, & quamuis † domi-
3 nus quandoque teneatur de facto familiæ, ut diſtinguendo tradunt Doctores in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori de ob. no. nut. tamen coloni ſeu maſſarii non uidentur de familia conductoris, & dominus ex facto domeſtici ſeu familiaris teneri non poteſt niſi appareat quòd ſit factum domino ſciente, & non prohibente cum poſſet l. 1. §. is autem accipitur ſcire ſi famu. fur. fecis. dic. & ſcientia hoc caſu non præſumitur Alex. in d. §. ſi quis ipſi prætori in ſin. licèt aliàs quandoque præſumitur quò ad excuſandum aliquem, qui credit factum fuiſſe à domeſtico de mandato domini, in quibus terminis loquitur Bart. in d. §. ſi quis ipſi prætori, & licèt ſi familia delinquat circa officium, ſibi cõmiſſum, dominus etiam ignorans teneatur l. 1. §. familiæ ubi not. Bart. & Caſtren. de public. tamen hic non agitur de familia officialis, & eo caſu dominus ad aliud nõ tenetur, quàm ad intereſſe partis læſæ, Bal. in l. obſeruare §. proficiſci in 1. lect. nu. 2. de offic. pro. & ſi familiares priuatorum delinquant in re, cuius cuſtodia pertinet ad dominum, ita demum tenetur dominus ſi fuit in culpa l. uideamus loca. Caſtren. in d. §. familiæ nu. 4. & eo caſu non ad aliud quàm ad intereſſe uidetur poſſe teneri, argum. eorum, quæ in fortioribus terminis tradit Bal. in d. §. proficiſci, & ubi agitur contra dominum ex facto familiæ non debet narrari dominum feciſſe, ſed eius familiam feciſſe & dominum ratum habuiſſe, uel ad eum ex facto familiæ peruenisse Spec. in tit. de reſtit. ſpolia. uerſ. ſi uero tu me non expuliſti, ſed familia tua &c. Neque dici poſſe uidentur inciſiones per colonos partiarios cõtra pacta locationis factas proceſſiſſe culpa conductoris, qui debuerat certiores reddere colonos de pactis locationis: nam colonus & conductor de iure communi nõ poſſunt incidere arbores nõ ceduas, l. ſi colonus arb. fur. cæſ. l. ſi merces §. culpæ loca. l. in fraudem §. fin. ubi not. Bart. de iur. fiſc. l. diuortio §. ſi fun. ſol. ma. ubi not. Caſtren. numero 2. ideo nõ uidetur poſſe imputari conductori, ſi non

si non prohibuit colonos facere id, quod à iure
prohibitum erat. Adhæc conductori cum non po
tuerit diuinare an coloni essent incisuri arbores
contra dispositionem iuris, & consuetudinem re-
gionis non uidetur culpa imputari posse l. si puta
tor ad leg. Aquil. ubi Bald. in 2. lect. inquit, casus
4 † qui potest contingere non debet considerari, ni
si præcedat aliquod præcipuum præparamentum
uel signum ad illum casum; & cum ex pluribus
instrumentis in causa productis, probetur multos
conductores in contrahendo societatem cum par
tiario colono non expressisse pacta, quæ ipsi fece-
rant, cum locatore, non potest dici leuis culpa in
conductore, qui pacta conductionis colono par-
tiario non denuntiauerit Bart. in l. quòd nerua nu.
26. uersic. generaliter ergo depos. in l. ea igitur de
5 pign. actio. & † conductor non tenetur de leuissi-
ma culpa, gl. & Bal. in l. iudicio c. loca. cumque fe-
cerint id, quod facere solent alii, non potest de cul
pa colonorum teneri, l. si res uendita de peric. &
commo. rei uend. Cumque conductor non tenea-
tur de facto eorum, quos induxit in re conducta
si non admisit culpam in his inducendis l. uidea-
mus loca, & probatum sit colonos partiarios ha-
beri, & palàm & publice reputari bonos diligen-
tes & fidos agricolas, & quòd quilibet diligens pa
terfami. dedisset illis collenda, non potest condu-
ctor dici quod commiserit culpam in inducendo eos
in prædiis, neque de facto eorum teneri Cast. in d.
6 l. uideamus in fin. & quamuis † promittens factú
negatiuum teneatur curare ne id fiat ab alio l. in il
la 2. de uerb. oblig. l. nó impossibile, ubi not. Doct.
de pact. tamen contra eum qui non curauit, ne ar
bores ab alio inciderentur, non potest agi quasi ip
se inciderit, Bart. in d. l. in illa, neque quasi conuen
tis contrauenerit, Bart. in l. inter stipulantem in
princ. de uerb. oblig. nu. 1. Castr. nu. 2. uersic. tamé
7 aduertendum. Item prædictæ leges † & aliæ, quæ
uolunt quem teneri ex facto alterius, quem pro-
hibere potest, loquuntur quo ad hoc ut promit-
tens teneatur ad interesse, & in his terminis etiam
loquitur text. in l. si fundus loc. l. uideamus in
prin. & §. fin. cum l. seq. in l. ex conducto in princ.
in l. si merces §. culpæ, & §. qui columnam, in l. qui
insulam §. qui mulas & §. fin. & l. sed de damno
eo. tit. In quibus legibus agitur ex locato, uel con-
ducto, quæ actiones non dantur ad rescindendam
locationem l. uenditi 2. C. de actio. empt. & quò
ad obligationem ad interesse loquitur etiam text.
in d. l. inter stipulantem in prin. de uerb. oblig. Bar.
in l. cum filius §. in hac nu. 4. eo. tit. Ias. in l. stipula
tio ista in prin. eo. tit. & si contra conductorem ex
facto alterius non datur actio legis Aquiliæ d. §.
qui mulas, quæ tamen datur contra eundem ex fa
cto ipsius, non etiam dari debet actio ad pœnam
& caducitatem præterea in d. l. non impossibile,
& in d. l. in illa promittens tenetur de facto alte-
rius, ita demum si fuit in aliqua culpa Castren. in
d. l. non impossibile num. 5. & si sciuit & prohibe-
re potuit Cast. in d. l. in illa, & in d. l. inter stipulan
tem numero 2. uersic. ubicunque autem. Adhæc
8 † pactum quòd conductor non possit incidere ar
bores existentes super prædiis locatis comprehen
dit, solùm arbores, quæ tempore contractus erant
in prædiis, l. Rutilia Pola, l. in lege de con. empt. l.
non modus C. de sero. l. si ita de aur. & arg. leg. &
uerbum illud, existentes, præsentis temporis non
potest trahi ad futurum, l. si à colono, l. si stipula-
tus §. cum stipulamur de uerb. obli. l. si ita scripsis
set de leg. 2. Et conductor, qui promisit restituere
arbores existentes in prædio, & quæ sibi fuerant
consignatæ, censetur non noluisse teneri ad resti-
tutionem arborum nascendarum, uel plantáda-
rum l. cum prætor in princ. de iud. Arbores autem
incisæ non erant in prædiis tempore locationis,
sed post natæ uel plantatæ & Apostill. ad Bart. in
d. l. in fraudem. §. fin. postquam dixerat emphyteu
tam uel feudatarium non posse incidere arbores
fructiferas, subdit quòd fortè fallit, nisi ipse plan-
tasset illas: quod optimis rationibus potest com-
probari. Nam si conductor impunè potest non
plantare, uel non promittere nasci arbores in præ
dio conducto, debet etiam posse plátatas à se, uel
9 natas incidere, sicuti & † iudex qui potest non de
ferre iuramentum, potest etiam postquam detu-
lit illud limitare, uel non sequi l. in actionibus de
in li. iur. & incidens arbores à se plantatas non ui-
detur afficere locatorem damno, sed priuare lu-
cro, quæ longè diuersa sunt, l. fin. C. de codicill. &
10 ut † conductor uel emphyteuta possit expelli, qua
si deteriorauerit, considerari debet deteriorario in
damno non respectu lucri, Dec. in d. auth. qui rem
nu. 4. uersic. 4. ad quod adducit tex. in l. 2. §. portio
ad l. Rhod. de Ia. ubi fit præstatio detrimenti quòd
quis passus est ob res factas in mari causa seruan-
datum aliarum rerum, non autem lucri, quod ex
his fieri potuisset: præterea licèt conductor si ma-
le uersetur in re conducta possit expelli, l. ædem
c. loca. ut tamen id habeat locum requiritur quòd
damnum à conductore datum sit multum, non
modium: quod relinquitur arbitrio iudicis, Bald.
in d. l. ædem nu. 14. C. loca. & quòd respiciat per-
petuam deteriorationem, & dolo, uel lata uel leui
culpa conductoris processerit, Bal. in authen. qui
rem nu. 2. C. de sacros. eccl. & respectu damni non
autem lucri consideretur, Dec. ubi supra. In re au-
tem præsenti iudex non uidetur posse considera-
re deteriorationem, quæ consistat in damno, cum
arbores, quæ incisæ dicuntur fuerint à conducto-
re plantatæ, uel saltem post conductionem natæ;
ob quarum incisionem locator non potest dici di
minuisse patrimonium, sed duntaxat amisisse lu-
crum neque quòd assertum damnum seu priua-
tio lucri processerit dolo uel culpa conductoris;
& omni in casu non potest arbitrari damnum es-
se multum, neque quòd respiciat perpetuam dete
riorationem: cum ut deponunt testes à locatore
producti, arbores; quæ incisæ dicuntur, essent inu-
tiles; & fundus ob incisioné sit factus fructuosior
11 † cumque agatur de locatione bonorum magni
ualoris, damnum an sit modicũ uel magnũ consi-
derari debet respectu bonorũ locatorũ, & non re-
spectu arborũ incisarũ, Ias. in d. auth. qui rem nu.
7. Nã & Bart. in l. scio de restit. in integr. ad cogno
scendũ an agatur de magna uel minima re uult có
siderari ré in contractu uenditionis deductã, non
autem

autem quantitatem quæ dicitur magna uel mini
ma. Tandem cum locator expreſſe proteſtatus fue
rit in iudicio nolle agere ad caducitatem pro dam
nis iam illatis, & proteſtatio fuit à conductore ac-
12 ceptata, † exceptio ob proteſtationem quæſita cō
ductori non potuit illo inuito auferri, l. fin. de pa-
ctis, & quamuis huiuſmodi proteſtatio fuerit ſub
conditione .ſ. ſi damna ſoluerentur ſibi intra
octo dies, tamen cum conductor obtulerit ſolue-
re, & quò ad eos perinde ſit, ac ſi ſoluiſſet, l. ſi per
te, l. acceptum, C. de uſur. & cum uerificata fuerit
cōditio, perinde haberi debet, ac ſi proteſtatio fuiſ
ſet pura. l. ſi pupillus de cond. inſt. l. ſed ſi de ſua,
§. fin. de acquir. hær. & per oblationem uerbalem
uidetur conductor adimpleuiſſe. Primò quia in
13 non † liquidis non contrahitur mora ante liqui-
dationem, & in his ſufficit oblatio uerbalis, glo. in
l. obſignatione, C. de ſolutio. in l. accept. C. de uſur.
& conductores offerendo ſolutionem damnorū,
& ſuper eorum æſtimatione ſtare iudicio, & diſ-
cretioni locatoris, & proteſtando per ſe non ſtare
ſatis uidentur interpellaſſe locatorem ad liquida-
tionem, ideoque neceſſaria non fuit alia interpel
latio ad eligendum calculatores uel æſtimatores
iuxta id quod ſcripſere Bald. in l. ſi reſiduum. C. de
diſtr. pign. Bart. in l. fin. nu. 4. de diſtr. pign. Secun-
do quia ſola oblatio ſufficit ad impediendum cō-
mitti pœnam, l. celſus de arbitr. etiam caducitatis
Cyn. & Bal. in l. 2. C. de iur. emphyt. & communi
ter receptum eſt, Iaſ. ibi num. 182. licèt ipſe teneat
contrarium, & ad purgandam moram l. illud de
per. & commod. rei uend. iuncta l. ſi ſeruum. §. ſe-
quitur de uerb. oblig. Caſt. in l. acceptan. nu. 14. de
14 uſur. Tertiò quia quando † oblatio fit ad imple-
mentum conditionis, & fit ei, qui per implemen-
tum conditionis nihil de ſuo perdit ſola oblatio
abſque depoſitione ſufficere uidetur l. ſtatu libe-
ros §. ſtichus de ſtatu. lib. l. fin. c. de cond. Inſer. Bar
thol. in l. ſi ita hæres de cond. inſtit. Sed etſi ex pro
teſtatione conditionali non fuiſſet ſublata facul-
tas declarandi caducitatem quaſi conditio prote-
ſtationis per oblationem uerbalem non fuiſſet im
15 pleta, tamen cum etiam locator petierit † ſolutio-
nem damnorum caducitati cenſetur renunciaſſe,
l. emilius de mino. l. poſt diem de leg. comm. quē-
16 admodum & † petens penſiones poſtquam em-
phyteuta ceſſauit à ſolutione per triennium, Iaſ. in
l. 2. nu. 128. C. de iur. emphyt. & queadmodum lo
cator poſtquam intētauit actionem ex locato, uel
legis Aquiliæ, uel arborum furtim cæſarum, uel
interdictum quòd ui aut clàm ob arbores inciſas
non poteſt ad aliam redire l. ſi merces §. culpæ lo-
ca. Ita poſtquam petiit damnorum illatorum ſolu
tionem non debet poſſe ad caducitatem reuerti;
& multò magis cum ultra petitionem ſolutionis
damnorum etiam interpellauerit conductorem
ad obſeruandum conuenta, & conductor reſpon-
derit ſeparatum facere omnia ad quæ tenetur. Nā
& conductor qui poterat ex pacto recedere à re
conducta, ex eo quia locator non ſeruauerit con-
uenta ſi interpellet locatorem ad implendum con
uenta; iſque reſpondeat ſe paratum facere omnia
ad quæ tenetur, non poteſt ulterius recedere à
conductione ſed reſciſſioni contractus renunciaſ-
ſe uidetur Saly. in l. commiſſione nu. 3. C. de pact.
int. empt. & vend. qui dicit ita conſuluiſſe cōpro
bat Caſt. in l. 1. in fin. eo. tit. quando conductor in
continenti offert.

CASVS XXIIII.

¶Defenditur conductor quominus expelli poſ
ſit à locatore.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non incidendo arbores intelligitur de uiri
dibus arboribus, & ratio quare ſic intelligitur.*
2 *Clauſula generalis non refertur ad ea quæ habent
ſpecialem clauſulam.*
3 *Contrahentes cenſentur uelle ſe conformare cum di-
ſpoſitione iuris communis.*
4 *Dominus quando ex facto domeſtici punitur.*
5 *Promittens ut aliquod non fieri in quo teneatur, &
num. 6. & 7.*
8 *Officialis in quo teneatur quādo ſua familia deliquit
circa officium.*
9 *Actus in iis quæ poſſunt eſſe, uel non eſſe delicta in
dubio præſumitur factus tempore, uel loco licito.*
10 *Argumentum de loco, & tempore ad perſonas.*
11 *Cauſa remanet dubia, quando probationes actoris, et
rei ſunt non contrariæ, ſed diuerſæ.*
12 *Contractus non reſcinditur in contractibus nomina-
tis ſi aliquis non ſeruet conuenta, ſed agitur ad in-
tereſſe.*
13 *Pœna priuationis non imponitur niſi lex id expreſſe
dicat.*
14 *Conductor non poteſt recedere a re conducta ob inob
ſeruationem locatoris, & num. 15.*
16 *Conductor qui facit cōtra naturam contractus quā-
do poſſit expelli, & nu. 17.*
*Pœnam petens niſi probet ex ſua parte debitum imple
mentum à pœnæ petitione repellitur.*

CONductor in propoſito caſu non
uidetur poſſe expelli quaſi contra
uenerit pactis locationis inciden-
do ſeu incidi faciendo arbores ſic
1 cas: nam † pactum de non inci-
dendo arbores, interpretari debet de arboribus ui
ridibus: tum quia ſicuti homo mortuus non di-
citur homo, gl. in l. 1. de procur. Bart. in l. promiſ-
ſor l. 2. de conſt. pec. & beſtia mortua non dicitur
beſtia, Barth. in l. cum delamonis in prin. de fun.
inſtr. Bertach. in tract. de gabel. in 1. membr. 8. par.
nume. 9. Ita neque arbor ſicca dicitur arbor, aut
appellatione arboris continetur: tum quia uerba
in potentiori ſignificatu ſunt interpretanda, & ſic
2 de arboribus uiridibus: tum quia † clauſula ge-
neralis non refertur ad ea quæ habent ſpecialem
clauſulam l. doli clauſula de uerb. oblig. Ideoq. ca-
pitulū de non incidendo arbores, non refertur ad
arbores ſiccas, de quibus ſpecialiter prouiſum fue
3 rat in quinto capitulo: tū quia cōtrahentes † cen-
ſentur uelle ſe conformare cū diſpoſitione iuris cō
munis; & lex cōis prohibēs conductori incidere
arbores

arbores l.ſi colonus arb.ſur.cæſ.l.ſi merces.§. culpæ loca.intelligitur de uirilibus.Non etiam poteſt expelli quaſi contrauenerit incidendo arbores uirides: etenim arborum inciſio non fuit probata. Teſtes enim locatoris omnes ſunt ſingulares,cum deponant de diuerſis inciſionibus, & eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorũ, Bal.in l.1.nu.8. C. ſi unus ex plu. ideoq; non probant l. iuſiurandi C. de teſtib. ſiue dicamus intentionem locatoris eſſe probare inciſionem & deteriorationem ſiue contrauentionem. Nam ubique agitur de probando actu particulari.ſ.inciſione arborum, uel damno notabili. Præterea cum teſtes non dicant arbores inciſas fuiſſe à conductore, uel ab alio mandato & culpa conductoris non cõcludunt conductorem incidiſſe, aut contraueniſſe cõuentis,cum potuerint ab aliis abſque culpa conductorum incidi,& licèt nonnulli ex teſtibus dicant incidiſſe de commiſſione conductoris, tamen omnes ſunt ſingulares, & tractant de ſe exonerando, ideo non probant,Bart.in l.differre.§. idem decreuerunt de iur. fiſc. Et licèt quandoq; dominus teneatur de facto familiæ, ut diſtinguendo tradunt Doct.in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori de oper. no.nunt.tamen hi qui dicunt incidiſſe, non erant familiares conductoris, & dominus † ex facto do

4 meſtici puniri non poteſt, niſi appareat quòd factum ſit illo ſciente & non prohibente, cum poſſet l.1.§.is autem accipitur ſcire &c.ſi fam. fur. ſeciſ.dic.uel niſi familia delinquat circa officium ſibi commiſſum l.1.§.familiæ ubi not.Bar.& Caſtr. de publica & ſcientia facti à domeſtico non præſumitur, Alex.in l.de pupillo.§.ſiquis ipſi prætori de op.no.nun.in fi.licet aliàs præſumatur quò ad excuſandum aliquem,qui credit factum fuiſſe à domeſtico de mandato domini: in quibus terminis loquitur Bar.in d.§. ſi quis ipſi prætori. Præterea ubi agitur contra dominum ex facto familiæ non debet narrari dominum incidiſſe, ſed eius familiã incidiſſe, & dominum inciſionem ratam habuiſſe,uel arbores inciſas ad eum perueniſſe,Specul.in tit.de reſtit.ſpolia.§.1. uerſi. ſi uerò tu me non expuliſti,ſed familia tua. Neque dici poteſt conductorem incurriſſe pœnam caducitatis quaſi fuerit in culpa, & contrauenerit pactis locationis non cuſtodiendo rem conductam; cum obligatus eſſet curare, ne arbores ab aliis inciderentur: nam promittens factum negatiuum tenetur curare ne id ab alio fiat l.non impoſſibile de pact. l.in illa la ſecunda de uerborum obligatio. Primò quia dictæ

5 leges loquuntur quò adhoc ut † promittens teneatur ad intereſſe, in quibus terminis etiam loquitur text.in l.inter ſtipulantem in princ.de uerborum obligatio. Barth. in l.cum filius.§.in hac. nu. quarto Iaſ.l.ſtipulatio iſta in princip. eodem titulo. Secundò quia ex eo, quòd non curauerit, ne arbores ab aliis inciderentur, ipſe non poteſt dici incidiſſe, neque contra eum agi quaſi inciderit, Bartho.in l.in illa, neque conuentis contrauenisſe, aut contra eum agi quaſi contrauenerit; Barth.in dicta l.inter ſtipulantem in princip.num. ſeptimo,Caſtren.num.ſecundo, uerſic. tamen aduertendum &c. Tertiò quia conductor promittens non cedere arbores, uidetur teneri curare, ne ab aliis incidantur,quando promiſit non cedere,& non ſinere cedere l.in lege iuncta gl.locat. q̃ uult, ꝙ in eo tex. conductor teneatur curare, ne alius cedat,cingat,urat,ob illa uerba ne ue cingere cedere ſinito. Quartò quia ex teſtibus conductoris apparet eum adhibuiſſe diligentiã, ne arbores inciderentur, & perquiſiuiſſe inciſores, & in dicta l.in illa, & dicta. l.non impoſſibile, promit-

6 tens ita demũ tenetur de facto alterius † ſi fuit in aliqua culpa,Caſtr.in d.l.non impoſſibile nu. 5. & ſi ſciuit & prohibere potuit,Caſtr.in d.l.in illa,& in l.inter ſtipulantẽ in princ.nu.2.uer.ubicunq; autẽ: & ſi familiares priuatorum delinquerint in re, cuius cuſtodia pertineat ad dominũ,dñs non teneatur niſi fuerit in culpa,Caſtr.in d.§.familiæ, qui allegat tex.in l.uideamus loca,& cõductor regulariter non tenetur de facto alterius,niſi præcedat aliqua eius culpa l.ſi merces §. culpæ loca.Neq; contrarium ſuadẽt leges excel.allegatæ, nã tex.in l.qui mercedem cum l.ſeq.loca loquitur in eo qui accipit mercedem pro cuſtodia,qui ſecundũ gl. ibi tenetur ad exactiſſimam diligentiam, & oĩ in caſu tenetur ſolùm qñ fuit in culpa in cuſtodiendo, & in l.qui inſulã.§.qui mulas eo. tit. conductor non tenetur de facto alterius niſi admiſerit culpã in cuſtodiendo,gl.ibi,& in l.uideamus in prin. niſi admiſerit culpam in inducendo, neq; conductor tenetur facere ea q̃ faceret diligentiſſimus paterfamilias,ſed ea ſolum, quæ faceret diligens paterfam.l. in iudicio C.loca.& tex.in l.ſi merces.§.pen.loquitur in eo q aſſerit ſe pretiũ,& tanq̃ peritus cõducit aliquid faciendũ,ut declarat Caſt.ibi,& ſuadet tex. in l.ſi quis domũ §.celſus eo.ti.uel ſm glo. ibi uerbũ,diligentiſſimus, dẽt interpretari.i.diligens, & in l.in lege eo.tit.Ideo tenetur conductor, quia nõ ſolum promiſerat non cedere,ſed etiam non ſinere cedere,gl. ibi.Adhæc prædicti omnes tex. & alij qui uolunt conductorem tenere ex facto alterius, ut in l.ſi fundus loca.in §.fi.d.l.uideamus & l. ſeq. in l.ex conducto in princ.in l.ſed de dãno eo.ti.loquuntur quò adhoc ut conductor teneatur ad in-

7 tereſſe locatori,† non autẽ ut ex facto alterius pœnã caducitatis patiatur; & cõtractus reſcindatur: nam in eis agitur actione ex locato uel ex conducto, quæ non dantur ad reſcindendam locationẽ l.uenditi la ſecunda, C. de action. empt. Pro quo uidetur tex.in d.§. qui mulas, in quo contra conductorem ex facto eius datur actio ex locato & legis Aquiliæ, ex facto autem famuli datur actio dũtaxat ex locato, & ſic ad intereſſe; quod ſi ex facto alterius non datur contra conductorem actio legis Aquiliæ, non etiam dari debet actio ad pœnam & caducitatem. Et ſi in caſibus, quibus offi-

8 cialis tenetur † pro familia, ut quando familia delinquit circa officium ſibi iniunctum l.1.§. familiæ ubi Bartho. de publica. dominus non tenetur ad pœnam, ſed duntaxat ad intereſſe parti, Bald. in l.obſeruare.§. proficiſci in prima lectu. num. 2. de off.proconſ.multominus in caſibus, quibus ꝓmittens aliquid tenetur etiam de facto alterius debet ad aliud, quàm ad intereſſe teneri: nam primo caſu lex uidetur durior contra dominum;

cum etiam ignorans teneatur, Caſtren. in dicto. §.
familiæ, ſecundò uerò nó Caſtren. in d. l. in illa, &
in d. l. inter ſtipulantem. Item à conductore pro-
batum fuit multas arbores fuiſſe ab agentibus lo-
catoris inciſas pro reparatione domorum, quod
& fortaſſis conductori facere licuiſſet l. arboribus
§. 1. de uſufruct. ſecundum ſenſum nonnullorum,
& pluralitas non præſumitur l. omnium iuncta
glo. in uerb. comprobetur C. de teſtam. Bal. in l. 2.
num. 5. uerſi. ego dico, C. de erro. aduoc. & quáuis
Alex. conſi. 134. lib... dixerit pluralitatem rerum
præſumi, id tamen reprobatur per Iaſo. in l. 2. nu.
9 15. C. de bon. poſſ. ſec. tabu. & ſicuti in his † quæ
poſſunt eſſe uel non eſſe delicta actus in dubio
præſumitur factus tempore uel loco licito, ut eui-
tetur delictum Bart. in l. non ſolum §. ſed ut pro-
bari de ope. nou. nunt. Ita ne quis incidat in pœ-
nam, inciſio arborum præſumi debet facta ab eo,
qui illam iuſtè facere potuit, arguendo de loco
10 † uel tempore ad perſonas, Iaſo. in l. qui Romæ §.
cohæredes num. 25. de uerb. oblig. præcipuè quan
do conſtat eum arbores multas inciſiſſe, neque
conſtat aliam certam perſonam aliquid inciſiſſe,
& Bart. in l. admonendi. num. 50. de iureiur. dixit
11 quando † probationes actoris & rei ſunt nó con
trariæ ſed diuerſæ, ut ſi actor probet mutuum per
duos teſtes, reus probet ſolutionem per unum te-
ſtem, cauſam remanere dubiam. Præterea pacto de
non incidendo arbores non fuit adiecta pœna ca-
12 ducitatis, & in contractibus † nominatis ut eſt lo
catio & conductio ſi aliquis contrahentium non
ſeruet conuenta, non reſcinditur contractus, neq;
datur alteri condictio ob cauſam; ſed agitur ad
intereſſe l. ea conductione C. de reſcind. uend. l. in
ciuile C. de rei uend. & conductor, qui contra pa-
cta locationis facit, cadit à beneficio cótractus, qñ
contrauentio fit non ſoluendo penſionem, uel ex
contrauentione deterioratur res conducta læden.
C. loca. l. quæro. §. inter locatorem loca. ꝙ non de-
bet extendi ad alias ſpecies ꝯuentionum: etenim
13 pœna † priuationis non imponitur niſi lex id ex-
preſsè dicat §. cum igitur in auth. de non elig. ſec.
nub. l. ar ſi quis §. diuus de religio. gl. in c. fi. de iu.
patr. Bal. in auth. ex teſtamento nu. 5. C. de ſec. nup.
& impoſita in uno caſu non extenditur ad alium
ex identitate rónis, Abb. in d. c. fi. nu. 8. Iaſ. in l. ꝙ te
nu. 50. ſi cer. pet. ſed ob alias ꝯuentiones q̃ non ſo
lutionis penſionis uel deteriorationis datur actio
ſolú ad intereſſe, nam duntaxat dat̃ actio ex condu
cto. l. ex códucto in prin. l. ſi in lege §. colonus uerſ.
item ex conducto loca. quæ actio non datur ad re
ſcindendã locationé l. uédiri la. 2. C. de actio. emp.
niſi contractus reſolueretur ex conuẽtione partiũ,
quo caſu daretur ad id qđ actũ eſt, l. ſed celſus §. ſi
fundus de contr. emp. l. ex empto. §. is qui nina de
14 actio. empt. non aũt pót † conductor recedere à re
conducta ob inobſeruationem locatoris, ut uide-
tur caſus in d. §. colonus uerſic. ꝙ ſi paucis diebus
ubi ſi locator prohibuerat conductorem frui re
conducta, & ſic contraueniat pactis & naturæ lo-
cationis, & poſt paucos dies pœniteat dicitur ſi
omnia colono ſunt integra, nihil ex obligatione
quæſiti locatori minuet paucorum dierum mo-
ra, & ſic iureconſ. conſiderat ſolum an ob ꝯuentio
nem & prohibitioné conductor patiatur dánum,
quod ẽt facit idẽ tex. paulò ante ibi ſera aũt patien
tia eſt &c. & ẽt conductor, qui patitur damnum
ob prohibitionem, non pót recedere ſi dñs offerat
emendationem dãni, Caſtr. in d. §. colonus. Vnde ſi
conductor non pót recedere à ꝯctu ob q̃uis cótra-
uentionem locatoris; non ẽt ob eandem cauſam
id dẽt poſſe facere locator: quod ẽt uoluit Ruin.
in conſi. ex aduerſo allegato 58. nu. 5. li. 10. ubi in-
quit ex inciſione non potuit cõmitti pœna contra
locatorem, ex quo nihil intereſt conductorum, &
dãnum ex ea nõ patiuntur, allegat not. per gloſſ. &
Doct. in l. damus C. de fal. ubi ſi aliquis cõmittat
falſum, & illud non noceat, non cõmittitur pœna,
& quamuis Cur. Iun. in add. ad Alex. in l. diuortio
15 §. ſi fundum ſolut. matr. dicat † conductoré facien
tem contra conuentionem poſſe expelli; tñ debet
intelligi in caſu quo loquuntur Doct. per eum al-
legati, qui loquuntur ſolum in eo, qui contraue-
nit non ſoluendo penſionem, Bal. in l. placet, &
in authen. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſi. Spec. in ti.
de loc. §. nunc aliqua q. 14. Abba. in c. conſtitutus,
nu. 18. de relig. do. & quáuis Bal. in d. l. ædem nu.
14. & in l. ſi quis conductionis nu. 2. C. loca. uelit
16 † conductorem, qui facit ꝯ naturam contractus,
poſſe expelli, tñ loquitur in ualdè diuerſis termi-
nis. Nempe in uendente rem conductam tan-
quam pleno iure ſuam, & in excipiente contra lo
catorem de dominio quibus caſibus etiam facit
condictionem locatoris deteriorem, & cóductor
perſpicere debet, ne in aliquo uel ius rei, uel cor-
pus deterius faciat, uel fieri patiatur, l. uideamus
§. itẽ pſpicere loca, & ſi ob q̃uis inobſeruationem
cóductor poſſet expelli, falſum eſſet qđ dixere Bal.
& alij in d. auth. qui rem. ſ. ad hoc, ut ob deteriora
17 tioné poſſit cóductor † expelli, requiri ꝙ dãnum
ſit multum, qđ reſpicit perpetuã deteriorationé,
& ꝓceſſerit culpa cóductoris: nam cóductor qui
promittit meliorare deteriorando ẽt in minimo dĩ
nõ ſeruare promiſſa, & ſic poſſet expelli, & imper
fectè loquutus fuiſſet Iureconſ. in l. qro. §. inter lo
catoré loca. & Imperator in d. l. ędẽ quia nó exce-
piſſent caſum, quo cóductor nó impleuiſſet oĩa cõ
uenta, & q̃uis Bart. in d. §. inter locatoré dicat tex.
illũ generaliter notandũ ad oẽs contractus, in qui-
bus aliquid ultro citroq; promittit, ut quis nó te
neatur ad pœnã, ſi in effectu per alterã partem oĩa
non ſint ſeruata: tñ longè aliud vř incidere in pœ-
nam, aliud recedere à contractu, & in his terminis
loquitur Ruin. ex aduerſo allegatus in cõſ. 58. 59.
lib. 1. Neq; contrarium probat tex. in l. 1. in fin. de
loc. publ. fruen. nam ibi Vlpia. interpretatur uer
ba edicti ꝑtoris poſito in principio illius, & inter
pretando ea uerba, quominus ex lege locationis
frui liceat inquit meritò, quia non dẽt audiri, ſ. à
ꝑtore, uolés uti beneficio illius interdicti, is qui
uult frui ultra legem, i. pacta, uel ꝯ legem id eſt pa
cta: ſed ob hoc non dicit quòd faciens contra
pacta, cadat à beneficio locationis, aliàs cum
tex. æquiparet eum, qui facit ultra legem, & eum
qui facit contra legem, ſequeretur etiam quòd
is, qui facit ultra pacta, caderet à beneficio
locationis

locationis, & licet glo.in d.l.uideamus in uerſicu. ſuo dicat eum, qui facit contra pactionem, eſſe in culpa, & æquiparare uideatur eum, qui non facit ea, quæ faceret diligens, & qui facit contra pactionem, & qui eſt in mora, tamen glo.debet intelligi ſecundum leges, quas allegat, quæ loquuntur non quò ad pœnam caducitatis à beneficio locationis, ſed quò ad intereſſe, ut faciens contra pactionem, teneatur de caſu, de quo aliàs non teneretur, ut in §.primo, & fi.d.l.uideamus. Sed nec illud omittendum, cum locator non impleuerit promiſſa in inſtrumento locationis, nullam illi actionem ad pœnam & caducitatem competere, Bar.in l.quæro §.inter locatorem loca. Iſta enim eſt natura pœnarum ſiue legalium, ſiue conuen-
18 tionalium, quòd niſi petens † pœnam probet ex ſua parte debitum implementum, à pœnæ petitione repellitur, quia liquida eſſe debet cauſa, ut pœna petatur, Bald.in c.1.num.10.qual.dom. prop.feu.priu.

CASVS XXV.

¶ Iulius locauit prædia Lucretiæ ſub certa penſione certo modo & tempore ſoluenda, deinde cum Iulius uellet expellere conductricem, illa obtulit augere fictum. Quæritur, an in augumento cenſeantur repetita tempora, & modus primæ penſionis.

SVMMARIVM.

1 *Pacta appoſita in prima diſpoſitione cenſetur repetita in augmento.*
2 *Argumentum cenſetur eiuſdem iuris cuius id cui adiungitur.*

1 PActa † appoſita in prima diſpoſitione cenſentur repetita in augumento l.inter ſocerum. §.cum inter de pact.dotal.l.etiam ubi Bal. nu.4.in ſec.not. C.de iut.dot.l.ſi conſtante
2 uerſic.pactis C.de donat.an.nup. & † augumentum cenſetur eiuſdem iuris, cuius id cui adiungitur c.fin.§.primo, ubi no. Gemin.de conceſſ. præben.in 6.& qualitates omnes & maximè temporis, adictæ principali diſpoſitioni cenſentur repetitæ in diſpoſitione argumentatiua & augumento, ut ex pluribus late oſtendit Roma. conſi. 345. incip.circa primum cõſultationis articulum, col. penul.uerſi.quò ad ſecũdum. Vnde cum Lucretia obtulerit augere fictum, augmentum ficti intelligitur factum ſeu oblatum cum his pactis conditionib.& qualitatibus, quib.factũ fuerat promiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Idem iudicatur de lucro quæſito pro de damno.*
2 *Aſſertio ſola donantis quando non probat merita.*
3 *Confeſſio facta ad fauorem in capacis præſumitur facta in fraudem etiam ſi ſit iurata.*
4 *Prohibitio ſi facta fuerit alicui de aliquo una uia ad illud n.n debet alia uia admitti patris.*

CASVS XXVI.

Colligitur ex allegationibus.

SI mulier actrix agit ex promiſſione facta tempore inſtrumenti, de quo in actis, obtinere nullo modo poteſt: nam uel promiſſio fuit ſine cauſa, & ſic agenti ex ea obſtat exceptio doli.l.2.§.circa de dol. excepr.uel cum nullo iure cogente fieret alius contractus, non potuit induci quàm donationis, uel cauſa mortis, uel inter uiuos l.donari de reg.iur.ſi cauſa mortis potuit reuocari ſi inter uiuos fuit inualida tanquam ſine iudicis inſinuatione, & ſine ſolẽnitate requiſita à decreto principis, & quãuis ſtatutũ dicat præmoriente uxore maritum lucrari dotem, tñ cum tunc mortua eſſet uxor, ſicq; Io.Antonius eſſet lucratus dotẽ, illamq; perfectè acquiſiuiſſet donando dr̃ patrimoniũ diminuiſſe nõ aũt renuntiauiſſe
1 lucro: etenim de lucro † q̃ſito idẽ iudicat qđ de dãno gl.in l.1.§.ſi quis pp in rer.reſtitutionem de itin.actuq; priu.Bal.in l.cũ te.C.de donat.an.nup. Neq; ſuſtineri poſſet quaſi donatio ob cauſam, ſ.
2 ob benemerita, etenim † aſſertio ſola donantis nõ probat merita, ubi donatio aliqua rõne nõ ualuiſſet abſq; meritis, Bart.in l.ſi fortè de Caſt.pec.ẽt ꝙ donatio nõ ualeret ob defectum inſinuationis Ap poſt.ad Bar.in d.l.ſi fortè, nam & eo caſu uendicát ſibi locũ rõnes per Doct.allegatæ in l.ſi donatione C.de collat.maximè dum aſſerunt ubi donatio aliter q̃ per aſſertionẽ donantis ꝯſtare. Quod ſi mulier agit ex promiſſione facta uiuente uxore uelit ꝓbare dictã promiſſionem per ꝯfeſſionem contentam in d.inſtr̃o, lõgè minus obtinere põt, etenim ſicuti ꝯfeſſio meritorũ non probat merita circa actum, quæ ſine meritis fieri ualidius non poterat, Bar.in d.l.ſi forte ita & ꝯfeſſio promiſſionis antecedẽtis nõ probat ꝓmiſſionẽ antecedentẽ in actu, qui fieri nõ poterat, ubi ꝓmiſſio nõ p̃ceſſiſſet, &
3 ſicuti † ꝯfeſſio facta ad fauorem in capacis, p̃ſumitur facta in fraudem ẽt ſi ſit iurata, & nõ ualet.l.cũ quis, decedens §.Titia ubi not.Bar.de leg. 3. ita & ꝯfeſſio promiſſionis præcedentis facta ad fauores eius cui tunc non poterat fieri irreuocabilis & ualida promiſſio dẽt p̃ſumi facta in fraudem, & nõ
4 ualere, & regulariter cum † quid alicui una uia prohibetur ad id alia non dẽt admitti Reg. cum quid una uia de reg.iur.in 6. & prohibito aliquo cenſent̃ prohibita oĩa per q̃ peruenitur ad illud l. oratio de ſponſal. Vnde cum tpe facti dicti inſtr̃i eſſet prohibitum facere hmõi promiſſionẽ abſq; inſinuatione & certis ſolẽnitatibus non debuit poſſe Ioannes Antonius ad huiuſmodi promiſſionem admitti per uiam confeſſionis, quod ante ſcilicet tempre quo non erat neceſſaria inſinuatio, neque aliæ ſolennitates facta fuiſſet promiſſio.

CASVS XXVII.

¶ De duobus quæritur, Primò, an ſi uenditor promittat de euictione pro dato & facto ſuo tñ, cõmittatur ſtipulatio ob factũ hr̃dis. Scdò ad præ-

ſoppoſito quòd ex facto hæredis committatur ſtipulatio: filius hæres patris poſſit cõtrauenire alienationi feudi ex pacto & prouidentia, ad quod ipſe admitti poteſt etiam, ꝙ oon ſit hæres patris,

SVMMARIVM.

1 *Promittens pro ſe tantùm, uel ex facto ſuo tantum in quo obligetur.*

2 *Verbum ipſe, quid denotet.*

3 *Promiſſio patris de non contraueniendo, quando non præiudicet filiis etiam hæredibus.*

4 *Qui ex propria perſona poterat reuocare alienata à defuncto ſi illius ſit hæres agendo repellitur.*

5 *Dominus rei uenditæ ſi ſuccedat emptori firmatur uenditio quantum ad effectum excipiendi.*

6 *Hæredes filiæ licet non prohibentur ſuccedere auo licet filia renunciet hæreditati patris.*

7 *Promiſſio de non contraueniendo adiecta renunciationi ſequitur eius naturam.*

8 *Hæres non poteſt improbare factum defuncti.*

9 *Factum illius impugnare non poteſt ex qua perſona quis lucrum ſentit.*

10 *Factum patris feudum illegitimè alienantis nocere filio ſi patris ſit hæres.*

11 *Conſilium pro filio cuius pater alienauit feudum antiquum uel quid aliud.*

12 *Defunctũ poſſe diſponere de re hæredis ſicuti de ꝓpria.*

1 Circa primum cum † quis promiſit pro ſe tantùm, uel facto ſuo tãtùm uidetur magis recepta opinio, ꝙ obligatio committatur ex facto hæredis, quando apponitur promiſſio in contractu, de cuius natura promittens tenetur de omnibus: qoam tenuere Bald. ou.5. & Sal. in l.fi.C.de actio.empt. Alex. conſil. 18. nu. 15. lib. 5. Dec. conſi. 213. ou. 8. conſi. 281. nu. 5. in l. hæredem nu. 7. Cagn. nu. 14. de reg. iur. Fabia. in tract. de empt. & uend. in 6. q. princ. ou. 76. eamque latè defendit, & magis cõem atteſtatur Ruy. conſil. 94. ou. 6. li. 1. Pro qua uidetur caſus in l. ſtipulatio iſta in prin. uer. ſed ſi de oer. obl. In quo text. licèr non adſit dictio taxaoua tantùm, uel duntaxat adeſt tñ
2 uerbũ, ipſe, † quod denotat perſonalitatẽ l. 1. §. adipiſcimur & ibi no. Aret. de acq. poſſ. ad quod nonnulla adducit Iaſ. ibi nu. 5. Idẽ probat tex. in l. ſi oeceſſarias §. de uẽdendo de pig. actio. ubi oon obſtãte dictione taxatiua ſolùm cõprehenditur ẽt pſona hæredis, & dicere ꝙ uerbom, ſolùm, ſit iuriſcõſulti, non contrahentiũ vr̃ diuinatio. Neq; contrariũ probar tex. in l. non ſolùm §. tale de lib. leg. tum qa in eo tex. non p̃ceſſerat contractus, ex cuius natura quis teneretur de oĩbus, ut inquit Dec. cõſ. 281. tum quia dictio taxatiua eſt adiecta nõ perſonæ cõtrahenoum, neq; hæredis, uel defuocti, ſed tertij: quo caſu oẽs fateri vñr per dictionem taxatiuã excludi perſonã hæredis illius tertij, Bar. in l. ſi ſic magna de oerb. obl. Circa ſecundum Bal. in l. qui ſe pa-
3 tris no. 12. C. unde li. aſſeruit promiſſionem † patris de noo contraueniendo non p̃iudicare filiis etiã hæredibus quò ad feuda, quæ alio iure q̃ hæreditario cõſequi poſſint, niſi promiſſio ſit expreſſè facta etiam pro filiis, quæ Bal. ſentẽtia vr̃ reſtringenda ad caſus, in quibus promittens oon tenetur de facto aliorũ, ut in conſentiente uel reouncian te, & promittente non cootrauenire conſenſui uel renunciaooni: etenim conſenſus nõ inducit obligationem gl. in l. Lucius ſol. mat. & renunciatio nõ porrigitur ad ius extraneorũ nec filiorum Bar. cõſ. 72. nu. 3. uer. præterea &c. & promiſſio de oon cõtraueniendo adiecta conſenſui uel renunciationi ſequitur eius naturam l. ſi ſtipulatus de uſur. aliàs aũt ubi promittens, uel aliàs contrahens obligatur pro facto omnium, hæres non poteſt ex proprio iure contrauenire geſtis per defunctum l. cũ à matre C. rei oendic. l. ſi uenditrici C. de reb. alien. ooo alien. l. Seia de euict. l. 1. io prin. de except. rei uend.
4 & trad. ubi † is qui ex propria perſooa poterat reuocare alienata à defuncto, ſi alienantis ſit hæres agẽs exceptione repellitur, & l. filius familias. §. cũ pater de leg. 1. ubi filius patris hæres non poteſt ex propria perſona reuocare alienationẽ à patre factã in l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater ſol. mat. ubi ſi pater exigat dotem filiæ, & ſi non promittat filiã noo contrauenturam, filia tamen, quæ dotem iure proprio etiam, quòd non eſſet patris hæres, poterat exigere ſi patris ſit hæres, dotem; & geſtis per patrem con-
5 trauenire impeditur, & ſi dñs † rei uenditæ ſuccedat emptori firmatur uendiòo quantũ ad effectũ excipiendi, Bar. in l. cũ uir, nu. 14. Caſtr. num. 8. de uſuca. Bal. in d. l. cum à matre in 2. no. Nec me mouet ſi diceretur, quãuis in promiſſione uenditoris facta pro facto ſuo tñ, cõprehendatur ẽt factum hæredis ſm magis cõem ſententiam, id tñ intelligi ſi hæres faciat ex aliquo iure defuncti, ſecus ſi ex iure fundato in propria eius p̃ſona ut cẽſuere Apoſtil. ad conſi. 18. Alex. li. 5. nu. 15. Alben. conſil. 74. circa prin. Etenim Apoſtil. & Alben. prædictã limitaoonem neq; lege, neq; ratione probant, & cõtra eos pugnant tex. in d. l. cũ matre, & in d. l. ſi uenditrici, & in d. l. Seia, & in d. l. 1. & io d. §. ſi pater, & io d. §. cũ pater. & Doct. qui aſſeruerunt promiſſionẽ pro facto ſuo tantùm non excludere factũ hæredis, qñ promiſſio eſt interpoſita ſuper actu, de cuius natura promittẽs tenetur de oĩbus generaliter & indiſtinctè loquuntur & rõnes quibus mouentur. ſ. quia hæres & defunctus cenſentur eadẽ perſona, & factũ hæredis cẽſetur factũ defuncti, & qa cũ promittẽs teneatur de oĩbus dictio taxatiua ſatis operatur, ſi excludit extraneas pſonas procedũt ẽt in hærede faciẽte ex iure proprio atteſta cõfuſione patrimonij & actionũ p aditioẽ hæreditatis, & ratio differentiæ inter dictũ Bal. in l. fin. C. de actio. emp. & in d. l. q ſe patris eſt lõgè alia, quã dixerit Albẽ. d. cõſ. 74. Etenim Bal. in d. l. fi. loquitur in uẽditore, q de uatura 9ctus tenetur de facto oĩum, onde ſatis operatur dictio taxatiua ſi excludit perſonas extraneas, in quibus terminis eſt qõ de qua agitur, Bal. oerò in d. l. qui ſe patris loquitor in cõſenſu & renuntiatione & promiſſione de oon 9ueniendo adiecta cõſenſui uel renunciationi, renuncians aũt oon cenſet̃ renũciare iuri extraneorũ, imò
6 neq; filiorom Bart. d. conſ. 72. nu. 3. Hinc † ſi filia etiam cum iuramento renuntiet hæreditaoi patris uiuentis, ea præmortua ipſius filij licèt ſint hære-

des

des matris, non prohibentur succedere ano, Bald.
Castr. Alex. & Dec. num. 18. in l. pactum quod do-
7 tali. C de collar. † & promissio de non contraue-
niendo adiecta renunuationi sequitur eius natu-
ram d.l. si stipulatus. Adhæc dato sine ueri præiu-
dicio ꝙ promissio de euictione pro facto suo tm̃
excluderet factum hæredis, & hæres ex facto suo
non teneretur de euictione, neq; posset repelli ex-
ceptione illa quem de euictione tenet actio mul-
tò magis agentem repellit exceptio, tamen illi
agenti etiam ex proprio iure ad reuocationem feu
8 di alienati obstaret alia exceptio scilicet, quia † hæ
res non potest improbare factum defuncti, Cyn.
in d.l. cum à matre in 1. q. Bald. num. 2. Castr. nu
me. 3. Item obstaret alias exceptio, scilicet ex qua
9 † persona quis lucrum sentit, eius factum impu-
gnare non potest, Bal. ubi supra nu. 8. & 9. Castr. in
l. fin. §. in computatione num. 9. uersic. tertius ca-
sus. C. de iur. delib. etiam quòd hæreditas non sit
lucrosa, Bal. in d.l. cum à matre nu. 9. Castren. nu.
3. Angel. in fin. præterea quò ad propositam q.
Bal. Aluar. & Præpos. in §. hoc quoque de success.
10 feudi dixerunt factum † patris feudum illegitimè
alienantis nocere filio, si patris sit hæres Isern. q̃
Aluar. & Præpos. in c. 1. de alien. feu. pat. scripserũt
agnatos qui non consenserunt alienationi feudi
antiqui debiti ex pacto & prouidentia conceden-
tis, si alienantis sint hæredes non posse feudũ alie-
natum reuocare, & Afll. in c. 1. nu. 4. an agna. uel
fil. inquit filium hæredem patris non posse cõtra-
uenire gestis per patrem in feudo ex pacto & pro
uidentia nisi conficiat inuentarium, unde consul-
uit filios, ut faciant inuentarium, & in c. 1. nu. 8.
11 de alien. feud. pat. filium † posse uenire cõtra alie-
nationem factam per patrem de feudo antiquo
ex pacto & prouidentia, quando confecit inuenta
rium, & Alexan. consi. 124. lib. 4. Dec. 185. Cur. in
tract. feu. in 4. par. nu. 110. Ruin. consi. 25. libr. 2.
nu. 10. latè defendunt hæredem, qui non confecit
inuentarium, non posse impugnare factum defun
cti etiam in feudo, quod habere posset, quãuis nõ
esset hæres, & idem in bonis filij alienatis à patre,
ut scilicet filius hæres patris possit alienationem
reuocare, ita demum si adeat hæreditatem cũ be-
neficio inuentarij tradunt omnes in l. fi. §. in com
putatione. C. de iur. delib. & glos. & Bart. in l. solu-
tam §. solutam de pigno. actio. dixerunt hæredem
adeuntem hæreditatẽ uideri habere rata oĩa gesta
per defunctũ, & in §. non solum Inst. de leg. dr̃ de-
12 functum † posse disponere de re hæredis sicuti de
ꝓpria, & licet Dec. cõs. 445. nu. 56. scripserit in feu
do ex pacto & prouidentia filiũ hr̃dem patris etiã
absq; inuentario posse ꝯuenire alienationi factæ à
patre, tñ. ll. per eũ allegatæ, s. in l. defuncto. C. si qd
in frau. pat. in l. fin. C. de euict. loquunt̃ in diuerso
casu, ut patet ex his, q̃ sup d. ll. scribunt Doct. dum
apponũt de l. si ab eo de lib. cau. & d.l. si uenditrici
& alia ratio, q̃ adducit Dec. est falsa, ubi Manfre-
dus ille fuisset alienator, nisi alienauisset ignorans
esse feudũ, eo tñ casu teneretur ad interesse empto
ri. §. si uasallus si de feu. fuer. contr. si tamen filius
fecisset inuentariũ, proculdubio posset contraue-
nire, quatenus hæreditas non æquiualet alienatis.

SVMMARIVM.

1 *Scientia non nocet emptori cum in instrumento pro-
missum est expresse de euictione.*
2 *Actio de euictione quæ est personalis non datur con
tra singularem successorem.*
3 *Vendens uiliori pretio cum paciscitur se nolle teneri
de euictione in quo se astringat.*
4 *Verba contractus sunt interpretanda contra uendi-
torem & cur.*
5 *Venditor qui recepit pretium non potest dici recipe-
re aliquod futurum periculum.*

CASVS XXVIII.

DVabus ex causis agunt actores, pri-
mò ad damna & interesse ex instrũto
uenditionis factæ per Octauianũ
Iulio, qui Iulius uendidit actorib.
& cessit eis iura contra octauia-
num competentia.

¶Contra hoc duo opponi uidentur. Primum
actores sciuisse rem emptã fuisse alienam. Secun-
dum Iuliũ fuisse obligatum de euictione uersus
Octauianum, ideo multò faciliùs posse ipsum &
habentes cãm ab eo repelli exceptione. Circa pri-
1 mum † in instrumento sit expresse promissum de
euictione, scientia nihil obest emptori l. si fundũ
sciens C. de euictio. l. si fratres C. comm. utr. iud.
Quò ad 2m Iulius emit à Panesis, & uendidit au-
ctori Octauiani iura spectantia Panesijs uigore do
tis &c. Vnde si iura nõ spectabãt, ad nihil agere põt
emptor l. ꝙ si in uẽditione, l. ꝙ si sit de hæred. uel
actio. uend. Bal. in l. cũ hr̃ditatem eo. titu. Præterea
2 † actio de euictione, q̃ est ꝑsonalis, non dat̃ ꝯ sin-
gularẽ successorẽ l. fi. in fi. de cõtr. empt. l. 1. §. si hr̃s
ad Trebel. Ideo neq; põt ꝯ eũ allegari regula l. uen
dicantem de euict. i. imò ubicunq; exceptio est, qa
actio si actio non dat̃ ꝯ singularem successorẽ non
ẽt dat̃ exceptio l. empt. C. loca. Bar. in l. si tertius. §.
si qs prius in fi. de aq. plu. arc. &c. Secundò agit̃ ad
ꝓtium uigore uẽditionis factæ p Laurã, in qua li-
cèt noluerit teneri de euictione nisi pro facto suo,
tñ re euicta tenet̃ ad ꝓtium restituendũ l. empt. §.
qui aũt de actio. empr. Neque obstat id, qđ tradit
Mar. Ant. Nat. cõs. 181. in fi. lib. 1. scilicet uenden-
tẽ uiliori ꝓtio cũ pacto ꝙ non teneat̃ de euictione
nisi pro facto suo nõ teneri ẽt ad restitutionẽ ꝓtij.
Nam rñd. primò in re ꝑsenti nõ ꝯstare rẽ fuisse ui-
liori ꝓtio uenditã. Scđò tradita p Nat. nec lege nec
rõne ꝓbari & ubi uendit̃ res uiliori ꝓtio locũ sibi
uẽdicare rõnem, q̃ assignat iurecons. in d.l. emptio.
§. qui aũt, s. nõ ꝯuenire ꝯctui bonæ fidei, ꝙ empt.
amittat rẽ, & uendit̃ retineat ꝓtium, q. tex. cũ gñal-
3 liter loquat̃, dẽt gñaliter intelligi. Cumq; † uendẽs
uiliori ꝓtio paciscitur nolle teneri de euictione, si
aliud nõ exprimat, vr̃ uoluisse astringere se legib.
de hmõi promissione loquentib. l. si duo de acqu.
hære. ubi Bal. dicit ꝙ ista est fictio, q̃ non recipit
probationem in ꝯtrium, & casus restitutionis ꝓtij
vr̃ relictus in iuris dispositione. l. si extraneus de
4 cõd. ob caus. uerbaq; † ꝯctus sunt interpretanda ꝯ
uenditorẽ se fundantẽ super eis, qui debuit legem
aptius dicere gl. in l. ueterib. de pact. ꝓter id ꝙ cũ
uenditor de iure teneatur ad restitutionem pretij

& ad intereſſe ubi res euincatur l. ex empto in prin. de act. empt, damnum quod patitur ex uenditione uilioris prætij ſatis poſſet dici compenſatum ex eo quòd non teneatur ad intereſſe in caſum euictionis. Id autẽ quod dixere gloſſ. & Bart. in l. ſi familiæ C. fam. erciſ. ſcilicet diuidentes paciſcentes ut neuter teneatur de euictione nõ etiam teneri ad pretij reſtitutionẽ, non probat dictum Natæ. Primo quia Guid. de Suz. & Bald. in d. l. ſi familiæ num. 3. Alex. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 34. Rip. num. 99. aſſeruerunt ſententiã gloſſ. & Barth. procedere ſolùm quando utrique diuidentium aſſignatur res aliena, ſecus ſi uni aſſignetur res propria alteri aliena. Secundò quia in præſenti caſu non poteſt procedere ratio gloſſ. & Barth. ſcilicet quòd unuſquiſque cenſeatur recipere periculum ſuæ partis: nam † uenditor qui accepit prætium, non poteſt dici recipere aliquod futurum periculum; & gloſſ. & Barth. loquuntur de periculo & damno, quod in futurum timetur, de quo etiam loquitur text. in d. l. emptorem §. qui autem.

5 (margin, beside "re periculum ſuæ partis")

CASVS XXIX.

¶ Præmiſſa narratione quòd aliàs Bernardinus inueſtiuerat Lucium de quibuſdam prædijs ſub annua penſione, & ei fecerat promiſſionem de franchando, ſeu retrouẽdendo certo pretio. Antonius filius Bernardini adiecta clauſula ſi ita eſt, & reſeruato omni errore de anno 1530. fecit ſimilem promiſſionem hæredi Lucij. De anno 1559. hæres Antonij conuenitur ex huiuſmodi promiſſione, opponit promiſſionẽ ab Antonio factam fuiſſe inualidam, quia non erat uerum quòd Bernardinus feciſſet aliquam promiſſionem redimendi & exhibet inſtrumentum inueſtituræ factæ à Bernardino de anno 1525. in Luciũ, in quo nulla adeſt huiuſmodi promiſſio. Quæritur q̃d iuris.

SVMMARIVM.

1 *Hæc dictio ſi ita eſt quid operetur.*
2 *Promißio facta ſine cauſa uel cum cauſa falſa eſt inualida.*

Ex pacto ſeu promiſſione facta per Antonium de anno 1530. non uidetur dari actio ſaltem quæ exceptione elidi non poſſit: nam pactum ſeu promiſſio fuit ſub conditione, ſcilicet ſi † ita eſt, ut narratum fuerat, quæ conditio reſpiciens tempus præſens licèt non ſuſpendat promiſſionem l. cum ad præſens ſi cert. pet. tamen operatur ut ſi ita non eſt promiſſio habeatur pro infecta l. cum in ſecundo de iniu. rup. §. conditiones, Inſtit. de uerb. oblig. Adhæc huiuſmodi † promiſſio de retrouendendo uel facta fuit ſine aliqua cauſa uera, ideoque promittens poteſt agere ut liberetur l. prima de cond. ſin. cau. & contra agentem opponere exceptionem doli l. 2. §. circa de do. except. l. inuitus §. cui damus de reg. iur. uel facta fuit ex falſa cauſa ſcilicet quia ea dem promiſſio facta fuerat à Bernardino, quod cum eſſet falſum, promiſſio fuit inualida ſaltem iure exceptionis uel repetitionis l. penult. §. mulier ſolu. matr. Barth. in l. demonſtratio §. quod autem num. 16. uerſi. ſexto quæro de cond. & demonſtr. Bald. in l. fin. C. de fal. cau. adie. Cumque exhibeatur inſtrumentum inueſtituræ per Bernardinum factæ de anno 1525. in quo nulla apparet promiſſio de retronẽdendo ſeu franchãdo, & non præſumatur Bernardinum feciſſe plures inueſtituras uel plura inſtrumenta niſi id probetur l. omnium iunc. gloſſ. in uerb. comprobatur C. de teſta. Bald. in l. 2. num. 5. uerſic. ſol. dicit reus C. de erro. aduo. & alij quos recenſet Iaſ. in l. 2. num. 15. C. de bon. poſſ. ſec. tab. probatur Bernardinũ non feciſſe promiſſionẽ retrouendẽdi, & ſic promiſſionem ab Antonio fuiſſe falſa cauſa factam, præter id quòd onus probandi narrata in inſtrumento anni 1530. eſſe uera incumbit actori l. prima & ſecunda l. actor C. de probat.

(Margin numbers: 1 beside "tione, ſcilicet ſi † ita eſt"; 2 beside "iuſmodi † promiſſio".)

CASVS XXX.

¶ Cum Antonius Iulius & Pompeius fratres in cõmunione ſtarent, Antonius iuit Romam ubi moratus eſt per aliquos aſinos, facto prius amplo mandato in fratres cum libera: deinde Iulius dixit uxorem, ipſeque & Pompeius receperunt dotem, & in caſu dotis reſtituendæ obligauerunt ſe & eorum bona. Reuerſo Antonio deceſſit Iulius relicto Stephano filio; Antonius Pompeius & Stephanus deuenerunt ad diuiſionem bonorũ cõium, & in diuiſionib. quæ fuerunt factæ abſente uxore quondã Iulij fuit interpoſitum pactũ, ꝙ Antonius Pompheius & Stephanus quilibet pro tertia reſtitueretur dotẽ uxori quondã Iulij, & matri Stephani. In fine inſtri promiſerunt cum iuramento & per ſolennem ſtipulationem attendere omnia & ſingula præcedentia: poſt aliquod tempus Antonius cũ ſibi innotuiſſet quòd dos non fuerat recepta nomine ſuo reuocauit dictam promiſſionem abſente tamen muliere. Mulier deinde agit contra illum ad tertiam partem dotis: multa opponuntur per Antonium de quibus in proceſſu, qui exhibetur. Quæritur, an iu iure Antonius ſe tueri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu non agit niſi ſtipulator & conuentor.*
2 *Iuramentum deciſiuum æquiparatur rei iudicatæ.*
3 *Domino regulariter non datur actio ex contractu procuratoris.*
4 *Actio non oritur ex oppoſito in contractu ſed ex ipſo contractu.*
5 *Promiſſor ubi iurat attendere promiſſa quomodo ſtipulatio alij facta ualeat. & nu. 6. & nu. 8.*
7 *Iuramentum in contractu appoſitum non extendit obligationem ſed ſolum corroborat.*
9 *Actio alteri etiam abſenti quomodo in ſtipulationibus iudiciarijs acquiratur.*
10 *Promittens ſine cauſa poteſt doli exceptione repellere agentem contra ipſum.*

Actio

Actio mulieri non uidetur compete
1 re cōtra Antonium: nam ex † con
tractu non agit nisi stipulator &
conuentor l.si pater ubi not.Bald.
C.de do.promis.& licèt quādoque
legamus fauore dotis acquiri actionem mulieri
etiam si nemo pro ea stipuletur : id tamen proce
dit in traditione uel promissione dotis, quæ fit
marito pro muliere, in quibus terminis loquitur
text.in l.Caius & Barth.ibi sol.matr.& text.in §.
accedit C.de rei ux.actio. Verùm si post solutum
matrimonium quis promittat hæredibus mariti
restituere dotem mulieri absenti, non reperitur
iure cautum, quòd actio mulieri quæratur, &
eo magis in casu proposito, in quo nulla fuit fa-
cta promissio mulieri, uel alicui eius nomine,sed
promissio facta fuit inter diuidentes, & ad eorum
duntaxat commodum,ex qua promissione potuit
duntaxat quæri actio fratribus diuidentibus,non
autem mulieri, l.cum res C. de donat.l. stipulatio
ista.§.si stipuler de uerb.oblig. & ibi glos.in uerbo
fieri,glo.in l.liber homo.§.fin.de uerb.oblig.Neq;
obstat si diceretur actionem mulieri quæsitam ex
eo quòd diuidentes†iurauerunt attendere omnia
contenta in instrumento diuisionum,l.nam & po
stea.§.insiuran.de iureiur.Alex.in l. possessio. §.&
si possessio nu.5.de acquir.possess.Ias.in d. §.si sti-
puler in fin.Nam respondetur tex.in d.§.iusiuran
dum super quo fundant se docto. loqui in procu
ratore, & non procedere in alijs non habentibus
mandatum ut sentit Bar.ibi in fin.& clarius Iaso.
uersi. Item aduerte, item loquitur in iuramento
delato à parte parti,& sic litis decisio,& non uide
tur extendendum ad iuramenta apposita in con-
tractibus pro eorum corroboratione,& ratio dif-
2 ferentiæ manifesta patet, nam † iuramentum de-
cisiuum æquiparatur rei iudicatæ l. 2. de iureiur.
Vnde sicuti actio iudicati ex sentētia lata pro pro-
curatore acquiritur domino. l. si procurator de
procur.eodem iure acquiri debet actio in factum,
quæ oritur ex iuramento l. actori. C. de reb.cred.
& simili argumentatione utitur Iureconsultus in
d.l.si procurator : uerum contractus non æqui-
3 ualent rei iudicatæ, & ex contractu † etiam procu
ratoris non datur actio domino regulariter,l.eum
qui §.Iulianus & §.seq. de const.pecun.l.si procu-
ratori præsentis de uerb.oblig.Ang. & Castr.in d.
4 §.si stipuler, & ex †iuramento apposito in contra-
ctu nō oritur actio aliqua,sed duntaxat ex contra-
ctu,præter id quòd text.in l.non solum.§.sed inter
dum de procur.uelle uidetur quòd ex iuramento
decisiuo procuratoris non detur actio etiam do-
mino. Quod si diceretur iuramentum non requi
rere partis præsentiam,Bar.in authen.sacramenta
puberum nu.13. Bald. circa.fin.C.si aduer. uend.
Respondetur primò Cyn.in d.auth.nu.10. Affl.in
tit.de pa.teneri.in 6.not.nu. 10.censuisse iuramen
tum non prodesse nisi præsentibus uel absentib.
pro quibus notarius acceptat, sequitur Ias. in d.
authen.nu.75. Secundò respondetur Barto.loqui
in iuramento confirmatorio contractus facti uel
fiendi. Verùm inter Antonium & mulierem nul-
lus factus fuit contractus, qui possit iuramento
confirmari. Non obstat etiā quòd secundum com
5 munem sententiam ubi promissio † iurat attende
re promissa, stipulatio alij facta ualeat. Nam re-
spondetur primò ꝙ eo casu stipulatio ualet quò
ad stipulantem & promittentem,ut scilicet stipu-
lator ex ea possit agere non autem quò ad hoc ut
alteri detur actio contra promittētem: quod sua-
deri uidetur primò per text.in l. quæcunque de a-
ctio.& oblig. Secundò per tex.in d.l. stipulatio,§.
si stipuler,& §.si quis insulam, qui in casu quo sti
pulatio facta alteri ualet,ut quia interest stipulan-
tis,uult actionem dari stipulanti,& de eo cui fue-
rant stipulatum nihil dicit,imò tex.in d.l.cum res.
C.de donat.in l.3.C.de inut.stipu. gloss.in §.sed si
quis in uerb.ualet, Inst.de inut.stip.in l.liber ho-
mo.§.fin.de uerb.oblig.& in d.§. si quis insulam,
uolunt actionem eo casu non dari illi, cui facta
fuerat stipulatio, sed duntaxat stipulanti. Tertiò
quia Bar.in l.si quis pro eo num.12.de fideiuss.in-
6 quit stipulationem † factam alteri conualidari iu-
ramento,quia ex ea oritur naturalis obligatio, &
quia pœnalis stipulatio super ea ualet. Verum na
turalis obligatio non oritur nisi inter stipulantem
& promittentem, & ex pœnali stipulatione non
oritur nisi inter stipulantem & promittentem, &
ex pœnali stipulatione non datur actio nisi stipu-
lanti,glo.in d.§.alteri,in uerb.nihil interest, Alex.
7 num.7. Cumq́de † iuramentum in contractu ap-
positum non extendat obligationem, sed solù cor
roboret l.fi. C. de non num.pecun. Bart.in l.sed si
quis. §. quæsitum in fin. si quis caut.si ex contra-
ctu non oritur neq; ciuilis neque naturalis obli-
gatio nisi inter contrahentes, iuramentum pro-
missoris non uidetur posse extendere obligatio-
nem eius ad alios, quæ efficere ut ipse alij quam
stipulanti obligetur. Secundò respondetur ubi
8 † promissor iurat attendere promissa posse alteri
quam stipulanti quæri actionem eo duntaxat ca-
su, quo constat stipulationem noluisse acquirere
actionem alteri,ut quando stipulatur alteri uti rē
eius gerens, ut in l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus
de uerb.oblig.ibi libertus & rem gerens Quinti-
liani, uel quando stipulatur uerbis inflexis,s.pro
alio uel nomine alterius, ut quia dicat promittis
mihi stipulati nomine Titij uel pro Titio, dare Ti
tio centum,quod longè differt ab ea stipulatione
promittis dare Titio centum, glo.in l.huiusmodi
in prin.de leg.1.Bal.in c.1. si uasall.feu. priue.nu.
6.uersi. istud est uerum &c. Cur.in tracta.feud.in
2.par.secundæ par.in secunda limit. Iuramentum
enim non operatur ultra consensum d.l.fin. C.de
non num.pec.l.fin.qui satisd.cogan.& ex eo quòd
quis stipuletur solui alteri non infertur ut uolue-
rit actionem illi acquirere, nam & si quis stipule
tur sibi aut Titio decem licèt ex hoc censeatur uo
luisse solui Titio,non tamen censetur uoluisse ac-
quirere actionem Titio,l. sed si filio. §. si mihi de
consti. pec.l.eum qui §.qui sibi aut filio de uerbo.
oblig.l.sticum aut Pamphilum §.quæsitum de so-
lut. Tertiò respondetur quòd ubi etiam ex pro-
missione facta uni cum iuramento acquireretur
actio alteri, id tamen potest esse uerum secuta ra-
tificatione & non aliter l. communis seruus in fi.
de

de acquir. poſſeſſ. l. ſi ego de neg. geſt. quæ ratihabitio debet fieri rebus exiſtentibus integris Barth. in l. ſi uxor §. ſi quis uxorem de adult. Non etiam
9 obſtat ſi diceretur in † ſtipulationibus iudiciarijs acquiri actionem alteri etiam abſenti l. in cauſæ 3. §. fin. de procur. Alex. in d. §. & ſi poſſeſſio. Nam reſpondetur primò in re præſenti non poſſe dici ſtipulationem eſſe factam in iudicio. Secūdò reſpondetur quòd text. in d. §. fin. loquitur in ſtipulatione procuratoris, & non procedit in ſtipulatione alterius quam procuratoris l. 3. §. ſtip. iud. ſolu. ubi ex ſtipulatione iudiciaria non acquiritur actio alteri niſi procurator habens legitimū mandatum ſtipuletur. Quod etiam poſt Iac. de Aren. ſenſit Barth. in l. in omnibus de prætor. ſtip. præter id quòd text. in d. §. fin. non uidetur probare id, quod à Doctoribus allegatur: nam in princ. l. tractat iureconſ. quando procurator mutari & iudicium transferri in alium poſſit, deinde in §. ſed ſi procurator dicitur quòd ſi procurator ſatis accepit iudicatum ſolui, & iudicium transferatur de procuratore in dominium, actionem ex ſtipulatu transferri de procuratore in dominium, ſed ſi à dominio uel à procuratore fiat tranſlatio iudicij in procuratorem committi ſtipulationē, deinde iurecōſ. ſubdit & licet &c. quæ uerba una cum ſequentibus uidentur intelligenda altero de duobus modis, uel quòd iureconſultus procedendo præcedentes ultimos caſu uelit, quòd licèt eo caſu quo à dominio uel à procuratore in procuratorem fit iudicij tranſlatio, ſit commiſſa ſtipulatio procuratori, in quem eſt facta tranſlatio iudicij; tamen utilis actio competit dominio directa penitus tollenda adeo ſcilicet ut procurator illam intentare nō poſſit, uel quòd iureconſ. poſtquam tractauerat materiam tranſlationis iudicij de procuratore in dominum, uel in procuratorem ponat dictum generale, & uelit quòd ubicunque ſtipulatio iudicatum ſolui committitur procuratori, ut quando nulla facta eſt tranſlatio iudicij, tamen actio utilis cōpetit domino, & directa quæ procuratori aliàs competit penitus tollitꝰ: ſicque actio procuratori ex ea ſtipulatione non datur, qui ſenſus ſuadetur per text. in l. ſeq. qui idem repetit, cumque ſenſit gloſſ. ibi in uerb. procuratori quæ dicit ſcilicet ſtipulanti. Quibus ſtantibus ex eo text. non probatur quòd ex ſtipulatione iudiciaria acquiratur actio alteri: tum quia (ut diximus) loquitur in procuratore: tum quia acquiritur eo caſu actio domino, quia non acquiritur procuratori ut dicitur in d. §. fin. & l. ſeq. imò text. in d. §. ſtipulationem probat quòd ex ſtipulatione etiam iudiciaria alterius quàm procuratoris uel negotiorum geſtoris ſecuta ratificatione non acquiratur actio alteri. Cæterùm & ſi actio mulieri competeret, tamen cum Antonius non eſſet obligatus in aliquo uerſus mulierem, ſed credens teneri conuenerit de ſoluenda tertia parte dotis uide-
10 tur, quòd ſine cauſa † fecerit huiuſmodi promiſſionem, & ideo contra agentem poſſit opponere doli exceptionem l. 2. §. circa de do. except. & condicere promiſſionem, & petere ſe liberari l. 1. l. 3. de cond. ſine cauſ. & ſi ſoluiſſet. poſſet repetere l. ſed ſi me putem in prin. de cond. indeb. Cumque error, quem allegat Antonius ſcilicet quia credebat dotem fuiſſe etiam nomine ipſius acceptam uel ab his qui illam acceperant in cōmunes uſus conuerſam, ſit in facto alieno ſcilicet fratrum, error probatur probando rem aliter ſe habere, Bart. in l. non fatetur num. 10. de confeſſ. Verùm & ſi error eſſet in facto proprio: tamen cum Antonius certet de euitando damno, quod ex promiſſione ſine cauſa inferri poſſet, error debet tollerari d. l. ſed ſi me putem in prin. de cond. indeb. & probari eo ipſo quod probatur rem aliter ſe habere, Bar. in d. l. non fatetur num. 10. uerſic. ſi uerò in facto proprio. Res autem probatur aliter ſe habere per inſpectionem inſtrumenti dotis receptæ: neque fuit opus probare quòd pecuniæ non fuerint conuerſæ in communem utilitatem; etenim cum pecuniæ eſſent conuertendæ in communem utilitatem ad commodum Ant. ipſe id negamus non tenetur id probare, ſed aduerſarius aſſerens contrarium l. 2. C. de iur. emphyt. Barth. in l. in illa num. 6. de uerb. oblig.

CASVS XXXI.

¶ Statuto ciuitatis Placentiæ cauetur quòd ille cui facta fuit promiſſio uendendi uel retrouendendi, uel hæres eius aut habens cauſam ab eo, in qua non ſit terminus poſſit emere & redimere etiam elapſis annis triginta quandocunque. Marcus emit molendinum pretio mille librarum, & fecit promiſſionem de retrouendendo eodem prætio quotieſcunq; & quandocunq; uēditor uellet.

Quæritur uſque ad quod tēpus duret ius luendi, & an reſtringatur ad annos 40. uel. 60. quod ſenſerunt nonnulli, quorum allegationes exhibentur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum quandocunque denotat tempus infinitum, & num. 4.*
2 *Non eſt recedendum à proprietate uerborum legis niſi manifeſta ſit uoluntas legislatoris.*
3 *Verba ſtatutorum debent proprie intelligi.*
5 *Amiſsio lucri acquiſiti & radicati dicitur damnum.*
6 *Lex generalis quando reſtringi poteſt.*
7 *Præſcriptio poteſt tolli ſtatuto 30. annorum.*
8 *Pacto ad ſtatutum non licet argumentari negatiue.*
9 *Præſcriptio 30. annorum ubi prohibitum eſt in aliquo caſu extenditur uſque ad centum annos.*
10 *Statutum eſt intelligendum de termino certo & minori quàm ſit tempus datum a ſtatuto ad redimendum.*
11 *Verba ubi ſunt clara non debet uoluntatis quæſtio admitti.*
12 *In claris non eſt opus coniecturis.*
13 *Prorogatio de tempore ad tempus poteſt fieri ad maius tempus quam ſit primum.*

STatutum uidetur interpretandom
ut tollat difficultatem, quæ erat ob
uarias Doctorum opiniones; an
ius emendi uel redimendi compe-
tens ex promissiooe duret ultra an
nos triginta, & uelit durare saltem usque ad cen
tum annos, neque iure potest interpretari, ut
actio ad emendum oel redimendum duret trigin
ta annos duntaxat post lapsos primos triginta an-
nos, & sic annos 60. in totum. Nam uerbum
1 † quandocunque denotat tempus infinitum l.si
stipulatus à Seio de fideiuss. Alex.in l.qui bona §.
2 fin.oum.2.de damn.infect.& non † est receden-
dum à proprietate uerborum legis nisi manife-
sta sit uoluntas legislatoris l.1.§. si is qui uersic.in
re igitur dubia de exercit.l.prospexit qui & à quib.
3 & uerba † statutorum debent propriè intelligi l.
3.§.hæc oerba de neg.gest.l.quòd constitutum ubi
Barth.de test.mil.& uerba generalia sunt generali
ter intelligēda l.1.§.& generaliter de leg.præstan.
maximè in statutis Placentinis. Cum ultimo statu
to caueatur illa debere intelligi prout iacent, &
quamuis statuta recipiant ioterpretaoonem passi
uam à iure commoni, l.si serui C.de noxal.tamen
4 uerbum † quaodocunque in l.commoni denotat
tempus ultra anons.30.ut uidetur casus l.1.C.de
bo.mater iuncta Authen.seq.quæ fuisset super-
flua ubi uerbum quandocunque significaret tem
pus.30.annorum. idem probat text.in c.1.uersic.
quandocunque de feu.da.in uim leg.com.iuncta
gloss.ibi quæ dum uult uerbum quandocunque
non referri ad alia iura quam pacti de quo in eo
tex.uult etiam necessariò uerbum quandocunque
restringi ad pactum, & dum uult dictionem il-
lam inter alia non referri ad exceptionem præscri
ptionis maximè post interuersam possessionem
præsupponit etiam quòd post 30.annos non pos-
sit opponi exceptio pacti quod sentiunt Doct.ibi
uidemus & alibi, quod uerbum perpetuo, in l.
significat tempus ultra 30.annos Instit.de perpet.
tempus act.in prin.l.sicut §.hæc autem C.de præ-
script.30.anno.l.prætor ait §.hoc interdictum per
petuò de op.no.nunt.imò uidetur denotare tem-
pus ultra centum annos l.fin.C.de sacr.eccl.ubi
imperator appellat pœnè perpetuá actionem quæ
durat usque ad ceotum annos, ex quo uidetur in
ferri quòd non sit prorsus perpetua, & quamuis
in d.§.hoc interdictum gloss.exponat oerbum per
petuò id est usque ad triginta annos; id tamen
non est fundatum super proprietate uerbi & pro-
cedit non ex dispositione illius legis, tempore cu
ius non erat cognita præscriptio.30.anno.gloss.in
l.qui occidit §.1.10 uerb.amiserit ad l.Aquil. Sed
ex dispositione l.posterioris quam gloss. ibi alle-
gat, qua cauetur actiones, quæ olim perpetuò
competebant non durare ultra tempus.30.anno-
rum, ut clarius explicat gloss.in l.secunda §.hoc
interdictum perpetuum ne quid in loco publ.Præ
terea cum statutum expresse disponat posse redi-
mi etiam lapsis 30.annis non potest recipere io-
terpretaoonem restrictiuá ad annos. 30. Imolen.
in l.si uerò §.de oiro nom.10.uersic.potes dicere
quòd si coostat &c. solu.matr. neq; etiam ad 30.
annos decursos post primos 30. annos cum iure
communi oon reperiatur cautum quòd actiones,
quæ durant ultra 30.annos extinguātur alijs 30.
annis subsequentibus: imò arguendo ab interpre
tatione iuris communis debet durare usq; ad cen
tum annos, ut infra dicetur. Accedat quòd uerbū
illud quaodocuoque generale non potest restrin-
gi ad 30.anoos, ad hoc ut emptor lucretur, uel nō
priuetur lucro l.prospexit qui & a quib. Bart.in l.
non dubium no.9. C.de legib. in l.oēs populi, nu.
5 55.de iust.& iur. & quāuis † amissio lucri quæsiti
& radicati dicatur damnum gloss. in l.1.§.si quis
6 propter de ion.actuq; priu. Et ubi † agitur de dā-
no uitando lex generalis restringi possit l.adigere
§.quāuis de iur.patr.Bart.ubi super, tamen lucrū
acquisitum amittens non dicitur pad damnum
quando reuertitur ad eum à quo processerat Iaso.
in l.si ita stipulatio quæ est lex.19.de uerb.obli.&
licèt uerbum quandocunq; positum in cootractu
super iure redimendi non tollat præscriptionem
30.annorum secundum magis communem opi-
nionem: id tamen oon fundatur super proprieta
te uerbi, oeque super natura pacti aut promissio-
nis de uendendo aut retrouendendo: sed ex dua-
bus rationibus. Prima quia eo tempore tollitur
omnis actio.d.l.sicut. Secunda quia per pactum
non potest renuntiari præscriptiooi 30. annorum
quam allegat Bal.in consi.303. & in titulo de ca-
pit.cort.§.præterea circa fin. Verum nulla ex præ-
dictis rationibus conuenit statuto de quo agitur.
Nam & si constitutū sit actiooes in rem & in per-
sona non egredi metas annorum 30. non tamen
reperitur coostitutum quòd actiooes, quæ per le
gem uel statutum extenduntor ultra 30. annos,
extinguātur triginta annis post lapsos primos 30.
7 ann. Item † statuto potest tolli præscriptio 30.
annorum, Bal.in l.2.C.de constit. pecun. & argu-
8 mentari non licet à † pacto ad statutum negatiuè,
non enim sequitur aliquid non sit per pactum, er
go neque per statutum Bart.in l.alia §. eleganter
oum.12.sol.matr. Ias.in authen. præterea nu.15.
C.unde uir.& uxo.& statuentes sicuti potuerunt
ius redimendi extendere ultra sexaginta annos,
id q; uoluisse facere oidentur tum ob uerbū quan
docunque quod apposuerunt post sublatam præ-
9 scriptionem 30.anno. Tum quia † ubi prohibita
est in aliquo casu præscriptio 30.annorum exten-
ditur usq; ad centum annos Bal.& clarius Angel.
in l. omnes C.de præscript.30.anno.Balb. in tract.
præscript.in 5.parte 5.part.princ.q.fin. Neq; dici
potest pactum de quo agitur habere terminum
præfixum, scilicet 30.anno.cum secundum magis
cōmunem opin.pactum redimendi quādocunq;
uel quotiscunq; extinguatur cursu 30.annorum,
Ideoq; ooo comprehendi in statuto. Nam respon
10 detur † statutum esse iotelligendum de termino
certo & minori quam sit tempus datum à statu-
to ad redimendum: oam & ita ioterpretatur
lex cōmunis, scilicet d. l. sicut §. hæ autem iuncta
glo.in uersi.temporibus, Præterea promissio de
retrouendendo in proposito casu non potest dici
habere terminū ex proprietate uerbi quotiscunq;
& quandocunque d.l.si ita stipulatus, Alexan.d.l.
qui

qui bona §.fin.num. 2. Quod ſi dicatur habere ter-
minum ex interpretatione iuris quod reſtringit
actiones ad annos. 30. replicatur primò quòd uer-
ba illa etiam elapſis. 30. annis repugnant. Secun-
dò ubi ob iuris interpretationem promiſſio retro
uendendi quotieſcunque & quandocunque dice
retur habere terminum præfixum, ſtatutum nun
quam uendicaret ſibi locum: nam pactum redi-
mendi ſemper haberet terminum præfixum à con
trahentibus uerbis illum propriè importantibus,
uel ab interpretatione iuris id eſt magis commu-
nis doctorũ opinionis ſcilicet annorũ 30. Neque
dici poſſe uidetur ſtatutum prorogare terminum
redimendi, quod de iure erat reſtrictum ad an-
nos. 30. & prorogationem intelligi factam per tan
tundem tempus ſolùm ſcilicet alios 30. annos. Pri
mò quia contrarium ſuadet text. in l. malè agitur
C. de præſcr. 30. annorum, ubi textus mandans
conductores poſſe ẽt poſt 40. annorũ ſpatia inque-
tari, intelligitur nõ prorogare pſcriptionem ad
alios 40. annos, ſed eã tollere. Idẽ ſuadet text. in l.
competit eo. tit. ubi text. uolens publica functio-
num ſolutioni non poſſe opponi cuiuſq; tempo-
ris præſcriptionẽ non dicitur prorogare pſcriptio
nẽ 40. annorũ, de qua ſupra dixerat, ſed eã tollere,
& paria uidentur dicere cuiuſcunque temporis
curſum uel quocunq; tpe quandocunq;. Secundò
quia prorogatio poſſet intelligi facta ad tantun-
dem tẽpus ubi ſimpliciter facta fuiſſet ſecus adie-
cta illa dictione quandocunque, quæ extendit
11 diſpoſitionem ad maius tempus. Nam ubi † uer
ba ſunt clara non debet uoluntatis quæſtio admit
12 ti, l. ille aut ille de leg. 3. & in † claris non eſt
opus coniecturis l. continuus. §. cum ita de uerb.
13 oblig. & prorogatio † de tempore ad tempus po-
teſt fieri ad maius tempus quam ſit primum, Bal.
in l. ſi qui conſenſu num. 8. uerſic. ſecunda ſpecies
C. de epiſ. audi. Dec. in c. de cauſis num. 3. uerſic. &
aduerten. de off. delegat. Tertiò quia ſtatutum reci
pit interpretationem paſſiuam à iure communi
ſecundum quòd prohibita præſcriptione 30. an-
norum actiones durant uſque ad centum annos,
Bald. & Ang. in d. l. omnes, & in l. 1. C. ne rei do-
mi. uel templ. Non etiam uidetur poſſe dici ius re
dimendi extingui ſpatio 40. annorum. Primùm
quia repugnat text. in l. cum notiſſimi in prin. C.
de præſcr. 30. annorum ubi ea uerba nullis expi-
rare luſtrorum curſibus de quibus in prin. illius
legis, excludunt etiam præſumptionem 40. anno
rum aliàs ſuperflua fuiſſet diſpoſitio facta per im-
peratorem in §. primo eiuſdem legis, quæ lex cũ
notiſſimi fuit condita longè poſt d. l. omnes. Se-
cundò quia obſtat uerbum quandocunque adie-
ctum poſt illa uerba etiam elapſis triginta annis,
quod aliàs eſſet ſuperfluum. Tertiò quia ubi pro
hibita eſt aliquo caſu præſcriptio. 30. annorum ex
tenditur actio uſque ad centum annos, ut ſupra
fuit dictum.

CASVS XXXII.

¶ Publicata fuerunt bona mariti, uxor agit con
tra fiſcum ad quandam donationem, quam aſſe-
rit à marito ſibi fuiſſe factam. Quæritur, an iuſtè
agat, & exibetur copia donationis & proceſſu
contra fiſcam agitati.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta uxori a uiro non ualet.*
2 *Donatio licet confirmetur morte naturali non tamen morte ciuili, & quando non morte naturali, numero. 3.*
4 *Donatio causa mortis per capitalem condemnationem annullatur.*
5 *Donatio ut ſit propter nuptias oportet exprimere.*
6 *Vxor quando non poteſt lucrari donationem propter nuptias.*

Fiſcus uidetur abſoluendus à petitis
1 per mulierem: nam donatio † fa-
cta uxori non ualet l. prima de do-
nat. int. uir. & uxor. Et licet confir-
2 metur † morte naturali, non ta-
men morte ciuili l. res uxoris C. de donat. int. uir.
& uxo. & ita demum confirmatur morte naturali
quando inſinuata eſt, l. donationes quas paren-
tes C. de donat. int. uir. & uxo. & quando interue-
nit traditio rei donatæ l. Pãph. de don. int. uirum
& uxo. Angel in d. l. donationes, & iure commu
ni inſinuatio requiritur in donatione excedente
quingentos aureos l. ſancimus C. de donat. & ex
ſtatutis ciuitatis quæ erant ſeruanda, Barth. in l.
cunctos populos num. 14. C. de ſum. trin. donatiò
excedens libras centum ſiue earum ualorem eſt
3 inſinuanda, & donatio † inter uirum & uxorem
excedens legitimam ſummam non confirmatur
morte etiam infra legitimam ſummam d. l. dona-
tiones uerſic. nam amplioris quantitatis, quem
ibi ponderat Salyc. num. Soc. in l. prima num. 97.
ſol. matrim. Non etiam poteſt ſuſtineri ut donatio
cauſa mortis cum in ea non interuenerint quin-
que teſtes l. fin. C. de donat. cauſa mor. præter id
4 quod donatio † cauſa mortis per capitalem con-
demnationem uidetur annullari l. ſi aliquis C. de
donat. cau. mor. & omni in caſu non poteſt confir
mari per condemnationem capitalem & bannũ,
ut ſuadere uidetur text. in l. ſed ſi mors de donat.
int. uir. & uxor. niſi præcedente plena traditione
Bald. in l. pen. num. 33. uerſic. quidam timens &c.
C. de execut. rei iud. Non etiam ſuſtineri poteſt ut
5 donatio † propter nuptias cum nõ fuerit dictum
quòd fiebat donatio propter nuptias, quod uide
tur neceſſarium ad hoc ut donatio ſuſtineatur in
uim donationis propter nuptias l. cum multæ §. ſi
igitur uerſic. & hoc ipſum ſignificauerit C. de do-
6 nat. an. nupt. Et omni in † caſu dum non appareat
dotem uel eius partem fuiſſe ſolutã marito, uxor
mortuo uiro & multò minus eo bannito & bo-
nis publicatis donationem propter nuptias lucra
ri non poteſt, Authen. ſed quæ C. de pac. conuen.
tam ſuper dote &c.

CASVS XXXIII.

¶ In libro tertio ſtatutorum ciuitatis Placentiæ
adeſt ſtatutum uigeſimum nonum in ordine ſub

rubrica

rubrica de uenditionibus factis duobus de eadem
re, adest & aliud in eodem libro quadragesimum
octauum in ordine sub rubrica de alienationi-
bus simulatis, quorum statutorum copia exhibe-
tur. Augustinus de anno 1554. uendidit prædium
Annibali, quod statim conduxit usque ad no-
uem annos ab eo sub annua pensione: deinde de
anno 1562. cum esset in tenuta dicti prædij, illud
uendidit Gulielmo, cui etiam actualem possessio-
nem tradidit. Quæritur, uter ex Annibale & Gu
lielmo potiora & meliora iura habeat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum generale quando recipit interpretationem à præcedente.*
2 *Sequentia debent potius restringi secūdum præcedentia quam quod eis derogare censeantur.*
3 *Statutum primum cùm procedit per modum regulæ censetur repetitum in posteriori.*
4 *Actus inualidus nullum potest producere effectum.*
5 *Statuta ità sunt interpretanda ne uideantur contraria.*
6 *Statutum correctorium uel saltem exorbitans à iure communi non debet extendi.*

IN proposita q. Ias. consil. 36. lib. pri-
mo respondit primam uenditio-
nem tanquam inualidam ex dispo
sitione posterioris statuti non com-
prehendi in priore statuto loquen
te de uenditione facta duobus: ideoque posterio
rem emptorem præferendum. Verùm ego credi-
derim statutum posterius generale recipere inter-
pretationem & restitutionem à statuto speciali
præcedente l. sed & posteriores de legib. per quem
Barth. ibi dixit, si adsit statutum quòd si factum
est furtum in ciuitate emendetur per custodes lo-
ci, & postea est factum statutum, quòd si fiat fur-
tum de nocte emendetur per omnes de ciuitate.
1 † Vltimum statutum generale recipere interpreta
tionem à præcedente, & Castren. ibidem scripsit
authen. offeratur C. de lit. contest. generaliter uo-
lentem conuentum debere satisdare de iudicio si-
sti, limitari per priorem specialem scilicet l. scien
dum quòd satisd. cog. nisi habeat immobilia, &
Barth. in l. quæsitum §. fin. num. 12. de fund. instr.
si duo sunt statuta unum quòd omnes comitaten-
ses de qualibet porta teneatur portare furmentū,
quod commune habet in illa porta aliud speciale
quòd comitatenses de castro fossati teneantur por-
tare furmentum, quod commune habeat in ca-
stro fossati seu porta solis, dixit Barth. illos de il-
la porta non teneri adiuuare ad portandum uigo-
re primi statuti, siue statutum speciale præcedat,
siue sequatur, & Bald. in l. executorem num. 23.
C. de execu. rei iud. dixit, si in ciuitate adsit statu-
tum quòd sententiæ pupillorum mandentur exe-
cutioni per priores tantùm, aliud quòd senten-
tiæ à centum libris supra mandentur executioni
per potestatem tantùm, & feratur sententia pro
pupillo in ducentum executionem fieri debere
per iudicem magis specialem, & sic per priorem
& Corn. consil. 290. lib. primo inquit si statuto ca
ueatur, quòd instrumenta publica habent execu
tionem paratam, & per consequens in eis prohi
beatur compromissum, & alio statuto caueatur
quòd causæ inter certas personas compromittan-
tur, secundum statutum uolens generaliter cau-
sas inter certas personas compromitti, limitatur
à præcedente speciali statuto, scilicet nisi in causis
instrumentorū publicorum, & Dec. consil. 222.
num. 6. uersic. ulterius & ex pluribus defendit sta
tutum magis speciale potius attendendum, & ab
eo restringi generale. Idem & latius facit Soc. Iun.
consil. 40. lib. 1. Ex quibus uidetur uerba illa po-
sterioris statuti & etiam qui contraherent cum
eis post dictos contractus esse restringenda ad eos,
qui facerent alios contractus quam emptionis il-
lius rei: quod alijs rationibus suaderi uidetur.
Primò quia aliàs statutum generale corrigeret præ
cedens speciale contra Barth. ubi supra, & sequen
2 tia † debent potius restringi secundum præceden
tia quam quod eis derogare censeantur l. quotiés
ubi gloss. C. fam. ercis. Secundò quia cum primùm
3 statutum † procedat per modum regulæ censetur
repetitum in posteriori, Barth. in l. ait prætor §.
eritque num. 2. ui bon. rapt. Alex. consil. 50. in fin.
lib. 2. Tertiò quia statutum posterius quatenus lo
quitur de his qui post contraxerunt debet intelli-
gi de contractu ualido l. non putauit §. non quæ-
uis ubi Barth. de bon. poss. contr. tab. l. filium §. si
quis contra ubi Barth. eo. tit. Verùm uenditio fa-
cta post primā est prorsus inualida ex dispositio-
ne præcedentis statuti de uenditione facta duo-
bus &c. Cumque prius statutum annullet ipso iu
re secundam uenditionem etiam quòd res non
sit tradita primo emptor posterius uerò statutum
annullet primum solùm in præiudicium aliorum
qui ante uel post contraherent, & sic prima uen
ditio sit ualida à principio & antequam aliquis
contrahat cum uenditore secunda uenditio quæ
statim est ipso iure nulla ex dispositione prioris
statuti non potest inualidare primam quæ ante
4 erat ualida, quia † actus inualidus nullum po-
test producere effectum, l. non dubium C. de le-
gib. c. non præstat impedimentum de reg. iur. in
6. & potius prima uenditio quæ à principio in to
tum ualuit debet secundam reddere inualidam,
quam secunda à princ. inualida reddere inualidā
præcedentem quæ ab initio ualuit, sicque argu-
mentum principale Ias. retorquetur contra eum.
Quartò uerba statuti expresse uolunt primū em-
ptorem debere defendi in possessione, licèt pos-
sessio non fuerit prius tradita per uenditorem: &
si uerbum tradita intelligatur indistinctè id est li-
cèt possessio nulli fuerit tradita res est clarè deci-
sa contra Ias. Quod si etiam restringatur idest licèt
possessio non fuerit tradita primo emptori tamen
quò ad eum apud quem reperitur possessio gene-
raliter & indistinctè est intelligendum, & sic si-
ue possessio est pœnes uenditorem siue penes se-
cundum emptorem, præter id quòd si quando
possessio est pœnes secundum emptorē defendi
debet in possessione primus emptor uigore primi
statuti multò magis defendi debet qū possessio
est

est pœnes uenditionem, quod si quando possessio est pœnes secundum emptorem non haberet locum dispositio primi statuti, sequeretur ut uel nullo casu haberet locum, uel necessariò haberet locum, quando possessio est pœnes uenditorem.

5 Quintò ea † semper capienda est interpretatio, ne statuta uideantur contraria §. quibus in prima const. Cod. Barth. in l. omnes populi num. 35. de iust. & iur. secundum autem Ias. sententiam posterius statutum corrigit præcedens statutum restringit & limitat posterius quod si diceretur attenta etiam Ias. sententiam posterius statutũ non corriget primum casu quo possessio non esset pœnes uenditorem, sed tradita secundo emptori replicatur primò statutum indistinctè loqui, Secundò si restringamus statutum primum ad casum, quo possessio sit tradita secundo emptori erit absurdum. Nam emptor esset melioris conditionis quando possessio non est ei tradita, sed est pœnes uenditorem quam si possessio esset ipsi tradita: nã primo casu uigore posterioris statuti ipse esset potior primo emptore: uerùm secundo casu uigore primi statuti primus emptor præferretur secundo, sed nec illud omittendum quod statutum expresse excipit casum, quò bona data sint in emphyteusim absque fraude, & declarat quando dicatur facta frau. unde eadem ratione non uidetur habere locum quando bona sunt locata uenditori absque fraude; imò cum per locationem ad modicum tempus non transferatur ius aliquo in conductorem longè magis non debet habere locum statutum in locatione quam in emphyteusi, & quanuis statutum procedat etiam quòd uendens constituerit se tenere nomine emptoris, tamen id longè diuersum est: nam constitutum appositum in instrumento uenditionis sumit uim à principali contractu, contractus autem locationis separatus à uenditione non potest dici quòd depen-

6 deat à contractu uenditionis, & † statutum cum sit correctorium, uel saltẽ exorbitans à iure communi non debet extendi.

CASVS. XXXIIII.

¶ Mater tutrix filij tutorio nomine uendidit fundum in forma communi, & eodem nomine obligauit bona propria. Filius factus pubes agit contra emptorem ad fundum quasi in uenditione seruatæ non sint solennitates iuris, emptor agit contra mulierem ut assumat litem, & defendat exhibetur copia instrumenti uenditionis: Quæritur, an iustè agat. Eadem mulier unà cum marito insolidum uendiderat fundum mariti cum pacto luendi intra certum tempus, lapso tempore filius hæres patris tanquam minor petit restitui aduersus lapsum temporis ad redimendum, emptor agit contra mulierem, ut assumat litem & defendat. Quæritur, an iustè agat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus uenditionis rei pupillaris non seruata solennitate iuris fit inualidus.*

2 *Actio ex empto non datur contra tutricem finita tutela.*

3 *Tutor tutorio nomine non potest alterius bona obligare quam pupilli.*

4 *Hypotheca potest constitui etiam pro aliena obligatione.*

CVm emptor agat actione ex empto ad assumptionem litis, malè agit, tum quia contractus † uenditionis rei pupillaris non seruata solennitate iuris fuit inualidus l. 1. de reb. cod. l. & si is C. de præd. min. tum quia huius-

2 modi actio † non datur contra tutricem finita tutela l. post mortem in prin. & §. primo l. tutor l. fi. quan. ex fa. tut. l. 1. quan. ex fa. mi. Neque ad rem facit quòd tutrix pro obseruatione cõtractus obligauerit rem propriam; etenim respondetur primò huiusmodi obligatio rei propriæ facta fuit tutorio nomine (Dicitur enim in instrumento antedicta tutrix dicto nomine &c.) & sic obligatio

3 uel fuit inualida cum tutor † tutorio nomine non possit obligare bona alterius quam pupulli: nam discreta sunt iura tutoris uti tutoris, & uti priuatæ personæ licèt ambo in eadem personam concurrant, ut de tutore eodemque legatario inquit text. in l. tutorem de his quib. ut indig. & quòd tutrix facere potuit id est proprio nomine obligare bona sua, id non fecit, & quod fecit id est obligare bona sua tutorio nomine non potuit, uel ubi obligatio bonorum fuisset ualida tamen cum sit facta non proprio sed tutorio nomine debet intelligi facta pro obseruatione eorum ad quæ ipsa tanquam tutrix & tutorio nomine tenebatur argumento eorum, quæ dixit Barth. in l. procurator, qui pro euictione de procur. Secundò respondetur ex huiusmodi obligatione non datur actio personalis, sed duntaxat hypothecaria d. l. & si is C. de præd. min. quæ non potest dici intentata, ut ex libello patet, & licèt hypotheca non possit constitui, nisi præcedente principali obligatione; tamen non requiritur quòd ille qui obligat bona, ipse sit principaliter obligatus, quia hypotheca

4 † potest constitui etiam pro aliena obligatione l. res hypotecæ §. fin. de pigno. Ideoque ex eo quòd quis obliget bona propria pro obseruatione uenditionis factæ à tutore uel ab ipso nomine tutorio non infertur ut etiam uoluerit proprio nomine uendere. Quo uerò ad uenditionem factam à muliere unà cum marito insolidum, mulier conueneri nullo iure potest: etenim filius tanquam patris hæres non agit, ut rescindatur contractus imò ut seruentur conuenta in eo secundum quæ ipse debet admitti ad redimendum l. 2. C. de pact. int. empt. &c. Et licèt petat restitui aduersus lapsum temporis, non tamen dicitur impugnare contractum: neque ob id agi potest de euictione l. cum minor in prin. rem rat. hab.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio facta per procuratorem est inualida.*

2 *Emancipatio facta inter absentes quid requirat.*

3 *Ratificatio nihil operatur ubi consensus certo tempore requiritur.*
4 *Ratificatio nihil operatur in ijs non dependent a libera disponentis facultate.*

CASVS XXXV.

1 Emancipatio de qua † agitur uidetur
inualida ex duobus. Primò quia
facta per procuratorem l. post mor
tem §. fi. de adopt. l.nec mulierem
C.de manumiss.uind. Bar. in l.Gal-
lus §.forsitan de lib.& posthu. num.1. uersi. leges
contrariæ loquuntur &c. comprobarunt Castren.
ibidem nu.2.Soc.nu.7.Ias.nu.7.& licèt possit fieri
emancipatio filio absente dummodo ratificetur
ab eo l.iubemus.C.de emancip.lib.non tamen idē
reperitur decisum in patre, imò contrarium sua-
det tex.in d.l.iubemus in illis uerbis a semet obla-
2 tis. Secundò ubi etiam inter † absentes potuisset
fieri emancipatio, tamen debuit necessariò præce-
dere rescriptum principis mandātis iudici, ut hu-
iusmodi emancipationem faceret d.l.iubemus, &
ibi no.Bal. & quod rescriptū in re p̄senti non præ-
cessit: & emancipatio inualida non potuit conua
lidari ex cursu temporis reg.l.q ab initio de re.iur.
neq; cōtrariū suadet tex.in d. l.post mortē in prin.
Is enim fundatur non super cursu temporis; sed
quia pater non potest uenire contra factum suum.
Non etiam dici potest emancipationem inualidā
per tacitam ratificationem reconualuisse: tum
quia nulla uidetur subesse tacita uel expressa rati-
ficatio emancipationis: tum quia ubi consensus
3 † certo tempore requiritur, ratificatio nihil ope-
ratur, Barthol.in l.qui habet.§.si pupillus num.3.
uersic. præterea de tutell. Bal.in l.fi.ad Macedo. &
4 † in his quæ non dependent à libera facultate di-
sponentis, ratificatio nihil operatur, Abb.in c.nō-
nulli §.sunt & alij nu.5.de rescript.Verùm consen
sus patris in emancipatione requiritur tempore
quo fit emācipatio,& q emancipatio fiat inter ab
sentes non pendet à libera facultate patris & filij
debet enim præcedere principis rescriptum, ut in
d.l.iubemus.

SVMMARIVM.

1 *Pactiones super hæreditate uiuentis irrita sunt.*
2 *Renuntiatio facta patri a filia de bonis matris adhuc uiuentis & absentis non ualet.*
3 *Coniunctus licet præsumetur scire iura sanguinis non tamen factum hominis sicut testamentum.*
4 *Ex scientia non præsumitur ille consentire cum factum est alicui periculosum.*
5 *Seruitus seruitutis sicuti non datur ita nec fictio fictionis.*
6 *Actio quando & cur non oritur ex pacto nudo donationis.*
7 *Tacitum quòd ex aliquo facto insurgit ad qualitatem facti restringitur.*
8 *Ius accrescendi non transit in emptorem hæreditatis neque in cessionarium.*
9 *Renunciationem factam contemplatione dotis licet masculi decedant non emanescere an uerum sit.*

CASVS XXXVI.

1 Pactiones † quascunq; super hæredi
tate uiuentis absq; eius consensu
irritas esse constituit imperator in
l.fi.C.de pact.& quamuis pactum
à filia patri factū, ut dote contenta
nullū ad bona paterna regressum habeat, firmetur
2 iure c.quāuis de pact.in 6. Tū renuntiationē † fa-
ctā a filia patri de bonis & hæreditate matris uiuē-
tis absente matre iure non conualidari decidunt
Gem.in d.c.quamuis uers.sed pone, q filia, Anch.&
Imol.ibidem comprobarunt plurimi, quos refert
& sequitur Dec.in l.pactū qđ dotali nu.9. in 6. li-
mit.C.de colla.Idemq; de filia, quæ in manib. fra-
tris renuntiauit hæreditati patris uiuentis scripse-
runt Alex.in l.stip.hoc modo cōcepta num.12.Ias.
nu.12.de uer.obl. ubi alios referunt. Etenim licèt
quò ad filiam dici possit pactū de nō succedēdo, tū
quo ad eū cui renuntiatio dr̄ pactū de succedendo
ut docet Ias.d.l.stip. Neq; obstat si diceretur hmōi
renuntiationem ualere ēt in uim cessionis ubi ma
ter cōsensit, & in cōsensu p̄seuerauit d.l.fi.& matrē
tanq̄ coniunctam personā p̄sumi habuisse scientiā
renuntiationis factæ a filia, illiq; tacitè cōsensisse,
& ob tacitū matris cōsensum ēt post secutā renun-
tiationē ualuisse, Dec.consi.31.nu.4.Etenim respō
3 detur primò licèt coniunctus † p̄sumatur scire iura
sanguinis, & processum naturæ successiuū l.de tu-
tella C.de in integ.rest.l.octaui un.cog.non tamen
præsumitur scire factū hoīs ut testm̄, & hmōi re-
nuntiationes Bal.in l.qm̄.C.de iu.delib.maximè fa
cta q̄ solēt fieri secretò, Bal.in l.1.circa fi.C.de coll.
detegen. & facta momentanea argumento eorū q̄
scripsit Abb. in c.cū causam nu.19.in c.constitutus
nu.3.de testib.Scdò respōdetur, q & si matris sciē
tia præsumi posset, non tamen ob illā inferri posset
cōsensus matris: tū q̄a cum in renūtiatione de qua
agitur, non ageretur de aliquo matris commodo:
4 imò cum † pactum illud sit matri periculosum ut
inquit Bal.in d.l.fi.nu.1. ex scientia non præsumi-
tur consensus Barth. in l.quo enim rem rat. habe.
& sic cessat ratio propter quam Dec.in casu suo as
seruit ex scientia præsumi consensum: tum quia
cum non appareat matrem fuisse præsentem, &
mater non posset compelli consentire renuntiatio
ni ex scientia non potest præsumi consensus, Bart.
in l.quæ dotis nu.19.sol. matr. tum quia ex scien-
tia præsumpta non potest inferri ad aliud præsum-
5 ptum, nam sicuti † seruitus seruitutis non datur
l.1.de usufr.leg.& fictio fictionis non datur, Bald.
in tract.de pact. num.81. & una fictio non recipit
aliam Cyn.& Bald.in l.si nondum.C.de fur.Ita ne-
que præsumptio debet recipere aliam præsumptio
nem, neque præsumptus consensus ex præsumpta
scientia dari debet, & uidetur casus in l. prima. C.
de do. promiss.ubi quamuis dos incerta solenniter
promissa peti possit, quasi præsumatur promissa
secundū dignitatē & facultates p̄sonarū l.cum post
§.gener de iur.dot.aliud tamē est ubi stipulatio do
tis est præsumpta, tunc enim non admittitur alia
præsumptio, ut.s.dotis incertæ promissio fuerit fa
cta secundū dignitatem & facultates, & adhoc cō-

uenit quod scripsit Bar. in l. ius gentium §. quinimo nu. 20. in l. si Titium in prin. de pact. dispositionem legis. si quis argentum C. de donat. s. ex † pacto nudo donationis oriri actionem non procedere in donatione præsumpta, quia duæ improprietates simul cõcurrent, ꝙ donatio p̃sumeretur, & ꝙ pactũ nudum pareret actioné. Tertiò r̃ndetur ꝙ tex. in l. fin. C. de pact. requirit expressum consensum eius, de cuius bonis agitur ibi sciente & iubente &c. Ideoq; ubi etiam constaret de scientia matris & tacito consensu, tamen is non sufficeret, sed necessarius esset expressus cõsensus quicquid dixerit Dec. in d. consi. 31. qui loquitur ꝯ tex. in d. l. fi. Quartò r̃ndetur ꝙ ubi ẽt præsumi posset scientia, & tacitus matris consensus, isq; tacitus cõsensus sufficeret, tñ intelligeretur rebus sic stantib. l. ꝙ seruius de cond. ob causa. & sic modo superuiueret filius masculus, quem mater tpe renuntiationis ex eodem uiro habebat. Vnde defuncto uiua matre filio masculo præsumptus ille consensus ex p̃sumpta matris uoluntate cessat, Primò quia non est p̃sumendum matrem uoluisse p̃ferre alienam sobolem filiabus suis l. cum acutissimi. C. de fideicom. & unam p̃sumptio tollit aliã l. diuus de
7 restit. in integ. Secundò quia † tacitam quod ex aliquo facto insurgit ad qualitatem facti restringitur Dec. in c. dilecti nu. 2. uersi. notandum de appel. & uoluntas tacita nõ ita latè interpretanda sicut expressa Ias. in l. cũ quid nu. 8. si cert. per. & si renuntiatio filiæ potuit conualidari ex tacito consensu matris post subsecuto potuit ẽt tacitus ille consensus ex p̃sumpta matris uoluntate reuocari l. ab emptore de pact. & eo magis quia præsumptio, per q̃ allegatur reuocatio consensus est præsumptio legis, s. d. l. cum acutissimi quin renũtiatio in re præsenti ubi ẽt fuisset à principio ualida, intelligitur facta cõtẽplatione fratris masculi, qui tũc supererat: ideoq; fratre ante matrem defuncto filia quæ renuntiauit succedit non obstante renuntiatione Bal. in d. l. pactum ꝙ dotali in 4. q. Castr. nu. 6. Dec. nu. 6. in 5. limit. & alij plures quos refert Dec. cõs. 433. nu. 1. Neq; ẽt obstat ꝙ pater stipulatus sit renuntiationem pro se & hæredibus, nam si præsupponamus renunciationem absq; matris consensu fuisse inualidam, clarum est ꝙ si per eam non potuit quæri ius aliquod patri, multominus potuit q̃ri eius hæredibus l. nemo plus iuris de regu. iur. Non obstat quæ dixit Soc. consi. 34. lib. 4. num. 5. Primò quia loquitur Soc. in renunciatione hæreditatis matris defunctæ quæ à principio fuit ualida, & Soc. non fundat se ex eo ꝙ pater fuerit stipulatus pro hæredibus. Secundò quia malè uidetur sensisse Soc. etenim cum pater esset expresè stipulatus pro filijs masculis non potest negari quin renunciatio fuerit facta fauore masculorum:
8 cumque ius † accrescendi secundum communem opini. non transeat in emptorem hæreditatis, & sic neque in cessionarium Iaso. post alios per eum relatos in l. te conuicti num. 126. de leg. 3. portio hæreditatis maternæ quæ spectabat filijs masculis qui decesserunt hæreditate matris non adita, spectare debuit filiæ hæredi, licet partem suã cessisset non aũt patri singulari successori filiæ in portione hæreditatis maternæ. Quod si præsupponamus renunciationem fuisse ualidam, ut quia mater præsens fuerit, & expresè consenserint, si uera est doctorum cõis conclusio ꝙ scilicet renunciatio præsumitur facta contemplatione masculorum, & in ea intelligatur conditio illa rebus sic stantibus, id procedit siue pater fuerit stipulatus simpliciter siue pro se, & hæredib. ideoq; utroq; casu idem iuris esse censendum, Et insuper dictio illa & pro hæredib. quæ tacitè fuerat l. si pactum de probat. l. ueteris. C. de com. stip. expressa nõ debet quicq̃ operari l. 3. de leg. 1. uel saltem nõ dẽt tollere præsumptionem d. l. cum acutissimi: neq; tacitã conditionẽ, s. reb. sic stantibus à lege subintellectam in oĩbus dispositionib. Ad id aũt quod
9 ultimo loco dr̃, s. renunciationem † factam fuisse contẽplatione dotis, ideoq; non euanescere licèt masculi decedant, ut asseruit Soc. d. consi. 34. nu. 5. uersic. secundo & c. Sequitur Parr. consi. 26. nu. 45. lib. 3. R̃ndetur primo ꝙ Soc. dictũ suum nec lege nec ratione probat, imò si consideremus leges oẽs de hac materia loquentes præsupponunt renũciationẽ factam à filia ob dotem illi datã l. pactũ dotali. C. de colla. d. c. q̃uis, & Doct. dum uolunt renunciationem eualescere defunctis masculis loquuntur in terminis d. l. pactũ dotali & d. c. q̃uis & sic in casibus quib. filia renunciauit ob dotem acceptam, Itẽ p̃sumptio d. l. cũ acutissimi, & tacita conditio subintellecta à lege, s. rebus sic stantibus militat ẽt in casu quo in instro dr̃ filiam renunciare ob dotem &c. Soc. quoq; loquitur in renunciatione ualida, nõ aũt ubi renunciatio hr̃ditatis maternæ tãquam facta absq; matris consensu fuisset inualida. Etenim ex inualida renunciatione, nec patri nec hæredibus potuit ius aliquod acquiri.

CASVS XXXVII.

¶Qñ post ꝯctum ualor monetarũ reperitur immutatus, restitutionẽ esse fiendam s̃m ualorẽ tpis contractus, non aũt restitutionis aut solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Solutio secundum extimationem temporis contractus fieri debet mutato ualore monetæ.*
2 *Debitor pecuniæ certi generis si uult ante moram restituere idem genus pecuniæ liberatur.*
3 *Solutio fieri debet secundũ tempus cõtractus q̃n quis tenetur ad certã quantitatem pecuniæ simpliciter.*
4 *Mutatio ualoris ubi causatur ob deteriorationẽ monete solui dẽt uel antiqua moneta uel eius exstima.*
5 *Bonitas intrinseca pecuniæ cõsistit in usu, & ualore.*

1 SVaderi ur̃ per tex. in c. olim de cẽsib. ubi muta. † ualore monetæ, dẽt fieri solutio, s̃m extimationẽ tpis contractus, & no. gl. fi. ibi, & Abb. n. 4. Idem suadet tex. in c. cũ Can. eo. tit. ubi pẽsio dẽt solui ĩ pecunia, q̃ currebat tpe ꝯctus, uel eius æsti. & Abb. ibi no. satisfac. esse debito s̃m monetã curr. tpe ꝯcti debiti, etsi illa nõ est ĩ usu, solui dẽre æstima. Idem suadet tex. in c. ꝯquerente de offi. ord. in l. quotiẽs C. de susc. & Anc. lib. 10. Quã sñiam tenuere Spec. in tit. de obl. & solut. §. nunc aliqua in fi. glo. in c. cõquerente de offi. ord. quam

sequitur

sequitur Bal.ibi nu.5.Hostien.in sum.de cens.nu.
8.Cyn.in l.in minorum.nu.15.C.in quib.caus.in
integr.rest.&c.Abba.in c.quanto nu.12.de iure-
iur.Ant.de But.Ancha.Imol. & Card. quos refert
& sequitur Cur.Sen.in tract. de monet.num. 14.
ubi inquit id communiter teneri, idem Bald.in l.
illud nu.13.C.de sacrosan.eccle.in l. acceptan.nu.
75.C.de usur.in l.si duobus nume.4. C.comm.de
leg.ubi constituit dominam, an pœcunia debea-
tur ex dispositione legis, an uerò ex contractu.
Idem Bald.in consi 499.& consi. 500.libr.primo.
Rom.consi.123.incip.circa primum, uersi.5.&c.
& uersi.non obstant iura Oldradi &c. Barba.con-
sil.19.lib.4.& Io.Petr.Ferr.in forma libelli actio-
nis Hipoth.in uersicu.relaxandum iure pignoris,
uult si inuenitur de pecunia antiqua illam esse sol
uendam secundum ualorem temporis cōtractus;
& Guid. Pap. decisi. 449. concludit solutionem
fiendam in moneta currenti tempore cōtractus,
uel si fiat de moneta currenti tempore solutionis,
fiendam ad ualorem monetę currentis tempore
contractus. Eandem sententiam communem as-
serit Io.Reg.doctor Gallus in suo tracta. de mone.
& in terminis propositæ q.similibus Afflic.decis.
194.qui in casu quo dos fuerat data mille cētum
florenorum, tempore quo ducatus ualebat duos
florenos, & tempore restitutionis ducatus uale-
bat tres florenos, inquit decisum fuisse per col-
legium Neapolitanum, quòd deberet dos restitui
secundum ualorem temporis contractus, & Soc.
consi.6.libr.primo, latè defendit uariato tempo-
re monetæ in contractibus, tempus contractus in
ultimis uoluntatibus tempus testamenti, uel mor
tis inspiciendum: & Laur.Calca.consi.15.nu.46.
usq; ad fin.latissimò tuetur inspiciendum ualo-
rem temporis contractus, & in casu retrouendi-
tionis, quæ fit in executione pacti inspiciendum
esse tempus contractus, & ualorem eius tempo-
ris, tradit Cagnol.in l.2.num.210.secundum ulti-
mam lect.C.de pac.inter empt.&c.quia m̄ pleriq;
non mediocris auctoritatis censuere tempus solu
tionis inspiciendum, & secundum ualorem eius
temporis solutionem fiendam. Ad tollendas diffi
2 cultas considerandum uidetur, q̄ si quis † sit de-
bitor pœcuniæ certi generis, uult ante moram re-
stituere idem genus pœcuniarum, & idem in bo-
nitate & pondere ut si sit debitor mille scutorum
auri, & tūc siue actus siue diminutus sit ualor scu
ti dando mille scutos auri eiusdem ligæ & ponde
ris (& si Bal.in d.l.si duobus, & Recentiores qui-
dam in d.l.cum quid secus senserint) uidetur, q̄
liberetur: & in his terminis loquitur Bart. in l.cū
certum de aur.& arg.leg.in l. res in dotem de iur.
dot.Bal.in d.l.cum quid colu.2.uersi.extra gl. &c.
Cast.nu.6.Soc.in fin.in 3.& 4.conclusi.Aret.cōsi.
84.in princ.Boer.decisi.327.hoc enim casu credi-
tur non uidetur posse prætendere damnum. Ete-
nim si scuti pœnes creditorem remansissent, non
plus haberet quàm mille scutos, & Doct.ferè om
nes qui uolunt attēdi tempus solutionis, loquun
tur in casu quò debita erat certa species pœcuniæ;
3 aliquando uerò † quis tenetur non ad certum ge
nus pœcuniæ, sed ad certam quantitatem pœ-
cuniæ simpliciter ut ad mille libras. Qua in re
uiginti solidi præsentis pœcuniæ ita faciunt unam
libram, sicuti uiginti solidi temporis præteriti,
& quæuis species monetæ apta est ad efficien-
dum libr. & tunc pœcunia uidetur omnino sol-
uenda secundum tempus contractus, ut tradunt
Deci.in l.cum quid numero 56.Cur.Iunio. nume
ro 22. Purpur. numero 169. Afflict.d. decis. 194.
Idem sentit Bald. in dicto cap.quanto numero.8.
dum uult in q. pet eum proposita Titium posse
soluere grossos secundum ualorem ueterem sci-
licet temporis contractus si non processit mo-
ra, & rationē, quas Doctores præallegati addu-
cunt propositæ quæst. optimè conueniunt, quas
non refero, quia uideri possunt, quæ sententiā
in re præsenti uerissima uidetur: nam si Alber-
tus soluendo libras duas mille, daret monetam
secundum ualorem præsentem, sequeretur quòd
uel daret monetam detèriorem in bonitate intrin
seca, quia pœcuniæ, quæ nunc expenduntur mi-
nutæ, non sunt eiusdem bonitatis, cuius erant
pœcuniæ, quæ tempore contractus eodem pretio
expendebantur, uel daret monetam numero pau-
ciorem, scilicet pauciores scutos uel reales: qui-
bus casibus omnes fateri uidentur attendendum
tempus contractus, ut uidetur text.in d.c.olim de
censib. & quamuis nonnulli etiam casu quo de-
bitum est in lib.aliter senserint; Aret.consi.11.&
consi.84.in fin.Curt.Iun. consi.24. tamen eorum
sententiam non uidetur lege probari, & Cur.in d.
consi. paulò infra transit ad aliud fundamentum,
quod non conuenit rei præsenti, & legendo ubi
non habebat maius premium tenendo opinio-
nem quàm alteram, asseruit contrarium: Et licèt
Bart.in l.Paulus nu.8.dicat, q̄ si debes mihi cen-
tum libras pecuniæ minutæ, quòd pœcunia mu-
tata non dicitur deteriorata respectu æstimatio-
nis suæ, tamen moneta minuta potest dici, imò
nunc est mutata respectu bonitatis intrinsecæ,
quia quadrantes sextini solidi, & id genus sunt
nunc deterioris ligæ, quàm essent tempore, quo
scutus ualebat lib.quinque & solidos decem; pro
pter quam deteriorationem causa fuit mutatio
ualoris scuti & similium, & omnes fatētur, quòd
4 ubi mutatio † ualoris causatur ob deteriorationem
nem monetæ solui debere uel antiquam mone-
tam, uel eius æstimationem Bar.in d.l.Paulus, &
in d.l.cum quid num.17.ubi Soc.nu.40. Dec.nu.
56.Abb.in c.quanto num.12.de iureiur.uersi.ue-
nio ad secundum, Soc. consi. 298. Quòd si uera
est eorum sententia, qui asseruerunt bonitatem
5 † intrinsecam pœcuniæ consistere in usu & ualo-
re Abba. in c. quanto de iureiur. Dec.in d.l.cum
quid nu.56. Cur.Iun.numero.23. Afflict.d.decis.
194.res esset indubitata; attendendum esse tem-
pus contractus quasi pœcunia esset deteriorata in
bonitate intrinseca secundum omnes.

CASVS XXXVIII.

¶An statutum Placentiæ, q̄ quicūq; pubes con
fitens se maiorem 25.annis in iudicio, uel extra,
habeat pro maiore, cōprehendat Placen.cōfitentē se

maiorem extra territorium Placentinum. An minor poſſit per procuratorem iurare uel confiteri ſe maiorem uigintiquinque annis, maximè in inſtrumento, quo conſtituit procuratorem. An iuramentum legitimet perſonam minoris ad iudicia maximè parte nolente minorem admittere. An in iudiciis quibus proceditur ſine figura iudicij minor habeat legitimam perſonam. Procurator uigore mandati exhibiti facti à minore 25. annis abſque curatore non uidetur admittendus inuito aduerſario ad agendum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium agitatum cum minore etiam non habente curatorem non ualet.*

2 *Sententia contra procuratorem minoris non legitimè conſtitutum non ualet.*

3 *Statutum dicitur conualidare actum non autem habilitare perſonam.*

4 *Statutum Placentinum circa minores confitentes ſe eſſe maiores quomodo intelligatur, & nu. 16.*

5 *Statutum non operatur extra territorium, & nu. 6. 11. & 21.*

7 *Actus uoluntariæ iuriſdictionis conceſſi ab inferiori principe non exercentur extra territoriũ, et nu. 10.*

8 *Differentia magna eſt inter ſtatutum permiſſiuum et prohibitorium. nu. 12.*

9 *Statutũ non põt legitimare perſonã non ſubditã. n. 13.*

14 *Statutum prohibitorium quando irritat actus factos a ſubdito extra territorium.*

15 *A ſtatuto prohibitorio ſi liceret arguere ad permiſſiuum qualiter argueretur.*

17 *A ſtatuto prohibitorio ad permiſſiuum non licet argumentari.*

19 *Contractus & delicta æquiparantur.*

20 *Statutum epiſcopi excommunicans fures non comprehendit ſubditos qui furantur extra territoriũ.*

22 *Mandatum ut ſit ualidum quid attendatur.*

23 *Contractus ut ſubiiciatur legibus attenditur locus ubi uerba obligatoria proferuntur.*

24 *Gabella ubi ſolui debeat ſi de contractu ſoluatur.*

25 *Minor non põt aliquo iuramento repreſentari maior.*

26 *Quis poteſt per alium, ꝙ poteſt per ſe ipſum.*

27 *Vbi de aliquo diſputatur cætera præſupponuntur habilia.*

28 *Actio non oritur ex mandato minoris.*

29 *Dominus obligatur ex contractu procuratoris propter mandatum.*

30 *In mandato ad aliquem actum requiritur eadem ſolennitas quæ & in ipſo actu requiritur.*

31 *Iudicium ut ualidetur ſufficit ꝙ minor iuret in iudicio uel conſtituat procuratorem cum iuramento & num. 32.*

33 *Iuramentum quando ualeat.*

34 *Iuramentum non exigitur ab inuito.*

35 *Iuramentum quando legitimat perſonam minoris.*

36 *Iudex non poteſt ſupplere ætatem minoris & quis poſſit hoc facere.*

37 *Actus iuriſdictionales non poſſunt exerceri niſi circa perſonam ſubditam.*

38 *Paria ſunt non facere & inutiliter facere.*

39 *Authoritas curatoris non eſt de ſolennitate, ſed de ſubſtantia iudicij. & nu. 41.*

40 *Filius non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris licèt ſint remiſſæ ſolennitates iuris.*

42 *In iudicio quantumcunque ſummario perſona debet plenè legitimari.*

1 NAm & iudicium † agitatum cum
minore etiam non habente curatorem non ualet, glo. in l. cum minores C. ſi aduer. rem iudic. Caſtrenſ. in l. ſi curatorem habens C. de in
2 integ. reſt. &c. & ſententia † contra procuratorem
minoris non legitimè conſtitutum non ualet, l. nõ
ideo minus. C. de procur. & procurator cõſtitutus
à minore abſq; authoritate curatoris non dicitur
legitimè cõſtitutus l. neq;. C. de procur. Neq; ſuſtineri põt mandatum ex eo, ꝙ conſtituens cõfeſſus
fuerit ſe maiorem 25. annis, & ſic perinde ſit ac ſi
mandatum factum fuiſſet à maiore ſtante ſtatuto
Placentiæ in li. 3. in ti. de pubere confiten. ſe maiorem. Etenim huiuſmodi confeſſio facta à minore
extra territorium Placentinum, non facit, ut mandatum, aut alij contractus ualeant; Iaſ. conſi. 48. li.
3 1. Motus ex eo, ꝙ ſtatutum † dicatur conualidare
actum, non aũt habilitare perſonam, quæ ratio Iaſonis uidetur uera: etenim cum ſtatutum non uelit
puberes confitentes ſe maiores haberi pro maioribus indiſtinctè, ſed duntaxat in contractu, uel in iudicio, in quo fuerint confeſſi non uidetur factum
ad habitandum perſonam, ſed ad cõualidandum;
uel ut dixit Iaſ. confeſſionem minorum, quæ de iure communi poterat infringi in nõnullis caſibus,
ut in ti. C. ſi min. ſe maio. dix. uel quod uerius uideatur contractus ac iudicia minorum, quæ de iure
communi uel erant inualida ut iudicia, glo. l. cum
& minores. C. ſi aduer. rem iudic. uel ſaltem reſcindi poterant remedio reſtitutionis in integrũ,
ut contractus, & ſic uidetur permittere confeſſiones contractus & iudicia puberum abſque cura-
4 toris auctoritate aliàs à iure requiſita. Vnde † ſiue ſtatutum dicatur permittere id, quod non cõpetit niſi ſpecialiter concedatur actus permiſſus,
non poteſt exerceri extra territorium, Bar. in l. cunctos populos in ſeptima quæſtione num. 55. Siue
dicatur permittere id quod alias erat conceſſum
de iure communi, ſcilicet confiteri ſe maiorem
aut contrahere uel ſtare in iudicio, ſed tollere
obſtaculum ſolennitatis requiſitæ in contractibus & iudiciis minorum, ſcilicet curatoris auctoritatem non extenditur ad actum factum extra
territorium; licèt actus factus in territorio habeat
uires etiam extra territorium, Barthol. ubi ſupra num. 36. uerſic. quandoque ſtatuta ſunt permiſſiua, permittendo id quod &c. Et adhoc conuenit quod ſcripſit Angel. conſil. 233. num. ſecundo, qui in caſu quo aderat ſtatutum, quòd teſtamentum ualeret coram tribus teſtibus maſculis,
5 reſpondit ſtatutum † non operari ualiditatem
teſtamenti facti extra territorium, neque facti in
loco exempto territorij. Sed & ſi ſtatutum diceretur habilitare perſonam puberis, idem uidetur dicendum: nam ſtatutum dicitur permiſſiuum, unde & ſi diceretur legitimare perſonam minoris ad actum, & tollere obſtacu-

lum

lium qualitatis personæ; tamen actus non potest uirtute statuti fieri extra territorium, Barth. ubi supra num.39.& 40.uersic.interdum uerò reperiuntur &c.qui proponit exemplum in statuto permittentē filiusfamiliàs testari, uel spurium in stitui, & uult spurium non posse extra territorium institui, & hæreditatem adire. Quæ omnia cōprobant ibidem Salyc.nu.11.Sign.de Homod.
6 num.24.imò institutio † facta in territorio non extendit uires ad bona sita extra territorium, Bar. ubi supra num.41.& rationes assignat in uersic. Respondeo ad contrarium &c.Bald.num.14.& is & Salyc.in d.l.num.11.uersic.si uerò est promissiuum prohibiti &c.tradit si adsit statutum,quòd filiusfamiliàs possit testari, uel incapax institui: si quis testetur extra territorium, nihil agit, & institutus nihil capit; allegat duas rationes, quia statutum non habet uires disponendi de gestis ex
7 tra territoriū; & quia † actus uoluntariæ iurisdictionis concessæ ab inferior principe non possunt exerceri extra territorium, idem tradit Sign.de Homod.in d.l.cunctos num.24.Neque in contrarium facit id, quod dixit Barth.in d.l.cunctos nu. 32.uersic.aut statutum est prohibitorium in personam, nam Barth.loquitur in statuto prohibitiuo, & in facto in fauorem mulieris prohibitæ. Statutum autem de quo agitur, non est prohibi-
8 torium, sed permissiuum; † inter quæ est magna differentia, ut infra dicetur. Item non est factum in fauorem minorum, sed in odium; cum auferat eis beneficium restitutionis in integrum, Castr.in l.momentaneæ C.qui leg.person.Ang.in l.1. c.si de momen.poss. & sic restringendum, ut de statuto quòd maior decem octo annis habeatur pro maiore uigintiquinque annis, tradit Signor. consil.161.In fin.Non etiam in contrarium facit id, quod scripsit Barth.in d.l.num.26.scilicet statutum, quòd filiusfamiliàs possit testari, non legitimare personam forensis: Etenim respondetur, Bartholum loqui solùm de persona forensis, scilicet an legitimetur per statutum; de subdito autem an legitimetur ad actum extra territorium Barth.ibi nihil dicit, sed de hoc loquitur nu.39. 40.& 41.Salyc.& Homod.ubi supra: & omni in casu loquitur Barth.in casu, quo statutum simpliciter promittit, uel simpliciter prohibet; & non procedunt tradita per Barth.si statutum permittat uel prohibeat non simpliciter; sed si seruetur, uel non seruetur certa solennitas, Aret.cōsi. 73.& infra dicetur,& dicta per Barth.d.num.26. probant statutum legitimans seu habilitans personam non extendi ad subditum facientem extra
9 territorium. Siquidem sicuti statutum † non potest legitimare personam non subditam l.1.in fin. de tut.& curat.da.&c. Ita eam non uidetur posse legitimare subditum in loco uon subdito arguendo de personis ad locum l.1.§.Offilius iuncta l.2. §.eadem, §.fin.ne quis eum &c.Ias.in l.qui Romæ §.cohæredes num.25.de uerb.oblig.Idque probat text.in d.l.cum unus §.penult.de bon.aucto.iud. possid.Neque obstat id, quod scripsit Bald.in d. l.cunctos num.13.uersic.sed hic quæro &c.Nam respondetur primò, Baldum non firmare illam opinionem, scilicet quòd statutum habilitans, ut quòd filius familiàs possit testari, comprehendat subditum extra territorium testantem: nam Bal. arguit à statuto prohibitiuo per hæc uerba, sicut enim statutum potest infringere personā ubique ut infra dicam, ita &c.& Paulò infra in uersic.ad uertatis istud omnino non est &c.non uoluit firmare, quòd statutum inhabilitans dicatur inhabilitare subditum extra territorium. ¶ Secundò contra Baldum in terminis statuti, quòd filiusfamiliàs possit testari, decidunt Barth.in d.l.num. 39.Salyc.nu.11. Sign. de Homod.uum.24.secundum ultimam impressionem, pro qua Barth.Salyc.& signo.sententia urgere uidetur text.in l.2. de offic.proconf. Nam si ille, † qui habet iurisdi
10 ctionem ab inferiori, non potest exercere uoluntariam iurisdictionem extra territorium concedentis, Barth.in d.l.2.Ita & is, cui à statuto conceditur aliquid posse facere contra uel præter ius,non debet id posse facere extra territorium statuentis, & sicuti facultas data creditori à iudice intrandi possessionem bonorom debitoris non extenditur extra territoriū iudicis l.cum unus §.pen.de bon. auctor.iud.possid.Ita & permissio siue facultas data à statuto non debet extendi extra territorium statuentium; & quæ sententia ultra rationes per prædictos relatas, uidetur confirmari ex his, quæ scripserunt Barth.num.39.Bald.num.14.& 15.in d.l.cunctos, dum probare nituntur stante statuto quòd spurius possit.institui, uel filiusfamil. testari, si spurius in territorio instituat, uel filiusfami. testetur huiusmodi institutionem; & testa-
11 mentum non ualere † quò ad bona sita extra territorium ex qua decisione infertur, quòd sicuti actus à subdito uirtute statuti, factus in territorio non ualet quò ad bona subditi sita extra territorium; ita & actus subditi extra territoriū non debet ualere ēt quò ad bona sita in territorio. Et insuper rationes, quibus mouetur Baldus, scilicet statuenses non habere potestatē extra territorium, & permissionē statuti esse coartatam intra territoriū statuentiū, & ubi agitur de iure nouiter inducendo, statutū non operari ultra limites sui territorij; suadēt ꝙ statutū habilitās nō habilitet subditum extra territoriū.Neq; argumētatio Baldi à statuto prohibitiuo ad statutū permissiuum uidetur uera cum Barth.& ipsemet Bald.Salyc.& Homod.unum ab altero distinguant, & diuersas doctrinas in utroque, tradant, & ratio differen-
12 tiæ † manifesta uidetur: nam quando statutorum prohibet dispositio statim suum consumit effectum, personam afficit etiam antequam aliquid faciat; sed quando statutorum permittit dispositi non,conosumit effectum antequam perueniatur ad actum permissiuum: unde si ad illum perueniatur extra territorium statuentium, non potest actus assumere uires à statuto, ut uidetur casus in dicta l.cum unus §.penult.& hanc doctrinam, an dispositio statim consumat effectum an non; & secundo casu attendi debere tempus & locum, actus probat text. in l.ex ea, §.primo de Castren. peculio, & quamuis Bartho. in dicta lege cunctos, numero uigintisex,

 & 27.

& 27. æquiparet ſtatutum prohibitiuum & promiſſiuum in perſonam; & in neutro eorum uelit compræhendi forenſes, tamen caſus eſt diuerſus, & eadem ratio militat in ſtatuto prohibitiuo quòad comprehendendum forenſes, quæ & in
13 promiſſiuo, nam ſtatutum † non etiam poteſt habilitare perſonam non ſubditam l. 1. de tut. & cur. da. &c. in fi. Et in his terminis, an ſcilicet in ſtatuto comprehendantur forenſes, loquitur Bal. d. num. 13. uerſic. hoc idem dico ſi mixtim &c.

¶ Tertiò præſuppoſita opinio Bald. pro uera, ipſe mouetur ea ratione, quia eſt fauorabile filiofamiliàs, ut poſſit teſtari, & in alio ſtatuto quàm in fauorabili non poteſt procedere argumentatio
14 & dictum Baldi. Nam ſtatutum † prohibitorium in perſonam ſiue inhabilitans, à quo Bald. argumentatur ita demū irritat actus factos à ſubdito extra territorium, ſi ſtatutum factum ſit fauore perſonæ prohibitæ, Barth. in d. l. cunctos num. 32. Salyc. num. 11. Homod. num. 19. Vnde & ſi à
15 ſtatuto † prohibitiuo ad promiſſium liceret argumentari ſtatutum permiſſiuum, ſeu legitimās perſonam, ita demùm debet legitimare ad actus extra territorium, ſi ſtatutum factum ſit fauore perſonæ, quæ habilitatur ſeu legitimatur &c. Et ſicuti Barth. in d. l. cunctos num. 32. uerſic. aut ſtatutum eſt prohibitiuum in perſonam, conſiderat fauorem & odium reſpectu perſonæ prohibitæ, ſolùm ut patet ab exemplis per eum relatis: ita & fauor odium debet conſiderari reſpectu perſonæ quæ legitimatur, & non aliter. ¶ Quartò & ſi argumentari liceret à ſtatuto prohibitorio, ſiue inhabilitante ad ſtatutum permiſſiuum ſiue habilitans, & ſtatutum de quo agitur, eſſet fauorabile; tamen ſtatutum inhabilitans ita demùm inhabilitat ſubditum extra territorium, quando ſimpliciter id eſt ſine aliqua conditione aut qualitate prohibet, aut inhabilitat perſonam, ut ſi dicat mulierem non poſſe legare marito. In quibus terminis loquitur Barth. in d. l. cunctos num. 31. Salyc. num. 11. Homod. num. 19. & ipſemet Bald. ſecus autem ſi prohibeat uel inhabilitet, ſi non ſeruetur certa ſolennitas, ut quòd filiusfamiliàs uel mulier non poſſint obligare ſe ſine conſenſu patris, aut conſanguineorum: tunc enim ſtatutum non extenditur extra territorium, quia prohibendo perſonam non ſimpliciter, ſed ſi non ſeruet certam ſolennitatem, ut in exemplis prædictis, ſtatutum dicitur non tam prohibere perſonam contrahere, quàm dare formam, & apponere ſolennitatem contractibus mulierum & filiorum familiàs, ut optimè oſtendit Aret. conſil. 54. col. 2. uerſic. tertia ratio, conſil. 73. num. 5. uerſic. his ergo præmiſſis, & num. 6. 7. & 8. cōprobat Ruy. conſil. 53. num. 13. & 14. Idem ſcripſit Corn. cōſi. 241. num. 4. lib. 2. Soc. conſil. 230. col. prima, idem uidetur ſenſiſſe Bald. in d. l. cunctos, qui Paulò ante num. 12. uerſic. ſed ut clarius diſtinguit inter ſimplicem habilitationem, uel inhabilitationem & eam, quæ fit ſeruata uel ceſſante certa forma &c. & num. 13. uerſic. ſed hic quæro, loquitur de ſimplici habilitatione; De illa uerò, quæ habet annexam formam ſiue ſolennitatem, loquitur num. 20. & uult inſpici debere locum contractus
16 Vnde & ſtatutum † Placentinum legitimans perſonam ad actum non ſimpliciter, ſed cum aliqua conditione, aut qualitate, ſcilicet ſi confiteatur ſe maiorem uigintiquinque annis, non cenſetur habilitare perſonam ſubditi extra territorium. Et prædictis uidetur non obſtare quæ ſcripſit idem Ruyn. conſil. 160. lib. 4. Parr. conſil. 99. num. 54. lib. 1. tum quia non ſunt uera, repugnant prædictis, & his, quæ ſcripſit Aret. & ipſemet Ruyn.
17 ubi ſupra: tum quia loquitur Ruyn. & Parr. † in ſtatuto prohibitorio, à quo argumentari non licet ad ſtatutum promiſſiuū ſeu legitimans perſonam: tum quia loquitur in ſtatuto facto in fauorem perſonarum prohibitarum; tandem quia ſtatutum de quo agitur, factum uidetur ad obligandum minores puberes confitentes ſe maiores uigintiquinque annis, non abſurdè uidetur dici poſſe præſentem. q. decidi ex eis, quæ traduntur de ſtatuto punitiuo delictorum; nam contractus
19 † & delicta æquiparantur, l. tam ex contractibus & iud. gloſſ. in l. omnem eo. tit. unde caſus uidetur decidi per text. in c. ut animarum §. ſtatuto de
20 conſt. in 6. ſtatutum † epiſcopi, quòd omnes, qui commiſerint furtum, ſint excommunicati, non comprehendit ſubditos cōmittentes furtum extra territorium: & licèt in ea q. an ſtatutum poſſit ligare ſubditos delinquentes extra territorium, opiniones ſunt diuerſæ in caſu, quo ſtatutū diſponit de his, quæ fiunt extra territorium, in qua Barth. in d. l. cunctos num. 48. cenſuit poſſe, comprobarunt multi quos refert & ſequitur Alex. conſi. 41. num. 6. lib. 5. Contrarium uerò ſcripſere Abb. in c. fin. nu. 4. in c. à nobis nu. 11. de ſenten. excom. Idemque in delicto affirmatiuo ſenſerunt Gemin. in d. §. ſtatuto, Ant. de Butr. in d. c. à nobis, & alij quos recenſet Alex. conſi. 111. nu. lib. 1. moti per text. in d. §. ſtatuto, & ratione in eo aſſignata, quæ multùm urget; tamen in caſu quo ſtatutum ſimpliciter loquitur, Bar. & omnes conſentiunt ſubditum non ligari ex facto extra territorium. Qua de re ſtatutum ſimpliciter obligans ſubditum ob aliquod factum, non obliget eum ob factum extra territorium; & ad hoc conuenit quod ſcripſere Soc. in l. Modeſtinus nu. 5. de ex-
21 cepr. Dec. conſil. 359. ſcilicet † ſtatutum obligans patrem permittentē filiū negotiari, non ſe extendere ad negotiationes factas extra territoriū: ex quo inferri vr, quòd ſtatutū obligans puberē confitentē ſe maiorē annis uigintiquinq;, non ſe extendat ad confeſſionē factā extra territoriū. Nam & hoc caſu uendicat ſibi locum ratio allegata per Soc. conſi. 271. col. 3. uerſi. confirmatur, quia ēt &c. quod eſt conſilium de quo meminit Soc. in d. l. Modeſtinus, ſcilicet ſtatuta reſpicientia perſonam, quando ſunt odioſa, non aſtringunt ſubditum extra territorium. Idemque probatur ex his, quæ ſcripſit Fulgoſ. conſil. 156. ſcilicet ſtatutum lucanum ciuitatis obligans in contractibus ſocietatis, & his quæ ex eis proficiſcuntur ſocios & factores intelligi de contractibus, & eorum conſequentijs, quæ fierent in territorio ſtatuentium, non etiam de eis quæ alibi per ſubditos celebraren-

bratentur. Nec quicquam ad sustinendum mandatum uirtute dictæ confessionis, operari potest, quòd mandatum sit ad lites peragendas in ciuitate
22 Placentiæ: etenim ad iudicandum † ualiditatem uel inualiditatem mandati attenti debet locus contractus mandati, an, s. sit ualidum secundũ leges illius loci, non autem locus in quem collata est eius executio: etenim cum hic disputetur, an procurator sit admittendus, ualiditas & inualiditas mandati respicere dicitur decisionem causæ, idest articuli qui contenditur, quo casu attenditur locus contractus, l. si fundus de euict. Bart. in d.l. cunctos num. 16. & hoc in terminis decidere uidetur Sanseuer. in repe. d.l. cunctos populos numero 181. ubi concludit stante statuto Senatum, quòd mandatum in quo non sit præfixus terminus duret duntaxat anno, si quis extra territorium Sennarum faciat mandatum ad lites agendas Senis, illud non erit comprehensum in statuto, etiam quòd mandatum fuerit facta à subdito Sennarum: & ultra rationes per eum relatas eius de-
23 cisio comprobari uidetur ex eo, quia ad † subijciendum contractum legibus attenditur locus ubi uerba obligatoria proferuntur, non ubi destinatur effectus, Bart. in d.l. cunctos in prima quæstio. nume. 16. Abba. in c. fin. nume. 30. de for. compet. & quò ad solennitates requisitas in contractu, inspicitur locus contractus, non locus destinatæ solutionis, Maria. Socin. in d.c. fin. numero. 47. & quod dicitur in l. contraxisse de action. & obliga. intelligitur quò ad hoc, ut ibi conueniri possit, Barth. in d.l. contraxisse, Abba. & Soc. ubi supra,
24 & statutum quòd de contractu † soluatur gabella, non habet locum in contractu facto extra territorium, Angel. in l. fin. numero 8. de iurisdi. omn. iud. & gabella solui debet in loco contractus, etiã quòd solutio destinata sit in alio loco, & licèt in hoc contrarium scripserit Bald. in l. multum interest C. si quis alt. uel sibi: tamen opinio præcedens uidetur communiter, Felin. d.c. fin. num. 18. & gabella debet solui in loco contractus, etiam ꝙ res deducta in contractu sit alibi, Bald. in l. magis puto §. illud uersi. item est hic argumentum de reb. eo. & c. in l. prima, in 4. q. C. de contrahen. emptio. Alex. consi. 51. lib. 3. Et stante statuto, quòd si quis acceperit uxorem, & eam duxerit, soluat denarios duos pro libra dotis, si quis acceperit uxorem extra territorium licèt eam ducat in territorium statuentium, non tenebitur soluere gabellam, Deci. consi. 458. numero 5. Non etiam uidetur procuratorem esse admittendum propter iuramentum in mandato appositum, dum in instrumento dicitur, & ad iurandum nomine ipsius constituentis de non contraueniendo gestis per dictos eius procuratores, prout ipse dominus constituens iurauit & iurat: nam si constituens est impubes (ut ab aduersarius dicitur) etiam quòd sit proximus
25 pubertati aliquo iuramento † non potuit repræsentari maior, Cyn. in authen. sacramenta. C. si aduer. uend. numero 7. Bald. num. 9. & 10. Fulgo. num. 5. in fin. & numero 6. Alber. num. 7. in fin. Angel. numero. primo Bald. in d. §. item sacramenta numero 5. Si uerò constituens esset pubes quò ad mandatum ad iurandum nomine constituentis dicitur, quòd licet gloss. in §. item sacramenta in titu. de pa. tenen. uelit minorem posse per procuratorem præstare iuramentum de quo in eo tex. tamen Cyn. in d. authen. sacramenta in 9. q. tenuit contrarium: ut ibi sententia gloss. esset uerior, debet necessariò intelligi, si minor in instrumento mandati iuret obseruare contenta in eo. Alber. in d. auth. sacramenta nume. 6. Afflict. in §. item in tit. de pa. iuram. firm. in prin. num. 40. Neque ob-
26 stat si dicatur potest quis † per alium, quod potest per se ipsum, c. potest quis de reg. iur. in 6. & ea quæ potest facere minor per se absq; curatore, potest ad ea procuratorem constituere absq; curatore, l. etiam §. absens ubi not. Bart. de manu. uindi. Sed minor potest absque curatore iurare d. authen. sacram. pube. Ergo & sine curatore mandatum ad iurandum facere, quòd affirmauit Socin. consi. 239. lib. secundo, & ob id etiam inferatur constituentem potuisse facere mandatum ad confitendum ipsum maiorem annis uigintiquinque, & confessionem à procuratore factam efficere, ut in iudicio procurator sit admittendus: nam respondetur Bart. & iura præallegata debere intelligi modò procurator sit legitimè, scilicet cum au-
27 ctoritate curatoris constitutus, nam † ubi de aliquo disputatur, cætera præsupponuntur habilia,
28 præter id quòd † ex mandato minoris non oritur actio, quæ non possit annullari inter eum, & procuratorem: Vnde si procurator non habet minorem obligatum actione mandati, non etiam potest eum obligare alijs, cum quibus procurator
29 contraheret; & dominus † obligetur ex contractu uel quasi procuratoris propter mandatum, Barth. l. non solùm. §. si mandato de iniur. quod si est inualidum, non potest propter id dominus obligari. Cumque minor sine curatore simpliciter non habeat legitimam personam standi in iudicio, uel contractum irretractabilem faciendi, sed requiratur solénitas iuramenti uel confessionis Placentiæ, & non possit eius persona fieri habilis, aut legitima nisi per iuramentum, uel confitendo
30 se maiorem, & cùm † in mandatu ad aliquem actum requiratur eadem solénitas, quæ & in ipso actu requiritur; ut de minore & muliere tradunt Angel. & clarius Com. in l. apud Iulian. §. si pupillus, ex quibus caus. in poss. ætat. Soc. in l. 1. §. item acquirimus nu. 11. de acquir. poss. cuius dicta repugnant his, quæ ipse scripsit in d. consilio 239. non potest minor sine curatore constituere procuratorem ad iurandum uel confitendum in iudicio ipsum esse maiorem annis uigintiquinque nisi in mandato iuret, uel confiteatur se maiorem. Adhæc statutum postquam disposuit circa iudicia, contractus, in quibus pubes fatetur se maiorem annis 25. quò ad instrumentum procuratorium non uoluit stare dispositioni iam factæ, sed addidit hoc, adijciendo quòd si pubes in instrumento, in quo constituit aliquem procuratorem, cõfitetur se maiorem uigintiquinque annis, talis procurator habeatur tanquam constitutus à maiore, & perinde nomine dicti puberis ualeat litigare, & sic ubi etiam statutum in prima parte proce-

procederet in pubere, qui per procuratorem confitetur ſe maiorem uigintiquinque annis, tamen quatenus loquitur in instrumento procuratorio, requirit quòd in ipſo pubes confiteatur ſe maiorem, & ſic niſi io inſtrumento procuratorio adſit qualitas à ſtatuto requiſita, ſcilicet quòd pubes in eo confiteatur ſe maiorem: ſtatuti diſpoſitio locum habere non poteſt. Bart. in l. prima. §. ait prætor ne quid in ſlum. pub. Tandem ſi confeſſio facta extra territorium Placentinum nihil operatur, non etiam operari poteſt mandatum ad confitendum argumento eorum, quæ dixerunt Ang. & Comen. in d. l. apud Iulianum, Soc. d. §. item acquirimus: quò uerò ad iuramentum, quod uidetur præſtari per ipſum conſtituentem, quamuis Bart. in l. minor uigintiquinque annis omiſſam de

31 minore uelit ad † ualidandum iudicium ſufficere quòd minor uel iuret in iudicio, uel conſtituat procuratorem cum iuramento, tamen plerique non mediocris auctoritatis aſſeruerunt diſpoſitionem d. authen. ſacramenta puber. non procedere io iudicijs, Cyn. in d. authen. ſacramen. puber. nom. 16. Alber. nume. 15. Bald. conſi. 309. & 310. libr. ſecundo, in nouis, quæ ſunt io antiquis conſi. 176. & 177. lib. primo, Bald. in l. prima, nu. 54. uerſic. aut minor iurat C. de confeſſ. in d. auth. num. 12. Lanfran. io c. quoniam contra falſam, in uerſi. confeſſiones in quarta colum. uerſic. quæro ſubſequenter de probat. Marc. Ant. Bauer. in tract. de uirt. iura. num. 60. Idem uelle uidetur Specu. in in tim. de act. colum. 4. uerſicu. ſed quid ſi minor uult fideiuſſores dare uel iurare &c. Ang. in l. prima in fin. ſi quis in ius uoca. non ſer. & Baldum in conſilijs ſupra allegatis ſequitur Alex. in add. ad Bart. in l. 3. §. contrarium de contra. iud. tutel. Et ubi uerior eſſet contraria opinio, quæ communiter uidetur recepta, † procedit ſolum parte uolente admittere ad iudicium minorem iurantem,

32 Specul. ubi ſupra in tit. de actor. & Bal. in addit. in uerſi. an minor legitimet perſonam ſuam per iuramentum poſt Iaco. de Rauen. Cyn. in d. authen. num. 15. Fulgo. num. 13. uerſic. licet autem minore uolente &c. Salyc. num. 15. in fin. uerſicu. uel dic quod minor &c. & Appoſt. ad Salyc. ibi, & Bal. d. conſi. 309. præſupponit id pro indubitato, & conſi. 310. refert idem tenuiſſe Iac. de Rauen. & Guil. de Cun. idem uoluit Bart. allegans Guil. de Cun. in l. minor in fi. de procur. opin. Bar. tenere pœnè omnes inquit Fulgoſ. ibi in fin. & Alber. in d. l. minor nom. 9. uerſicu. quærit Guil. de Cun. ſequitur opi. Gugl. & quamuis uerba Alberici non uideantur penitus clara; tamen ſi longius cum dictis eiuſdem in d. authen. ſacramenta manifeſtè apparebit eum comprobare opinio. Gugl. de Cun. Eandem ſententiam tenuerunt Bald. qui allegat Petr. in d. l. minor. ou mero. ſecundo, uerſicu. ſecundò quæritur Caſtren. nume. 5. Ange. in d. l. prima, in fi. Ant. de Petrut. in reper. l. prima, de iureiur. in 70. effectu, Ioan. Andr. in c. non iniuſtè colum. ſecunda, uerſicu. item quid dicerent contrarium tenentes? Anto. de Butr. nom. 7. uerſic. Ioan. Andr. tenet de procur. Et quamuis Corn. in rep. d. authen. nomero 27. moueat duas rationes contra

prædictam limitationem, tamen non ſubſiſtunt neque in facto, neque in iure. Nam quòad pri-

33 mam plerique aſſeruere † iuramentum non prodeſſe niſi præſentibus & acceptantibus, uel ſaltem niſi publica perſona pro abſentibus ſtipulante, Cyn. in d. authen. nume. 10. & 12. Bald. nume. 15. Salyc. nome. ... Iaſo. nume. 75. Ign. numero 70. Afflict. in §. item ſacram. in 5. notab. nume. 10. de pac. iura. firm. Præterea & ſi iuramentum præſtari poſſet abſente parte, ex hoc tamen inferri non poteſt, ut minor iurans poſſit admitti in iudicio parte contradicente: nam glo. & alij qui cenſuerunt diſpoſitionem d. authen. locum ſibi uendicare in iudicijs: fundarunt ſe ex eo quòd in iudicijs quaſi contrahatur, & lex loquens in contractu habeat locum in quaſi contractu. Verùm nemini dubium, quòd licèt iuramentum poſſit præſtari abſente parte, tamen nemo cogitur inuitus contrahere cum minore iurante de non contrauenien do, ergo nec inuitus quaſi contrahere, & quàuis iudicium reddatur in inuitum, id tamen intelligitur poſt legitimationem perſonarum. Præterea

34 ut inquit Barth. in dicta authen. nume. 22. † iuramentum non exigitur ab inuito, ergo neque etiam debet præſtari inuito ſemper enim militat ratio allegata per Doct. ſcilicet text. in dicta authen. non dicere quòd pars teneatur admittere minorem iurantem. Quò uerò ad ſecundam rationem per Corn. motam, ſcilicet iuramentum repræſentare minorem maiorem. Dicitur primò quòd Caſtren. in d. l. minor num. 5. ſcripſit text. in d. authen. non dicere quòd propter iuramentum legitimetur perſona maioris, ſed quòd ſi iuret nõ

35 reſtituitur. Secundò dicitur † iuramentum legitimare perſonam minoris, ſeu repreſentare illam maiorem, poſtquam iurauit in contractu, uel iudicio, & admiſſus fuit non ante, Bald. in d. l. minor nome. 2. uerſicu. ſecundò quæritur. Neque etiam conualidari poteſt mandatum ob aliquod

36 decretum iudicis: nam ſi iudex † uoluit ſupplere ætatem minoris legitimam conſtituentis procuratorem, ut ſonant uerba illa inſtrumenti pro ſupplemento ætatis ſuæ minus legitimæ; id facere non potuit, cum id ſolus princeps poſſit. l. prima C. de his qui uen. æta. impetr. ubi oota. Caſtren. & ad id requirantur plura de quibus in l. ſecũda. eo. titu. Quod ſi uoluit ſupplere defectum curatoris quò ad actum mandati, non etiam id potuit: etenim ſicuti iudex non poteſt dare tutorem aut curatorem non ſubdito l. prima, de tut. & curat. da. ab his, non etiam poſſe debet ſupplere io non ſubdito defectum curatoris aut tutoris: nam

37 † actum iuriſdictionales non poſſunt exerceri niſi circa perſonam ſubditam Bald. in d. l. prima, in fin. & decretum iudicis interpoſitum ad habilitandum perſonam non ſubditam non ualent, Comen. dicta l. prima, ad hæc in iudicialibus iudex non poteſt ſupplere defectum tutoris aut curatoris l. clarum. C. de authen. præſtan. Bald. in l. pen. C. qui admi. in princ. Caſtren. io l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſtitu. circa fin. Præter id quòd ubi iudex uult ſupplere defectum tutoris uel curatoris, notarius debet dicere talis iudex

dex &c. ſciens talem eſſe pupillum, aut mino-
rem, & prædicta facere ſine tutoris aut curatoris
auctoritate decretum ſuum &c. Bartho. & Angel.
in l. ſi curatorem Barth. & poſterio. dicta l. pen. C.
qui amitt. Et ex prædictis infertur, quòd cum pa
38 ria † ſint non facere, & inutiliter facere l. quo-
tiens qui ſatiſda. cog. & procurator dicatur non
adeſſe quando eſt inhabilis ad agendum l. prima,
§. pen. quod cuiuſcunque uniuer. & dicatur in ha-
bili:, quando non eſt conſtitutus eo modo, quo
conſtitui debuit gloſſ. ibi, & ille, qui habet man-
datum non ſufficens, quia conſtitutus ab eo, qui
non poteſt conſtituere procuratorem, dicatur fal-
ſus procurator, Bal. in l. licet numero ſecundo uer
ſi. tertio modo &c. C. de procurat. in l. falſus nu-
mero primo, C. de furt. procurator quaſi certum
ſit nullum adeſſe mandatum, non poteſt admitti
etiam præſtita ſatiſdatione de rato gloſſ. in l. prima
C. de procur. Neque obſtat ſi diceretur quando
poteſt procedi ſine ſtrepitu & figura iudicij mino
rem abſque curatore poſſe eſſe in iudicio, ut ſcri-
pſit Aret. in l. cum minores colum. ſecunda uerſi.
quarto fallit C. ſi aduerſus rem iudic. motus ea ra-
tione, quia curatoris auctoritas eſt ſolennitas iu-
ris ciuilis, quæ hoc caſu cenſetur remiſſa Clem.
ſæpe uerbo. ſignifi. Nam reſpondetur primò cau-
ſam præſentem agitari non poſſe de plano, & ſine
ſtrepitu ac figura iudicij. Secundò reſpondetur
malè ſenſiſſe Aret. etenim auctoritas † curato-
39 ris non eſt de ſolennitatibus, ſed de ſubſtantia iu-
dicij, ut de conſenſu patris in iudicio filijfamilias
ſcripſit Bal. l. ne quicquam §. de plano de off. pro-
conſ. in ult. quæſtio. ſequitur Alexand. conſi. 59. in
princ. libr. ſecundo, & ſi non obſtante quòd ſint
† remiſſe ſolennitates iuris, uel cauſa ſit ſumma-
40 ria & executiua filiusfamilias non poteſt eſſe in
iudicio ſine patris conſenſu Bald. ubi ſupra, Alex.
ubi ſupra: ſequitur ut & in caſu Aret. minor. non
poſſit eſſe in iudicio ſine curatoris auctoritate:
nam in caſibus, quibus minor poteſt eſſe in iudi
cio ſine curatoris auctoritate, in his etiam poteſt
eſſe filiusfamilias ſine conſenſu patris, Spec. in ti-
tulo de acto. colum. 15. uerſicu. ſed nunquid in ca
ſibus, Aret. d. l. cum minores, Deci. in l. prima in
prima lectura nume. 27. in ſecunda not. 66. C. qui
admitt. & ſicut quando extra ordinem filiusfa-
milias, & non in forma iudicij, agit officio iudi-
cis ut petendo 60. poſſ. eſt naceſſarius conſenſus
patris, ubi adeſt contradictor, Bald. in d. l. prima
in ſecunda tertia, & quarta, opin. Dec. nume. 25.
in prima lectu. Ita & licèt cauſa agitetur non in
41 forma ſeu figura iudicij, tamen † ubi adeſt con-
tradictor, non debet poſſe minor abſque curato-
ris auctoritate eſſe in iudicio. Adhæc ſi conſide-
rentur uerba tex. in clemen. ſæpe de uerbo. ſignifi.
non tollit omnes ſolennitates iudiciorum indu-
ctas à iure ciuili, ſed partem eorum, & hæ quas
tollit, reſpiciunt ordinem procedendi, non au-
tem perſonas litigatorum, & caſus perſonarum
tanquam omiſſus remanet in diſpoſitione iuris.
Hinc Bartho. in lege ſecunda, in fin. Salycet. in
fin. Alexand. in fin. C. de edict. diui Adrian. di-
42 xerunt † in iudicio quantumcunque ſumma-
rio perſonam debere plenè legitimari, & Bartho.
in tract. ad reprimendum in uerbo & figura num.
7. dixit etiam in iudicijs, quibus proceditur ſine
figura iudicij, perſonas debere legitimari, &
Bald. in l. fin. num. 42. uerſic. 8. ſtudeat reus &c. in
quit de perſona in omni iudicio quantumcunque
ſummario plenariè diſcutiendum eſt, & in l. 3. §.
ibidem ad exhiben. uerſic. quæro hic &c. ſcripſit
exceptiones, quæ non tangunt factum, ſed per-
ſonam, etiam quòd requirant altiorem indagi-
nem, non debere repelli etiā in cognitione ſum-
maria &c. Sententiam Barth. in d. l. ſecunda ſequi
tur Felin. in c. ueniens el 2. num. 14. de teſtib. &
ex pluribus defendit Petr. de Gerard. ſign. 23. ubi
reſpondet ad ea, quæ Iaſ. in d. l. fin. in contrarium
adducit, & inter alia dicit ꝙ legitimatio perſo-
næ non dicitur de dependētibus à principali cau-
ſa ſummaria, & antequam incipiat cognoſci de
cauſa ſummaria, perſona debet eſſe legitima, &
in commiſſione cauſæ ſummariæ non includi le-
gitimationem perſonæ, quia committens præſup
ponit perſonam eſſe legitimam, allegat Bald. in
d. §. de plano. Inſuper ſi uera eſſet ratio per Aret.
allegata, ſequeretur quòd etiam ualeret iudicium
contra pupillum indefenſum, & tutore caren-
tem: nam & tutela fuit inducta de iure ciuili §.
primo inſtit. de tutel. & ſublata eſſet defenſio: nā
cum pupillus & minor ſe defendere non poſſint
inſtit. de tut. in prin. & de curat. in princ. ſublata
auctoritate tutoris & curatoris in iudicio, ſubla
ta eſſet pupillorum & minorum defenſio. Vlti-
mò ubi uerum eſſet, quod dixit Aret. non tamen
ex eo infertur ut minor inuito aduerſario poſſit
agere in iudicio in caſu de quo per Aret. argumen
to eorum, quæ ſupra fuerunt dicta de minore
iurante.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri non eſt permiſſum alienam litem in iudicio diffendere ſecundum limit.*
2 *Mulier hodie poteſt eſſe tutrix.*
3 *Iudicium contra pupillos indefenſos eſt ipſos iure nullum.*
4 *Principis reſcriptum mandans iudicium contra pupillos citata matre agitandum ualidum fore quomodo intelligendum ſit.*

CASVS XXXIX.

Colligitur ex allegationibus.

1 MVlieri † nō eſt permiſſum alienam
litem in iudicio defendere l. fœmi
næ de reg. iur. l. neque fœminæ de
procur. Neque etiam pro filio pa-
tre aut marito l. ſecunda §. fin. ad
Velleian. l. alienam C. de procur. niſi filiæ pro pa-
tre impedito ſeu non ualente agere ideoque cau
ſa cognita l. fœminis de procur. & matri appellan
do à ſententia contra filium lata, & appellatio-
nem proſequendo l. 1. de appell. recip. & pro li-
bertate filij litigando l. 3. §. militi de li. caul. Et iu-
dicium

dicium in quo mulier interuenit nomine alieno;
etiam ſi uxor interuenerit pro marito, eſt ipſo iu-
re nullum l. quia abſente C. de procur. Et quam-
2 uis hodie mulier † poſſit eſſe tutrix filiorum pu-
pillorum authen. matri & auiæ C. quando mul.
tut. off. tamen in correctorijs uel exorbitantibus
non debet fieri extenſio à tutela ad alias defenſio-
nes iudiciales. Præterea matri permittitur, ut
poſſit eſſe tutrix, ſed inuita non cogitur l. 1. uerſic.
ſanè in optione & l. fin. uerſic. mater autem nolue
rit eo. tit. gloſſ. in d. auth. matri & auiæ in uerſic.
permittitur, & ibi comprobarunt Barth. Bald. &
Angel. Vnde & ubi argumentari liceret à tutela
ad alias defenſiones, uel ubi eſſemus in caſu, quo
mulier poſſet ſuſcipere defenſionem filiorum, ut
quia non poſſet ei conſuli per donationem tutoris
uel curatoris iuxta tradita per Barth. Bald. & An-
gel. in d. l. alienam: quorum tamen dicta uiden-
tur contra text. in d. l. ſecunda §. fin. & in d. l. alie-
nam, qui indiſtinctè uolunt matrem non poſſe
litem pro filio defendere, tamẽ mater inuita non
poſſet cogi ad ſuſcipiendum in iudicio filiorum
defenſionem; imò neque cogi poteſt ad ſuſcipien
dam aliquam aliam adminiſtrationem pro eis, in
authen. ut lic. matri & auiæ uerſic. ita tamen ſi uo
3 luerit, & iudicium † contra pupillos indefenſos
eſt ipſo iure nullum, l. acta §. fin. l. contra pupillos
de re iud. l. cum & minores C. ſi aduerſ. rem iud. l.
prima C. qui legitim. perſon. Qua de re principis
4 † reſcriptum mandans iudicium agitandũ contra
pupillos, citata matre ualidum fore, perinde ac
ſi cum legitimo tutore agitatum eſſet, ubi intelli-
gatur etiam matre recuſante filios defendere, ui-
detur contra ius & nullo modo attendendum l.
reſcripta C. de precib. imp. off. c. reſcripta 25. q. 2.

CASVS XL.

¶ An poſſidens bona ſuppoſita reſtitutioni, ſi conſtituat procuratorem ad lites, eumque rele-uet ab onere ſatiſdandi, procurator agens teneatur ſatiſdare de defendendo in caſu reconuentionis, & de iudicato ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Procurator actoris tenetur parte id petente ſatiſdare de defendendo eius principalem in cauſa reconuentionis.*
2 *Alienæ litis nemo eſt legitimus defenſor niſi ſatiſdet de iudicato ſoluendo.*
3 *Vſufructuarius ſolum bonorum immobilium non releuatur ab onere etiam ſatiſdandi iudicio ſiſti.*
4 *Qui habet bona prohibita alienari non debet releuari ab onere ſatiſdandi.*
5 *A ſatiſdatione de iudicato ſoluendo non releuatur quis licet poſſideat immobilia.*
6 *Fideiuſſio in qua eſt ſolutio pecuniarum qualem requirat fideiuſſorem.*
7 *Soluendo non dicitur ille qui eſt grauatus reſtituere bona ſua.*
8 *Dos uxoris non computatur in bonis uiri.*
9 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti adhoc ut idoneus quid requiratur.*
10 *Argumentum eſt ualidum à perſonis ad res.*
11 *Conuentus ſuo nomine non tenetur ſatiſdare de iudicato ſoluendo.*
12 *Intellectus diſpoſitionis §. ſi uero aliquis inſt. de ſatiſda.*
13 *Satiſdatio an in cauſis ſummarijs ſit neceſſaria.*
14 *Procurator quando deterioris eſt quam dominus.*
15 *Conſuetudinem allegans debet eam probare.*
16 *Lex non tollitur per ſimplicem non uſum.*

1 PRocurator † actoris tenetur, parte
id petente, ſatiſdare de defenden-
do eius principalem in cauſa recon
uentionis l. 2. C. de ſatiſd. l. ſeruum
§. ait prætor de procur. Specul. in
tit. de ſatiſd. procurat. act. uerſic. item not. quòd
procurator actoris &c. & de iudicato ſoluendo d.
2 l. prima gloſſ. d. §. ait prætor: etenim nemo † eſt le
gitimus defenſor alienæ litis, niſi ſatiſdet de iu-
dicato ſoluendo, l. qui proprio §. qui per alium,
l. minor §. fin. cum l. ſeq. de procur. & procurator
actoris ſi non ſatiſdet, repellitur ab agendo, l.
mutus §. pœna de procur. l. actionem C. de procur.
l. prima C. de ſatiſd. & licèt principalis poſſit rele-
uare ſuum procuratorẽ ab huiuſmodi ſatiſdatio-
ne; fideiubendo pro eo, & promittendo de iu-
dicato ſoluendo, §. ſi uerò aliquis inſti. de ſatiſd.
Barth. in d. l. prima in fin. C. de ſatiſd. tamen eo ca-
ſu requiritur, quòd dictus principalis promittat
tanquam fideiuſſor ſui procuratoris d. §. ſi uerò
aliquis, & ibi not. Aret. item diſpoſitio d. §. ſi ue-
rò non procedit, quando principalis non eſt ſol-
uendo, ſiue idoneus fideiuſſor Bart. in rubr. iud.
ſol. num. 6. Aret. conſil. 134. Angel. Caſtr. Alex. &
Iaſ. in l. ſi filiusfamiliàs qui ſatiſd. cog. Verùm An-
niba. qui procuratorem conſtituit, non uidetur
ſoluendo, aut idoneus fideiuſſor, attento quòd
ipſe & alij eius fratres in actis publicis aſſerunt
bona ab his poſſeſſa non poſſe alienari uel obliga
ri, ſtantibus teſtamentis maiorum ſuorum, &
patrem ipſorum fuiſſe merum uſusfructuarium,
& ipſos eſſe meros uſusfructuarios, & eo præ-
texto conantur reſcindere contractus ab eorum
3 parte, & ab ipſis factos: etenim ſi † is, qui ha-
bet duntaxat uſufructum bonorum immobilium
non releuatur ab onere etiam ſatiſdandi iudicio
ſiſti l. ſciendum. §. eum uerò qui ſatiſd. cog. quia
uſusfructus de facili corrumpitur Angel. ibi nu.
13. & non tranſmittitur de perſona in perſonam,
Iaſ. ibidem nu. multominus debet releuari à ſa-
tiſdatione iudicatum ſolui ut infra dicetur, &
ubi etiam non eſſet uerum, quòd Annibal. ſit me
rus uſufructuarius; tamen exemplo uſufructua-
4 rij is † qui habet ſolùm bona, quæ aſſerit prohi-
bita alienari, non debet ipſe releuari ab onere ſa-
tiſdandi, quia per mortẽ & alienationẽ corrũpi
tur ius illius, & nõ tranſit de perſona in perſonã,
& ſic neque ẽt dicitur idoneus fideiuſſor ad rele-
uandum procuratorem ab onere ſatiſdandi, Bart.
in rubr. iud. ſol. num. 6. Neque obſtat ſi diceretur
eum, qui poſſidet bona ſuppoſita fideicommiſſo,
con-

conditionali haberi pro possessore immobilium,
& releuari ab onere satisdandi, Angel.in l.scien-
dum §.si fundum qui satisd.cog.Ias.in d.l.scien-
dum §. si fundus in 2.not. Nam respondet primo
text.in d.§.si fundus Ang.& Ias.loqui de satisd.de
iudicio sisti, quæ inducta est solùm ad tollendam
suspitionem fugæ, non autem ut actori sit cau-
tum Barth.in d.l.sciendum nu.4.Angel.in prin.
Castren.nu.8.& quæ expirat lata sententia, adeo
quòd fideiussor non patitur executionem rei iu-
dicatæ l.græcè §.& post litem de fideiuss. Hic au-
tem agitur de satisd.de iudicatum soluendo, quæ
inuenta est, ut actori sit consultum pro executio
ne sententiæ & propter quam in fideiussorem fit
executio rei iudicatæ absque nouo processu, Bart.
5 in l. 1.iud.sol.ideo † à d.satisd.iudicatũ solui non
releuatur quis licèt possideat immobilia, gloss.in
d.l.sciendum in princ.quæ dixit quòd olim con-
uentus suo nomine præstabat satisdationem de iu
dicato soluendo, siue possideret immobilia, siue
non. Idem repetit gloss.in d.l.in his in prin.gloss.
magn.eo.tit.& ante gloss.tradidere Io.& Azo an-
tiqui glossatores, ut ibi tradunt Bart.& alij, qui
cum dicto gloss.pertranseunt, quæ duæ gloss. lo-
quuntur in ipso principali. Idem uoluit Barth.in
d.l.sciendum §.tutores, qui censuit generaliter,
quòd distinctio an quis possideat immobilia non
habet locum in satisdatione de indicato soluendo
& in ea non esse habendum in consideratione, an
fideiussor possideat immobilia, an uerò non, sed
solùm an sit soluendo, & habeat bona quæ pos-
sint obligari, senserunt Io.Fab.in d.§.si uerò ali-
quis num.8. Alex.consil.160.li.5.nu.5. dum uo-
lunt dominum licèt nõ possideat immobilia, mo
dò habeat alia bona quæ possint obligari, posse
eius procuratorem releuare à satisdatione iudica-
tum solui, & ad hoc conuenit quod scripsit Bal,
in l.prima circa fin.de ius uoca.ut eant.s.ubi fide-
iussio non impletur mero facto sisten.sed deside-
6 rat solutionem pecuniarũ † fideiussor debet etiam
7 idoneus esse & soluendo. Is autem qui † non po
test disponere de bonis suis quia grauatus est post
mortem restituere ecclesiæ, non dicitur soluen-
do Rip.in l.2.in prin.nu.53.solu.matr.& licèt ma
ritus possidens fundum dotalem dicatur posses-
sor immobilium & releuetur ab onere satisdandi
de iudicio sisti.d.§.si fundus, non tamen ob id ui-
detur posse inferri ut debeat releuari à satisdatio-
ne de iudicato soluendo: nam non dicitur habere
bona ualoris fundi dotalis; ideo stante statuto,
quòd quis non possit esse prior, nisi habeat bona
8 æstimata mille † bona dotalia non imputarentur
in huiusmodi æstimatione facienda, Barth.in l.
Lucius §.idem respondi el 2.ad municip. Qua de
re decisionem d.§.si fundus, & quæ ibi tradunt
Angel.& Ias.non procedere in satisdatione de iudi
cato soluendo censuit Barth.in dicta.l.de die §.qui
dam circa fin.qui satisd.cog.dum post relatos in-
tellectus gloss.ad illum text.inquit, uel sic secun
dum alios, quòd hic loquitur de satisdatione iu-
dicatum solui, quam olim præstabat reus con-
uentus suo nomine, & sic uult quòd possessio
fundi dotalis iure digestorum non releuaret mari
tum à satisdatione de iudicato soluendo; quòd si
dominus ipse propter possessionem fundi dotalis
uel immobilium suppositi restitutioni non rele-
uatur ab onere satisdationis iudicatum solui, non
etiam releuare potest eius procuratorem, ut ar-
gumentatur Barth.in rubr.iu.sol.num.6. Secun-
9 dò respondetur quòd ad hoc † ut etiam fideiussor
de iudicio sisti dicatur idoneus ultra possessionẽ
immobilium; requiritur quòd sit idoneus facul-
tatibus & facilitate conueniendi l.2.in prin.qui
satisd.cog.Item non dicitur idoneus fideiussor,
quando est homo litigiosus, ita quòd uerisimili-
ter timeri potest eum litigaturum, Barth.in l.2.
10 in prin.qui satisd.cog.Cumque ualidum sit † ar-
gumentum à personis ad res Barth.in l.miles ita
de testa.mili. Idem iudicari debet si bona eius si-
ne talia quòd super his potest uerisimiliter time-
ri litem futuram: uerùm stantibus uociferationi
bus & exceptionibus contra eorum creditores fa
ctis per Annibalem & fratres, de quibus appa-
rent publica acta potest uerosimiliter timeri lis su
per exequenda sententia in casu, quo in causa re
conuentionis iudicaretur contra Annibalem, &
executio non posset sine magna difficultate fieri in
eius bonis etenim statim uerosimiliter insurge-
rent fratres, & se opponerent allegando bona
non posse alienari neque obligari. Neque obstat
si diceretur dominium etiam quòd non habeat bo
na, quæ non possunt obligari uel alienari, con-
11 uentum † suo nomine non teneri satisdare de iu-
dicato soluendo d.§.sed hodie. Instit.de satisd.er-
go etiam potest eius procuratorem releuare, adeo
quòd non teneatur satisdare, ut argumentari ui-
detur Alex.consil.160.num.5.lib.5.Nam respon-
detur argumentationem Alex.non subsistere; ete-
nim olim conuentus suo nomine siue possideret
immobilia, siue non, tenebatur satisdare de iudi
cato soluendo gloss.in d.l.Iulianus, & in d.l.scien
dum in prin.& licèt iure nouissimo dispositum
fuerit ut conuentus suo nomine non teneatur præ
stare huiusmodi satisdationem; tamen in procu-
ratore nihil fuit immutatum, & licèt fuerit ex-
pressè cautum, quòd dominus posset etiam ex-
traiudicialiter pro suo procuratore fideiubere de
iudicato soluendo, non tamen ob id potest dici
correctas leges, quæ requirunt fideiussorem esse
idoneum l.secunda l.arbitro l.si arbitro qui satisd.
cog. uel dispositum ut præstari possit fideiussio,
etiam quòd non habeat bona, quæ irreuocabili-
ter possint obligari, uel quòd dominus, qui aliàs
non esset idoneus fideiussor, possit releuare eius
12 procuratorem, imò dispositio † d.§.si uerò ali-
quis quatenus uult dominum posse fideiubere
pro eius procuratore, debet intelligi modò alias
sit idoneus & habilis: tùm quia facta est ad am-
pliationem iuris antiqui scilicet l.si defunctus in
princ.de procur.& recipit interpretationem ab
eo, l.non est nouum cum l.seq.de legib.tum quia
lex semper recipit restrictionem ad habiles, l.ut
gradatim de muner.& honor.Barth.in l.prima §.
nuntiatio de oper.no.nuntiat.& sicuti extraneus
fideiussor, qui non esset soluendo posset repel-
li, ita repelli posse debet ipse principalis, quia
non

non est soluendo, ut argumentatur Aret. consil. 134. uersic. tertio &c. aliàs sequeretur quòd dominus nihil habes in bonis posset releuare suum procuratorem; cuius contrarium scripserunt Io. Fab. in dicto §. si uerò aliquis nume. 8. Alex. dicto consil. 160. num. 5. Aret. dicto consil. 134. Nec
13 quicquam facit, quòd in causis † summarijs non sit necessaria satisdatio de iudicio sisti, Angel. in l. Iulianus in fin. qui satisdare. Nam respondetur primò causam hanc non esse summariam. Secundò Angelum non loqui de satisdatione iudicatum solui, ut ipse ibi declarat. Tertiò Angelum malè loqui, eumque reprobant Fulg. ibi, Ias. in rubr. qui satisd. cog. Alex. in dicta l. sciendum in princ. Neque in re præsenti sufficeret iuratoria cautio: nam leges de hac materia loquentes omnes requirunt satisdationem l. sed & hæ §. defendere iuncta gloss. in uer. cauere l. qui proprio §. qui alium l. minor §. fin. de procur. l. si filius qui satisd. cog. d. l. prima C. de satisd. & text. in §. sed hodie Instit. de satisd. non loquitur de procuratore, sed de ipso principali;
14 & licèt aliàs † non debeat esse deterioris procurator quàm dominus; tamen id non habet locum in satisdatione, in qua præstanda plus grauatur procurator quàm dominus, dicto §. defendere, dicto §. sed hodie qui facit expressam differentiam inter principalem & procuratorem, præter id quòd iuratoria cautio non habet locum in procuratore, uel alio ueniente nomine alieno Bald. in c. primo nume. 4. de procur. Ias. in l. prima nume. 10. C. de procurat. in l. actionem num. 8. eo. tit. Neque etiam obstat, quòd consuetudo sit ut procuratores non satisdent. Nam re-
15 spondetur eum, qui † allegat consuetudinem debere eum probare l. prima C. quæ sit long. consuet. Secundò respondetur per Aret. consil. 133. in fin. scilicet ideò non fuisse curatum de satisdatione præstanda à procuratore; quia domini solent communiter releuare eorum procuratores, & ut plurimum domini sunt soluendo. Item legem
16 † non tolli per simplicem non usum, ut per illum text. not. Cyn. in l. fin. C. de iu. dom. impet. Bartho. in prima constitutio. fforum in uerb. de antea.

SVMMARIVM.

1 *Minor si habet curatorem coniunctus pro illo agere non potest.*
2 *Coniunctus si admittitur ad procurationem minoris quid requiratur.*
3 *Lex semper recipit interpretationem de habilitate.*
4 *Reus non tenetur ad mittere minorem in indicio sine curatore nisi aliud statutum sit, & numero septimo.*
5 *Argumentari non licet a procuratore ad coniunctam personam.*
6 *Procurator minoris cui soluitur quomodo cauere debeat.*
8 *Lex quando admittit minorem in iudicio adimit ei beneficium restitutionis.*
9 *Procurator debet admitti cum cautione rati quando dubitatur de mandato.*

CASVS XLI.

Colligitur ex allegationibus.

AN coniunctus agens pro coniuncto minore ultra cautionem de rato teneatur etiam cauere, quòd minor non petet restitutionem in integrum aduersus gereda per eum.
1 Si minor † habet curatorem coniunctus pro illo agere non potest, Bald. in l. senatus in principio, C. qui accus. non poss. Felin. in cap. coram numero tertio, uersicu. fallit primò de offic. delega. Iaso. in lege exigendi numero nono. C. de procur. Si uerò non habet curatorem neque de iure, neque de
2 æquitate uidetur † admittendus coniunctus, nisi caueat quòd minor rata habebit gerenda per eum, & non petet restitutionem in integrum ad uersus illa. Nam hoc uult text. in lege cum minor in principio, rem rat. haben. ibi, & ideo ita cauendum erit &c. qui textus loquitur in agente & petente pecuniam, inquit enim recuperare uellet, &c. & per illum textum Specul. in titulo de procur. §. ratione quoq; constitutionis uersi. item ꝙ constituens erat minor &c. scripsit procuratorem minoris id debere promittere, & quamuis Bartho. & Castren. in dicta lege cum minor scripserint contrarium, tamen eorum dicta uidentur esse contra illum textum; præterea loquuntur in procuratore constituto cum auctoritate curatoris: tum quia in eodem loquitur Specul. quem Barth. allegat in contrarium: tum quia textus ille loquitur in procuratore constituto cum auctoritate curatoris. Nam uerba illa, præcedente mandato, posita in textu. sunt intelligenda de mandato ualido, l. quotiens qui satisd. co-
3 gun. & lex † semper recipit interpretationem de habilitare l. prima §. nunciatio & ibi Bar. & posteriores de op. nou. nuntia. tum quia ratio assignata per Bartholum, scilicet procuratorem non debere cogi ad id, ad quod principalis non poterat; qui principalis non poterat cogi ad renuntiandum beneficio restitutionis in integrum procedit solùm in minore habente curatorem: etenim minorem sine curatore nullo modo de iure
4 communi tenetur † reus admittere in iudicio, nisi ex dispositione statuti caueatur, quòd minor habeat legitimam personam, uel habeatur pro maiore. Cumque argumentari non liceat affir-
5 matione † à procuratore ad coniunctam personam, quia plus est procurator, quàm coniuncta persona, l. 3. §. primo iudi. solui longè minus argumentari licet quò ad agendum à procuratore minoris constit uti cum auctoritate curatoris ad coniunctum minoris non habentis curatorem.
6 Adhæc Barth. & alij uolunt † procuratore minoris, cui soluitur, debere cauere q uòd minor non petet restitutionem in integrum: quia soluens pollet

posset taliter soluere minori, quòd cessaret in integrum restitutio. scilicet soluendo cum auctoritate iudicis. Qua de re cum reus posset taliter admittere minorem non habentem curatoré, quòd cessaret in integrum restitutio, scilicet si minor iuraret non contrauenire, auctẽn. sacramen. puber. iuncta glos. ibi C. si aduer. uend. uel confiteretur se maiorem iuxta formam statutorum Placentiæ, iunctis his quæ scripsit Bald. in l. si captiui, nu. 4. C. de epis. & cler. Castren. in l. momentanea, nu. 3. C. qui legit perso. Angel. in l. prima, num. 4. C. si de moment. possess. non debet coniuncta persona minoris non habentis curatorem, admitti, nisi caueatur quòd minor non petet restitutionem in integrum. Et si quis non tenetur respondere in iudicio minori non habenti curatorem, neque procuratori ab eo constituto; multò minus debet cogi respondere coniunctæ personæ minoris nõ habentis curatorem saltem nisi prouideatur, quòd gerenda per eum non possint ratione minoris ætatis infringi. Accedat cum † minor non possit esse
7 in iudicio sine curatore, l. cum & minores. C. si aduer. rem iudic. Et si lex permittat secundum magis receptam opinionem coniunctum agere pro coniuncto minore: tamen ne quis decipiatur auctoritate legis, debet taliter prouideri reo, ne minor possit petere in integrum restitutionem aduersus gerenda per coniunctũ. Et si petat reus consequatur interesse: nam & eadem ratione cũ minor non sit legitimus defensor, quia potest re-
8 stitui, l. minor de procur. quando lex † admittit eum in legitimum defensorem, adimit ei beneficium restitutionis, glos. penult. in l. exigendi, C. de procur. & cum mulier non admittatur regulariter ad defensionem alienæ litis, l. 2. §. fin. ad Vell. l. alienam, C. de procur. quando lex admittit mulierem ad agendum, uel defendendum nomine alieno, adimit ei beneficium Senatusconsulti Velleiani, glos. in l. fœminis de procur. in l. 1. de app.
9 recip. Tandem licet quando † dubitatur de mandato, procurator debeat admitti cum cautione rati, l. 1. C. de procur. tamen id non procedit, quando per cautionem non est plenè consultum aduersario, Bart. in l. non solum, §. qui alieno, nu. 1. uers. tertius casus de procur. Felin. in cap. coràm, num. 7. uers. fallit primo de offic. deleg. & uolunt tunc non dici plenè consultum per cautionem rati, quando pars remaneret implicita litibus, uerũ si minor posset petere restitutionem aduersus gerenda per coniunctum, reus remaneret implicitus litibus non obstante cautione rati, &c.

CASVS XLII.

¶ Tria sunt quæ suadent Antonium admitti non posse, uti coniunctam personam Iulii.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus ex quibus causis non admittitur ad procurationem minoris.*

2 *Procurator constitutus si uelit comparere ut coniuncta persona non potest.*

1 PRimo quia † minor Bald. in lege exigendi, numero 11. C. de procu. uersiculo quæro quid in transuersalibus. Secundo, cum Iulius fecerit mandatum ad certas res in Antonium, censetur in reliquis prohibuisse, ut ille tanquam coniunctus possit agere, l. maritus in fin. C. de procurat. qui textus procedit, siue meritus habuerit mandatum ad certas causas, siue ad certas res, quod aperte sensit Fulg. ibi in summario dicens mandatum autem in vna re suscipiẽs, in ceteris uidetur prohibitus, & idem uult in fin. uersiculo mittetis ad dominum fratrem uestrum & Castren. in d. l. Pomponius, §. fin. dicens si dedi coniunctæ personæ mandatum in quibusdam, in reliquis uideor prohibere, & Bald. in cap. nonnulli, numero sexto, uersiculo quæro unum mandatum ad unam speciem de rescript. inquit mandatum ad unam speciem tollere ius coniunctiuum ad aliam speciem, & ad eandem alio tamen modo, & utroque casu militat ratio, l. cum prætor de iud. assignata per doct. in d. l. Pomponius, §. fin. & in d. l. maritus &c. Idem tradit Iason. in dicta lege exigendi, numero 10. in 17. limitat. Tertio, quia cum Antonius tanquam procurator cœperit iudicium, fecit se à legis prouidentia alienum, Bald. in cap. nonnulli, numero sexto, uers. no. si quis impetrat de rescript. & non potest ad aliam uiam redire, lege quòd in hæredem, §. eligere de tributo: quod in specie decidere uidetur, Bartol. in dicta lege maritus in secunda lectu-
2 ra, ubi contra Petrum inquit, si † procurator constitutus uidens fortè suum procuratorium non esse legitimum, uelit comparere, ut coniuncta persona non potest.

CASVS XLIII.

¶ Defuncto Iulio, Petrus, & Antonius prætendunt bona per Iulium relicta, ad eos spectare: Petrus obtinet rescriptum delegans causam iudici. Quæritur, an Antonius possit uti eodem rescripto, & sic pro portione quã prætendit ad se spectare agere coram iudice delegato.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum à consorte litis, an prodesse possit conserti.*

2 *A sententia in causa appellationis non argumentari ad rescriptum.*

3 *Consortes litis aliqui non possunt dici nisi post litem ab omnibus simul contestatam.*

CAſtren. in l. 1. C. de diuerſ. reſcrip. uerſ. eſt &
1 quartum &c. ſenſit reſcriptum † impetratũ à cõſorte litis prodeſſe conſorti. Verũ contrarium uoluere Iac. de Rau. quem refert Cyn. in d. l. 1. Idem uoluit Alber. ibi, qui, inquit, rationem huius I. eſſe, quia petitio fuit porrecta communiter, & de re communi aliàs ſecus idem ſenſerunt Bart. Bald. Fulg. & Salyc. in eorum ſummariis, & contra Caſtren. pugnat, quod ſcripſit Bald. in cap. fin. num. 7. de reſcrip. ſcilicet, ſi unus de ſocietate impetret reſcriptum nomine ſuo, alterum ſociũ non poſſe eo uti: & quæ ibidem dixere Abb. in primo not. Bald. d. num. 7. reſcripta non poſſe cedi, & quòd legimus reſcripta ad lites non extendi ultra perſonas in his nominatas cap. ſignificante, de reſcrip. c. P. & G. de offic. deleg. Prætetea ratio aſſignata per Caſtren. uidetur in longè diuerſo
2 caſu, neque ab appellatione † ſeu ſententia in cauſa appellationis uidetur poſſe argumentari ad reſcriptum in prima inſtantia ante cæptam litem; immo potius uidetur dicendum, quòd ſicuti proceſſus, & ſententia in prima inſtantia lata pro, uel contra unum ex conſortibus non prodeſt, neque nocet aliis l. in hoc iudicio fam. herc. l. non iccirco de iudic. gloſ. in l. ſi ſeparatim in ultima gloſ. in fin. de appellat. Bald. in d. l. 1. C. de diuerſ. reſcr. non etiam poſſit prodeſſe, uel nocere reſcriptum ab alio in prima inſtantia impetratum, & ratio modici præiudicii quam allegat Baldus, procedere uidetur in caſu, quo ipſe loquitur, ſcilicet quando ſupplicatio erat porrecta nomine omnium; nam & textus per Baldum allegati, loquuntur in caſibus, quibus ab omnibus conſortibus cæptum erat iudicium. Ad hæc ratio Caſtren. ſolum procedit in his, qui ſunt conſortes eiuſdem litis, Bal. in
3 l. 1. C. ſi unus ex pluribus: uerum † aliqui non poſſunt dici conſortes litis niſi poſt litem ab omnibus ſimul conteſtatam in l. 2. C. de conſor. eius litis, Dec. in cap. cum M. de conſtit. num. 9. & clarius Rip. num. 12.

CASVS XLIIII.

Colligitur ex allegationibus.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum à non habente ſpeciale mandatum non ualet, & quid requiratur ad hoc ut ualeat.*
2 *Defectus legitimi mandati non poteſt per principem ſuppleri tanquam defectus iuris naturalis.*
3 *Titulus, C. de precib. Imp. &c. de quibus reſcriptis loquatur.*
4 *Ius canonicum prævalet cum res agitur ut terris ſubiectis ſaltem mediate eccleſiæ.*
5 *Aliud eſt preces offerre aliud impetrare, & ratio huius num. 6.*
7 *Lites potius reſtringendæ ſunt, quàm laxandæ.*
8 *Amicus non poteſt impetrare reſcriptum amico.*
9 *Natus ex illicito coitu non poteſt impetrare pro his qui ſibi ſunt coniuncti ſanguine.*
10 *Reſcripta ad lites abſque ſpeciali mandato impetrata non poſſunt ratificari.*
11 *Exempla non reſtringunt regulare.*
12 *Impetrans ſe aſſeruit ſe procuratorem falsò qua pœna puniatur.*
13 *Falſitas quæ uitiet reſcriptum.*
14 *In caſibus quibus procurator generalis poteſt impetrare ſi impetret ſub nomine nemini reſcriptum non ualet.*
15 *Procurator non poteſt contractum ualidum facere uerbis conceptis in perſonam domini.*
16 *In iudiciis debet admitti exceptio defectus mandati contra reſcripta.*
17 *Reſcripta ſine mandato non poſſunt ratificari.*
18 *Nemo poteſt ratificare id, quod non eſt geſtum ſuo nomine.*
19 *Faciens præſumitur facere nomine ſuo.*
20 *Coniunctus ad hoc ut dicatur facere nomine ſui coniuncti neceſſe eſt ut exprimat.*
21 *Procurator impetrans reſcriptum quãdo poſſit uerba concipere in perſonam principalis.*
22 *Procurator generalis faciens aliquid ſimpliciter intelligitur facere nomine proprio.*
23 *Coniunctus faciens ſimpliciter intelligitur facere nomine proprio.*
24 *Sequentia declarant præcedentia.*
25 *Pœnitentia non admittitur facta declaratione libelli.*
26 *Declaratio non ſolum uerbis, ſed etiam facto fieri poteſt.*
27 *Actus qui non ualet ut agitur ualere debet eo modo quo poteſt & declaratio, & nu. 32.*
28 *Emptio facta à marito in perſonam uxoris uerba concipiendo uti nuncio non ualet.*
29 *Negotia pupilli geſta ab aliquo non ut tutor cum eſſet tutor non ualent.*
30 *Iudex ordinarius procedens, & delegatus nihil agit.*
31 *Digreſſio non ualet de perſona ad perſonam.*

REſcriptum de quo diſceptatur, impetratum ſub nomine Lazari, & fratrum, quo ad perſonam fratrũ abſentium uidetur eſſe inualidũ; nam conſtat illos tanquam abſentes non impetrauiſſe, & ſic impetratio præſumi non poteſt facta à domino, in cuius perſonã uer-
1 ba ſunt concepta, & † reſcriptum impetratum à non habente ſpeciale mandatum non ualet, cap. nonnulli. §. ſunt. & alii, cap. ex parte decani in fin. de reſcrip. etiam quòd impetratio fieret bona fide, Ant. de But. in d. §. ſunt, & alii, nu. 8. & alii de quibus infra: & habens mandatum ſpeciale ad impetrandum, non poſſet impetrare reſcriptum pro domino concipiendo uerba in perſonam domini, niſi habeat mandatum ſpeciale ad impetrandum eo modo, ſcilicet uerbis conceptis in perſonam ipſius domini, uel niſi etiam ſit conſtitutus nuncius, l. multum intereſt, C. ſi quis alte. uel ſibi, & ibi notat Bartolus numero 2. Baldus num. tertio, uerſiculo ſolue, aut loqueris, uſque ad numerum 5. Alber. numero 5. Caſtrenſ. numero 4. ubi

ubi emptio à marito procuratore uxoris facta uerbis cóceptis in personam uxoris nullo modo ualet,& rationes quas assignant prædicti Doctores procedunt etiam in impetratione rescripti,& in his terminis, scilicet in mandato ad impetrandum nerbis conceptis in personam domini loqui uidetur,glos.in d.§.sunt & alii,uers. sed si cótinetur &c.Abb.nu.9.Felyn.nu.41. Bald. nu. 10. uers.sed pone, & quamuis specialis procurator posset impetrare rescriptum uerbis in personam domini conceptis, tamen dominus uolens uti rescripto, tenetur probare legitimum mandatum præcessisse,glos.mag.in d.§.sunt & alii,uers.sed si continetur in literis,&ibi, Abb.nu.9.Felyn.num. 41.& quòd literas siue preces recepit ab eo, qui mandauit, uel ab alio eius nomine,glos.in d.c. ex
2 parte decani in uers.sine speciali,† & defectus legitimi mandati non potest per principem suppleri,tanquam defectus iuris naturalis, clem. pastoralis,§.cæterum de re iudic.Io.Staphil.in tract. de gra.& expectatiuis in tit.de commiss.& lit. inst.§. in primis,num.30.ubi inquit id procedere etiam refusis expensis. Neque rescriptum esse ualidum probat tex.in l.vniuersis.C.de precib. imp.off. Etenim ille procedit quando impetratio non tendit in præiudicium alterius, ut si impetretur restitutio ad famam,& honores: Si uero impetratio tendit ad præiudicium alterius, & quis impetrat rescriptum alteri, non ualet nisi probetur mandatum: quo casu procedit tex.in d.§. sunt & alii,ut distinguendo tradit Bald.in l.1.C. de precib. imp. off.cuius sententiam sequitur Fely.in d. §. sunt & alii,num. 50. nerf.fallit sexto &c.& uidetur etiam
3 suaderi, † quia titulus,C.de precib.imp.&c. uidetur loqui de rescriptis gratiosis,non autem de rescriptis ad lites,de quibus loquitur titulus sequẽs de diuers.rescript.Item ad illum textum in d.l.vniuersis respondent Fulgos.ibi,& Alber. in d.l.1.scilicet tex.in d.l. uniuersis procedere de iure ciuili, sed de iure canonico procedere, d. §. sunt & alii,
4 quod si uerum est cum † res agatur in terris subiectis saltem mediate ecclesiæ præualet iuris canonici dispositio. Præterea text.ille si rectè consideretur,non facit ad rem præsentem; etenim sicuti aliud est impetrare,aliud petere, Bart.in authen.de rescrip.in 2.nor.Dec.in c.cæterum in prin.de iud.
5 ita aliud † est preces offerre,aliud impetrare, text. autem in d.l.vniuersis non determinat aliquid circa impetrationem,seu facultatem impetrandi,sed solùm circa oblationem precum, seu facultatum offerendi preces.& uult quòd quando rescriptum impetratur à supplicante, id est ab eo,qui in precibus narratur supplicare non debeat quæri per quem preces oblatæ sint,& sic preces posse à quocunque offerri, dummodo rescriptum impetretur à supplicante,& tex.non loquitur in casu quo nõ solum preces fuerunt oblatæ, sed etiam rescriptũ fuit impetratum per alium, quàm per eum, qui narratur supplicare,neque aliquid disponit circa facultatem impetrandi pro alio; sed eo casu loquitur text. in dicto §. sunt & alii, & in cap. ex
6 parte decani eo. titulo,& ratio † differentiæ uidetur manifesta, quia primo casu, scilicet, quando supplicans ipse impetrat, satis constat de eius consensu,licet preces per alium oblatæ sint; sed quando offeruntur, & rescriptum per alium impetratur deficit consensus domini tempore impetrationis,& sensus quem ad illum textum tradit Bart.ad d.§. sunt & alii, ut scilicet procedat propter mendacium, & falsitatem impetrantis, ut si dicit se procuratorem cùm non esset, reprobatur à Felyno in d. §. sunt & alii in tertia ampl. uersic. & ex his limitat,& uersiculo, neque uidetur uerum,& numero 50.uersiculo sexto fallit,& re uera non modo non conuenit text. qui generaliter, & indistinctè determinat literas ad lites impetratas ab alio non ualere sine speciali mandato do-
7 mini ea ratione, quia † lites potius restringendæ sunt, quàm laxandæ absque eo quòd de falsa expressione alicuius mandati mẽtionem faciat, immo prorsus repugnat dicto §. sunt & alii, & cap. ex parte decani eo. titulo. Volunt enim textus illi,quòd procurator generalis non possit impetrare,& tamen is asserendo se procuratorem non diceret mendacium, & contra sensum Bart. pugnant ferè omnia quæ scribunt Doctor. ibi, & primò quòd scripserunt. Hostien. in summa de rescrip. numero 31. uersiculo alii restringunt, Hostien. in dicto §. sunt & alii columna quinta, uersiculo alii restringunt, Ioann. Andr. columna tertia,super uersiculo non ualent Cardin. Zabarel.numero sexto,uersiculo quæro in eo, &c. Anton.de Butr. numero octauo.Imol.numero decimo comprobarunt Felyn. & alii per eum relati dicto numero 50. in quinta limitatione, scilicet textum illum procedere etiam in impetratione facta bona fide. Secundo id,quod asseruerunt Anton. de Butr.numero 17. Felyn. numero 40. uersiculo quintam rationem, scilicet consensum principalis requiri tempore impetrationis. Tertio,quòd tradit gloss.magn. in dicto §. sunt & alii uersiculo sed si continetur in literis &c. Abbas numero nono, uersiculo si uero in rescripto &c. non dicitur &c. Felyn. numero 41. uersiculo si uero, & uersiculo aut probatur, scilicet si in rescripto non dicatur impetratorem esse procuratorem, sed uerba rescripti sint concepta in personã domini,& rescriptum sit ab alio impetratum posse opponi exceptionẽ defectus mandati. Præterea male dicerent omnes Doct.qui 60. annis post editam d.l.vniuersis in eorum scriptis simpliciter dixerunt rescriptum non posse impetrari absq; speciali mandato, Alex.cons.125.n.4.li.2. Spec.in ti. de resc.præs.§.ratione quoq; impetrantis Ias.in l.1 n.12.C.de prec.imp.off.Et male etiam dicerent ij,
8 qui scripserunt amicum † non posse impetrare rescriptum ad lites pro amico, Andreas Sicul. super rubr. de rescrip.in clement. columna quinta, uersiculo ex quo infero &c. & qui dixerunt canonicum non posse impetrare pro con.canonico, Hostiens.in summa de rescrip. numero 31. uersiculo,sed nunquid canonicus Cardin. Zabarel. in dicto §. sunt & alii numero octauo,in quarta q. Anton. de Butr. numero 13. Felyn. numero 55. Specul. vbi supra uersiculo sed nunquid ca-
9 nonicus, & hi qui dixerunt † natum ex

 illicito

illicito coitu noo poſſe impetrare pro his, qui ſi-
bi ſuot coniuncti ſanguine, Inn. in d. §. ſunt & alii
in fin. Felin. num. 3. Ad hęc falſa eſſet communis
10 omnium ſententia, qui aſſeruerunt † reſcripta ad
lites abſque ſpeciali mandato impetrata non poſ-
ſe ratificari, Glo. Hoſtien. Io. Andr. Ant. de Butr.
Imol. Abb. nu. 4. Fel. nu. in d. §. ſunt & alii, Alex.
conſilio 135. numero quinto, libro ſecuodo.
Sed & ſi uera eſſet interpretatio Bart. tamen in re
præſenti preces, qoibus narratur abſentes suppli-
caiſſe, cootinent meodacium, & ſic io ea proce-
dit diſpoſitio dicto §. ſunt & alii, & diſpoſitio di-
cta lege uniuerſis ſecuodum Barth. procedit ſo-
lùm, quando impetraos io nullo mentitus eſt,
Barth. ibi oumero 2. ut ſi in precibus diceretur
Titium ſupplicare pro Gaio, & in his terminis ui
detur loqui tex. & Barth. io dicta lege uniuerſis
circa fin. & licèt oumero 2. ponat exemplum in
11 eo, qui mentitur ſe procuratorem, tamen † exem
pla oon reſtringunt regulam, & quòd text. in di-
cto §. ſuot & alii, procedat etiam in eo, qui oon aſ
ſerit ſe procuratorem, cenſuit Aodr. Sic. ibi oume
ro 18. ubi uult ſententiam Egidii & Ioan. Andr.
quòd ſcilicet in eo text. impetrans non puniatur
pœna c. ad falſariorum de crim. falſ. ſed extraordi-
oaria procedat io eo, qui noo aſſeruit ſe procura-
12 torem, aliàs ſi † aſſeruit ſe procuratorem puoia-
13 tur pœna falſi ordinaria, & quòd falſitas † noo in
expreſſione mandati; ſed nominis principalis
abſentis uitiet reſcriptum, uidetur caſus io l. qui
ueloti C. de falſ. ubi ſi quis ſcripſerit aliquem ab-
ſentem tanquam præſentem feciſſe aliquid, incur
rit crimen falſi, & in c. quanto io fin. de his quæ
fi. à præla. ubi ſi nomioa abſeotium ſcribantur in
inſtrumento, inſtrumentum eſt falſum, & in oou
diſſimili caſu tradit Barth. io lege ſi quis obrepſe
rit oumero 2. de falſ. in lege ſi mulier §. ſi ſeruus
numero 2. re. amo. Et idem probatur ex eo, quod
poſt gloſ. ſcribit Abb. io dicto §. ſunt & alii nume
14 ro 3. ſcilicet in caſibus † quibus procurator ge-
neralis poteſt impetrare, ſi impetret ſub nomine
domini reſcriptum ooo ualere. Præterea ſi diſpo-
ſitio dicto §. ſunt & alii reſtringeretur ad eum,
qui falſò aſſerit ſe procuratorem, ſeqoeretur qoòd
impetratio facta à coniuocto aſſerente ſe procu-
ratorem & falsò ualeret; cuius contrarium ſcri-
pſit Bald. ibi numero ſexto, uerſic. no. ſi quis im-
petrat, & in d. c. ex parte on. 11. & ſimili argumen
tatione utuntur Hoſtien. Io. And. Card. Zab. Ant.
de Butr. Imol. & Felin. nu. 50. in quinta fallen. in
dicto §. ſunt & alii, dum aſſerunt text. illum
procedere etiam in eo, qui impetrat bona fi-
15 de. Præterea cum procurator † noo poſſit coo-
tractum ualidum facere uerbis cooceptis in per-
ſonam domini dicta lege multùm ioterest, ubi
oot. Barth. oumero 2. Alber. numero 5. Bald. ou-
mero 3. uſque ad d. num. 5. Angel. nu. 3. Caſtren.
oumero 4. & idem ſit in eo, qui oullum habet
mandatum Sali. in d. l. multum nu. 4. uerſ. & ſi di
cas &c. Cumque Abb. in d. §. ſunt & alii oumero
3. ſcripſerit procoratorem generalem in caſi-
bus, quibus ſecuodum ooonullos poteſt impe-
trare pro domino, id facere non poſſe uerbis con

ceptis in perſonam principalis, ſenteotia Bart. ut
ſcilicet quilibet pro alio poſſit impetrari ubi eſſet
uera, neceſſariò intelligenda eſſet, quando impe-
trans impetrat uerbis conceptis in perſonam ip-
ſius impetrantis, & nullo modo procedere poſ-
ſet, ubi quis impetret pro alio uerbis conceptis in
perſooam eius, pro quo impetrat. Alia quoque
opinio Barth. in d. l. uniuerſis, ſcilicet quòd di-
ſpoſitio §. ſunt & alii hodie non ſeruetur, reiicien
tur eſt: nam gloſ. mag. io d. §. ſuot & alii uerſ. con
ſtitutio iſta &c. Hoſtien. col. 5. uerſ. dicere autem,
Card. Zab. nu. 10. uerſ. & putat Hoſtien. dixerunt
16 io iudiciis † admitti debere exceptionē defectus
mandati cootra reſcripta, quod & uolunt Abb.
num. 9. Felyn. num. 41. ibi. Neqoe potuit coouali-
dari reſcriptum per aliquam ratificationem: tū
17 quia huiuſmodi reſcripta † non poſſunt per rati-
ficatiooem conualidari, Gloſ. Hoſtienſ. Ioan. And.
Ant. de But. Bald. oom. 2. Abb. nu. 4. Felyn. in ter-
tia ampl. in d. §. ſuot & alii, & eſt communis opi.
Alex. conſ. 135. oumero 5. lib. 2. tum quia nemo
18 † poteſt ratificare id, quod oon eſt geſtum ſuo no
mine, l. ſi popilli. §. ſi ego de oeg. geſt. & geſta à fal
ſo nuntio ratificari oon poſſunt, l. multum inter-
eſt, & ibi oot. Bart. oum. 4. C. ſi qois alte. uel ſibi:
Tum quia ubi mandatum procuratoris pronun-
ciatum eſt ooo ſufficiens uel non legiomum, nō
poteſt dominus ratificare geſta in iudicio per pro
curatorem, ſi oerum eſt, quod dixit Bald. io auth.
& qui oum. 4. C. de temp. appellat. præcipuè quan
do aduerſarius à principio oppoſuit de non ſuffi
cienti, uel oon legiomo mandato, & proteſtatus
fuit oolle eum admittere, niſi habeat ſufficiēs, &
legitimom mandatum. l. inter quos. §. alieno, &
ibi oot. Ang. de dam. inf. Cæpol. caut. 15. Neq; po-
teſt ſuſtineri reſcriptum, tanquam impetratum à
Lazaro fratre uti cōiuncta perſona, etenim in pre
cibus non fuit expreſſum, quòd Lazarus quic-
quam petere coniuoctorio nomine fratris, & fa-
19 cieos † præſumitur facere oomioe ſuo, l. & ma
gis de ſolutio. & perſona ooo ſubintelligitor, l. ſi
ita ſtipulatus, §. Chryſogonus de uerb. obligatio.
20 præter id, quod ad hoc ut coniunctus † dicatur
agere nomioe coniuncti, oeceſſe eſt ut expri-
mat, Bartolus in lege ſancimus, oumero 20.
C. de ſacroſancta eccleſia. Iaſoo. in lege exi-
gendi io decimaquarta limitatiooe. C. de procu-
ratorib. Neque obſtat, qoòd ubi procurator
21 † impetrat reſcriptum, uerba poſſiot coocipi
in perſonam priocipalis, Baldus io dicto cap.
noooolli, num. 10. uerſ. ſed pone &c. Ideoque idē
facere poſſit cooiuoctus. Nam reſpoodetur pri-
mo Baldum loqui in caſo, quo impetrans erat
ooo ſolum conſtitutus procurator; ſed etiam nun
tius, aliàs diceret contra text. in d. l. multum in-
tereſt, ubi ſi procurator emat uerbis conceptis in
perſonam domini, & ſic uti ooooius ooo ualet
emptio neqoe uti facta à procuratore, oeque uti
facta à nuntio, Bartolus ibi numero 2. & com-
probarunt poſteriores, de quibus ſupra. Secundo
reſpondetur Baldum eſſe neceſſariò intelligen-
dum in eo procuratore, qui poteſt impetrare pro
alio reſcriptum, & ſic habente ſpeciale mandatū.

coniuncta

coniuncta autem persona non dicitur habere mandatum aliquod, l. 3. §. sed si fortè indic. sol. & omni in casu non dicitur habere mandatum speciale, & sic argumentari non licet de uno ad aliud, & ubi argumentari liceret à procuratore ad coniunctam personam, argumentum procedere solum posset à procuratore generali, & ex eo se-
22 queretur, quòd sicuti procurator † generalis faciens aliquid simpliciter, intelligitur facere nomine proprio, non procuratorio. Bartol. in l. 1. §. nunciatio, num. 13. de oper. nou. nunciat. licet habens mandatum speciale ad actum quem facit, possit intelligi facere procuratorio nomine, quò ad hoc ut teneatur actione mandati domino, nō autem quò ad hoc ut detur actio inter dominum & eum, cum quo procurator contraxit Bart. in l. qui in aliena, §. si is qui putat de acquir. hæred. & tradit Ias. d. §. nunciatio, num. 3. Ita & coniun-
23 ctus † simpliciter faciens, intelligatur facere nomine proprio, non coniunctorio. Præterea cum Lazarus intimauerit dictum rescriptum, tanquam procurator fratrum, & bis præsentauerit illud tanquam procurator, & mandatum exhibuerit, quod fuit declaratum insufficiens; non potest rescriptum sustineri tanquam impetratum à coniuncto Bald. in d. cap. nonnulli, num. 6. uersic. nota si quis impetrat, in cap. ex parte decani, nu. 1. eod. tit. Alex. in d. l. exigendi, nu. 14. Ias. nu. 9. uersic. 6. fallit &c. & in terminis rescripti Felyn. in d. §.
24 sunt, & alii, num. 54. etenim † sequentia declarant præcedentia, & actus qui sequitur, declarat intentionem præcedentem, Bartol. in l. cetera. §. sed si paruerit, num. 3. de leg. 1. & facta declara-
25 tione † libelli non admittitur pœnitentia, Bald. in l. fin. num. 10. C. de codicill. neque uariatio, Bartol. in l. inter stipulantem, §. 1. in fin. de uerb. oblig. Castren. in l. si quis intentione ambigua, nu.
26 5. de indic. & declaratio † potest fieri non solū uerbis, sed etiam facto, l. Paulus rem rat. hab. & actus etiam inutilis declarat uoluntatem, l. fin. de reb. eo. Neque ad rem facere uidetur, quod ex aduerso dicitur, rescriptum de quo agitur, sustineri debere uti impetratum à Lazaro tanquam coniuncta persona, quia cum defectus sit in causa ef-
27 ficiente actus † qui non ualet, ut agitur, ualere debet eo modo, quo ualere potest, Bart. in l. 1. §. si quis ita num. de uerb. oblig. Nam respondetur primo, quòd non obstantibus prædictis rationib. Rom. cons. 446. & 496. consuluit contrarium, & rationes per Rom. relatæ inseruire possunt proposito casui: Romanum sequitur Ias. in l. exigendi, C. de procur. Felyn. in d. §. sunt & alii num. 54. Secundo respondetur ex traditis per Rip. in d. §. si quis ita num. 30. Tertio respondetur, quòd quando est defectus in causa efficienti, actus qui non ualet, ut agitur, non ualet ut ualere potest si fiat ingressio de persona ad personam, Angel. in d. §. si quis ita nu. 2. uers. saluo nisi oporteret, &c. cuius dictum uidetur intelligendum, ut actus factus ab aliquo uno nomine, non ualeat ut factus ab eodem alieno nomine. In quibus terminis loquitur text. in l. multum interest, C. si quis alt. uel sibi &c. quem Ang. allegat: uult enim text. ille, ut ibi nor. Bart. nu. 2. Bald. num. 3. uers. sol. aut
28 loqueris, Castren. nu. 4. quòd emptio † facta à marito uerbis conceptis in personam uxoris, & sic uti nūcio, nullo modo ualeat, licèt fieri potuisset ab eodem uti procuratore, Ang. sententiam comprobat text. in l. pen. de eo qui pro tuto. in l. 3. §. sed quod de tuto, uersic. sed si quidem tutor ind.
29 sol. ubi si quis † gerat negocia pupilli non quasi tutor, licèt re uera esset tutor, acta ab eo non ualebunt, ut facta a tutore, & in c. cum super de offic. deleg. ubi processus factus à duobus delegatis, quorum alter fuerat, ut suspectus, recusatus; non ualet quasi factus ab uno tantum, licèt ille solus posset procedere, & quod dixit Abb. post gloss. in
30 c. ex literis, nu. 5. de offic. deleg. si iudex † ordinarius credens si delegatum procedat ex potestate delegata non ualere processum tanquam factum ab eodem ex potestate ordinaria; comprobarunt multi quos recenset Felyn. in cap. cum ex offic. numero 25. de præscrip. Quartò respondetur, quòd tradita per Bart. ad rem præsentem non faciunt, in qua non potest allegari defectus in causa efficiente, ex quo Lazarus non impetrauit rescriptum nomine fratrum, neque ut coniunctus, neque ut procurator, sed duntaxat nomine suo, & ideo non potest disputari, an actus factus nomine fratrum deberet sustineri magis uno quàm alio &c. præter id quòd si rescriptum impetratum à Lazaro sub nomine suo ualeret tanquam impetratum sub nomine fratrum, procul-
31 dubio fieret † digressio de persona ad personam, quo casu non procedit conclusio Bart. secundum Angel. Quod autem exaduerso dicitur tradita per Roma. in d. cons. 446. procedere duntaxat in casu quo, quis scienter obripuit prætori narrando se procuratorem cùm non esset, uidetur contra tex. in d. l. pen. quod fal. tut. in d. l. 3. uers. sed quod de tuto. iud. sol. qui loquuntur etiam in ignorante. Item uidetur contra tex. in d. l. multùm interest, ubi non præsupponitur maritum dixisse se nuntium, sed duntaxat contraxisse concipiendo uerba in uxorem. Item est contra tradita per gl. & Abb. nu. 5. in d. c. ex literis de offic. deleg. quorum dicta procedunt etiam in iudice ignorante nullitatem delegationis, ut ex Alex. tradit Felin. in d. c. cum ex officii nu. 26. Quintò uidetur posse dici cum coniunctus faciens coniunctorio nomine, debeat id exprimere, Bart. in l. sancimus num. 10. C. de sacrosanc. eccl. Ias. in d. l. exigendi in 14. limit. quod adsit in re præsenti defectus etiam in forma, quo
32 casu † non sustinetur actus, ut ualere potest, Ale. in d. §. si quis ita nu. 10. & cōprobarūt posteriores.

CASVS XLV.

¶ Extat constitutio Principis, quòd nemo in iudicio alterius nomine aliquo modo admittatur sine legitimo mandato, quod in primis exhibeat, & apud acta statim dimittat; nisi agnati uel cognati, qui ad tuendos minores pupillos, uel furiosos ex forma rescripti uocarentur, cuius constitutionis copia exhibetur.

1 ¶ Quæritur, an coniunctus absque mandato agere possit pro coniuncto.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus non admittitur ad agendum nisi habeat mandatum.*
2 *Ratihabitio licet regulariter æquiparetur mandato tamen fallit ubicunq; lex requirit mandatum pro forma.*
3 *Productio legitimi mandati requiritur à constitutionibus non fauore actoris, sed aduersarij.*
4 *Ratihabitio quando nihil operatur.*
5 *Coniuncta persona non dicitur habere legitimum mandatum.*
6 *Verba generalia omnia comprehendunt, & præsertim negatiua.*
7 *Negatiua plus negat, quàm affirmatiua affirmet.*
8 *Verba hæc alio quouis &c. quid operentur.*
9 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
10 *Exceptio debet esse de regula.*
11 *Inclusio unius est alterius exclusio.*

EXhibita constitutione stante, coniun-
1 ctus † non uidetur admittendus
ad agendum nisi habeat manda-
tum, nam Bal. in l. fin. nu. 17. C. de
edil. act. dixit statutum quòd non
ualeat processus nisi producto instrumento pro-
curatorio, intelligitur de sufficienti mandato da-
to, & sic uult quòd sit datum mandatum sufficiés
in l. executorem nu. 5. C. de execut. rei iudi. inquit
2 licèt regulariter † ratihabitio æquipararetur manda
to, tamen fallit ubicunque lex requirit mádatum
pro forma in c. ex parte decani nu. 7. uers. conside-
ra de rescript. scripsit ubi requiritur mandatum
pro forma actus, ratihabitio nihil operatur, & in
l. si uxor nu. 2. C. de cond. inser. uers. 5. & ultimo ca
su dixit ubi lex requirit mandatum non sufficere
ratihabitionem allegat tex. in l. quid ergo in prin.
de his qui not. infam. & addit quòd si statutum di
ceret, non ualeat processus sine legitimo manda-
to, non sufficeret ratihabitio, comprobauit Aret.
in d. l. Paulus col. 1. in fin. Soc. in reg. procurator
de cuius mandato 4. fallen. quorum sententia ui-
detur comprobari ex his quæ scribit Abb. in c. nó-
nulli, §. sunt & alii nu. 5. de rescr. productionem
3 † legitimi mandati requiri à constitutionibus non
fauore actoris, sed aduersarii, & ideo non posse
actorem ex post supplere id quod non dependet
ab eius consensu, & ex his quæ ibidem tradit Fe-
4 lin. nu. 4. uers. quintam rationem, scilicet † quan-
do aliquid requiritur certo & determinato tem-
pore ratihabitationem post id tempus subsecutá
nihil operari: quod etiam dixit Aret. in d. l. Pau-
lus, & probat text. in c. auditis de elect. Coniuncta
5 † autem persona non dicitur habere legitimum
mandatum, Bal. in d. c. ex parte decani nu. 10. Imò
neque dicitur procurator l. 3. §. 1. iud. sol. & admit
titur duntaxat cum cautione rati l. exigendi. C. de
procur. quæ cautio non debet admitti, ubi ratiha-
bitio nihil operatur, l. hæc stipulatio. §. diuus ut le
ga. no. cau. Hinc Castren. in l. 1. num. 3. de procur.
scripsit si statutum dicat quòd procurator ueniés
ad iudicium, debeat in primo actu ostendere in-
strumentum mandati, non comprehenderetur có
iuncta persona, quæ agit uti coniuncta, quia non
agit uti procurator, & statutum loquitur de procu
ratore, ex quo Castren. dicto infertur quòd si statu
tum loqueretur non de procuratore, sed simplici-
ter de eo, qui cóparet in iudicio nomine alterius,
comprehenderetur etiam coniuncta persona, quę
agere uult uti coniuncta; & multò magis si statu-
tum loqueretur per uerba uniuersalia negatiua,
scilicet nemo alterius nomine admittatur &c. Ná
6 uerba † uniuersalia omnia comprehendunt l. Iulia
nus de leg. 3. c. solutæ de ma. Hinc Castr. cons. 313.
col. 2. lib. 1. inquit, licèt uerba indifinita aut gene
ralia restringi possint salua ratione recti sermonis
secus tamen in uerbis uniuersalibus. quod maxi-
mè procedit in uerbis uniuersalibus negatiuis; ná
licèt promissio quandoque restringatur, tamen
prohibitio indistinctè facta generaliter est accipié
da, glo. fin. in l. hoc genus de cond. & demonstr.
7 ubi Castren. inquit, quòd † negatiua fortiùs negat,
quàm affirmatiua affirmet præcipuè in casu præ-
senti, quo negatiua est geminata. Nam in princi-
pio dicitur, nemo admittatur absque legitimo má
dato, & paulò infra nemo audiatur, aut in iudicio
admittatur tanquam excusator, uel alio quouis
nomine; quæ uerba continent uniuersalem prohi
bitionem respectu personarum, quæ uolunt com
parere, & respectu modi quo comparere possent,
& excludunt omnes personas & omnem modú
8 comparendi in iudicio. Etenim uerba illa † alio
quouis &c. augent prohibitionem, & operantur
ut dispositio comprehendat ea, quæ aliàs non có-
prehenduntur clem. 1. in uers. alia quauis iuncta
gl. 2. & ibi ponderat Imol. de re iud. l. quidam §. 1.
iuncta gl. in uerb. quoquomodo iuncto uerbo ple
nissimam indulgentiam de testam. milit. Bart. in l.
generaliter §. uxori de usuf. lega. Alex. cons. 30. nu.
14. lib. 5. ubi loquitur de uerbis quibusuis aliis
alia quælibet quoquomodo. Quod manifestius
ostendunt ultima uerba constitutionis, ibi, nisi
9 agnati &c. nam cum † exceptio firmet regulam in
casibus non exceptuatis l. nam quod §. fin. de pen.
leg. uerba prędicta firmant regulam & prohibitio
nem procedere etiam in agnatis, & in coniunctis
10 personis, & cum exceptio † debeat esse de regula
Dyn. in rubr. de re iur. & exceptio loquatur de có
iunctis, de hisdem etiam loqui intelligenda est re-
11 gula: cumque unius inclusio † sit alterius exclu-
sio, & econtra l. cum prætor in princ. de iud. & có
iuncti non habentes legitimum mandatum inclu
dantur in casu duntaxat excepto, in cæteris omni-
bus censentur exclusi.

CASVS XLVI.

¶ An coniunctus possit agere pro coniuncto ad restitutionem fideicommissi vniuersalis.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus in requirentibus speciale mandatum non potest agere pro coniuncto.*

2 *Man-*

2 *Mandatum spetiale requiritur in effectuali petitione bonorum possesionis.*
3 *Mandatum requiritur ad petendum uniuersali fideicommissum.*
4 *Mandatum spetiale requiritur in additione hæreditatis.*
5 *Hæres ante additionem, quòd ius habeat in hæreditate.*
6 *Fideicommissarius quam actionem habeat.*
7 *Dies legati quo ad quot effectus cedat.*
8 *Bal. & alij in l. cum filio de leg. 1. de qua transmissione loquantur.*
9 *Legatum particulare acquiritur ignoranti.*
10 *Ius declarandi, an quis uelit adire est personale.*
11 *Coniunctus non potest stipulari pro coniuncto.*
12 *Coniunctam personam non admitti ad petendam solutionem secus ad agendum, quomodo intelligatur.*
13 *Actio cum fideicommissario uniuersali quando competat.*
14 *Iudicium non potest esse super futuris.*
15 *Voluntatis declaratio non potest fieri per alium, quã per fideicommissarium.*
16 *Procurator generalis, uel coniuncta persona quando possunt agere ut hæreditas restituatur fideicommissario.*
17 *Diuersa est ratio in eo qui agit ut soluatur coniuncto ab eo qui petit, ut hæreditas restituatur coniuncto.*
18 *Possesio acquiritur per procuratorem etiam ignoranti.*
19 *Procuratur de cuius mandato sufficienti dubitatur admittitur cum cautione rati.*
20 *Actio ad fideicommissum quando possit per cessionarium exerceri.*
21 *Coniuncta persona quando possit admitti ad agendũ pro coniuncto.*

1 IN requirentibus † speciale mandatum, coniunctus non potest agere
pro coniuncto l. patri, & ibi not.
Bart. de minor. Cyn. in l. exigendi
nu. 4. Bald. nu. 20. Ias. num. 9. C. de
procur. In re autem proposita requiri uidetur speciale mandatam: Nam restitutio hæreditatis dicitur successio, & obliget eum cui restituitur, l. non
2 enim ad Trebell. Qua ratione mandatum † speciale requiri in effectuali petitione bonorum possessionis, asseruerunt Cyn. Fulg. & Castren. in l. si maritus. C. mand. Com. in l. Paulus nu. 7. & 8. in fin.
Rom. nu. 4. de acquir. hæred. & quamuis gl. in d. l. si maritus, & Bart. in l. 3. §. acquirere de bon. poss. uoluerint sufficere mandatum generale: tamen Bald. & Salyc. in d. l. si maritus dixerunt id posse procedere in mandato generali ad obligandum, & non aliter; & in additione hæreditatis in casibus quibus per procuratore adiri potest requiritur mã datum speciale, l. si quis mihi bona §. iussum de acquir. hæred. Bart. in l. Paulus eo. tit. in l. filius familiàs nu. 9. de don. Bal. in l. 1. in 30. op. nu. 31. C. qui
3 admitt. &c. & ad petendum † uniuersale fideicommissum requiri mandatum speciale, decadunt glo. in l. si quis mihi bona §. sed utrum in uers. speciali
ter de acquir. hæred. Bart. in l. filius fam. nu. 12. de donat. asserentes in casu l. qui ita §. 1. ad Trebel. in quo procurator absentis petebat restitutionem fideicommissi requiri mandatum speciale, comprobarunt Comen. in d. l. filius fam. nu. 6. Imol. eo. nu. 10. & Alex. in apost. ad Bart. qui Imol. & Alex. pro comprobatione eius quod dixerat Bartholus, scri
4 pserunt in additione † hæreditatis requiri mandatum speciale cum expressione indiuidui, quia magnum periculum uersatur propter onera hæreditaria, & prædictam rationem locum sibi uendicare, quando petitur restitutio hæreditatis, cum fideicommissarius sit hæres effectu. Et idem uoluit Imol. in l. Paulus de acquir. hæred. ubi propter text. in d. l. qui ita §. 1. scripsit speciale mandatum in acquisitione hæreditatis fienda ex causa fideicõmissaria requiri quod replicauit Imol. in d. l. qui ita §. 1. sequutus fuit Rom. in d. l. Paulus nu. 4. uersic. 3. & hoc &c. Idem senserunt Bart. & Ias. in l. si stipulatus fuerim illud aut illud in fin. prin. de uerb. oblig. dum arguendo à iure petendi fideicõmissum ad ius eligendi, uoluerunt in iure eligendi requiri mandatum speciale; neque in contrariũ facit si diceretur & si fideicommissarius dicatur succedere testatori fideicommittenti, & hæres illius, §. restituta, Instit. de fideicom. hæred. tamen quò ad agendum eius nomine argumentari non licet ab hærede directo ad fideicommissarium.
5 hæres † ante aditionem nullum habet ius quæsitum, sed duntaxat ius & facultatem adeundi l. pre
6 tia rerum ad l. Falcid. † fideicommissarius uerò habet actionem ex testamento, quam ad hæredes transmittit casu quo decedat ante restitutionem fideicommissi factum sibi Bart. in l. cum filio num. 12. de leg. 1. Comprobarunt communiter posteriores ibi. Nam respondetur primò argumentum nõ ualere fideicommissum transmittitur, ergo fideicommissario competit actio uel debetur fideicõmissum: Nam longè differunt gl. Bal. nu. 5. uersic. opp. quòd imò &c. Castr. n. 7. in l. 1. §. cum igitur
7 C. de cad. toll. qui Castren. dicit diem † legati cedere quoad quatuor effectus, scilicet ut transmittatur, ut debeatur, ut peti possit, & ut dominium transferatur; & quò ad primum idest, ut transmittatur diem cedere à morte testatoris, quò ad aliòs uerò non, & fideicommissum uniuersale licèt dies eius cedat à morte testatoris, tamen etiam in casibus, quibus restitutio intelligatur ipso iure facta non acquiritur fideicommissario, neque illi actio competit nisi facta declaratione quòd uelit habere fideicommissum l. 1. §. sed & quotiens in uerb. si uelit, ubi not. Soc. nu. 5. Rip. nu. 6. ad Trebell. l. cogi §. Metianus in uerb. si uelint, & ibi Castren. nu. 3. in fin. eo. tit. Rip. l. 1. nu. 50. de leg. 1. & trans
8 missio † de qua loquitur Bar. & alii in d. l. cum filio est intelligenda respectu transmissionis iuris acquirendi fideicõmissum, scilicet ut hæres fideicõmissarii ita possit acceptare & petere fideicõmissum sicut ipse fideicommissarius poterit; non autem respectu ueræ & effectualis transmissionis, scilicet ut hæres non possit fideicommissum recusare, & teneatur subire actiones creditorum. Huiusmodi enim transmissio non fit nisi post acce

ptatio

ptationem, ut declarat Maria. Soc. in repet. d. l. cū
filio numero 254. uerſ. unum circa prædicta &c.
9 Quinimo licet legatum † particulare acquiratur
ignoranti l. cum pater §. ſurdo de leg. 2. tamen lega
tario non competit actio ante acceptationem &
ideo antequam acceptet legatum, hæres contra
eum præſcribit ſpatio 30. annorum non obſtante
eius mala fide, ut poſt Anchar. tradit Soc. conſil.
63. col. 4. uerſ. præterea hanc partem &c. Balb. in
tract. præſcr. in 4. parte 2. partis q. 3. nu. 2. uerſ. con
firmantur &c. Declaratio autem uoluntatis, & ac
ceptatio fideicommiſſi uniuerſalis non poteſt fie-
ri per coniunctum, neque per alium quàm per ha
bentem ſpeciale mandatum: Tum quia idem eſt
in declaratione uoluntatis, per quam inducitur
10 aditio: tum quia ius † declarandi an quis uelit,
eſt perſonale, l. fin. in prin. de uerb. oblig. ideo mor
te extinguitur, l. ſi ita legatum §. illi ſi uolet de leg.
11 1. l. 4. locat. Tum quia coniunctus † non poteſt ſti
pulari pro coniuncto l. ſtipulatio iſta §. alteri de
uerb. oblig. neque illi acquirere l. 1. C. per quas
perſo. &c. neque pro eo beneficium acceptare
Abb. in c. accedens nu. 2. de præben. & quamuis
reſtitutio hæreditatis poſſit ratificari l. ſi legatus
§. ſi filio l. reſtituta in prin. l. ſeruo inuito in prin.
ad Trebell. non tamen ex hoc infertur quin neceſ
ſarium ſit in petenda reſtitutione hæreditatis ſpe-
ciale mandatum l. illud §. fin. cum l. ſequen. de
min. Neque obſtat ſi diceretur licèt fideicommiſ-
ſum uniuerſale non poſſit reſtitui ei, qui non po-
teſt adire, l. reſtituta §. fin. ubi not. Ang. nu. 4. ad
Trebell. neque procuratori non habenti ſpeciale
mandatum Caſtr. in d. l. reſtituta in princ. nu. 4. &
in d. §. pupillus. nu. 1. in fin. & ideo neque coniun
ctæ perſonæ d. l. patri tamen procuratorem gene-
ralem & coniunctam perſonam poſſe agere ut re
ſtituatur fideicommiſſario, quemadmodum &
quamuis coniunctæ perſonæ uel procuratori ge-
nerali non poſſit ſolui l. hoc iure de ſolut. l. 2. ut
lega. no. cau. &c. tamen coniunctus & procurator
generalis agere poſſunt, l. ſed hæ in prin. l. Pompo-
nius §. fin. de proc. ſcilicet, ut ſoluatur non ſibi ſed
coniuncto aut domino, pro quo agit Bart. in l. uero
ro procuratori in princ. de ſolut. in d. l. exigendi in
2. lectu. nu. 12. in l. 1. nu. 11. C. de ſentent. Idque in
petitione reſtitutionis fideicommiſſi ſentire (licèt
non clarè) Caſtrenſem in d. l. qui ita §. 1. Nam re-
ſpondetur primo Caſtrenſem id non dicere, nam
dum nu. 3. uerſic. ſed ſi nullo modo &c. dicit con-
12 iunctam † perſonam non admitti ad petendum
ſolutionem, licèt ad agendum ſecus, debet eius di
ctum intelligi ſecundum leges quas allegat, ſcili-
cet l. Pomponius §. fin. de procur. in l. ſed hæc eo.
tit. quæ loquuntur in caſibus, quibus regulariter
coniunctus admittitur ad agendum, & ſic qui nō
requirunt ſpeciale mandatum, non autem intelli
gendus eſt, ut uelit coniunctum agere poſſe ad re
ſtitutionem fideicommiſſi uniuerſalis. Secundò
reſpondetur contrarium expreſſe uelle Bar. Com.
Imol. & Alex. in d. l. filiusfamilias de donat. Imol.
& Rom. in d. l. Paulus de acquir. hæred. Imol. in d.
l. qui ita §. 1. Idque optima ratione comprobare,
& quorum deciſio debet intelligi indiſtinctè, ut
ſcilicet ſit neceſſarium ſpecialem mandatum, ſiue
procurator petat reſtitui fideicommiſſum ſibi, ſi-
ue fideicommiſſario: tum quia generaliter & in
diſtinctè loquuntur: item de mandato ad peten-
dum, non autem de mandato ad exigendum uel
recipiendum: tum quia ratio allegata per Bart. in
d. l. filiusfamilias, ſcilicet quia lex non præſumit
dominum in mandato generali id uoluiſſe; &
alia, quam aſſignant Imolen. & Alex. ſcilicet ob
periculum quod uerſatur propter onera hæredita
ria, locum ſibi uendicent utroque caſu: tum quia
ubi ſententia Bart. & aliorum reſtringeretur ad ca
ſum quo procurator petit reſtitui ſibi, indubitata
eſſet eorum deciſio, & fruſtratoria fuiſſet aſſigna-
tio rationis Imol. & Alex. ſcilicet periculū ob one-
ra hæreditaria. nam cum ſemper & omni in caſu
requiratur ſpeciale mandatum, ad hoc ut procu-
rator poſſit petere dari uel ſolui ſibi, l. hoc iure de
ſolut. Bart. in l. 1. nu. 2. C. de ſenten. ſatis fuiſſet al-
legare prædictam regulam. Tertiò reſpondetur,
13 cum fideicommiſſario † uniuerſali etiam in caſi-
bus quibus intelligitur facta reſtitutio, ipſo iure
non competat actio ad fideicommiſſum antequā
uoluntatem ſuam declarauerit, & illud acceptaue
rit, non poteſt neque ipſe neque alius pro eo ante
uoluntatis declarationem & acceptationem fidei
commiſſi agere: cum nemo ſine actione experia-
14 tur, l. ſi pupilli de neg. geſt. & ſuper † ſumtis non
poſſit eſſe iudicium, l. non quemadmodum de
15 iud. Cumque huiuſmodi uoluntatis † declaratio
& acceptatio non poſſit fieri per alium, quam per
fideicommiſſarium, uel ſpecialem procuratorem,
16 ubi uerum eſſet quod procurator † generalis, uel
coniunctus poſſent agere, ut hæreditas reſtitua-
tur fideicommiſſario, id eſſet reſtringendum mo-
dò fideicommiſſarius prius declarauiſſet uolunta-
tem, & acceptauiſſet fideicommiſſum d. l. 1. §. ſed
& quotiens d. l. cogi §. Metianus ad Trebell. Inſu-
17 per diuerſa uidetur ratio † in eo qui agit, ut ſolua
tur coniuncto ab eo qui petit, ut hæreditas reſti-
tuatur coniuncto: Nam primo caſu nullum po-
teſt coniuncto præiudicium generari. Secundo
uero ſic d. l. non enim ad Trebell. ideo ab uno ad
alterum argumentari non debet, non etiam in op
poſitum facit, quòd generalis procurator poſſit
acquirere poſſeſſionem, l. 1. §. per procuratorem,
de acquir. poſſ. in qua tamen acquirenda neceſſa-
rius eſt animus acquirentis. Nam reſpondetur
18 † poſſeſſionem acquiri per procuratorem etiam
ignoranti gloſ. ibi, & eſt ratio, quia lex præſumit
dominum id uoluiſſe in generali mandato d. l. 1.
§. item acquirimus Iaſ. in d. §. per procuratorem
nu. 2. uerſ. iſta tamen concluſio &c. Neque etiam
obſtat quòd hic agatur de modico præiudicio, &
Dec. in c. cum M. nu. 14. uerſ. limitatur tamen iſta
concluſio &c. ſcripſerit coniunctum admitti ad
agendum etiam ubi neceſſarium eſſet ſpeciale mā
datum ſi agatur de modico præiudicio. Nam re-
ſpondetur primò Abbatem quem Dec. allegat, nō
dicere id ad quod allegatur. Secundò ſiue modi-
cum præiudicium conſideretur ex parte eius pro
quo agitur, quia poteſt non habere ratum, ſiue ex
parte eius contra quem agitur, quaſi tutus ſit ob

cauuo

cautionem rati, respondetur quòd attenta hac ratione coniunctus cum cautione rati semper admitteretur etiam in casibus requirentibus speciale mandatum: item is quem constat non habere mandatum semper admitteretur cum eadem cautione contra text. & Doct. in l. patri de minor. in l. 1. C. de procur. Neque in contrarium facit text. in d. l. qui ita, §. 1. in uerb. non magna captio &c. nã
19 cum regulariter procurator, † de cuius mandato sufficienti dubitatur, admittatur ad agendum cũ rati cautione, d. l. 1. C. de procur. & in eo tex. Iureconsf. decidisset contra prædictam regulam, procuratorem de cuius speciali mandato dubitatur, nõ posse agere nomine fideicommissarii; ut hæres cogatur adire; idque propter fragilitatem cautionis, deinde in casu quo hæres adierit, decidit secundũ prædictam regulam, scilicet procuratorem de cuius speciali mandato dubitatur, posse agere ut fideicommissum restituatur, & allegat rationem. s. quia non magna captio est. s. respectu præcedentis casus, in quo agebatur de cogendo hærede ad adeundum: item textus ille considerat præiudicium duntaxat respectu grauati, & propter periculum onerum hæreditariorum, quibus cũ iam esset implicitus non uidetur posse sequi magna captio: præterea in illo textu fideicommissarius agnouerat fideicommissum, quia cõstabat aliquo modo de mandato speciali ad petendum restitutionem, aliàs enim super futuris non potest esse iudicium, neque aliquid peti antequã debeatur, l. non quemadmodum de iud. ubi gloss. in primo exemplo inquit, quòd non possum conuenire te uti hæredem antequam adeas, licèt speraretur te aditurum. Vnde & neque possum agere nomine hæredis, aut fideicommissarii vniuersalis, antequam is adeat hæreditatem, aut fideicommissum agnoscat &c. Quod etiam uoluit Castr. consf. 408. nu. 3. uerf. erit ergo rectus modus &c. lib. 1. ubi uult actionem ad fideicommissum uniuersale,
20 † ita demum posse per cessionarium exerceri, si fideicommissarius ante cessionem agnouit fideicommissum. Neque in contrarium obstat id quod scribit Fely. in cap. coram, num. 5. uer. quartus casus de off. deleg. scilicet coniunctam personam consortem litis posse agere pro coniuncta etiam in casibus requirentibus speciale mandatum; etenim respondetur ex eo, quòd quis sit cõsors eiusdem rei non efficitur ut admittatur ad agendum absque mandato ante litem contestatã ab omnibus consortibus l. 2. ubi not. Cyn. & Cast. C. de consor. eiusdem lit. Bart. in l. exigendi in 2. lect. nu. 12. & aliud est esse consortem rei, aliud consortem litis: & in re præsenti cum is, cuius nomine agi uidetur ad restitutionem fideicommissi, nullam fuerit litem contestatus, non potest dici consors litis: præterea Felyn. sententia ubi generaliter intelligatur in consorte rei agente pro coniuncto ante litem contestatam non est uera: & contrarium scripsit Specul. in tit. de acto. col. 10. uerf. item consors eiusdem litis Abb. in cap. cum M. nu. 10. Felyn. num. 8. uerf. secundo limita, Dec. num. 11. de constitut. & text. per Felyn. allegati in d. c. coram non probant eius dictum, nam tex. in cap. constitutus de restitut. in integ. loquatur in impetrante rescriptum, quod potest facere coniunctus pro coniuncto: & ita illum textum intellexit glos. 1. ibi dum allegat text. in c. nonnulli de rescript. & deinde inquit quòd ille frater nõ admittitur ad petendum restitutionem in integrum, nisi constet de eius uoluntate: textus autem in l. patri de minor. loquitur in casu, quo pater petere uolebat restitutionem in integrum propter proprium interesse, & præiudicium sui, Bart.
21 ibi in summario qui dicit in casibus, † quibus requiritur speciale mandatum coniunctam personam admitti, si prætendat proprium interesse: aliàs secus idem uult in 3. nota. & Bald. ibidem inquit legem illam concedere patri, ut petat restitutionem in integrum, non quia pater, sed ratione præiudicii, & proprii interesse, & idem dixit Specul. in tit. de coniun. col. 2. uerf. quid ergo si talis &c. præiudicium autem patris est, quia est obligatus de peculio.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio restituit quicquid fuit ademptum. & nu. 2. econtra num. 3.*

CASVS XLVII.

Colligitur ex allegationibus.

Restitutus ad pristinum statum, & ad bona, uidetur etiam restitutum ad bona de quibus agitur: nam re-
1 stitutio † restituit quicquid fuit ademptum per confiscationem, l. fin. §. fin. C. de sent. pass. & quamuis restitutio non trahatur ad bona alteri quæsita, tamen id nõ procedit in his, quæ deuenerunt in alium immediate per sententiam confiscationis bonorum: ea enim consequitur restitutus Bal. in tit. hic fin. lex sed &c. nu. 17. & uidetur casus in d. l. fin. in princ. & fin. ubi per restitutionem pater recuperat patriam potestatem, quam per deportationem amiserat, & in l. si libertus de iu. patron. in l. 3. §. si deportatus de bo. liber. ubi patronus deportatus, & deinde restitutus recuparet ius patronatus, quod immediatè ob sententiam amiserat, & in l. 1. in fi. de bon. poss. cont. tab. ubi filius deportatus per restitutionem recuperat ius suitatis, & excludit nepotem, qui deportato filio cœperat tenere primũ
2 locum. hinc scripsit Bald. quòd restitutio † trahitur ad bona quæsita tertio ui sententiæ condemnationis, & bonorum confiscationis, quæ postea per restitutionem rescinditur, quia per restitutionem causa illius acquisitionis trahitur ad nõ causam, Bal. in l. fin. nu. 5. uerf. quædam sunt, C. de sent. pass. & Afflict. in tit. hic finit. lex, Fed. in prin. in 6. not. num. 37. inquit, quòd si bona rebellis erant per delictum, uel sententiam applicata agnato, uel domino, à quo bona illa tenebat per restitutionem illa recuperat. † Contrarium suadere
3 uidetur id, quod dixit Bal. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 3. uerf. & ex hoc infertur de lib. & posth. scilicet stante statuto, quòd dimidia bonorum

rum occiſoris applicetur fiſco, alia dimidia hæredibus occiſi, ſi occiſor poſt reſtituatur ad bona, reſtitutionem non porrigi ad bona applicata hæredibus occiſi, maximè ſi iam facta erat realis executio, & hoc caſu, ſcilicet quando facta eſt executio & apprehenſio, comprobarunt Angel. in l. pater filium de adopt. Alex. in d. §. & quid ſi tantum. quæ Bald. & aliorum ſententia uidetur contra iura ſuperius allegata, & maximè contra text. in d. l. fin. C. de ſentent. paſſ. ubi filius deportati geſſerat ſe pro patrefamilias, & ſic facta erat executio liberationis à patria poteſtate, & tamen pater reſtitutus recuperat patriam poteſtatem & adminiſtrationem bonorum filii, & contra ea quæ ſcripſit Bal. in d. l. fin. nu. 5. & maximè ratio per eum aſſignata ſcilicet per reſtitutionem cauſam acquiſitionis trahi ad non cauſam, & ea quæ ſcripſit Caſtren. in auth. excipitur in fin. C. de bo. quæ lib. ubi ſi patre deportato deferatur hæreditas filio, pater reſtitutus pro tempore futuro, poſt reſtitutione habebit uſumfructum, & tamen hæreditas illa fuerat adita & apprehenſa per filium, & quæ ſcripſit Afflict. in d. tit. hic fin. lex, Corad. in prin. in 6. notab. nu. 37. Iccircò res uidetur dubia, quam pro nunc prorſus decidere non audeo, licèt in priorem ſententiam inclinem, eamque ueriorem arbitrer.

SVMMARIVM.

1 *Alienare qui non poteſt, nec poteſt agere.*
2 *Iudicis loco ſuccedit is in quem ex neceſsitate ſtatuti compromittitur.*
3 *Prohibitio alienationis, quando non operatur.*
4 *Laudum habetur loco ſententia iudicis.*
5 *Fideicommiſſum in re ſubiecta reſtitutioni quando permittitur.*

CASVS XLVIII.

Colligitur ex allegationibus.

Statuta Placentiæ de compromiſſis inter affines fiendis locum ſibi uēdicare etiam ſi ſuper bonis, quæ aſſeruntur prohibita alienari, & ſuppoſita reſtitutioni, oriatur his uel controuerſia latè defendit Maran. Blan. in tract. de compromiſſ. in 4. q. prin. in uerſ. prohibita alienari, cuius ſententia ultra ea quæ ipſe adducit, uidetur comprobari ex pluribus. Primo is,
1 † qui nō poteſt alienare, non poteſt agere l. ait prætor §. 1. de iur. delib. & tamen is qui prætendit ſe uocatum, & ueniſſe diem fideicommiſſi ad eius fauores poteſt agere ad bona, quæ prætendit prohibita alienari, l. filiusfam. §. cum pater l. peto §. patre l. cum pater §. libertis de leg. 2. Quod ſi poteſt agere quamuis ex iudicio & ſententia poſſit ſequi alienatio, debet etiam poſſe ex neceſſitatem ſtatuti compromittere, licèt ex compromiſſio &
2 laudo ſequi poſſit alienatio: nam is † in quem ex neceſſitate ſtatuti compromittitur, ſuccedit loco iudicis Bart. in l. fin. C. de iudic. qua argumentatione utitur etiam Ang. conſ. 192. Secundo, pro-
3 hibitio † alienationis quicquam non operatur in alienatione neceſſaria, l. alienationes fam. herciſ. l. 1. de fund. dot. l. peto §. prædium de leg. 3. & maximè in alienatione quæ ſequitur ex actu iudiciali & ſententia iudicis: etenim huiuſmodi alienatio irreuocabiliter ualet etiam in præiudicium ſubſtituti, l. ex contractu de re iud. l. 1. §. denuntiaſſe de uend. inſpicien. Bart. in l. in diem de aq. pluu. arcen. & communiter Doctor. etiam in rebus expreſsè prohibitis alienari, Rip. l. filiusfam. §. diui. nu. 60. & 61. de leg. 1. Ideoque prohibitio alienationis etiam non debet operari quò ad alienationem quæ ſequeretur ex laudo, arbitrum electorum ex neceſſitate ſtatuti, cui compromiſſum ſit
4 neceſſarium, & laudum † habeatur loco ſententiæ iudicis Bart. d. l. fin. Tertio uidetur caſus in l. hæreditas la prima ad Trebell. qui textus uult grauatum fideicommiſſo poſſe compromiſſum facere, maximè quando id facit ex neceſsitate, dum inquit ex ſtipulationibus quibus neceſſe habuit promittere &c. Nec releuare uidentur duæ reſponſiones quæ ad illum textum dari uidentur, ſcilicet textum illum loqui in actionibus motis contra hæredem, & quando non adeſt expreſſa prohibitio alienandi, nam quo ad primam dicitur textum loqui generaliter, & indiſtinctè. Item faciliùs debet promitti compro-
5 miſſum in re ſubiecta reſtitutioni, quando † prætenſus fideicommiſſarius non poſsidet, & ſic eſt actor quam ubi poſsidet, & conuenitur argumento text. in l. ſi profundo, C. de tranſact. & eorum quæ ſcripſere Bald. in cap. 1. de controuerſ. inter uaſall. & alium &c. circa fin. Alexan. conſil. 41. num. 2. libro ſexto. Quo ad ſecundam dicitur bonorum ſuppoſitorum reſtitutioni purè prohiberi alienationem à lege l. final. §. ſed quia noſtra, C. commu. de leg. & ſuppoſitorum reſtitutioni ſub conditione alienationem factam eueniente conditione irritari, §. ſi autem ſub conditione ea lege unde ſi quò ad ea, quæ aſſeruntur prohibita alienari non poteſt fieri compromiſſum ex neceſſitate ſtatutum eadem ratione quò ad ſuppoſita reſtitutioni, purè non deberet poſſe compromitti, & quoad ſuppoſita reſtitutioni ſub conditione compromiſſum debet adueniente conditione irritari, cuius contrarium diſponitur in eo text. Ex quibus uidentur non ſubſiſtere ea quæ tradit Decius conſilio 44. & contrarium ſuadent ea, quæ ponit idem Decius conſilio 22. ubi ex pluribus oſtendit curatorem qui non poteſt alienare poſſe compromiſſum neceſſarium facere, & quæ ſcribit Angelus conſilio 192. in fine, & pariter ſi bona ſuper quibus mota eſt lis, aſſerantur feudalia; ſtatuti diſpoſitio locum ſibi uendicare uidetur: nam textus aperte uolunt ſuper feudo poſſe compromitti ut in titul. leg. corr. §. primo in titulo de inueſt. in mar. fact. & in titulo an apud iudic. &c. & eſt communis Doctorum ſententia.

CASVS

CASVS XLIX.

¶Publicatis bonis Iulii, isque per fiscum apprehensis, & factis proclamationibus iuxta formam constitutionum Augustinus contradixit petendo declarari quædam bona ad se spectare uigore cuiusdam testamenti; contradixit & Antonius tanquam tutor Lazari, Augustinus obtinuit sententiam contra fiscum ad sui fauores: Antonius non dum lata aliqua sententia super petitionibus per eum contra fiscum factis, emit à fisco bona Iulii, seu iura spectantia fisco in bonis Iulii. Stat decretum, quòd à sententiis latis inter fiscum, & priuatos super bonis publicatis non detur appellatio. Augustinus petit sententiam ad sui fauores latam exequi etiam cõtra eum, qui post sententiam, seu pendente lite emit. Antonius opponit se, & allegat inter alia, quòd pendente appellatione per eũ interposita à sententia lata ad fauores Augustini nil debet innouari. Item bona prædicta ad ipsum spectare, & alio iure, quàm emptionis habitæ à fisco.

¶Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligitur quod alienatione facta in fraudem creditorum non possit executio peti contra tertium, & nu. 2*

3 *Fiscus non potest plus iuris in alium transferre, quã ipse habeat.*

4 *Appellatio tertij prætendentis ius in proprietate nõ impedit executionem sententiæ latæ contra possessorem super re petita.*

CVm fiscus tempore mori per Augustinum iudicii, ac sententiæ possideret bona, ad quorum relaxationem fiscus ipse fuit cõdemnatus, licèt ea post sententiam, uel etiam ante sententiam, sed post litem motam alienauerit in Antonium, executio sententiæ latæ super re petita fieri potest, & debet etiam contra Antoniũ absque nemo processu, Bart. in l. 1. §. fin. nume. 3. uers. item quòd si sententia de litig. & in l. fi. uers. quæro dicitur hic &c. C. de litig. & latius in l. 3. num. 23. uers. secundo casu. C. de pign. Bar. autem in l. à diuo Pio. §. si super rebus de re iud. nu. 7. ex
1 aduerso allegatus dum uult facta † alienatione in fraudem creditorum non posse executionem peti contra tertium possessorem nisi prius agat reuocatoria, & rescindatur alienatio, loquitur quando alienans tenebatur actione personali, & executio sententiæ debet fieri in alia re, quàm in re petita ut distinguit ipsemet in d. l. 3. nu. 23. uers. 2. casu. C. de pigno. & declarat Alex. in d. §. si super nu. 10. dum respondet ad text. in l. chirographus de admin. Quod etiam manifestè patet ex eo quia Bart. loquitur in terminis §. item si quis in fraudem Instit. de actio. eo. tit. de his quæ in fraud. cred. præter id quòd Cyn. & Bald. quos sequitur Castren. in d. §. si super num. 7. expressè decidunt contra Barth. quando alienatio facta fuit post litem motam, & emptor sciebat litem pendere, & omni in casu sententia Bart. non procedit, quan-
2 do † res alienata ante uenditionem effecta esset litigiosa, quia tunc indistinctè sententia lata contra alienantem potest exequi cõtra emptorem, Alex. in d. §. si super, nu. 11. Bart. d. l. creditores, nu. 23. Bona autem de quibus agitur proculdubio dicũtur effecta litigiosa, auth. litigiosa. C. de litig. & prędicta facilius in re præsenti procedere debent, in qua alienatio fuit facta in Antonium, cum clausulam, quòd per eam non fieret præiudicium his, qui litem mouerant contra fiscum: nulli autem dubium, quòd si cogerentur facere nouum iudicium cum emptore, quòd illis fieret magnum præiudicium. Neque obstat appellatio, quam Antonius uidetur interposuisse; nam aut appellare prætendit tanquam successor fisci, & non potest quia ex dispositione decreti, neque fiscus ipse ap-
3 pellare poterat, & † fiscus non potuit plus iuris in eum transferre, quàm ipse haberet, aut prætendit appellare pro iuribus, quæ habere prætendit ex persona sua, & sic tanquam tertius, & tunc audiri
4 non debet. Etenim appellatio † tertii prætendentis ius in proprietate non impedit executionem sententiæ latæ contra possessorem super re petita, l. is à quo de rei uend. cum l. seq. l. penult. de peti. hæred. Inno. in c. ueniens el 2. nu. 1. uers. & hoc intelligo de testibus. Bar. in l. penult. de petit. hæred. & in d. §. si super rebus, nu. 3. Bald. in c. cum super nume. 2. & num. 12. de re iud. Ias. d. §. si super rebus in fin. Quæ sententia procedit indistinctè, quando tertius sciuit causam agi, Innoc. in d. cap. cum super num. 9. uersic. si uero. Alex. in d. §. si super rebus nu. 24.

CASVS L.

Colligitur ex allegationibus.

SVMMARIVM.

1 *Lata definitiua sententia super principali expirat iudicis officium super accessorijs.*

2 *Mala fides non nocet nisi aduersus eum contra quem est.*

3 *In iudicijs particularibus ad constituendum possidentem in ficta mala fide quid requiratur.*

4 *Bona fides inducitur etiam ex iniustis & temerarijs causis.*

5 *Error iuris & facti quam bonam fidem inducat.*

6 *Quo ad acquisitionem fructuum non est necessaria bona fides, sed sufficit abesse malam.*

CVm fictus, ad quos uigore transactionum tenebantur rei conuenti, non fuerint petiti, neque in duabus sententiis comprehensi, non possunt uigore duarum sententiarum, aut iudicio executiuo peti, immo & si denuo peterentur, absoluendi essent rei conuenti: tum quia la-
1 ta † diffinitiua sententia super principali expirat iudicis

Alius meliorem conditionem afferat; compe-
tit uenditori actio cootra quoscunqoe possesso-
res, l. si quis sub hac de rei oendi. l. fina. de leg.
commiss. Castren. in l. si à te. C. de pact. inter
empt. &c. & si ueoditur uel donatur res cum
pacto, quòd si emptor uel donatarius alienaret,
eo ipso reuertatur ad oenditorem uel donato-
rem; & in eom casum donatarius oel emptor
constituat se possidere uomine douatoris oel
uenditoris datum ex huiusmodi pacto actio cō-
tra tertium, in qoem facta sit alienaoo, Barth.
in l. filiusfamil. §. diui oumero 14. de legato pri-
mo, & si factum sit inter ementem & uenden-
tem pactum de retrouendendo, & quòd si res
alteri uenditur, emptor eam habere possit eo-
dem pretio ex hoiusmodi pacto competit actio
contra tertium, si uerum est id quod scripsere
Guido Papæ quæstio. 56. Cagno. in l. secunda,
numero 117. C. de pact. inter empt. & oendit.
quorum exemplo & si possessio traditur cum pa
cto, quòd si descendentes accipienos moue-
rint litem, possessio transferatur in tradentes,
ita quòd ante omnia reponantur ad possessio-
nem mota lite per descendentes accipientis, de-
bet contra quoscunque competere actio ad pos-
sessionem; & licèt ex huiusmodi pacto posses-
sio ipso iure transferri non possit, actio tamen
adipiscendam seu recuperandam possessionem
3 transferri potest. Præterea cùm † iudicia &
contractus seu quasi æquiparentur l. tertia. §.
idem scribit obi oot. Barthol. numero tertio, de
4 pecul. & per litis † contestationem dicantur li-
tigantes quasi contrahere, gloss. in l. secunda
§. fina. Bartho. numero secundo, de præto. stip.
5 sicuti lite mota † super poss essioue possessio affi-
citur uitio litis, Barthol. in l. prima. §. primo, de
litig. & ad qnemcunque transit possessio, tran-
sit cum huiusmodi uitio, adeo qoòd sententia
lata contra primom potest exequi contra ter-
tiom succedentem in possessione, l. fina. C. de
litigio. obi id not. Barthol. & idem Barthol. in
dicta l. prima, ita si in traditione possessionis
tradens & accipiens apponaot conditiones &
modos possessioni, possessio debet affici uitio
& qualitate conditionis adiectæ, & dato sine
ueri præiudicio, quòd Petrus non potuisset præ
iodicare futuris descendentibus circa domi-
nium; tamen in acquirendo possessionem po-
tuit apponere modos, & qualitates possessio-
6 ni, & pactum † appositum possessioni tempore
traditionis & acceptionis nocet etiam his, qui-
bus acqoirens in dominio rei præiodicare non
potest l. Caios de manomiss. l. contra iuris §.
si filius obi not. Bald. in finem Angel. numero
quioto, Ias. numero decimo, de pact. & quan-
uis dominium fuisset quæsitum Petro ex testa-
mento maiorum, non ex traditione facta ab
Antonio, tamen oegari oou potest quin ex hu-
iusmodi traditioue Petro fuerit quæsita posses-
sio, & ideo possessioni quæsitæ per Pettom po-
tuerint apponi conditiones etiam in præiodi-
cium eorum, quibus Petrus alias ooo poterat
præindicare. Et ad hoc cooueuit, qood ex
Isern. tradit Afflict. io §. si uasallos nomero
37. usque ad numero 40. si de feud. fuer. con-
7 trouer. ubi ostendit, licèt uasallus † oon pos-
sit imponere seruitutem feodo in præiudicium
domini, potest tameo eidem præiudicare circa
possessiionem: Ideoque si oasallus ceciderit à
possessione feudi, & ex interoallo spoliauerit
possessorem, si feudum postea perueniat ad do-
minom, poterit spoliatus contra domioom in-
tentare possessorium recuperandæ, quamuis
dominos feudo restituto possit agere contra
possessorem; cuius exemplo & licèt Petrus non
potuisset præiudicare descendentibus io do-
minio bonorum, tamen circa possessionem po
tuit præiodicare accipiendo illam adiectis qua-
litatibus, quemadmodom & uasallus potest
domino præiodicare circa possessionem acci-
piendo illam ui à possessore; adeo qoòd actio
ad possessionem recuperandam, quæ compe-
tebat contra Petrum, ex eius facto competet
etiam contra descendentes; qoamuis hi booiS
restitutis possent agere contra possessores, si-
cuti & actio ad recuperandam possessionem
quæ competebat cootra uasallum ex facto, &
spolio oasalli; competit etiam contra domi-
nom, cui uasallus in dominio præiudicare
non poterat, & qnamuis possessor rei alienæ
non possit obligare eius dominium, potest
tamen super possessione constituere ios alteri
etiam io præiudicium domini. Nam si quis
8 † rem quam possidet, constituat possidere no-
mine alterius, licèt sit aliena, tamen illi pro
quo constituerat possidere, datur condictio
ex l. fina. C. de acquiren. possessio. contra quo-
scunque ad recuperandam possessionem dicta
lege finali, etiam contra dominom: nam reme-
dium illius lege est recuperandæ possessionis
secundum receptiorem sententiam, Ripa in
rubrica de interd. numero sexto, & contra agen
tem ad recuperandam possessionem oon ob-
stat exceptio dominij; sed & cùm paria sint
amittere possessiooem sine causa, uel ob cau-
sam, quæ secuta noo sit, & paria sont pos-
sessionem peruenisse ad aliqoem ex non iusta
causa oel ob causam, quæ oon redijt ad non
iustam causam lege prima, §. penultimo, &
fio. lege secunda, & lege quarta, de condictio.
sine causa. Cumque Antonius si amisisset pos
sessionem sine iusta caosa uel ob causam iniu-
stam, ipsi & eius soccessoribus competeret,
contra quoscunque ad recuperandam possessio
nem condictio ex canone reintegranda, tertia
quæstione prima, cootra quam non obstaret
aliqua exceptio dominii secundum recepnio-
rem seotentiam. Idem esse debet si possessio-
nem amiserunt ex causa, scilicet ne Petrus &
eius descendentes ooo molestarent ipsos, aut
eorum successores, quæ causa non sit secuta,
& quæ redierit ad causam non iustam, quia
descendentes Petri molestauerunt hæredes ip-
sorum, & quamuis remedium dictis canonis

non alia poſſeſſoria non dentur his, qui facto ſuo ceciderunt à poſſeſſione, uel eam ſponte in alium tranſtulerunt Ripa in rubrica de ioterd. numero. Tamen id procedere poteſt duntaxat, quando quis ſimpliciter tradit poſſeſſionem, non autem quando tradit cum qualitate & conditione reſolutiua traditionis ſeu amiſſionis poſſeſſionis, & ut in certum caſum tradens deberet reponi in poſſeſſionem: nam eueniente illo caſu tradens non dicitur ſponte amiſiſſe poſſeſſionem, & reſeruando
9 † ſibi actionem ad poſſeſſionem perinde haberi debet ac ſi poſſeſſionem reſeruauiſſet, lege qui actionem de regul. iur. & ſicuti quando res uendita traditur, poteſt uenditor paciſci, quod non tranſeat dominium niſi pretio ſoluto, uel ſi transfert reſeruare ſibi iniectionem manus ſi pretium non ſoluatur, uel pacta non ſeruentur, Bald. in rubr. C. de contrah. empt. numero 13. ita & tradens ſponte poteſt ſibi reſeruare ius poſſeſſionis, & actionem illam recuperandi in certum caſum, & quicquam non interſit
10 † factum quid non ſit uel reſolutum, lege ſi extraneus de cond. ob cauſ. lege voluntate §. fin. & ibi not. Angel. quib. mod. pigno. uel
11 hyp. ſolui. præterea cum † poſſeſſor impugnet tranſactiones non debet poſſe ex eis iuuari lege ex eo de regul. iur. lege poſt legatum §. amittere de his qui ut indig. Adhæc quamuis con-
12 trouertant Docto. an pactum de † retrouendendo poſſit exerceri contra tertium poſſeſſorem; tamen de æquitate datur actio in factum in rem ſcripta, ex quo dominium exiuit à uenditore non ſimpliciter, ſed cum onere, Mol. in add. ad conſil. Alex. 10. libro primo numero ſecundo, cuius exemplo licet ei, qui tradidit ſponte poſſeſſionem non poſſet dari actio perſonalis, aut poſſeſſorium ad recuperandam poſſeſſionem, tamen quando tradidit poſſeſſionem non ſimpliciter, ſed cum conditione retranſlationis in certum caſum debet ex æquitate dari actio in factum in rem ſcripta contra quoſcunque: quod expreſsè noluit Bartho. in lege ſi terius §. ſi prius de acq. pluui. arcen. Tandem cum cauſa defecerit, propter quam poſſeſſio quæ erat pœnes Antonium, fuit relaxata Petro; cumque poſſeſſio peruenerit ad reum conuentum, iſque prætendat poſſidere titulo lucratiuo prælegati & ſucceſſoribus Antonij non poſſit eſſe conſultum agendo contra hæredes Petri, qui nulli ſunt, contra reum conuentum competere debet ad poſſeſſionem recuperandam conditio ſine cauſa ex æquitate lege ſi me & Titium ſi cert. pet. Barth. & alij in dicta lege item condictio triticaria lege prima
13 & ſecunda de tritica. quæ † conditiones pro repetenda poſſeſſione datur cõtra quoſcunque Bartho. in lege ſi coloni numero primo lib. 11. Alex. conſil. 92. nomero 6. lib. 5.

CASVS LII.

¶ Petrus de anno 1560. uendidit prædia quædam Iulio, parte pretij recepta, & habita fide uſque ad quatuor annos alterius partis, De anno 1562. interfectus fuit quidam tamen ignoto occiſore. De anno 1564. Iulius ſoluit reliquum pretij Petro. De anno 1565. apparent indicia quædam contra Petrum, ſcilicet quòd ipſe de anno 1562. interfecerit hominem illum & ideo de dicto anno fuit inquiſitus abſens & contumax fuit habitus pro confeſſo uigore ſtatutorum; & tanquam confeſſus fuit ultimo ſupplicio abſens condemnatus & bona eius publicata. Adeſt decretum principis quòd à die commiſſi delicti propter quod bona ueniant publicanda, bona omnia delinquentis ipſo iure ſint & intelligantur applicata fiſco cuius decreti uigore fiſcus agit contra Iulium, petendo pecunias de anno 1564. ſolutas Petro quaſi creditum illud uſque à die commiſſi delicti tráſiuent in fiſcum. Quæritur an iuſtè agat.

SVMMARIVM.

1 *Ex ficta confeſſione contumacis non probatur contra aliquem tertium.*
2 *Debitor ignorans ceſſionem ſoluns primo creditori liberatur.*
3 *Ignorantia in dubio præſumitur.*

1 INiuſtè uidetur fiſcus agere; nam ex ficta † confeſſione Petri contumacis non probatur contra Iulium, quòd Petrus hominem occiderit, lege eius qui delatorem de iur. fiſc. Barth. in lege ſi is qui rem §. ſi ta Titium in fin. de fut. in l. cum filius in prin. nu. 2. de uerbo. oblig. & ſententia lata contra contumacem non nocet alteri etiam in caſibus, quibus ſententia contra unũ lata alij nocet, l. qui repudiantis iuncta l. Pampioianus §. fi. de inoſ. teſta. l. præſes C. de pign. l. ſi pro liſorio §. quotiens de appellat. Barth. in d. l. cum filius in fin. prin. Alex. in l. ſæpe nu. 78. de re iud. Præterea quemadmodum ſi creditor transferat ius credi-
2 ti in alium, & debitor † ignorans ceſſionem ſoluat primo creditori liberatur l. fi. u. de tranſact. l. 3. C. de noua. ita & licèt Petrus delinquẽdo tranſtuliſſet ius crediti in fiſcum, tamẽ Iulius ignorans delictum & tranſlationem crediti in fiſcum ſoluendo Petro fuit liberatus, & ignoran-
3 tia † in dubio pſumitur l. uerius de prob. maximè in re pposita, in qua magiſtratus & ferè oẽs ignorabant Petrum interfectum hominis illius.

CASVS. LIII.

¶ Annibal bona quædam indebitè occupauit, eamque donauit filiæ abſenti (notario pro ea ſtipulante) reſeruante ſibi uſufructu, eamque conſtituit poſſidere nomine filiæ. Dominus bonorum mouit litem contra Annibalem; qua pendente dominus accepta pecuniarũ certa quantitate ceſſit Annibali omnia iura ſibi

sibi in dictis bonis competentia: deinde bona uendidit, illorumque possessionem tradidit Iulio, decessit donataria, deinde Annibal. hæredes donatariæ agunt uirtute prædictæ donationis contra Iulium ad bona.

¶ Quæritur, an iure agant.

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis non datur contra singularem successorem.*

2 *Donatur non potest dominium rei alienę in alium transferre donando.*

3 *Vendens rem alienam si illius postea officiatur dominus noua traditione transferet dominium in emptorem.*

4 *Ius super ueniens auctori quomodo possit prodesse successori.*

5 *Possessio quandò per mortem donatarię euanescit.*

ET si multæ iuris regulæ pugnare uideantur contra donationem factam à patre filiæ, cuius uigore agi uidetur; tamen præsupposito quòd illa fuerit ualida, actor uidetur repellendus; etenim aut agit actione † personali oriente ex contractu donationis & illa non datur contra singularem successorem lege fin. in fin. de contrah. empt. aut agit rei uendicatione quasi per donationē dominium fuerit in donatricem translatum, & huiusmodi actio illi competere non uidetur: nam donator † non potuit dominium rei alienæ in alium per donationem transferre lege nemo plus de regul. iur. Nam & si is qui uendidit rem alienam, † & tradidit; efficiatur deinde ex noua causa dominus non transfertur dominium in emptorem absque noua traditione Castren. in lege si quis alienam de actio. empt. & quamuis emptor ex æquitate possit opponere exceptiones, quæ supperuenerunt uenditori post contractum lege illicitè, & ibi Bartho. de reb. eo. Husquam tamen legitur quòd possit intentare actiones, quæ uenditori post uenditionem quæsitæ sunt, imò iura dicunt ius † superueniens auctori meo ex noua causa prodesse mihi quò ad excipiendum non quò ad agendum dicta lege illicitè, Barth. in lege cum uir. numero 9. & numero decimo, Castr. numero septimo, de usucap. Non etiam competeret filijs donatariæ conditio ex lege fin. C. de acquir. possess. quasi donator constituerit possidere nomine illius. Primùm quia possessio aliqua non potuit quæri dontariæ absque eius ratificatione lege communis seruus §. fin. de acquir. possess. Secundùm, quia per † mortem donatariæ euanuisset possessio, quam ipsa habebat lege qui uniuersas §. qui per colonum de acquir. possess.

CASVS LIIII.

¶ Instrumento continetur, Sponte &c. prodate & soluere Carolo eius fratri libras mille si & quandocunque Lucretia eorum soror peruenerit ad matrimonium; & quas libras mille dictus Petrus confessus fuit habuisset & recepisse in deposito à dicto Carolo præsente & deponente &c. Et pro obseruatione præmissorum dictus Petrus obligauit dicto Carolo omnia eius bona &c. Petrus deinde accepit mutuam pecuniam ab Annibale, de cuius actuali numeratione constat ex instrumentis, & pro illa obligauit omnia eius bona. Carolus & Annibal ambo agunt contra bona Petri. Carolus dicit se anteriorem in hypotheca, quia prius contraxit; Annibal uerò dicit se potiorem, quia de actuali numeratione pecuniæ per eum creditæ constat.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si & quando quam uim habeat.*

2 *Attendi debet id quod principaliter agitur.*

3 *Inducta ad diminutionem non debent operari augumentum.*

4 *Mulier in dote confessata præfertur posterioribus creditorib. nisi ad sit factum in eorū fraudem.*

5 *Confessio ex alia causam quàm mutui & dotis statim efficaciter obligat.*

6 *Arguere non licet ab eo qui confitetur si debitorem ex causa mutui ad eos qui ex alia causa de præterito fatent se debitores.*

7 *Priuilegium prælationi mulierum quos creditores debeat restringi.*

INstrumentum exhibitum principaliter cōtinet promissionem de restituendis libris mille si & quando Lucretia peruenerit ad matrimonium, quæ conditio † scilicet si & quando &c. habet uim causæ, &
1 operatur ut promissio non possit dici facta sine causa lege à Titio de uerbor. obligat. quo stante pro Carolo uidetur casus in lege qui balneum §. primo uersic amplius, & §. sed si hæres in lege potior in princ. uersicu. uideamus qui potio. in pign. habean. ubi si is qui promisit sub contioine obliget rem, & pendente conditione accpiat ab alio pecuniam mutuò, & eandem rem obliget creditori, deinde eueniat conditio promissionis; is qui sub conditione fuerat stipulatus, præfertur in hypotheca, cuius exemplo cum Petrus promiserit mille Carolo, sub conditione, scilicet, si & cùm Lucretia contrahet matrimonium licèt pendente conditione alius crediderit & numerauerit pecuniam Petro: tamen adueniente conditione promissionis Carolus in hypotheca præferri debet. Neq; obstat q̄ in eodem instrumento post promissionē de qua supra dicat, Et quas libras mille dictus Petrus fuit ꝯfessus habuisse & recepisse in deposito à Carolo p̄sente & deponēte &c. & ideo præferri non possit quò ad hypothecam posteriori creditori, quem constat uerè numerauisse pecunias, ad quas agit, ut cēsuete gloss.

Baldus & Angelus in l. diuerſis. C. qui potio. habean. Rip. in l. priuilegia, numero 33. de pri.
2 cred. Nam reſpondetur primò † attendi debere id quod principaliter agitur l. ſi quis ne cauſam ſi certum petatur. Et cum confeſſio illa, habuiſſe in depoſito, appoſita ſit non ad minuendum, uerùm ad corroborandum obligationem, non debeç operari ultra intentionem agentium, l. non omnis ſi certum petatur, neque debet minuere, aut minoris potentiæ reddere obligationem perſonalem aut hypothecariam, l. ſi mancipia in princip. de
3 fide inſtrumentor. quemadmodum † & inducta ad diminutionem non debent operari augmentum, l. legata inutiliter de admi. l. cum tale. §. fina. de conditio. & demonſtratio. Secundo reſpondetur ſententiam gloſſ. Bald. & Angel. non probari, l. ut fatetur Rip. dicto numero 23. & contra illam uidentur aperti text. ſcilicet in dicta l. qui balneum. §. primo, uerſic. amplius, & in dicta l. potior in princip. & §. ſed ſi hæres. Etenim in illis non apparet pecuniam aliquam fuiſſe realiter numeratam ei, qui ſub conditione promiſerat; imò contrarium præſupponere uidentur, & tamen is qui ſub conditione fuerat ſtipulatus, præferatur hypotheca his, qui pecuniam deinde actualiter crediderum. Item contra gloſſ. Baldum, & Angel. urgere uidentur, quæ ſcripſere Barthol. numero primo, Angel. numero quarto, in authent. ſed iam neceſſe C. de donation. ante nu-
4 pt. ſcilicet † mulierem in dote confeſſata præferri de iure communi poſterioribus creditoribus mariti, niſi confeſſio dotis ſit facta in fraudem futurorum creditorum. Tertiò reſpondetur, quòd ubi ſententia gloſſ. Bald. & Angel. in dicta l. diuerſis ſit uera, illa neceſſariò eſſet intelligenda ſecundum terminos dicta l. diuerſis, qua præfati fundant ſe ſcilicet in anteriore creditore ex cauſa mutui confeſſati, & non poteſt procedere in creditore anteriore ex alia cauſa, quàm mutui uel dotis: Etenim
5 † confeſſio ex alia cauſa, quàm mutui, uel dotis ſtatim efficaciter obligat, & illi non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ; licèt ſecus in confeſſione ex cauſa mutui, l. aduerſus, & ibi not. Caſtren. qui loquitur de confeſſione ex cauſa depoſiti. C. de non numerat. pecun. gloſſ. in l. ſi ex cautione in uerb. probare, & ibi Bald. numero tertio, in tertia
6 oppoſitio. eodem titulo, & non † licet argumentare ab eo, qui confitetur ſe debitorem ex cauſa mutui ad eos, qui ex alia cauſa de præterito fatentur ſi debitores l. generaliter C. de non numerat. pecun. Qua de re Alexand. in l. prima numero 34. uerſicu. circa quòd primo Aret. numero. ſoluto matrimonio, ſcripſere ſententiam Bald. Angel. & Imolenſ. aſſerentium mulierem in dote confeſſata habere pri-
7 uilegium † prælationis contra creditores probantes creditum per ſolam confeſſionem debere reſtringi ad creditores ex cauſa mutui; ſecus ſi ex cauſa depoſiti uel alia, quæ ſententia comprobatur per text. in dicta l. generaliter. Quartò reſpondetur, quòd illa uerba, confeſſus fuit habuiſſe in depoſito, probant depoſitum contra confitentem l. publia. §. fina. & ſic numerationem, cum depoſitum non contrahitur niſi rei interuentio l. prima, §. is quoque el ſecundo, de action. & obligation. Ideoque etiam uidentur probare depoſitum & actualem traditionem contra eos, qui poſt contraxerunt cum confitente, ut in non diſſimili caſu tradidit Alexand. in l. prima, numero 34. uerſicu. articulus iſte &c. ſoluto matrimonio, & contra eos, qui poſtea cauſam habuerunt à confitente, ut in terminis ſimilibus ex Iaſ. Butr. & Socin. ſcripſit Rip. in l. ſi rem aliquam num. 42. de acquiren. poſſeſſ.

CASVS LV.

¶ Liuia Placentina nupſit Laudenſi, mortuo Iulius hæres illius dedit in ſolutum Liuiæ pro reſtitutione dotis prædia quædam poſita in agro Laudenſi: inſtrumentum fuit confectum Placentiæ, quæ prædia incontinenti Liuia locauit Iulio, cum pacto, quòd Iulius poſſet illa redimere uſque ad nouem annos eodem prætio. Elapſis undecim annis Liuiam coram prætore Laudæ conuenit Iulium ad relaxationem prædictam, & poſt longam litem obtinuit rem iudicatam ad ſui fauores; poſtea Iulius obtinuit à Senatu Mediolani, ut non obſtante lapſu temporis admitteretur ad redimendum.

¶ Quæritur, pecuniæ ſecundum quem ualorem ſint ſoluendæ an temporis præſentis an uerò temporis dati inſolutum attento quòd pecuniæ nunc ſunt maioris ualoris. Item quæritur ſecundum quem curſum ſolui debeant ſcilicet Laudæ, an uerò Placentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in contractibus fieri debet ſecundum tempus contractus.*
2 *Solutio in uenditione debet fieri de moneta currente in loco contractus limitat. nu. 4.*
3 *Locus contractus quando non attendatur.*
4 *Valor pecuniæ loci ubi actum eſt quando attenditur.*

ET ſi controuertant Docto. An uariato ualore monetæ inter. tempus contractus & ſolutionis, debeat fieri ſolutio ſecundum ualorem contractus, an uerò ſolutionis; tamen communior opinio uidetur, quòd
1 in † contractibus attendi debeat tempus contractus, ut tradidere Bald. in l. illud nu. 13. C. de ſacroſ. eccl. in l. ſi duobus nu. 4. C. com. de leg. conſ. 499. & 500. libro primo, plures quos refert & ſequitur Curt. Senior. in l. cum quid num. 14.

ſi cer.

si cert.peta.quæ est impressa inter tracta. mone. & uidetur casus in c. olim de censib. ubi nota. Abba.numero quarto,& in capitulo cum' cano nicis eodem titulo, ubi inquit Abba.satisfacien dum debito secundum monetam currentem tempore contractus: Idem tradit Guid. Papa, decil. 483. & esse communem inquit Ioannes Regnandus docto.Gallus in suo tracta. de moneta,& in dote data, Afflict. decisio. 194.ubi di cit ita fuisse decisum per consilium Neapol. & in terminis pacti de retrouendendo ut supra uo lens redimere teneatur soluere secundum ualorem monetæ temporis primæ uenditionis, tradit Cagnol.in lege secunda numero 119.in prima repetitio.C.de pact. int.emptio. & uenditio. Quod si etiam uerior esset eorum sententia,qui uolnere attendi debere tempus solutionis, & pecunias soluendas secundum ualorem temporis solutionis,quam tenuere Bart. & alij plures non mediocris auctoritatis, tamen eorum sententia procedere non posset in proposito casu, quo Iulius fuit in mora, & tempore conuento non redemit, Cur.Senior in dicto tracta. de mo net.numero. 13. Afflict. dicta.decisio, numero quarto & fatentur omnes in d.l. eum quid, & in l.Paulus de solut. Pecuniæ quoque soluendæ uidentur ad cursum Laudæ, nam quamuis Bartho.in l.semper in stipulationibus de regul.
2 iur. scripserit si existens Perusij † uendat fundum positum Eugubij pro centum libris, intelligi de moneta currente in loco contractus: id tamen non uidetur procedere in præsenti casu; nam cum dos esset restituenda in ciuitate Laudæ l.exigere de iud.datum insolutum intelligitur factum pro illis pecunijs, quæ in ciuitate Laudæ erant tunc restituendæ. Adhæc licèt ubi agitur de solennitate contractus, uel de his quæ respiciunt decisionem, attendatur locus contractus l.fundus de euict. tamen ubi agi tur de his, quæ proueniunt non ex ipso contractu, & secundum eius naturam, sed ex aliquo extrinseco post contractum contingente,
3 attenditur † locus non contractus, sed iudicij, & ubi res petitur, Bartho.in lege cunctos populos numero 19. & 20. ub Sanseuerin. numero 13 t.C.de summa trinita. Vnde cum in re præsenti ob moram & negligentiam Iulij morum contra illum fuerit iudiciū ad relaxationē bonorū, & agatur de his, quæ proueniunt non ex natura contractus, dationis in locationis,sed de qualitate pecuniarum soluendarum uigore concessionis factæ à Senatu, attendi debet non locus contractus,sed iudicij: bona etenim redi muuntur, & pecuniæ soluuntur non ex ui con-
4 tractuum, sed quia sic placuit senatui. † Præterea cum Iulius non redemerit bona tempore conuento, & fuerit in mora, inspici debet ualor pecuniæ loci ubi actum est,l.uinum in fin. si cert.peta.lege fin.de tritica. Cùm iure contra illum fuerit actum in ciuitate Laudæ gloss. fin. dicta.l.uinum,& in l.datio. §.fin.de actio.empt. imò ad relaxationem bonorum non potuit alibi conueniri l. fin. C. ubi in rem actio. & hoc casu præcedente, scilicet mora, attendendum esse ualorem loci ubi agitur per text.in d.l.uinū fatetur Cagno.in d.l.semper in stipulationibus, & ob id limitant tradita per Barthol.in dicta leg.semper.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptione extraiudiciales non currunt ipso iure contra minores secus iudicialis.*
2 *Tempus ad appellandum uel prosequendum appellatio nem currit contra minores.*
3 *Minor quando datur restitutio aduersus lapsum instantię & quando non nu. 4.*

CASVS LVI.

Colligitur ex allegationibus.

ET si præscriptiones † extraiudiciales non currant ipso iure contra minores l.fin.C.in quib. cauf. in integr. rest. &c. tamen præscriptio iudicialis, & inter alia tempus præfixum à lege ad terminandas causas currit contra pupillos & minores l.properandum. §.fin.C.de iudic.qui text. secundum Angel. ibi non est correctus per dicta l. fin. Item tempus
2 † ad appellandum uel prosequendum appellationem currit contra minores l.prima. §. tutores quando appellatio sit in authen.de appella.
3 & intra quæ temp.§.primo.Iaso.d.§.fin.Et † mi nori non datur restitutio aduersus lapsum instantiæ nisi in subsidium, scilicet quando tutores & curatores, actores & eorū procuratores non sunt soluendo dicta l.properandum §. fin. ubi id clarius exprimunt Bald. Angel. & Castr. Qua de re in proposito casu contra minorem la bi potuit instantia, & ubi prætendat se ex dicta lapsu læsum, debet primò agere cōtra tutorem, curatorem, actorem, & procuratores eorum, & non potest audiri petendo restitutionem in integrum, nisi prius egerit contra prædictos om nes, hiq; reperti sint non soluendo. Præterea ubi etiam constaret tutores, curatores, actores, & procuratores minoris non esse soluendo, ta-
4 men cum minor semel † fuerit restitutus in integrum aduersus lapsum instantiæ, non potest iterum petere ut restituatur &c.l.fin.C.si sep.in integ.restit.postul.

SVMMARIVM.

1 *Quis non potest esse de duobus collegijs.*
2 *Quis non debet pro eisdem bonis grauari in duob. locis.*
3 *Accessoria cōprehenduntur sub nōie principalis.*
4 *Artifex debet subire onera cum illa arte cui magis adheret.*

CASVS LVII.

Colligitur ex allegationibus.

STatutum Marzariorum loquens
de uendente ſperonos & ſimilia
intetpretarj debet in caſu ſimpli
ci, & non uidetur comprehen-
dere caſum mixtum ſecuudum
enm, qui ſuis manibus fabricat & uendit, l.
hoc lègatum de leg. 3. l. legatis de leg. ſecundo.
Et in ſimili caſu tradit Batth. in l. certi conditio
§. quoniam ſi cert. pet. maximè cum circa eum,
qoi manibus ſuis fabricat ſit ſpecialiter proui-
ſum per ſtatuta ſabriſerrariorum, l. uim paſſam
§. præſcriptione de adult. aliàs ſequeretur qnòd
ij, qui laborair, & ſabricant ſperonos & ſimi-
lia, & qui ſuppoſiti ſunt collegio fabriferrario
rum non poſſent uendere ſua laboreria, niſi
ſubirent oocra paratici marzariorum; qnod ui
detut in eonueniens. Primò qnia non poreſt
1 de iure † quis eſſe de duobus collegijs l. prima
§. fin. de colleg. illic. Secundò quia non debet
quis pro eadem re & pro eodem artificio graua
ri ad ſubeundum onera cum duobus paraticis,
2 ſicuti non debet quis † in duobus locis grauari
pro eiſdem bonis gloſſ. fin. in l. prima C. de mu-
lier. & in quo lo. Er quamuis fabriſertarij cum
ferro laboraro & maximè calcaribus ſiue ſpero
nis uendanr corrigioſas ſerro adiectas, & alia
huiuſmodi ornamenta pro uſu eorum neceſſa-
ria; tamen huiuſmodi, quæ adijciuntur pro
uſu ſperonorum & ſimilium uelur acceſſoria,
3 † comprehenduntur ſub oomine principalis l.
ſi qnando de an. & arg. leg. ubi in legato auri fa
cti uenit etiam id, quod eſt adiectum auro, li-
cèt noo ſit aurum: ideoque ueniunt gemmæ
auro incluſæ l. pediculis §. auro & §. ſeq. de aur.
& arg. leg. Et in legato rei uenit id quod acceſſo
riè iunctum eſt rei d. l. pediculis §. Neratius t.
tandem & ſi uendere ornamenta adiecta ſpero
nis & alij ſimilibus eſſet quid ſeparatum à fabri
catione ſperooorum & ſimilium, tamen ſaber
ferrarius deberet uenire appellatione illius ar-
tificis in quo magis uerſatur l. legatis §. ſi unns
4 de leg. 3. & ſubire onera † cum illa arte, cui ma
gis adhæret, Bart. in l. qui in utero de ſtat. hom.

CASVS LVIII.

¶ Ioannes locauit domum Petro, qui in do-
mum inuexit ſuppelectilem, quam ſolam in bo
nis habebar: deinde Petrus mutuò accepit pe-
cuniam à Caio, cui obligauit omnia bona, &
etiam ea quæ non ueniunt in generali obligatio
ne, idque per inſtrumentum publicum. con-
tenditur inter Ioannem & Caium, quia uterque
prætendi habere hypothecam, & eſſe anterior
in ſuppelectile inuecta in domum. Quæritur
quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *In tacita hypotheca ſecundum aliquos qua non ueniant.*
2 *Dictio perinde quid denotet.*
3 *Argumentari de una hypotheca ad alium quomodo licet.*
4 *Obligatio etiam generalis regulariter impedit alienationem.*
5 *In obligatione generalis quando ueniant ea de quibus in l. obligatione de pign.*

BAld. io l. certi iuris C. locat. Soc. in
reg. inuecta fall. 6. Io. Fab. Aret. &
Ial. iu §. item Seruiana, inſtit. de
1 actio. aſſeruerũt in tacita † hypo
theca, quæ inducitur per ioue-
ctionem rerum io domum conductam, non
uenire ea, quæ noo ueniunt in generali hypo-
teca, de quibus in l. obligatione generali de
pign. ex quo inferri uidetur ſupplectilem Petri,
quæ non uenit in generali obligatione nõ fuiſ-
ſe tacitè hypothecarum locatori, & ſic eum
nullam hypothecam in ſupplectile prædicta ha
bere: uerùm ego Baldi & aliorum ſententiam
prędictam minimè eſſe ueram crediderim. Ete-
nim text. in l. licet in quib. cauſ. pign. ta. contrah.
uult inuecta & illata perinde eſſe obligata, ac
ſi ſpecialiter conueniſſet, & ſic huiuſmodi ta-
citam hypothecam equipolere ſpeciali hypothe
2 cæ. Nam dictio illa, † perinde, denotat om-
nimodam & perfectam ſimilitudinem l. ſed ſi
ubi not. Bald. de petit. hæred. l. prima ubi Bar-
tho. de receptat. Qua de re cum hypotheca ta-
cita quæ inducitur per inuectionem rerum in
domum conductam, habet uim ſpecialis hy-
3 pothecæ, non poteſt à generali obligatione † ar
gumentari ad hanc maximè negatiuè: ſed econ
uerſo argumentari poſſe debet affirmatiuè à ſpe
ciali hypotheca ad hanc tacitam, & ſic quem-
admodum ſupplex poteſt ſpecialiter obligari,
& uenit in ſpeciali hypoteca, ita uidetur in hu
iuſmodi tacita: neque ullo modo uidetur quod
uerbum ſpecialiter de quo in d. l. licet, debeat
interpretari id eſt expreſsè; nam attenta hu-
iuſmodi interpretatione ſequeretur ex illo tex-
tu quòd ſeruus expreſsè obligatus, ſed gene-
raliter non poſſet manumitti, cuius contra-
rium uult text. io d. l. ab eo C. de ſer. pig. da. ma-
num. quod uidetur ſpeciale fauore libertatis;
4 nam obligatio † etiam generalis regulariter
impedit alienationem, quia res tranſit cum
ſuo onere l. ſi debitor Rom. l. rei C. de diſtract.
pign. & tamen non impedit manumiſſionem di
cta l. ab eo, ideoque text. in l. eſt differentia in
quibus cauſ. pign. ſta. contr. in uerb. manifeſta-
ria debet exponi id eſt ſpeciali, & in uerb. obliga
ta debet ſuppleri, ſcilicet ſpecialiter: etenim ſi
obligata eſſent generaliter, & ſic expreſsè poſ-
ſent manumitti dicta l. ab eo, & text. io dicta. l.
eſt differentia uidetur reſtringendus ad termi-
nos de quibus loquitur ſcilicet quò ad manu-
miſſio-

missionem seruorum. nam quò ad alia non uidetur differentia inter specialem hypothecam, & eam quæ tacitè inducitur per inuectionem rerum in domum conductam, dicta l.licet. Præ
5 terea id quod dicitur in obligatione † generali non uenire ea de quibus in dicta l. obligatione generali procedere non uidetur, quando obligans nō habebat alia bona quæ potuerint comprehendi in generali obligatione argum.l.fundus qui locatus de fun.instru. quod latè defendit Hyppo.in rubr.de fideiuss.numero 194. Ex qua sententia si uera est infertur ꝙ etiam præsupposita opinione Bald. & aliorum pro uera, cum Petrus conductor nō inuexerit in domum conductam alia bona quàm suppelectilem, imò alia bona non haberet, quòd supplex fuerit tacitè obligata sicuti etiam in generali hypotheca fuisset comprehensa.

SVMMARIVM.

1 *Dominium quod non transfertur nisi traditione non transfertur per datione in solutum.*
2 *Pars incerta non dicitur posse tradi.*
3 *Periculum rei quando spectat uenditori uel datori in solutum.*
4 *Pars quarta uel quinta cur possi tradi & possideri.*

CASVS LIX.

Colligitur ex allegationibus.

CVm creditori data fuerit in solutum ad rationem scutorum sex pro singula pertica tanta pars petiæ terræ pro concurrenti quantitate eius crediti, quod fuerat declaratum esse de scutis mille centum duo-
1 bus, per huiusmodi † in solutum dationem non potuit transferri dominium, quod non transfertur sine traditione, leg. traditionibus.
2 de pact. nam cum pars † adiudicata esset incerta ratione loci, & etiam quotæ non potuit tradi neque per creditores possideri, l.tertia. §.incertam de acquirenda possessio. & hoc in terminis consuluit Bartho.consilio 74. incipien. Petrus uendidit, &c. ubi in casu quo quidam uendiderat certo pretio staria tria clausuræ ab ea parte qua emptor uoluerit, & constituit se tenere nomine emptoris, & deinde emit fructus certorum annorum dictæ clausuræ, respondit Bartho.ob prædicta ante factam ab emptore electionem non esse translatum dominium neq; possessionem in emptorem: idem affirmanir Bartho.in dicto §.incertam, quòd si dominium
3 † in re præsenti non fuit translatum in creditorem, neque transferri potuit antequam illis fuerit designata pars dictæ petiæ terræ in certo loco sequitur quòd omne periculum, & damnum quod ob reductam partem fundi in fo-

ueas ciuitatis obuenit post dationem insolutum spectauit in totum uenditori seu danti insolutum, lege necessario ibi quid quale quantumve sit &c. de pericul.rei uend.lege quæ fortuitis.C. de pigno. actio. præcipuè quia huiusmodi datio insolumm seu uenditio ante mensurationem non fuit perfecta, Castren.in leg.sicut numero quarto.C.de actio.emptio. Neque obstat quod dixit idem Castren.in leg. secunda. C.de pericu.& commo.rei uend. Decius consilio 179. Primò, quia stante in certitudine res tradi neq; possessio transfertur potuit, & licèt Decius conetur respondere huic argumento, tamen prima eius responsio non conuenit rei præsenti, in qua non fuit dictum à latere inferiori uel superiori. Secunda quæ fuit consideratio Iaso.in dicto §.incertam non est uera, nam
4 quarta † uel quinta pars pro indiuiso potest tradi, & possideri, ut in l.locus de acquir. rerum dominium, quia traditur pars quarta uel quinta in quolibet cespite terræ, ut dixit Alexander in dicto §.incertam, quæ ratio non potest allegari quando uenduntur uel traduntur centum perticæ terræ ex tali fundo ut patet ad sensum. Secundò, quia dictum Castren. restringi debet ad terminus, in quibus loquitur textus in dicta l.secunda in principio, scilicet ad uenditionem totius uini, quod uenditor habebat ad rationem certi pretij, pro qualibet amphora ut exponit glossa prima, ibi qui non est casus præsens: nam longè differunt quòd fundus uendatur totus ad rationem tanti pretij pro qualibet pertica, uel quòd uendatur uinum totum, quod est in domo, uel in uegete ad rationem certi prætij pro qualibet amphora. Aliud quòd uendantur centum perticæ terræ ex tali fundo ad rationem tanti prætij pro singula pertica, uel centum amphoræ uini ex tali cellario ad rationem certi pretij pro singula amphora: nam primo casu uenditio non dicitur facta ad mensuram, & statim dicitur perfecta. Secundò uerò casu dicitur facta ad mensuram, & ante mensurationem non dicitur perfecta, Bald.in l.sicut numero primo uersiculo, sed quid si dixi Castren.numero quarto.C.de actio.emptio.& uidetur casus in l.quòd sæpe.§.pen.de contrahen. emptio. Vnde à casu quo loquitur Castren. non licèt inferri ad casum nostrum, prætetea licèt uenditio totius uini ad rationem certi pretij pro qualibet amphora diceretur facta ad mensuram ut uidetur text.in dicta l.secunda, quòd sæpe §.in his & sic differret à uenditione totius uini, quod est in tali domo uel tali uegete: tamen à uenditione totius uini quod uenditur non posset inferri ad casum præsentem, nam in illa etiam ante mensurationem potest considerari traditio rei certæ, id est traditio totius uini quod est in cella, cuius claues traduntur, sed quando uenditur amphoræ centum ex tali uino, uel centum perticæ ex tali fundo non potest considerari traditio rei certæ ante mensurationem, & si diceretur ex traditione clauium induci traditionem rei

rei certæ, ſcilicet totius uini exiſtentis in domo, replicatur quòd ubi hoc eſſet uerum, tamen non liceret argumentari ad caſum, niſi probaretur tradita poſſeſſio totius fundi.

CASVS LX.

¶Iulius promiſit Antonio edere illi in auctentica forma omnia inſtrumenta pœnes eum exiſtentia, quæ ad cauſam, quam Antonius mouerat, facerent. Verſa uice Antonius promiſit Iulio ſcutos centum, in caſo che fuſſe ſententiato à fauore ſuo: deinde Iulius edidit multa inſtrumenta quæ Antonius per chirographum confeſſus eſt recepiſſe, fuit ſententiatum ad fauores Antonij. Reus appellauit, pendente dicta appellatione Iulius petit in iudicio pecuniam ab Antonio. Tria opponit Antonius; primò tempore moti iudicij non fuiſſe purificatam conditionem illam, In caſo che fuſſe ſententiato, cum ſententia eſſet ſuſpenſa per appellationem, licèt appellatio remanſerit deſerta antequam iudicaretur ſuper lite per Iulium mota. Secundò non conſtare inſtrumenta fuiſſe edita omnia inſtrumẽta pœnes Iulium exiſtentia.

¶Quæritur quid iuris & exhibeatur proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Alicui eſt ſententia aliud res iudicata.*
2 *Ius pendente iudicio ſuper ueniens actori ex cauſa de præterito prodeſt ad uictoriam.*
3 *Appellatio ubi remanet deſerto ſententia producit ad effectum ac ſi non eſſet appellatum.*
4 *Verba ſunt in potiori ſignificatu accipienda & de actu ualido.*
5 *Inſtrumentum non ſolemnæ non dicitur inſtrumentum.*

QVò ad primum per ſententiam latam ad fauores Antonij purificata uidetur conditio, de qua in conuentionibus; etenim utũtur conuentiones uerbo fuſſe ſentẽtiato, quod uerbum uerificatur in ſententia lata à iudice etiam durante tempore ad appellandum, uel pendente appellatione, ut probat text. in c. quo ad conſultationem in c. inter monaſterium de re iudic. c. primo in fin. de except. in 6. & tradit Felin. in rubr. de re iud. in princ.
1 Aliud enim eſt † ſententia, aliud res iudicata ut in rubr. ex. de ſent. & re iud. Ideo in cod. facti ſunt diuerſi tituli, alter de ſenten. & interlo. alter de re iud. præterea ubi etiam ſub uerbo ſententiato, non ueniret ſententia, à qua fuiſſet appellatum, ſed neceſſarius eſſet tranſitus in iudicatum, tamen pendente iudicio appellatio
2 remanſit deſerta, & ius † pendente iudicio ſuũ perueniens actori ex cauſa de præterito prodeſt ad uictoriam l. ſi rem §. fin. de pign. action. Bart. in lege non poteſt uidert de iudic. maximè quando ius ſuperueniens trahitur retro, Angel. in
3 dicta lege non poteſt circa fin. ubi autem † appellatio remanet deſerta, ſententia producitur ad effectum perinde ac ſi non fuiſſet appellatum l. fin. §. illud C. de temp. appel. & ſic fingitur non fuiſſe appellatum & agitur ex prima ſententia etiam ſi iudex appellationis eam confirmaret per lapſum fatalium, Iaſ. in lege prima numero 14. de re iud. præter id quòd cum actor deduxerit in genere fuiſſe ſententiatum, ius ſententiæ ſuperueniens etiam poſt motum iudicium prodeſt, c. abbate ſanè circa fin. de re iud. in 6. Barth. & alij in dicta lege non poteſt. Quò uerò ad ſecundum cum Antonius per chirographum fuerit confeſſus habuiſſe inſtrumenta nominata in eo, interpretari debet confeſſio de inſtrumentis auctenticis: tum quia
4 uerba † ſunt in patiori ſignificatu accipienda, & de actu ualido lege 4. §. condemnatum de re iudic. l. non putauit §. non queuis de bo. poſſ. contr. & inſtrumentum præſumitur ſolenne Bald. in c. primo §. ſi inſtrumentum de no. feud.
5 & inſtrumentum † non ſolenne non dicitur inſtrumentum, Bald. in lege prima in fin. C. plus uale. quod ag. & ex communi uſu loquendi appellatione inſtrumentorum non uenit ſcriptura priuata Barth. in lege prima C. de iuram. calum. & in dubio uerba Antonij ſunt interpretanda contra eum, qui illa protulit, lege ueteribus de pact. Quò ad tertium cum actor dicat dediſſe omnia inſtrumenta ad cauſam facientia, quæ pœnes illum erant, & alia pœnes eum non extitiſſe, fundatam habet intentionem, & qui uult dicere contrarium, probare debet lege cum de lege de probat. & in ſimili caſu tradit Barth. in lege ſi conſtante in princ. numero 7. ſolu. matr. Barth. Caſtren. & alij in lege fin. §. licentia C. de iur. delib.

MMARIVM.

1 *Augmentum dotis factum conſtante matrimonio de re mobili ſi uir ſit grauatus ære alieno non præiudicat eius creditoribus.*
2 *Confeſſio dotis facta à marito quando præſumitur in fraudem creditorum, & nu. 4.*
3 *Probatio de dominio non poteſt incontinenti fieri cum qui prætendunt ſe eſſe fideicommiſſarios non ſunt nominati in teſtamento teſtatoris.*
5 *Donatio inter uirum & uxorem quando conſumitur iuramento.*

CASVS LXI.

Colligitur ex allegationibus.

LIcèt dotis cauſa ſemper ſit, & ubique præcipua lege prima ſol.
1 matr. tamen † augumentum dotis factum conſtante matrimonio de re mobili, ſi uir ſit grauatus ære alieno non præiudicat eius creditoribus Authen.

Authen.sed necesse C.de donat.ant.nupt.neque etiam creditoribus futuris gloss.penult.&c.ult. ibi quando apparent iudicia, ex quibus fraus etiam contra futuros creditores posset præsumi Barth.ibi & præsumitur fraus, si maritus post contraxit magnum æs alienum, Angel. in dicta authen.numero quarto,& maximè si illud. contrahat. de proximo arg.lege si uentri §.fin. de priuileg..credir.& eorum quæ dixit Bartho. in lege post contractum numero.8.de donat.&
2 confessio.† etiam dotis receptæ facta constante matrimonio ab eo qui non est, uel futurus est non soluendo præsumitur facta in fraudem creditorum etiam futuorum, Soc.in lege prima numero 108.solu. matr.& Bartho. in lege ait prætor §.ita demum de his qui in fraud.cred. inquit fraudem contra futuros creditores præsumi ex causis de quibus in lege priuatus qui & à quibus, & in cap.fin. de renunt.in sexto. deo cum Antonius possidens bona immobilia duntaxat inalienabilia, & grauatus non mediocri ære alieno constituerit se debitorem uxoris notabilis quantitatis pecuniarum quasi ab eo exactarum à debitoribus socrus, cui uxor successerat & quasi pro pretio mobilium eiusdem per uxorem marito uenditorum, & deinde non multò post multas pecunias acceperit mutuò manifestæ fraudis etiam contra futuros creditores præsumptiones apparent, & non solùm fraudis sed etiam simulationis ut dicit Bald.in rubr.de reuocan.his quæ in fraud.cred. numero.5.de eo qui uolens negotiari ultra mare donauit omnia filio naturali, & etiam in
3 † uenditione facta coniunctæ personæ præsumitur simulatio si subest causa præsumendi Bartho.in lege post contractum numero tertio, de dona. & ubi adest simulatio contractus indistinctè non nocet creditoribus etiam posterioribus Aret.in §.fuerat numero de action.Io.Campeg. in tracta.de dot.quest.53.numero secundo, præterea asserrio & confessio eius qui non potest liberè disponere non probat Barth.in lege si forte de Castr.pecul.imò huiusmodi
4 † confessio si non apparet aliter de ueritate præsumitur facta in fraudem lege qui testamentum in fin.de probar.lege cum quis decidens §. Titia de lega.tertio & inter uirum & uxorem constante matrimonio præsumitur facta animo donandi, Bartho.dicto §. Titia, Soc. dicta lege prima numero 101.neque obligationem producit etiam si sit iurata, Barth.dicto §. Titia Rom.consil. 44.Qua de re cum non appareat aliter quam per confessionem Antonij ipsum exegisse, & pœnes se habere aliquas pecunias uxoris, & multòminus appareat bona mobilia pro quorum pretio maritus obligauit se uxori fuisse uxoris confessio & promissio per Antonium facta uxori tanquam facta animo donandi, fuit ipso iure nulla, & nihil ualuit lege tertia §.sciendum de donatio. inter uir.& uxo.& licèt secun
5 dum plures † donatio inter uirum & uxorem consumetur iuramento: id tamen in re præsenti non procedit Bartho.dicto §. Titia Roma. dicto consil.44.

SVMMARIVM.

1 *Comparens pro suo interesse debet admitti.*
2 *Is qui tenetur alium defendere admittitur ad eius defensionem pro suo interesse.*
3 *Contra petentem depositum tertius potest comparere in iuditio & suspendere restitutionem depositi.*

CASVS LXII.

Colligitur ex allegationibus.

1 TEertius comparens † pro suo interesse debet admitti in iudicio l.Titia soluto matrimonio, & facit differri iudicium l. si quis libertatem ubi nota. Barthol. de
2 petitio. hæred.& is † qui tenetur alium defendere, admittitur ad eius defensionem pro suo interesse l.si suspecta de inoff.testam. etiam post sententiam latam contra reum l. à sententia §.
3 primo de appell. & contra † petentem depositum tertius potest comparere in iudicio, & suspendere restitutionem depositi lege bona fides depositi Bald. in authen. sed iam cautum est C. deposit. Ex quibus uidetur quòd Christophorus qui promisit conseruare Michaelem depositarium,ex qua promissione constat de illius interesse, possit comparere & dicere quòd Michael coactus fuit ante diem restituendi depositi pecunias depositas soluere creditoribus deponentis; ex qua re passus fuit damna ac interesse, quæ sibi ueniunt resarcienda uel compensanda.

SVMMARIVM.

1 *Acta publica debent edi omnibus quorum interest.*
2 *Acta tendentia ad uindictam publicam debent edi cuicunque petenti.*

CASVS. LXIII.

Breuis ex eoque sensus colligitur.

1 ACta † publica debent edi omnibus, quorum interest, leg.secunda: C. de eden. Bartho.in l. prima. §. editionis numero tertio. Iaso.nomero septimo, de eden.
2 & acta † tendentia ad uindictam publicam, debent edi cuicunque Bald.in rubrica C. de fid. instrumento. numero quinto, uersiculo quidam tamen,&c. Angel.in dicto §. editione numero quinto,Alexan. numero octauo Iaso. numero

mero octauo Dec. in dicta leg. ſecunda numerò 15. C. de eden. Ex quibus uidetur quòd proceſſus criminalis agitati contra Antonium imputatum de homicidio, debeant poſtquam fuerũt publicata edi cuicunque petenti, & maximè ei qui dicit uelle, ubi ex proceſſibus quo quomodo appareat culpabilis, eum perſequi.

SVMMARIVM.

1 *Libellus generalis nullus eſt ſuum Bartho. oppoſuum alios. & num. 3.*

2 *Libellus generalis, in iudicio uniuerſali ualet & quomodo.*

CASVS LXIIII.

Colligitur ex allegationibus.

1 Propoſitum libellum † in quo petuntur omnia prædia, quæ fuerunt per eum, & eius anteceſſores poſſeſſa in territorio Fabricæ, eſſe nullum tanquam generalem, ſenſiſſe uidetur Bartho. in l. Titia. §. primo in fin. de lega. ſecundo, ubi ſcripſit non ualere libellum in quo peto quicquid poſſides in tali uilla, præcipuè cum de hoc oppoſitum fuerit l. fin. C. de ano. excep. Specu. autem in titulo de actio. & petit. §. ſequitur columna duode cima, uerſiculo, quid ſi peto ſenſit contrarium inquit enim ſi peto quicquid habes & poſſides in tali uilla, ualere petitionẽ, comprobarũt Abba. in capitulo ſecundo, numero 19. de libel. oblat. qui etiam dixit ualere libellum talem peto partem rerum tibi ex bonis talis obuenientium. Idem uult Angelus in l. prima, numero octauo, de eden. ubi ait ualere libellum, in quo peto omnia tibi obuenta in teſtamento Titij, uel quicquid poſſides in tali uilla, comprobauit Alexand. conſilio 187. libro ſecundo ubi ſcripſit ualere libellum, peto quicquid de Robertis poſſederunt & poſſident in uilla ducatus: item peto quicquid habes & poſſides in tali uilla, & Bartho. ſententiam reprobauerunt Abba. in dicto capitulo ſecundo, numero 19. & alij quos refert & ſequitur Iaſo. in l. tertia. §. primo, numero ſexto, de acquiren. poſſeſſio. quorum ſententia in re præſenti facilius procedere uidetur: nam iudicium præſens uidetur generale, Barth. in l. ſi ita numero quarto, uerſiculo ſi uerò ora-

2 tio, &c. de auro & argen. lega. In iudicio † autem uniuerſali uel generali ualet libellus, licèt in eo res petitæ ſpecialiter non exprimantur, dummodo deinde in proceſſu ſpeciales ſuper his fiant probationes, Bartho. in leg. prima, de eden. numero nono, & ibi poſteriores: ſed & ſi Bartho. ſententia eſſet uerior, & ſic libellus eſſet nullus parte oppoonente, tamen ſuper eo

3 † ſententia ferri poſſet, ſi probatum ſit in ſpecie bona aliqua fuiſſe à reo, & eius anteceſſoribus poſſeſſa, ſi uera ſunt, quæ tradit Iaſo. in l. prima numero decimo, uerſiculo aliquando, & tertio de offic. aſſeſſ. ubi poſtquam ad utranque partem diſputauerat, an libellus ineptus ſuſtineatur ex probationibus aptis, diſtinguendo inter alia firmat concluſionem quòd ſi libellus non ſit ipſo iure nullus, & quia generalis, licèt pars oppoſuerit, tamen ex probationibus per iudicem admiſſis, & receptis ſuppleatur, quia libellus non eſt nullus, niſi in effectu & ille effectus ceſſat per aptas probationes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium priorum ad reprobationem non uidetur licere producere teſtes ſuper capitulis directò contrarijs.*

2 *Satuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*

CASVS LXV.

Quæſtio colligitur ex allegationibus.

1 Ad reprobationem † priorum teſtium non uidetur licere producere teſtes ſuper capitulis directò contrarijs: nam & eo caſu procedere uidetur ratio text. in clementina fina. de teſtibus, ſcilicet timor ſubornationis: idque ſcripſit Barthol. & alij in authen. at qui ſemel C. de probat. Bald. in l. ſi quis teſtibus numero tertio, uerſicu. interdum teſtis reprobatur C. de teſtib. & quamuis Bartho. in dicta anthen. numero 25. uerſicu. quandoque producuntur teſtes &c. uelit quòd ſi uolo redarguere perſonam & dicta ſimul, poſſint teſtes de nouo produci, non obſtante publicatione teſtium; tamen ſententia Bartho. eſt intel ligenda in terminis quibus loquitur, ſcilicet quando capitulum ſit principaliter ſuper reprobatione perſonæ, ſed reprobando perſonam reprobatur etiam dictum, ut in exemplo quem ponit Bartho. ubi probando quòd teſtis eſt minor uigintiquinque annis, inſurgit neceſſariò probatio, quòd dictum eius quateous depoſuit Titium iam annis 30. poſſediſſe, eſt falſum: uerum ex hoc Bartho. non uult quòd poſſit fieri capitulum directò contrarium, nam huiuſmodi capitulum, quòd teſtis non eſt uigintiquinque annorum, non eſt directò contrarium capitulo, quòd Titius iam annis triginta poſſedit, ſicuti & ſi teſtis deponat uidiſſe tali die hominẽ occidi Ferrariæ, ſi fiat capitulum quòd ea die teſtis erat Venetijs, non dicitur directò cõtrarium, imò Bar. præſupponit ꝙ in caſu ſuo non poſſit proponi ꝙ Titius iam annis 30. non

2 poſſidebat. Cumque ſtatuta † recipiant interpretationem paſſiuam à iure communi leg. prima

ma §.lex falcidia ad legem falcid.& interpretari debeant, ut minus derogent iuri communi. leg.secunda.C.de noxal. Statutum dans terminum ad reprobandum probandum probata & producta debet interpretari secundum ius commune, id est dummodo testes non inducantur super ijsdem capitulis uel directò contrarijs, quemadmodum & statutum quòd filiusfamilia.possit testari, intelligitur secundum ius commune, id est dummodo adsint septem testes Barthol.in dicta l. prima §. lex falcidia.

SVMMARIVM.

1 *Constito de nomine fundi & duobus confinibus constat de certo corpore & quomodo intelligitur.*

2 *Probatum quicquam dici non potest stantibus probationibus tunc inde paribus.*

CASVS LXVI.

Colligitur ex allegationibus.

Propositam quæstionem decidit Barthol. in l. demonstratio in principio in septima quæstione de conditio.& demonstratio.
1 ubi asseruit † constito de nomine fundi, & duobus confinibus, constare de certo corpore licèt alij confines non conueniant: uerùm Alexander consilio 73. numero.... libro tertio,consilio 39.numero 5.lib.5.restringit dictum Barthol. & ut procedat solum quando dantur tres confines, & duæ conueniunt altera discordat. Secus si dentur quatuor confines, & duo discordent motus auctorita-
2 te Castren.& ea ratione, quia stantibus † probationibus hinc inde paribus non potest dici quicquam probatum. Ego Alexandri sententiam arbitror non esse ueram; nam Castr. quem ipse allegat l.in testamento de conditio.& demonstra.id non dicit, ratio etiam qua innititur Alexand.non est uera: etenim Bartho.in dicta septima quæstione cuius dictum limitat Alexander loquitur quando constat de nomine proprio & duobus confinibus. Verùm quando ex una parte constat de nomine proprio & duobus confinibus, & ex alia uero probatur duos confines ex quatuor discordare, non possunt probationes dici pares, quia ex una parte adest probatio nominis proprij plusquam in altera, & ultra discordantiam confinium esset probandum ꝙ adest alius locus habens idem nomen, Bartho.in dicta quæstione septima alias partes dicerentur sensisse de illo loco qui reperitur, l.fundus qui locatus de fund. instrumento. & eius quod script Castren. in dicto.l. in testamento numero 2. Et insuper quando confines duo conueniunt, & duo discordant, & si probaretur adesse alium locum eiusdem nominis, tamen probationes non dicerentur pares, nisi etiam probetur alteri fundo habenti idem nomen uenire duos ex quatuor confinibus expressis, ut ad sensum patet, & ratio quam Bartholus in dicta septima q.allegat scilicet quia cum sufficiant duo confines, expressio aliorum etiam erronea non debet uitiare lege prima §.primo C.de rei ux.actio.procedit siue exprimatur una, siue exprimantur duæ confines discordantes, textus quoque in dicta l.in testamento prima de conditio. & demonstratio. quicquid dicat Castren. non facit contra Barth. Nam uerba illa Publij septinij non sunt duæ demonstrationes, sed una tantum scilicet nominis proprij quemadmodum si diceretur Iacobus Antonius non dicuntur duæ demonstrationes, sed una tantum.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas adita quando non potest repudiari.*

2 *Repudiens hæreditatem non dicitur diminuere patrimonium.*

CASVS LXVII.

Quæstio colligitur ex allegationibus.

Olim ante proditam beneficium inuentarij hæreditas adita poterat repudiari à militibus, si appa rebat æs alienum impræmeditatum §.extraneis institutio.de hæredita. quali. & per consequens etiam à militibus cœlestis militiæ, gloss.in l. miles in principio de re iudic. & licèt dispositio dicto §. extranea sit correcta per §. sed nostra eodem titulo & per §.fin.in authen.de hæredit.& falcidia. tamen cum ratio illorum text. scilicet beneficium inuentarij non habeat locum in ciuitate Mediolani, ubi hæreditas non potest adiri cum beneficio inuentarij, cessare etiam uidetur Mediolani eorum dispositio l. adigere. §. quamuis
1 de iur.patrona. † Præterea hæreditas adita non potest repudiari ad commodum ipsius hæredis, & ad effectum ut hæres non teneatur creditoribus & legatarijs, sed in præiudicium ipsius hæredis,& in fauorem aduersarij, cum quo lis agebatur, uel agi debebat, potest hæreditas repudiari,& facta repudiatione, repudians non potest habere regressum,uel agere contra aduersarium, uel bona per eum possessa, Bald.in l. suus numero septimo, uersiculo oppo. quòd unusquisque in l.sicut numero primo, uersiculo modo uideamus, & numero secundo. C. de repud.hæredit.maximè si repudiatio fuit facta
2 præsente & acceptante aduersario, & † repudians hæreditatem non dicitur diminuere patrimonium l.qui autem §. primo, de his qui in

fraud.

fraud. cred. leg. prima §. utrum ſi quid in fraud. patro. & uidetur uſque à principio nunquam fuiſſe hæres exemplo repudiationis ligari; quod licèt ipſo iure acquiratur legatario: tamen facta repudiatione nunquam uidetur fuiſſe quæſitum l. ſi tibi homo §. cum ſeruus de legato primo. Ex quibus uidetur repudiationem factam à monialibus fuiſſe ualidam, & ob illam moniales eſſe prohibitas agere contra creditores, quibus præſentibus & acceptantibus facta fuit repudiatio &c. & qui bona hæreditaria poſſident.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IN MATERIA IVDICIORVM,

Excell. I. V. D. D. Petri Antonij Anguſſolæ, Liber Tertius.

CASVS I.

IACOBVS poſſidens bona, quæ grauatus erat poſt mortem reſtituere Paulo nepoti; ſpoliatus fuit poſſesſioue horum, egit conditione canonis reintegranda 3.q.1. ad recuperandam poſſeſſionem. Pendente iudicio Iacobus deceſſit: Paulus hæreditatem Iacobi repudiauit.

¶ Quæſitum eſt, an conditio ex d. canone competens Iacobo ad recuperandam poſſeſſionem, tanquam in rem ſcripta tranſierit in Paulum: itẽ an inſtantia iudicii, & ius proſequendi iudicium à Iacobo cœptum.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem ſcripta quomodo competat fideicommiſſario, & ſingularibus ſucceſſoribus, & nu. 5.*
2 *Actio legis Aquiliæ in quibus tranſeat, & in quibus non.*
3 *Actio furti nõ tranſit in ſingularem ſucceſſorem per contrectatione facta antequam dominium in illum tranſiret.*
4 *Interdicta probibitoria quomodo competant emptori, & ſingularibus ſucceſſoribus.*
6 *Actiones quæ tranſeant ad fideicommiſſariam.*
7 *Actio contra uenditorem de re, quam tenebatur tradere non datur emptori ob uiolentam ſubreptionẽ.*
8 *Inſtantiam iudicij incboati cum hærede non tranſire in fideicommiſſarium, & nu. 14.*
9 *Actio realis datur domino, & cuicunque ſuccedenti in dominio.*
10 *Succeſſor ſingularis ex cauſa neceſſaria non patitur incommodum inſtantiæ contra auctorem factæ.*
11 *Actor qui iudicium mouit contra defunctum non poteſt perſequi contra legatarium.*
12 *Inſtantia iudicij etiam realis non tranſit actiue in alios ſucceſſores, quàm in uniuerſales.*
13 *Argumẽtari licet à petitione hæreditatis ad rei uendicationem.*
15 *Fideicommiſſarius licet ſit ſucceſſor bonorum non tamen perſonę hæredis.*
16 *Actio realis quando tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
17 *Rei uendicatio qua ratione detur.*
18 *Actio in rem ſcriptam qualis ſit.*
19 *Actio in rem ſcriptam competens ratione dominij extinguitur alienatione rei.*
20 *Proprietas cum poſſeſſionem nihil commune habet.*
21 *Aliud eſt dominium rei aliud inſtantia ſuper dominio.*
22 *Res quando dicatur litigioſa.*
23 *Fideicõmiſſarius ſuccedit teſtatori & non grauato.*

1 ACtio in rem † ſcripta competere ui
detur fideicommiſſario, & ſingu-
laribus ſucceſſoribus, in quos trã-
ſit dominium : duobus concur-
rentibus. Primò, quod cauſetur
ratione dominii, lege ſi tertius, §. ſi prius de aqua
pluuia.arcen. etenim & realis actio, quæ prouenit
ratione dominii, l. in rem iu princ. de uendicatio.
datur cuilibet ſuccedenti in dominio, l. prima .C.
comm. de leg. Bald. in l. ſi abducta, numero 2. C.
de fur. non tamen ut eadem actio in rem ſcripta,
quæ competebat anteceſſori, tranſeant in ſingula
rem ſucceſſorem. Illa enim extinguitur per aliena
tionem rei, ſed noua oriatur ex nouo dominio,
quæ datur ſucceſſori: non quia ſucceſſor, ſed quia
dominus Barthol. & Caſtrenſ. in d. §. ſi prius, & in
actione furti ſcripſit Baldus in dicta lege ſi abdu-
cta, numero ſecundo. Secundò, quòd detur
pro damno futuro, poſtquam res translata eſt in
ſingularem ſucceſſorem dicto §. ſi prius ibi: cum
enim damnum futurum reſpiciat &c. lege prima,
§. hæc autem actio, lege ſupra. §. officium, l. atenis.
§. in hoc iudicium eodem titulo, Barthol. in d. §.
2 ſi prius : nam & † actio legis Aquiliæ, quæ datur
domino, & ratione dominii, lege item Mella, §. le-
gis autem Aquiliæ ad legem Aquiliam . Inſtit. ad
legem Aquiliam in princip. non tranſit in fidei-
commiſſarium pro damno dato, ante reſtitutio-
nem fideicommiſſi, lege qui ita. §. ſi damnum ad
Trebellianum, licèt tranſeat in hæredem, & ſuc-
ceſſores vniuerſales, lege ob id ubi gloſſ. in uerb.
poterit ad legem Aquiliam, & actio arborum fur-
tim cæſarum, quæ datur ex eadem cauſa, qua &
actio legis Aquiliæ, lege cædere. §. huius actionis
arb. fur. cæſ. non tranſit in emptorem pro arbo-
ribus ante cæſis lege fin. ubi not. Bart. eod. titulo,
licèt tranſeat in hæredem, & ſucceſſores vniuer-
ſales. lege furtim, §. fin. eodem tit. & actio furti
3 † nõ tranſit in ſingularẽ ſucceſſore pro cõtrecta-

 tione

tione facta antequam dominium in illum transfe ret, l. ſed & hæres de ſer. corrup. glo. in l. ſi dominium de fur. Bald. in d. l. ſi abducta: & leges, quæ uolunt interdicta† prohibitoria, quæ ſunt in rem
4 ſcripta. l. 1. §. pen. de interd. competere emptori, & ſucceſſoribus ſingulatibus l. 3. §. hoc interdictum & ei competit, l. apparet. §. hoc interdictũ de itin. actuque pri. l. 1. §. ait prætor, inter hæredes de aq. quot. & æſt. loquũtur de prohibitione facta, poſtquam tes in ſingularem ſucceſſorem trãslata eſt: nam ob prohibitionem ante factam, interdictum datur uẽditori, l. 1. §. ſi fundum eo. tit. de aq. quot.
5 & æſt. Actio† uero in rem ſcripta, quæ naſcitur ex facto auctori, & reſpicit factum, & damnum præteritum: quamuis detur contra quemcũque poſſeſſorem, non tamen poteſt etiam eadem in genere fideicommiſſario, & ſingularibus ſucceſſorib. competere: nam actio, quòd metus cauſa, quæ eſt in rem ſcripta, & datur contra quemcunque poſſidentem. l. metum. §. ſi. l. ſi cum exceptione. §. aliquando quòd met. cau. glo. in l. 3. §. eſt autem ad exhibendum quæſita ex damno per metum il lato auctori, l. ſed, & partus. §. fin. quòd met. cau. non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. l. ſi ui. C. q. met. cau. & interdictum quòd ui aut clam, quod eſt in rem ſcriptum, & ſequitur poſſeſſorem. l. ſemper in princ. quòd ui aut clam; glo. d. §. eſt autem, & datur pro damno præterito d. l. atenis. §. in hoc iudicium, quæſitum uenditori ob opus factum, il lo prohibente uel non monito animo cælandi iuxta l. 1. §. quid ſit ui, & l. prohibere, §. fin. quòd ui, aut clam non tranſit in emptorem. l. is qui in puteum. §. ſi poſteaquam eo. tit. & actiones reales, quæ dantur contra quemcunque poſſidentem, quæſitæ hæredi ex proprio facto non tranſeunt in fideicommiſſarium, l. ſi hæres pecuniam ad Treb. & actio legis Aquiliæ parta hæredi ob damnum poſt mortem teſtatoris ante reſtitutionem fideicommiſſi datum in bonis hæreditariis, non tranſit in fideicommiſſarium. l. qui ita. §. ſi damnum
6 eo. tit. & ad fideicommiſſarium† tranſeunt hæ dũtaxat actiones, quæ oriuntur ex eo, quod fuit factum in bonis teſtatoris eo uiuente, d. §. ſi damnum, & quæ fuerunt in eius hæreditate, l. in fidei commiſſariam, §. quoties ad Trebell. Bart. & Caſt. in d. l. ſi hæres. Condictio uero ex canone reintegranda. 3. q. 1. & ſi eſſet in rem ſcripta, Iacobo dari potuit, non ratione dominii, ſed poſſeſſionis, quæ fuerat apud illum, & quæ nunquam tranſiuit in Paulum, & ratione ſpolii Iacobo facti, poſt mortem fideicommittentis, [& ante quæſitũ Paulo dominium bonorum: ideo conditio ex dicto canone Paulo competere non potuit, nec tanquã ſucceſſori teſtatoris, cum illa non eſſet in hæreditate teſtatoris, nec tanquam ſucceſſori Iacobi, cũ non detur ratione ſingularis ſucceſſionis. Bar. d. §. prius: & Paulus neque vniuerſalis, neque ſingularis ſucceſſor Iacobi fuerit; nec tanquam domino, cum non oriatur ex dominio, neque datur ratione dominii, & cum agatur ob damnum præteritum, & ſpolium factum antequam dominium transferreretur in Paulum d. §. ſi prius, & d. §. ſi damnum, & d. l. fin. arb. fur. cæſ. Nec tanquam poſ

ſeſſori ſpoliatio, cum nunquam poſſediſſet, nec ſpolium illi factum fuiſſet, cumq. conditio furtiua competat ei tantum, cui ſubrepta res eſt, uel eius hæredi, & non detur ſuccedenti in dominio titulo particulari, licèt is poſſit rem uendicare, l. ſed legatarius de cond. fur. Mirum uideri non debet ſi & conditio canonis reintegrandi detur ſpoliato ſolum, uel eius hæredi, non autem fideicommiſſario, aut ſingulari ſucceſſori; licèt in eum tranſeat dominium, & eius uendicandi, & quemadmodũ
7 ſi res, quam uenditor † tenebatur præſtare emptori, ui ſurripiatur, antequam illam præſtet: actio ob uiolentam ſubreptionem non datur emptori. l. ſi ea res de actio. empt. Ita ſi Iacobus ſpoliatus fuit bonis, quæ poſt mortem tenebatur reſtituere Paulo, actio ob ſpolium non debet dari Paulo, quòd ſi conditio ex canone reintegrando competens Iacobo, non tranſiuit in Paulum: multo minus tranſire potuit inſtantia iudicii ſuper illa à Iacobo cœpti. Sed & aperto iure deciſum uidetur inſtantiã
8 † iudicii inchoati cum hærede non tranſire in fideicommiſſarium, l. cum hæreditas. l. ſi patroni. §. actiones. l. Lucius, §. rogatus ad Treb. Caſt. Alex. & poſteriores in l. 1. in princ. ad Trebell. & Ang. ac Imol. in d. l. cum hęreditas in ſummario dicunt in fideicommiſſarium non tranſire quæſita per hærẽdem, uel contra hæredem, & Bart. Angel. Imol. ac Alex. in ea l. aſſeuerant ſi hæres ceſſit omnia iura, quæ ut hæres habebat in hæreditate: in ceſſionarium non tranſire inſtantiam cœptam ab hærede ante ceſſionem. Illa. n. non eſt hæreditaria, ſed prõpria hæredis, & idem decidit tex. in l. in iudicio fa mil. erc. licèt illum nonnulli in contrarium adducant: nam uult pendente iudicio fam. herc. inter cohæredes, quemlibet cohæredum poſſe pro parte ſua agere ſuper iure prædii, & ſi fundus uni in totum fuerit adiudicatus, oportere caueri de reddendo illi ea, quæ ex his actionibus recepta fuerint à cohæredibus. Ex quo ſequitur, quòd ille qui cœperat iudicium, & qui cauet, poteſt exigere, non is cui fundus eſt adiudicatus: ſicque inſtantia in eum non tranſit, Caſtren. in l. ſi filiofamil. §. fin. in fin. ſolu. matrim. Item uult text. quòd impenſæ iudicii debeant præſtari ab illo, cui fundus ſit adiudicatus, ex quo neceſſariò ſequitur, quòd iudicium ſit proſequendum à cohæredibus, qui cœperunt agere, non ab eo cui fundus eſt adiudicatus. Præterea ſubdit textus, quòd ſi pendente iudicio fam. erciſc. non ſit actum ab aliqua ex cohæredibus integram actionem tranſire in eum, cui fundus ſit adiudicatus, ex quo uelle uidetur, quòd ſi actum ſit ab aliquo integra actio non tranſeat, & multo minus inſtantia, & Baldus in ea lege inquit no. quòd pendente iudicio diuiſorio inter cohæredes poteſt agi contra tertium iniuriantem, uel furantem: & ſi iſtud iudicium ſecundum eſt motum primo pendente licet res adiudicetur vni, non transfertur inſtantia, & diſtinctio Bartholus in dicto §. rogatus eſt contra textum in dicta lege iudicio: eamque refellit Imol. in lege ſi eum, numero quinto de fideiuſſ. Andreas Siculus in capitulo quia V. numero 52. de indic. & contra

illam

illam multa uidentur pugnare. Nam sicuti actio
9 † realis datur domino, l. in rem de re.uendic. & cuicunque succedenti in dominio, Bald. in d. l. si abducta, num. 2. C. de fur. Ita datur contra possessorem, & contra quemcunque, ad quem transeat possessio, l. officium, l. qui petitorio de re uendic. Vnde quemadmodum instantia non transit contra singularem rei conuenti successorem, etiam ex causa necessaria quamuis possideat l. penul. de petit. hæred. l. is à quo de re uend. Innoc. in c. quia V. in princ. de iud. ita non uidetur transire in singularem agentis successorem ex causa necessaria,
10 licèt sit dominus. Et si successor † singularis ex causa necessaria non patitur incommodum instātiæ contra auctorem cœptæ d. l. penul. d. l. is à quo non deberet etiam frui commodo, & beneficio instantiæ ab auctore inchoatæ d. l. secundum naturā tex. quoque in l. 2. de ptō stip. in fine decidit, & latius explicat Bart. ibi si possessor conuentus rei uēdicatione decedat post litem contestatam plurib. hæredibus relictis, licèt unus insolidū possideat, nō potest eadem instantia conueniri nisi pro portione hæreditaria, quia pro aliis portionibus censetur extraneus, & Bald. in l. 2. num. 10. C. de fru.
11 & lit. expen. censuit actorem, † qui iudicium nouit contra defunctum nō posse illud prosequi cōtra legatarium, & loquitur Bald. de iudicio reali, de quo tex. in d. l. 2. Qua de re etsi is, qui egerat rei uendicatione, decedit post litem contestatam, pluribus hæredibus relictis, licèt dominium rei ad vnum solum perueniret, non debet posse agere eadem instantia nisi pro portione hæreditaria, etsi non sit hæres nullo modo eandem instātiam prosequi, pro qua sententia uidetur tex. in auct. nunc si hæres. C. de litig. ubi instantia iudicii realis cœpti à testatore non transit in legatarium; licèt in eum transeat dominium rei, & huiusmodi instantia transeat in fideicommissarium uniuersalem, l. 1. in princ. ubi not. Castr. & Poster. ad Trebel. Hinc Rom. in decisionibus antiquioribus Bisgn. tit. de iud. decis. 3. quamuis censuerit, si testator leget actionem suo nomine per eum in iudicio deductā & legatarius agat, & obtineat processum non esse nullum: tamen indistinctè decidit legatarium non posse continuare iudicium à defuncto cœptū, sed opus esse nouo processu, allegant Inno. in d. c. qui V. qui loquitur etiam in actione reali. Et ubi in re præsenti fideicommissum fuerit particulare, res uidetur per illum text. decisa: nam si instantia non transit de testatore in fideicommissarium particularem, qui dicitur succedere testatori, multo minus instantia cœpta ab hærede, transire pōt in fideicommissarium particularē, qui nullo modo succedere dicitur hæredi, & Innoc. in d. c. qui V. inquit si aliquis agat petitorio super aliqua ecclesia, petendo eam successor, nō potest prosequi litem nisi nomine ecclesiæ ageret: nō enim transfertur prosecutio litis de persona in personā nisi ī hæredibus, uel vniuersalibus successoribus, & in cap. ex parte, num. 2. de arbit. loquendo de successore in beneficio, & de reali actione inquit, nec in litis prosecutione succedet successor, quia non est hæres, nec uniuersalis successor, & sic uult, quòd
12 instātia iudicii † etiam realis non transeat actiuè in alios successores, quàm in uniuersales, & Ant. de But. in d. c. quia V. nu. 11. uers. 2. reg. inquit, instantia non trāsit in singularem successorem siue agat reali, siue personali; quia iure cautum non reperitur, & paullo post prosecutio litis non transit de persona in personam, nisi in successorem uniuersalem, deinde quærit quid in fideicommissario, & respondet instantiam cœptam ab hærede in eum non transire, quia non est successor hæredis, sed testatoris. Angel. quoque licèt in l. Lucius, § rogatus transire uideatur cum Bart. tamen in l. tam ex contractibus de iud. nu. 2. scripsit, instantia non transit in singularem successorem, allegat multas ll. deinde limitat nisi succedatur in re, uel actione ex quadam necessitate, adducit Iac. de Ar. & tex. in d. l. in iudicio, & paulopost nu. 3. subdit, in fideicommissarium uero non transibit instantia inchoata cum hærede; imò hæres prosequitur eandem. Præterea instantiam cœptam à grauato ēt super actione reali non transire in fideicommissarium, uidetur tex. in d. l. si hæres, ubi actio in rem, scilicet hypothecaria quæsita hæredi ex ipsius facto, & contractu non transit in fideicommissariū, ex quo neque transire uidetur ius instantiæ super actione reali quæsitum facto, & contractu hæredis, nam per iudicium contrahitur, l. 3. § idē scribit de pecul. idem suadet tex. in d. l. si patroni. § actiones, ubi instantia super petitione hæreditatis cœpta contra hæredem, non transit contra fideicommissarium, quæ tamen petitio hæreditatis est actio in rem, quamuis habeat præstationes quasdam personales, l. sed si lege, § petitio de pet. hær.
13 & à petitione † hæreditatis ad rei uendicationem argumentatur iureconsultus in l. sin autem, § sed si is de petit. hær. tex. quoque in d. l. cum hæreditas loquitur generaliter ibi iudiciis, quibus conuentus &c. Et si fideicommissarius non patitur incommodum instantiæ cœptæ contra grauatū, quia non agitur illam sustinere, neque in eo iudicio comparere d. l. cum hæreditas d. § actiones, non debet etiam posse uti beneficio instantiæ à grauato cœptæ, neque eam prosequi arg. l. secundum naturam de reg. iur. quod ēt censuere Ange. & Imol. in d. l. cum hæreditas in summario. Cūq. instantia super actione ēt reali, siue ius ex ea quæsitū non fuerit in bonis testatoris, neq; eo uiuēte ortum, sed quæsitum propria hæredis prouisione Bart. Ang. Imo. & Alex. in d. l. cum hæreditas non potest in fideicōmissarium transire d. l. in fideicōmissariam, d. l. si hæres, d. § si damnum. Accedat ꝙ Ant. de But. ac Ang. in locis præallegatis quamuis dicant in casu, d. l. in iudicio instantiam transfer-
14 ri: tamen præsupponunt † casum illius text. longe differre à trāslatione, quæ fit ab hærede in fideicōmissariū, cū asserāt instantiā cœptā ab hærede non trāsire in fideicōmissarium, & differētia patet, nā cohæres, cui fundus adiudicatur ꝑ parte cohæredis, habet causam ab ipso cohærede, eumq. de eui ctione obligatū, l. si fam. C. fam. erc. & succedit cohæredi necessariò & inuitus, imò magis ei fauet, ꝗ emptori, l. si pignori in prin. fam. ercis. Fideicōmissarius aūt nullo modo habet causam à grauato. l.

cohæredi, §. cum filiæ de vulg. Neque illum de e-
uictione obligatum. l. de euictione ad Trebell. &
inuitus non cogitur acceptare fideicommiſſum:
ideoque non poteſt dici hæredis ſucceſſor, neque
ex neceſſitate ſuccedere; præcipue cum leges con
ſiderent neceſſitatem ex parte etiam ſuccedentis
d. l. ſi pignori. Vnde omni in caſu leges, quibus
cauetur inſtantiam cœptam ab hærede non tran-
ſire in fideicõmiſſarium d. l. cum hæreditas, d. §.
rogatus, qui fideicommiſſarius non dicitur habe-
re cauſam à grauato, neque ei ſuccedere, & inui-
tus non cogitur acceptare fideicommiſſum non
deberent limitari per d. l. in iudicio, quę loquitur
in illo qui habet cauſam ab eo, qui cœpit inſtan-
tiam, & inuitus cogitur rem acceptare, neque in
fideicommiſſario debet procedere id, quod per d.
l. in iudicio ſcrõpſit Bart. in d. §. rogatus. Ad hæc
Bald. in d. l. ſi conſtante, §. fin. ſol. matr. inquit filiũ
non ſuccedere in inſtantia cœpta per eum, cuius
bona publicantur, ut in eo text. quia eſt ſucceſſor
bonorum, non perſonæ: ex quo infert, quòd filii
ſuccedentes per authen. bona damnatorum, C. de
bon. dam. non ſuccedunt in inſtantia, quia ſunt
ſucceſſores bonorum, non perſonæ. Fideicommiſ
15 ſarius † autem licèt ſit ſucceſſor bonorum, non
tamen perſonæ hæredis: tandem in caſibus, qui-
bus actio tranſit in ſingularem ſucceſſorem, non
tamen tranſit ſi per auctorem motum ſit iudiciũ
d. §. ſi prius, & glo. 1. ibi & tex. in l. poſt uenditio-
16 nem eo. ot. & in d. l. in iudicio ubi in † ſingularé
ſucceſſorem etiam ex cauſa neceſſaria ita demum
tranſit actio realis ſi ab auctore non fuerit actum
& Bald. ibi, vult quòd poſt cœptum iudicium ſi
res vni adiudicetur, actio illi poſſit cedi, ex quo
vult, quòd ſine ceſſione non trãſeat, quòd ſi actio
in rem ſcripta, & realis aliàs tranſitura in ſingu-
larem ſucceſſorem non tranſit, ubi ab auctore cę-
ptum ſit iudicium, multo magis tranſire non po-
teſt iudicium, & eius inſtantia, nam ſi propter iu
dicium cœptum actio non tranſit, multo minus
tranſire debet iudicium ipſum auth. multo ma-
gis, C. de ſacroſan. eccl. Sed & Iacobus non inten-
17 tauit rei uendicationem, quæ † datur ratione do
minii agentis, & poſſeſſionis rei conuenti, l. offi-
cium; l. in rem de re. uendic. ſed intentauit condi-
tionem ex dicto canone reintegrandæ, & licèt ea
ſit in rem ſcripta: tamen non poteſt æquiparari a-
ctioni in rem, cum longè ab ea differat, glo. in d. l.
ſi tertius. §. aquæ, Bart. in d. §. ſi prius, num. 2. præ-
cipuè cum non oriatur ex dominio quod tranſire
poteſt in ſingularem ſucceſſorem, ſed ex poſſeſſio
ne, & ſpolio; quorum neutrum in Paulum trãſie
rat, & ſi inſtãtia cœpta ſuper petitione hæredita-
tis, quæ eſt merè realis, licèt habeat perſonales p̃-
ſtationes nõ trãſit in fideicommiſſarium d. l. ſi pa
troni, §. actiones, multo minus trãſire poteſt actio
18 perſonalis in rem ſcripta, † quæ origine eſt perſo
nalis, licèt ſequatur quemcũque poſſeſſorem, gl. ĩ
d. §. aquæ, & ĩ l. 3. §. eſt autem ad exhib. doct. ĩ rub.
ſi cert. pet. & quãuis actio perſonalis ĩ rem ſcripta
detur cõtra quemcũque poſſeſſorem, nõ tñ datur
cuicũque ſucceſſori in dominio ſi naſcatur ex fa-
cto, & dãno dato, antequam dñium in eũ trãſiret.
Actio autem realis datur cuicunque ſuccedẽti in
dominio: ideoq. ex vna ad aliam inferri nõ poſ-
19 ſe uidetur. Ad hæc ſi actio † in rem ſcripta compe
tens ratione dominii extinguitur alienatione rei
Caſtr. in d. §. ſi prius, & alia eſt actio, qua tenetur
auctor, alia, qua tenetur ſucceſſor Bart. ibidem da
to, quòd conditio ex canone reintegrando dare-
tur ob dominium, & noua potuiſſet dari Paulo ra
tione noui dominii, quod eſt falſum: tamen cum
eſſet diuerſa ab illa, quæ competebat Iacobo, im-
poſſibile eſt; quòd inſtantia cœpta per Iacobum
tranſierit in Paulum, in quem non tranſiuit eadẽ
actio, quæ deducta fuerat à Iacobo. Tandem cum
20 nihil commune † habeat proprietas cum poſſeſ-
ſione l. naturaliter. §. nihil commune de acq. poſſ.
ex eo, q̄ in fideicommiſſarium tranſeat dominiũ,
quod erat in grauato inferri non poteſt, ut etiam
tranſeat actio, & multo minus inſtantia cępta à
grauato ſuper poſſeſſorio: ex ſeparatis enim non
infertur. Vltimò cum effectus litis conteſtationis
non porrigatur ad alias perſonas l. cum notiſſimi
§. ſed ſi cum quis C. de præſcr. trig. ano. Bart. in l. ſi
lis in q. de iu. fiſc. in l. 2. nu. 4. C. de fruct. & lit. ex
pen. impoſſibile eſt, q̄ Paulus, qui non eſt hæres
Iacobi, & qui quò ad Iacobum poteſt dici tertius,
uti poſſit beneficio litis cõteſtationis à Iacobo fa-
ctæ. Ex prædictis conſtare uidetur malè ſenſiſſe
Bart. Soc. in l. tem quæ nobis de acq. poſſ. & peſſi-
mè conſuluiſſe Maria. Soc. iun. in conſ. 34. lib. 3.
& non ſubſiſtere eorum fundamenta, nam licèt
dominium rei tranſeat in ſingularem ſucceſſorẽ,
non tamen tranſit actio in rem ſcripta, ſi cauſatur
ex facto, & damno dato, antequam res transferre-
21 tur in ſingularem ſucceſſorem, & aliud † eſt domi
nium rei, aliud inſtantia ſuper dominio, & longè
aliud inſtantia ſuper poſſeſſione, & contra argu-
mentationem Marian. eſt tex. in auth. nunc ſi hæ-
res, C. de litigio. ubi licèt dominium rei legatæ trã
ſeat ipſo iure in legatarium, quando defunctus e-
rat dominus, tamen inſtantia cœpta à defuncto
ſuper re legata non tranſit in legatarium, ſed hæ-
res illam proſequitur, & text. ille loquitur etiam
de inſtantia ſuper actione reali: etenim editus eſt
ad correctionem l. quicunque eo. ti. quæ loquitur
de re, quam teſtator uendicare cœperat: & res nõ
22 † dicitur litigioſa, niſi quando ſuper eius dominio,
uel quaſi contenditur, non ſi ad rem perſona
li actione agatur, auth. litigioſa. C. de litigioſ. & ibi
poſt glo. tradit Bal. nu. 2. Bart. in l. 2. eo. ot. neq; ali
qua probabilis ratio differentiæ aſſignari poteſt,
quare inſtantia iudicii ſuper dominio tranſeat in
ſingularem ſucceſſorem agentis: cũ tamen aperto
to iure deciſum ſit non tranſire in ſingularẽ ſuc-
ceſſorem rei, licèt poſſideat dicta lege penultima,
de petitio. hæredit. dicta lege is à quo re. uendic.
Item dominium fuit in bonis teſtatoris, cui fidei-
commiſſarius ſuccedit: inſtantiæ uero iudicii ius
quæſitum fuit facto, & prouiſione hæredis: cui
fideicommiſſarius neque ſingulari, neque vni-
uerſali titulo ſuccedit, & quicquid conetur de-
fendere Marian. receptiſſima eſt omnium ſen-
23 tentia, fideicõmiſſarium † ſuccedere teſtatori, &
non grauato, & eſt text. in l. cohæredi. §. cum filiæ,
de

de uulg. ubi si filius rogatur restituere hæreditatẽ patris post mortem, hæres filii restituit duntaxàt hæreditatem patris, & tanquam bona patris: nec in fideicommisso ueniunt propria facultates filii, immo tex. in l. si seruo fideicommissaria de hære. inst. inquit fideicommissarium nihil commodi sentire ab hærede. Et si consideremus quæ superius ex Innoc. Ant. de But. Bald. Imul. And. Sicul. & Ang. diximus, apparebit in fideicommissario nun esse communem eam sententiam quam tuetur Marian. præter id quod tex. in d. l. in iudicio probat contrarium, & omni in casu translatiu per adiudicatiunem à persona cohæredis in alium cohæredem uidetur diuersa à translatinne, quæ fit ab hærede in fideicommissarium, & cum fideicõmissarius non habeat causam à grauatu, & non cogatur inuitus acceptare fideicõmissum. Ideoq. non dicatur ex necessitate succedere non uidetur in eo posse locum sibi uendicare id, quod propter d. l. in iudiciu scripsit Bart. in d. §. rogatus.

CASVS II.

§ Augustinus instituit hæredes Albertum, Ioãnem, & Augostinum fratres, nepotes ex fratre. Bona extra familiam alienati prohibuit, & fideicommissum simplex ad fauores institutorum, & descẽdentium masculorum ab eis, & familiæ constituit. Prædicti fratres pro diuidenda hæreditate patris, & patrui fecerunt compromissum in arbitrum, & arbitratorem duraturum per mensem, cum clausulis amplissimis, & inter alia, cum clausula, ꝙ de omnibus, & singulis, super quib. erit per arbitrũ prununtiatum, intelligatur litem fuisse, & factum compromissum; eum potestate prorogãdi. Arbiter in termino mensis nihil pronunciauit, sed cõpromissum absentib. fratrib. prorogauit. Deinde nulla prorogationis facta intimatione, laudum diuisorium protulit: in quo inter alia adsunt duæ clausulæ. Prima, ꝙ quilibet fratrũ habeat portionem sibi obuentã, ad habendũ, tenendum, alienandum, & quicquid uoluerit, faciẽdũ. Altera, ꝙ fratres teneãtur cedere adinuicem omnia iura ipsis cõpetentia & cõpetitura in portiune alteri obuenta, itẽ ꝙ partes promittant obseruare contẽta in laudo, & non cõtrauenire per se, uel alium. Laudu fuerunt pñtes Ioãnes & Augustinus, illudq́. expsse emologarũt. Albertũ uero nõ apparet emologasse, imò nec laudi scientiam habuisse, saluu ꝙ ex nõnullis instrumentis probari uidetur Albertũ pust laudũ possedisse maiorẽ partem bonorũ, quæ ab arbitro adiudicata sibi fuerant. Bona obuenta Ioãni, reperiuntur translata in extraneos. Petrus Maria pronepos Alberti illa uendicat uigore dicti fideicõmissi. Opponitur à possessoribus Albertum ob clausulas contentas in laudo renunciauisse fideicommissũ: ideoq́ue pronepotem Alberti, qui mediante persona patris, & aui fuit hæres Alberti, ex fideicommisso agere non posse.

§ Quæritur, quid iuris, & exhibentur processus, & iura hinc inde producta.

SVMMARIVM.

1 *Laudum arbitri quatenus super fideicommisso conditionali pronunciauerit est inualidum.*
2 *Fideicommissum quantumcunque generale non comprehendit ea quę dependent ex testamento.*
3 *Casus quo laudum est nullum.*
4 *Approbatio allegari nequit nisi probata prius scientia.*
5 *Vt quis dicatur habere scientiam alicuius rei debet, & illam, & illius rei qualitatem scire.*
6 *Ratificatio quando inducatur.*
7 *Emologatio quando ualet.*
8 *Laudum inualidum quomodo possit approbari, & nu. 17. & 25.*
9 *Litigantes an possint prorogare iurisdictionem iudicis non sui.*
10 *Laudi approbatio non infertur ex actu possessionis.*
11 *Sententia inualida non potest approbari ut ualeat tanquam sententia.*
12 *Contractus absque nuntio, uel epistola non fit inter absentes.*
13 *Pollicitatio est promissio facta absenti.*
14 *Donatio quomodo hodie perficiatur.*
15 *Duę improprietates non possunt simul concurrere.*
16 *Inualidum non potest ratificari.*
18 *Appellatione consensus intelligitur de expresso.*
19 *Pactum tacitum ex actu spontaneæ susceptionis inducit à lege.*
20 *Coniecturas legis esse liquidissimas probationes.*
21 *Laudi inualidi approbationem nemo inuitus cogitur facere.*
22 *Diuisio & transactio dicuntur contractus innominati in quibus requiritur actus consentiendi simultaneus.*
23 *Arbiter non potest pronunciare de re super qua nulla est lis.*
24 *Abrogatio fideicommissi non est de substantia diuisionis. & num. 29*
26 *Voluntas tacita non ita late interpretanda est sicuti expressa.*
27 *Tacitum uidetur quòd facto insurgit, & ad qualitatem facti restringitur.*
28 *Factum potest quis approbare, & reprobare qualitates facti.*
30 *Gratuita, seu non necessaria acceptatio diuisionis nõ debet grauari ad acceptionem aliorum in laudo inualido contentorum.*
31 *Diuisionem factam per iudicem non comprehendere ius conditionale.*
32 *Iura quæ dicunt renunciari posse fideicommisso reciproco quomodo intelligantur.*
33 *Hæres in quibus casibus non possit contrauenire facto defuncti.*
34 *Diuidentes quando non teneantur de euictione.*
35 *Qui duplici iure ad fideicommissum admittitur si præiudicat sibi in uno potest ex alio admitti.*
36 *Renunciatio facta de fideicommisso per hæc uerba renunciando inuicem. C. ad hoc ut ualeat quid requiratur.*
37 *Contrahens nunquam tenetur de euictione ubicunq; res euincitur ex aliquo emergenti post contractum & ubi res euincitur ex eius natura.*

1 LAudum arbitri, † quatenus ſuper
fideicommiſſo condirionali pro-
nunciauerit, fuiſſe uidetur inuali-
dum. Primò, quia uigore cuiuſcū-
que generalis compromiſſi arbi-
ter non poteſt pronunciare ſuper his, ſuper quib.
pendente compromiſſo non fuit lis : & compro-
miſſnm quantumcunq; generale extenditur, ſolū
ad proſecuta. l. de reb. l. ſi cum dies, §. plenum de
arbit. Bart. in l. Aquil. in fin. de tranſact. & compro
miſſum ſuper litibus, quæ in futurum uerti poſ-
ſunt, non operantur vt pronunciari poſſit ſuper
futuris, antequam lites ſubortæ ſint. Sed ut rema
neat arbitrium, & de his poſtea cognoſcatur Spe-
cul. in tit. de arbit. §. fin. uerſ. qnid ergo ſi compro-
2 miſſum. Secundo, quia compromiſſum † quantū
cunqne generale non uidetur comprehēdere ea,
quæ dependent ex teſtamento; etiam quòd com-
promittentes fideicommiſſi notitiam haberent, ſi
uera ſunt, quæ ſcripſerunt Alex. conſ. 124. nnm. 8.
lib. 2. conſ. 48. nu. 10. lib. 7. Dec. conſ. 475. nu. 39.
& propter uerba de omni lite uertente, & quæ in
futurum uerti poſſet, cauſa hæreditatis Auguſti-
ni; non intelligitur factum compromiſſum de fi
deicommiſſo relicto poſt mortem compromitten
tium, ſi rectè reſpondit Bald. conſ. 191. incip. in te
ſtamento Rolandi lib. 2. in nouis, Soc. conſ. 283.
col. 4. uerſ. qnoniam ad hoc reſpondeo. Neq; lau-
dum à prædicta nullitate defendit clauſula com-
promiſſi, quòd intelligatur fuiſſe lis de omni eo,
ſuper quo prouunciabitur, ut tradidere Angel. &
Iaſ. in l. cum hi. §. ſed cum lis de tranſ. Ang. conſil.
218. num. 8. conſ. 249. num. 3. & in terminis fidei
commiſſi conditionalis, Soc. conſ. 220. col. 2. uer.
item & fortius, & conſ. 282. col. 3. uer. nec obſtat,
quòd in compromiſſo, & 283. col. 4. uerſ. præter-
ea reſpondeo, neque obſtat ſi diceretur arbitrium
potuiſſe ob bonum pacis, & ſeruandę æqualitatis
fideicommiſſum condirionale reciprocum tolle-
re: nam Rom. conſ. 115. quem ſequitur Iaſ. in l.
Aquiliana de tranſact. reſpondit, licet quæſtio fa-
ciendæ pacis potuiſſet ſpecialiter deduci in com-
promiſſo. Tamen in compromiſſo generali non
comprehendi, nec uigore compromiſſi generalis
arbitrum faciendam pacem pronunciare poſſe, q
ſi fauor pacis non poteſt operari, ut arbiter uigo-
re generalis compromiſſi pronunciare poſſit pa-
cem faciendam, multominus poterit operari, ut
arbiter poſſit pronunciare ſuper aliis in compro-
miſſo non comprehenſis: & ſuper quibus non
eſt lis: argumen. authen. multo magis de ſacroſ.
eccl. & uidetur tex. in c. niſi de præben. ubi ſenten
tia arbitri lata ſuper non comprehenſis in com-
promiſſo fuit à pontif. cum moderamine tollera-
ta, quia acceſſerat conſenſus partium; uel quia cō-
demnatio fuerat in pecunia, ut inqnit Abb. ibi nu
mero 5. item Bart. in d. l. Aquil. qnem ſecuti fuere
plurimi, quos ibi recenſet Iaſo. dixit arbitratorem
non poſſe adiudicare uni totam rem, ſuper qua fa
ctum fuit compromiſſum, & illum condemnare
ad dandnm alteri in recompenſationem aliquid
aliud non comprehenſum in compromiſſo: ex
quo manifeſtè apparet, fauorem æqualitatis non
poſſe operari, ut arbiter poſſit pronunciare ſuper
non comprehenſis in compromiſſo, & ſuper qui
bus non eſt lis, & licèt Rom. conſ. 55. dixerit arbi-
trum poſſe condemnare unam ex partibus ad dā-
dum aliquid alteri pro partium coæquatione, id
tamen neceſſariò intelligi debet de rebus in com-
promiſſo comprehenſis, uel de pecunia, aliàs Ro.
ſententia è diametro repugnaret communi opi-
nioni: & ex ea ſequeretur, quòd arbiter poſſet in
diſtinctè condemnare alteram partium in re non
comprehenſa in compromiſſo, ſub prætextu coæ-
quationis; & cum Rom. remoueat duntaxat du-
bium donationis, in cæteris præſupponit termi-
nos habiles. Tertiò laudum uidetur inualidum,
etenim arbiter non pronuntiauit in termino à
compromittentibus ſtatuto: ſed compromiſſum
ex poteſtate ſibi in compromiſſo attributa, proro
gauit abſentibus partibus, neque illis prorogatio
3 nem inthimauit, quo † caſu laudum eſt nullum,
neque aſtringit litigantes, etiam quòd arbitro da-
ta eſſet poteſtas prorogandi abſentibus & ignoran
tibus partibns, Bal. in l. eos §. apoſtolos nu. 6. C. de
appell. comprobant Salyc. ibi Alex. conſ. 14. nu. 5.
lib. 1. Felin. c. olim. nu. 10. uerſic. no. 3. de re iud.
quam Bal. ſententiam latè defendit Iaſ. in l. nequic
quam §. ubi decretum de offic. proconſ. nnm. 56.
idem reſpondit Dec. conſ. 89. in princ. Neque dici
poteſt laudum, & in eius inſtrumento contenta
ab Alberto fuiſſe tacitè approbata, ex eo quòd Al
bertus poſſediſſe dicitur eam partem bonorum
quam arbiter in laudo aſſignauerat. Nam ratifica
tioni ualide plura obſtant. Primo, non conſtat Al
bertum poſſediſſe poſt laudum aliter quàm ante
poſſederit. Secundo, non conſtat illum habuiſſe
4 ſcientiam laudi, & ignorantia præſumitur, † ap-
probatio autem allegari nequit, niſi probata prius
ſcientia, l. nec ignorans, C. de donat. Iaſ. in l. nec is.
§. hæres, num. 9. de acquir. hæred. & cum hic non
agatur de ſententia iudicis, ſed actu extraiudiciali
priuatorum; allegari non poſſunt præſumptio-
nes, quas pro ſententia tradidere doctores; & no
uiſſimè Crauetta in tract. de antiq. temp. in 2. par.
& præcipuè id, qnod dixere nonnulli ob diuturni
tatem temporis præſumi illum, contra quem pro
nunciatum fuit, habuiſſe notitiam ſententiæ: imò
ſuccedit, ut licèt ex poſſeſſione, & temporis curſu
ſolennitas præſumeretur. Tamen tanquam in ex-
traiudicialibus priuatorum actibus: præſumptio
allegari non poſſet, niſi probata ſcientia eius, cu-
ius conſenſus erat neceſſarius. Alex. conſ. 9. nu. 8.
lib. 3. & in extraiudicialibus priuatorum actibus
nullibi reperietur, quòd ex curſu temporis præſu-
matur ſcientia, uel intimatio: immò nonnulli no
luerunt, qnòd in præſcriptione iurium, in quibus
requiritur ſcientia aduerſarii l. 2. C. de ſeruit. etiā
ex curſu temporis immemorabilis non præſuma
tur ſcientia, ut refert Rip. in c. cum eccleſia, num.
67. de cauſ. poſſ. & c. etſi ex poſſeſſione, & curſu lō
gi, uel longiſſimi temporis præſumeretur ſciētia,
ſequeretur, quòd probata quaſi poſſeſſione iuris
in corporalis per longum, uel longiſſimum tem-
pus eſſet probata præſcriptio; cuius tamen con-
trārium uolunt Doctores in d. c. cum eccleſia, dē

ultra

ultra quasi possessionem, requirunt probari scientiam eius, cuius consensus, seu patientia est necessarius. Item sequeretur, quòd ex cursu longi temporis præsumeretur solennitas necessaria interuenisse absque eo, quòd probetur scientia & patientia illius, cuius consensus, uel auctoritas erat necessaria: & tamen Salyc. & Castr. in l. si filius, C. de petit. hæred. Castren. in l. qui aliena. §. sed si non adierit de acquir. hæred. Alex. cons. 17. nu. 8. lib. 4. uolunt dispositionem dd. ll. procedere solum, qñ interuenit scientia & patientia patris uel filii, & sic ultra longum tempus requirunt probari scientiam, quod superfluum foret, si ex longo tempore præsumeretur scientia. Et quamuis constaret Albertum habuisse scientiam diuisionis factæ ab arbitro: non tamen dici potest habuisse scientiam

5 laudi, nam † ut quis dicatur habere scientiam alicuius rei, oporteret nedum ipsam scire, sed etiam eius qualitates, glo. in cap. concertationi in uers. sciuerit de app. in 6. Alex. cons. 114. nu. 4. lib. 1. & omni in casu non probatur scientiam omnium contentorum instrumento in laudi, & in specie abrogationis fideicommissi. Cæterum licèt ratificans sciat factum, si tamen ignorat qualitates, ratificatio nihil præiudicat in eo, quod ignoratur Bartol. in l. Pomp. scribit, num. 21. de neg. gest. & rati-

6 ficatio † non inducitur nisi cognitis qualitatibus & conditionibus Alex. cons. 135. num. 2. lib. 7. & etiam expressa non obest, nisi ratificans fuerit informatus de omnibus contentis in laudo, & ideo respondit Castr. cons. 465. nu. 5. ratificationem ēt expressam, ac iuratam non nocere, nisi laudum fuerit lectum ratificanti: & Ioannes Baptista Caccialup. in tract. de transf. quęst. 12. num. 14. inquit,

7 emologatio, † quæ fieret post laudum, ita demum ualet, si totus tenor laudi erat notus emologanti: hinc Spec. in tit. de empt. & uend. §. tertio loco, col. fin. uers. item not. inquit personæ consentienti alienationi iam factæ legi, vel saltem narrari debet tenor instrumenti alienationis. Tertio, non probatur Albertum sciuisse inualiditatem laudi,

8 nam licèt laudum inualidum † possit approbari in uim contractus l. 2. C. comm. utr. iud. in fin. id tamen procedit solùm, ubi partes sciuerint nullitatem laudi, & sententiæ: illudque ex certa scientia approbauerint, Cyn. & Pet. de Bellap. in d. l. 2. idem sensit Abb. in c. examinata, nu. 4. de confir. uti. uel inutil. dicens, ubi uitium nullitatis laudi concernit merum fauorem partium, quòd partes scienter approbando tenentur ad obseruationem saltem ex ui pacti, non ex ui laudi allegat text. & glo. in d. l. 2. & sententia Cyn. comprobari uidetur

9 ex eo, quod legimus; licèt † possint litigantes prorogare iurationem iudicis non sui, l. 1. de iudic. Id tamen solum procedit ubi partes sciuerint se non esse subiectos iurisditioni eius, & in eum consenserunt l. 2. eod. tit. & error partium ignorantium nullitatem laudi non potest habere consensum, ut dicitur in d. l. 2. & nihil tam contrarium est cōsensus approbatorio laudi, quàm error inualiditatis, l. si per errorē de iurisd. omn. iud. & sicut ignorantia in competentiæ iudicis impedit prorogationem, ita & ignorantia inualiditatis laudi debet impedire approbationem, quod aliis rationibus asseruit Dec. cons. 475. num. 28. & probat tex. in l. post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor. ubi si filius, qui potest in sui præiudicium approbare testamentum patris inualidum, diuidat hæreditatē patris cum extraneo scripto hærede in testamento patris, quod ignorabat inualidum, & portionē hæreditatis tradat, non censetur approbare testamentum: imò diuisio, & traditio facta in executione diuisionis retractatur comperta inualiditate testamenti, cuius exemplo, licet Albertus accepisset, uel fratribus tradidisset bona aliqua uigore laudi, quod ignorabat inualidum: non tamen cēsetur ex eo approbasse laudum, & comperta inualiditate laudi, omnia retractari possunt. Quartò

10 ex actu † possessionis non infertur approbatio laudi late absente Alberto. l. quidam de euict. ubi hæres institutus pro dimidia uendidit uniuersa prædia hæreditaria, licèt cohæredes precium receperint: quod recipere iustè non poterant, nisi uigore præcedentis uenditionis, non tamen censentur uendidisse, uel uenditionem approbasse, si uēditioni præsentes non fuerunt: adhæc fatentur o-

11 mnes, quòd sententia † inualida non potest approbari, ut ualeat tanquam sententia, gloss. in d. l. 2. C. comm. utr. iud. dixit, diuisio, quæ non tenuit consensu, & pacto partium confirmatur, & Cast. ibi quòd ualebit iure pacti, & contractus, & Bar. in l. 1. num. 1. C. qui pro sua iurisd. quòd sententia ex partium approbatione non ualidatur, ut sententia, sed ut contractus: & Bald. nu. 3. approbatio facit ualere sententiam tanquam pactum, & Anch. quem refert Felyn. in cap. significasti, nu. 7. uers. adde etiam Pet. de Anc. de fo. comp. inquit, partes non possunt ratificare sententiam, nisi omissa eius auctoritate, deueniant ad actum aptū inferre nouum consensum, idem dixere plures, quorum dicta recenset Felyn. ibi: Cæterum consentire dicitur quis simul & præsentialiter sentire, & ut dicatur contractus, requiritur simultaneus consensus, glo. quam ibi not. Bart. in l. consensu de actio. & oblig. & inter absentes potest fieri contractus mediante solum nuntio, uel epistola d. glo. & requiritur, quòd nuncius sit ad id destinatus, nam si dicerem, uenderem istam rem Titio, & aliquis hoc Titio referat, & Titius hoc acceptet, non dicitur contractus, glo. in l. 1. de contra. empt. & Bald. ibi, & Salyc. dicunt inter absentes

12 † fieri non posse contractus absque nuntio, uel epistola, quia inter absentes, sine illis consensus coniungi non potest, & ut dicatur pactum, requiritur, uel expressus partium consensus, ut censuit Host. quem secutus fuit Dec. in rub. de pact. uel quòd promissio fiat præsenti & tacenti. Hinc Doctores omnes in rub. de uerb. oblig. asserunt, pro-

13 missionem factam absenti dici † pollicitationem ut ibi latè Ias. num. 7. nam absens ante notitiam non consensit. l. nec ignorans loca, & licèt habita notitia consentiat, non tamen dicitur pactum, cū non adsit simultaneus cōsensus, ut post alios scripsit Rip. in d. rub. num. 21. qui pluries repetit in pacto requiri simultaneum consensum, & idem

14 facit in rub. C. de pact. Et donatio † hodie solo

pacto

pacto nudo perficitur, & parit actionem, l. ſi quis argentum, C. de donat. tamen perfici donatio, actio ue ex ea oriri nō poteſt, niſi adſit ſimultaneus conſenſus Bart. in l. abſenti, in princ. de donat. qui dixit ſi ego exiſtens in domo, dico dono talem rē Titio, & ille deinde hoc audito acceptet, non eſſe perfectam donationem; quia non interuenit nuntius, uel epiſtola: idem uoluit Caſtr. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. dicens, ſi in inſtrumento contineatur talem donare tali, & non dicatur præſenti, & recipienti, nec de eius præſentia appareat, donationem nō ualere, quæ inter abſentes fieri poteſt, mediante ſolum nuncio, uel epiſtola. Et ſi ex allegata poſſeſſione induceretur pactum, ſeu approbatio laudi orirentur ex eodem facto plura ſpecialia. ſ. quòd ex poſſeſſione induceretur pactum approbatorium laudi inualidi, & inter abſentes fieret contractus abſque nuncio, uel epiſtola: & tacita approbatio Alberti prodeſſet fratribus abſentibus, pro quibus nemo fuit ſtipulatus, uel acceptauit, & plus operaretur, quàm expreſſa Ioannis & Auguſtini, quæ non poterat prodeſſe Alberto, pro quo nemo acceptauit. Præterea Bart. in l. iuriſgentium, §. quinimò nu. 20. & in l. ſi tibi in princ. de pact. aſſeruit diſpoſitionem dictæ legis ſi quis argentum, ſcilicet ex pacto nudo donationis oriri actionem non procedere in donatione præſum-
15 pta: quia duæ † improprietates ſimul concurrerent, quòd donatio præſumeretur, & quòd pactū nudum produceret actionem: comprobarunt cōmuniter alii, quos recenſet Iaſ. in d. §. quinimò n. 21. ex quo dicendum etiam uidetur id, quod legimus conſenſu, & pacto partium laudum nullum poſſe approbari, non procedere in pacto præſumpto, quia duæ improprietates ſimul concurrerēt. Prima, quòd pactum præſumeretur. Secunda, ꝙ laudum inualidum pareret actionem uel exceptionem. Neque in contrarium adduci poteſt id quod legitur ratihabitionem etiam abſente parte fieri, & non ſolùm uerbis, ſed etiam facto ratum
16 haberi poſſe: etenim id quod eſt † inualidum, non poteſt ratificari, gloſ. in l. Iul. qui ſatiſd. cog. Bart. in l. obſeruare nu. 4. de offic. proconſ. & laudum inualidum non poteſt ratificari Bald. in d. l. obſeruare in 2. lect. nu. 8. nec aliqua emologatione confirmari, Bald. in tit. de pace Conſtan. in uerſic. ſententiæ, ideo glo. & docto. in princ. allegati, & hi, quos recenſet Felin. in d. c. ſignificaſti, dicūt
17 laudum nullum † poſſe approbari per nouum pactum, & ut ualeat tanquam contractus. Qua de re in huiuſmodi approbatione interuenire debēt non illa, quæ ſufficiunt ad ratihabitionem, cum hic ratihabitio conſiderari nequeat: ſed illa, quæ requiruntur in aliis pactis & contractibus. ſ. ſimultaneus conſenſus inter præſentes, uel per nūtium, uel epiſtolam, cum laudum aliter approbari nequeat, quàm ut contractus, quòd ſi quis contenderet hic etiam agi de propria ratihabitione. Vltra prædicta dici poſſet, cum laudum poſſet fieri duntaxat per totum menſem, quo fuit prolatum, & ratihabitio poſſit fieri ſolùm infra tempus, infra quod actus poteſt geri l. bonorum rem rat. hab. neceſſe fuiſſet aduerſariis probaſſe actus illos, ex quibus ipſi ratihabitionem inductam eſſe aſſerunt, fuiſſe factos durante menſe quo laudū fuit prolatum, nam ex actibus poſt menſem illum ſecutis, non ratihabitio, ſed nouus duntaxat contractus ad plus allegari poſſet, ſi interueniſſent neceſſaria ad contractum, prædictis rationibus optimè concludentibus, accedit auctoritas Soc. conſi. 220. col. mihi 3. uerſic. nec huic concluſioni obſtat, ſi dicatur &c. aſſerentis laudum inualidum, ut poſſit approbari in uim contractus, requiri ſimultaneum conſenſum, & ex poſſeſſione conformi laudo non induci approbationem in uim contractus. Nec quicquam facit, quod ex aduerſo dicitur, tex. in l. 2. C. comm. utr. iud. ſuper quo fundatur, id quod dicitur, ſententiam inualidam approbari poſſe, ut ualeat in uim pacti, interpretandum de tacito pacto, ut ſentire uidetur Bald. ibi;. Item in pacto, ſuper quo fundant ſe rei conuenti, tanquam tacito non requiri ſimultaneum conſenſum Bart. in l. 2. in l. ſi creditores C. de pact. Nam
18 contra primum obſtat, quia appellatione † cōſenſus intelligitur de expreſſo l. 2. §. uoluntatem, ubi poſt Aret. not. Iaſ. nu. 6. ſol. matr. & latius Dec. in rub. C. de pact. nu. 3. Item obſtat figuratio caſus, quam ad illum textum facit Caſtr. & quòd ſuper illo tex. dixit Cyn. in fi. ſcilicet niſi adfuiſſe poſſeſſio ex nudo pacto agi non potuiſſet. Ex quibus uerbis apparet illum cenſuiſſe, quòd in caſu illius tex. ultra poſſeſſionem adeſſet pactum expreſſum confirmatorium ſententiæ, & Odofr. exponen. illa uerba ſecundum placita exponit is ſecundum placita exponit is ſecundum diuiſiones per pactū approbatas, & ſic uult in eo tex. ſubeſſe pactum ultra poſſeſſionem: & quia ſi in eo textu ſufficeret tacitus conſenſus inductus ex poſſeſſione ſatis fuiſſet in eo textu dicere, quòd quiſque eorum poſſedit &c. ſed textus uoluit addere ſecundum placita poſſedit, ut oſtenderet duo requiri, ut dominium in totū acquireretur ſcilicet expreſſum conſenſum, & poſſeſſionem ſeu traditionem ſubſecutam, ut etiam requirit text. in l. ſi diuiſionem, C. fam. ercisc. & in l. diuiſionis placitum de pact. & cum in prædictis iuribus uerbum placitum intelligatur de expreſſo: nam ſi intelligeretur de tacito inducto ex poſſeſſione fruſtra requirerēt traditionem, & poſſeſſionem ſubſecutam. Eodem ēt modo interpretari debet in d. l. 2. quod etiam ſenſit Abb. in c. dilecti, num. 18. de arbitr. qui præſuponit in tex. d. l. 2. ſententiam inualidā fuiſſe per ſtipulationem approbatam, & idem Abb. con. 92 lib. 1. reſpondit in eo caſu ſententiam inualidam non poſſe dici approbatam in uim pacti iuxta tex. in d. l. 2. quia nihil fuerat geſtum per uiam contractus. Contra ſecundum obſtat, nam text. in d. l. 2. C. de pact. & in l. item quia de pact. & alii text. allegati per doctores loquuntur in eo tacito pacto, quod lex expreſſe inducit, ſeu ſubintelligit, ut uo-
19 luit Bar. ibi, qui dicit, quòd ex actu † ſpontaneæ ſuſceptionis lex inducit tacitum pactū, & Saly. n. 6. qui appellat pactum legale, & ſubintellectū à lege & in eo adeſt conſenſus duorum à lege præſumptus, Dec. in d. l. 2. Rip. in rub. C. de pa. nu. 1. quod pactū inductū à l. æquiparari uidetur expreſſo, exēplo

20 plo eius quod legimus, coniecturas legis †.i. quæ reperiuntur factæ à lege esse liquidissimas probationes, ut in casu, l. cum acutissimi, C. de fideicô. Secus uero in coniecturis, quas interpretes effinxerunt, l. licet imperator, ubi Com. Castr. & Ias. de leg. 1. & tacitum pactum quod prodesse potest, etiam absenti posse duntaxat côsiderari, ubi illud expresse à lege inducitur, uoluit Bart. in l. qui aliena in princ. num. 2. uers. licet enim de iure ciuili, de acquir. hæred. ubi inquit, quòd licet is cui restituitur hæreditas agat tacitè cum hærede, ut ipse teneatur satisfacere creditoribus, & legatariis: tamen ante senatusconsultum Trebel. illis absentibus non obligabatur, quia alteri stipulari &c. Et sic quia non aderat auctoritas legis inducẽtis quasi contractum inter fideicommissarium, & creditores licèt adesset tacitum pactum inter hæredem & fideicommissarium, & tacitus consensus fideicommissarii quòd ipse teneatur creditoribus illud non proderat absentibus, idem tradit Bald. in rub. C. qui admit. in 8. quæst. num. 22. qui etiam addit, quòd quasi contractus qui oritur ex tacito consensu non habet locum nisi in casibus à iure expressis. Neque obstat si diceretur ex possessione longi temporis præsumi diuisionem glo. & doctor. in l. penult. C. comm. diuid. nam aliud est præsumere, quòd fuerit facta diuisio, in quibus terminis loquuntur doct. in d. l. pen. quo casu præsumitur facta secundum regulas iuris, & in ea interuenisse simultaneum consensum, aliud est dicere ex actu possessionis, & cursu longi temporis perfici, seu induci contractum diuisionis, quod à nemine traditur, & quamuis præsumatur diuisionem factam fuisse ea ratione, quia communio obligat ad diuidendum: & quis inuitus cogitur diuidere Bald. ibi non tamen presumi potest, factam fuisse laudi

21 † inualidi approbationem; quàm nemo inuitus cogitur facere. Præterea ex eo quod dixere glo. & doct. in d. l. pen. inferri solùm posset ex longa possessione factam fuisse inter fratres diuisionẽ laudo conformem, uel ad plus tacitè approbatam arbitri diuisionem, non autem inferri posset approbatam fuisse fideicommissi conditionalis remissionem, quod nulla possessione, nullove temporis cursu ante euentum côditionis tollitur, aut remissum præsumitur. Et prædicta in pſenti causa facilius procedere uidentur, cum ex allegata approbatione tacita aliud resultare nô possit, quàm

22 diuisio, † uel transactio, quarum utraque dicitur côtractus innominatus, l. diuisionis placitum de pact. Bart. in l. 1. §. conuentionis de pact. & in contractibus innominatis requiratur actus consentiendi simultaneus, Bart. in l. si uim fundum, de pact. Ias. in l. 1. §. qui præsens, & in l. si stipuler, §. fin. de uerb. oblig. Cæterum & dato sine ueri præiudicio, quòd ex possessione conformi laudo insurgeret approbatio aliqua, illa tamen restringeretur ad diuisionem, neque extenderetur ad fideicômissi abrogationem, l. quædã mulier fam. ercisc. ubi iudex tulerat sententiam diuisoriam, quæ in parte erat ualida, scilicet circa diuisionem præstationis alimentorum, in parte inualida. s. circa diuisionem libertorum, licèt pars præstiterit alimenta iuxta tenorem sententiæ, non tamen censetur illam approbasse in alia parte, scilicet diuisione libertorum, in qua erat inualida: ob quem textum cum in præsenti casu laudum arbitri côtineret diuisionem bonorum, quam arbiter ex facultate sibi attributa facere poterat: Item contineret fideicommissi abrogationem, super quo nulla fuerat lis: licèt Albertus possidendo bona iuxta laudũ arbitri, censeretur approbasse diuisiones, sup quibus arbiter tempore debito pronunciare potuit, non tamen censeri debet approbasse laudum cir-

23 ca fideicômissi abrogationem, super qua lis † non fuerat: ideoque nec arbiter super ea pronuntiare potuerat, Salyc. quoque in l. 3. nu. 2. uers. sed dubitari, Manda. Aret. in §. is qui exequitur inst. manda. decidunt, si mãdatur rem emi certo precio, & empta fuerit chariore, si mandans postmodum recipiat illam à mandatario non propterea censeri approbatum precium, nisi emptor notificauerit emptam fuisse chariori pretio. Nam credere potuit emptam fuisse pretio mandato, cuius decisionis exemplo cum Albertus fecerit côpromissum de litibus uertentibus, & quæ uerti possent super hæreditate patris, & patrui, & arbiter excesserit fines compromissi pronuntiando super fideicommisso conditionali, super quo nec tempore compromissi, nec tempore laudi fuerat lis, licèt Albertus acceperit partem sibi adiudicatam ab arbitro: Non tamen potest dici approbasse fideicommissi abrogationem, potuit enim credere arbitrum nô excessisse fines compromissi, & pronunciasse sup his tantum, super quibus pendente compromisso fuerat lis, & eo magis, quia in casu Salyc. pretium est de substantia emptionis, neque ab ea se-

24 parari potest, sed abrogatio † fideicommissi non est de substantia diuisionis, imò ab ea penitus separata, & ad hoc facit quod scripsit Innoc. in c. dudum circa fin. de decim. Et comprobatur Felyn. in c. 1. nu. 26. de constit. Alex. cons. 59. nu. 9. lib. 1. ubi confirmatio potest referri ad actum ualidum, & etiam potest referri ad actum inualidum, in dubio debere duntaxat referri ad actum ualidum. Præterea quemadmodum ut uoluntas partium

25 † possit approbare in uim côtractus omnia contẽta in laudo inualido, requiritur quòd personæ sint tales, quæ possint facere promissiones & obligationes in laudo contentas l. si fundus §. 1. ubi Bar. de pign, ita arguendo de personis ad res, Bart. in l. miles ita §. i. de testam. milit. ut inducatur approbatio in uim contractus omnium contentorum in laudo inualido, actus approbatorii debent esse tales, quòd per illos possint fieri promissiones renuntiationes & obligationes de quibus in laudo. Verùm licèt ex possessione posset induci, uel præsumi diuisio, non tamen ex possessione fieri possunt stipulationes, promissiones, renuntiationes & obligationes de quibus in laudo. Accedat quod scripsit Bald. in l. item quæritur §. qui impleto uersic. iuxta hoc quæro loca, si in prima locatione erat apposita pœna, licèt colonus perseuerando in detentione censeatur reconducere; non tamen censetur repetita pœna: nam pœna cadit in alium contractum, & non contrahitur consensu,

cuius

cuius exemplo quamuis Albertus poſſidendo ſe-
cundum tenorem diuiſionis contentæ in laudo,
dici poſſet, uel præſumi approbaſſe diuiſiones: nõ
tamen dici poteſt approbaſſe fideicommiſſi abro-
gationem, & alias promisſiones, & obligationes
contentas in laudo, quæ in alium contractum ca-
dunt, & ſtipulationem, uel pactum requirunt, &
præcipuè fideicommiſſi conditionalis remiſſionẽ
quæ pactum requirit, & ſimplici renũciatione fie
ri non poteſt. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione
de leg. 2. glo. & Bar. nu. 3. in l. 1. C. de pact. Adhæc
ſicuti prorogatio iuriſdictionis, quæ fit ex tacito
conſenſu, ut ſcienter litigando coram iudice non
ſuo ſtrictè interpretatur, neque ultra actum exten
ditur Caſtr. in l. ſi conuenerit, num. 6. de iuriſdict.
om. iud. ob id quod dixit gl. in clem. ſæpe circa fi.
in uerſ. partib. de uerb. ſign. ita & approbatio, ſi q́
tacitè inducitur ex eo, quòd Albertus bona ſibi ad
iudicata ab arbitro diuiſim poſſederit, non debet
extendi ultra diuiſionem bonorum, & uoluntas
26 † tacita non ita latè interpretanda, ſicut expreſſa,
Iaſ. l. cum quid, nu. 8. ſi cer. pet. & quod ex facto
27 † inſurgit tacitum uidetur: & ad qualitatem fa-
cti reſtringitur, Dec. in c. dilecti, nu. 2. uerſ. notan-
dum de appell. Et pro hac ſentẽtia decidit Apoſt.
ad conſ. Alex. 117. lib. 5. qui in caſu quo facta fue-
rat à tutore locatio cum pacto, ꝙ conductor poſ-
ſet acquirere proprietatem certo pretio reproban
do Alex. aſſeruit, quòd ſiue locatio fuerit ualida,
pactum uero inualidum, ſiue utrunque inualidũ,
quamuis pupillus factus maior petendo penſio-
nes diceretur approbaſſe locationem, non tamen
poſset dici approbaſse pactum illud, etiam ꝙ ha-
beret eius notitiam tempore actionis intentatæ:
ex quo concludi uidetur, ꝙ in præſenti caſu, cum
paria ſint petitio, & receptio. l. ſi ex toto, §. ſi ita
ſcriptum, de leg. 1. ſiue diuiſio arbitri fuerit uali-
da, abrogatio uero fideicommiſſi inualida, ſiue
utraque inualida, licèt Albertus poſſidendo por-
tionem aſſignatam ab arbitro, diceretur approbaſ
ſe diuiſionem, non tamen poſſit dici approbaſse
fideicommisſi abrogationem, & eo magis quia in
caſu Apoſtill. pactũ illud uidetur pars pretii iuxta
l. fundi partem in prin. de contr. empt. & ſic cõne-
xũ locationi, ſed abrogatio fideicõmisſi eſt quid
diuerſum à diuiſione, & prædicta deciſio ſecundũ
cum procedit etiam, ꝙ actor haberet notitiam pa
cti. Accedat, ꝙ ſi diuiſio fuit ualida, quaſi arbiter
eam facere potuerit, proculdubio Albertus potuit
diuiſionem ualidam acceptare, & fideicommisſi
remisſionem inualidam reprobare: item ſi utraq;
fuit inualida, nam in fortioribus terminis poteſt
quis approbare uenditionem, & reprobare, ꝙ ꝓ
tanto precio facta fuerit, l. cum interdictæ. c. arbit.
tutel. iunct. glo. in uerſ. reſiduum, & poteſt quis
28 † approbare factũ, & reprobare qualitates facti,
Bart. in l. Pomp. ſcribit circa princ. uerſ. pro decla-
ratione de neg. geſt. Bal. in l. 1. nu. 3. uerſ. itẽ poteſt
quis, C. de fur. Et eo magis cum diuiſio, & fideicõ
29 misſi † remisſio ſint ſeparatę, & quælibet ſtet per
ſe, quo caſu unum abſq; altero approbari uel im-
probari poteſt l. etiam §. 1. de minor. Ideoque ex
acceptatione diuiſionis non infertur neceſsariò
ad approbationem remiſſionis fideicommisſi ar-
gum. l. non hoc. C. vn. cogn. Et ex approbatione
unius partis non infertur ad approbationem om
nium contentorum in teſtamento inualido, Alex.
conſ. 123. nu. 8. lib. 1. Et ſicuti gratuita ſolutio par
tis non grauat in ſolutione alterius partis, l. fi. C.
30 ne ux. pro mar. ita & gratuita † ſeu non neceſſaria
acceptatio diuiſionis non debet grauare ad acce-
ptionem aliorum in laudo inualido contentorũ.
Verùm & licèt Albertus expreſſe emologaſſet lau
dum præſentibus fratribus, & acceptantibus id ta
men Reos conuentos non tueretur, nam Rom.
conſ. 403. Soc. cõſ. 251. Rip. in l. qui Romæ, §. duo
fratres, num. 80. optimis rationibus aſſeruerunt
clauſulas, quæ ſecundum magis receptam docto-
rum ſententiam in contractu diuiſionum indu-
cunt fideicommiſſi renunciationem, ſi in ſenten-
tia arbitri diuidentis hæreditatem, apponantur
non extendi ad fideicommiſſum conditionale,
nec illius abrogationem operari etiam quòd com
promiſſum eſſet ampliſſimum, & de futuris etiã
litibus ac expreſſe emologaret, quando ſuper fi-
deicommiſſo conditionali nullo pendente com-
promiſſo fuerat lis, quod ultra adducta per illos
comprobari uidetur ex eo, quòd ſcripſit Bald. in
31 §. ſi quis miles nu. 6. in tit. conſt. Loth. ſcilicet † di
uiſionem factam per iudicem non compræhende
re ius conditionale. Adhæc quamuis laudum
arbitri induceret conditionalis fideicommiſſi re-
nunciationem, tamen remiſſio facta ad Alberto
non poteſt porrigi ad fideicommiſſum, ad quod
deſcendẽtes eius uocantur ex propria eorum per-
ſona, licèt non eſſent hæredes, Bart. in conſil. 72.
incip. ex facto præponitur quòd nobiliores nu. 3.
uer ſic. hoc præmiſſo aſſerens renuntiationem par
tis factam in diuiſionibus non porrigi ad iura, ad
quæ filius renuntiantis uocatur ex propria perſo-
na, etiam quòd non ſit hæres patris ſequitur Iaſ.
in d. §. duo fratres in 8. quæſt. Barto. quæ ſententia
32 confirmari uidetur: nam iura, † quæ dicunt re-
nunciari poſſe fideicommiſſo reciproco. l. 1. l. cũ
proponas, C. de pac. l. de fideicommiſſo. C. de tran
ſact. loquuntur duntaxat ubi fratres inſtituti ſoli
ſunt grauati, & ſoli ſubſtituti, caſu autem quo nõ
ſolùm hæredes primi gradus, ſed etiam omnes eo
rum deſcendentes, & tota teſtatoris familia ſunt
ſubſtituti, & grauati relinquere in familia, non le
gitur quòd filius inſtitutus remittendo fideicom
miſſum, intelligatur remittere fideicommiſſum,
ad quod uocantur, & quo grauantur deſcenden-
tes aut familia: immò Rip. in d. l. qui Romæ. §.
duo fratres, num. 101. ſcripſit remiſſionem fidei-
commiſſi factam à fratribus nõ præiudicare filiis
eorum ſubſtitutis uolentibus ſuccedere in fidei-
commiſſo ex propria perſona, nec diſtinguit, an
ſint hæredes, uel non: etſi filia cum iuramento re
nunciauit hæreditati patris uiuentis, nepos ex ea
poteſt non obſtante renunciatione matris illa prę
mortua ſuccedere auo, licèr ſit hæres matris, ut
poſt Bald. Caſtr. & Alex. tradit Dec. in l. pactum,
quod dotali, numero 18. C. de collatio. Cumque
in præſenti caſu licentia alienandi, renunciatio iu
ris competentis, & competituri ipſis fratribus, &
pro-

promissio de noo contraueniendo, de quibus in laudn non cononeant etiam pro filiis ipsorũ fratrum, licèt Albertus laudum expresse approbasset, ex hoc tamen prohiberi non possuot descendentes Alberti etiam quòd sint eius hæredes ex propria persnna contrauenire Bald. in l. qui se præsens, num. 12. C. vn. lib. & quamuis promittens cẽseatur promittere etiam pro hæredibus, ubi in promissinne onn adest dictio taxatiua pro se tantum l. stipulatin ista in prin. uers. sed si sic de uerb. nbl. Id tamen nõ procedit in promissione facta super re nnn transitoria ad hæredes Bald. in l. cum mota tuum. 12. Castr. num. 3. C. de transact. Alex. consil. 13. num. 8, lib. 5. & dictum Bald. io d. l. qui se patris uidetur uerum in casibus, in quibus promittens non tenetur ex natura actus, in quibus promittens non tenetur ex natura actus, uel rei de facto aliorum, ot in consentiente, uel renunciante, & promittente de non contraueniendn consensui,

33 aut renunciationi. Etenim in casibus, † quibus quis nbligatur, & tenetur de facto omnium, ut in uenditione, & similibus, hæres ex proprin iure nõ potest contraoenire facto defuncti, l. contrà matre. C. de rei uendit. l. si uenditrici, C. de reb. alien. non alien. l. Seia, C. de euict. l. si cum dotem, §. si pater fnln. matrim. l. filiusfam. §. cum pater de leg. 1. & licèt diuidentes teneantur de euict. l. si familię,

34 C. fam. ercisc. non tamen teneantur, † ubi res euincitur ex eins natura, ut quia feudalis glo. Bart. & alii d. l. si familiæ. Tandem in laudn duæ tantum sunt clausulæ, quæ fideicommissi remissionem operari possint, illa scilicet in qoa conceditur licentia alienandi, & faciendi de bonis adiudicaõs quicquid fratres unluerint, & alia in quibus arbiter mandat renunciari iuri competituro. Circa primam Castren. in l. cum pater, §. libertis de leg. 2. scripsit si uocatus ad fideicomoissum in casum

35 alienationis, † & in casum mortis consentiat alienaonni posse eueniente conditione petere fideicommissum ex causa mortis, modò non consenserit præsente emptore. Et Soc. con. 43. lib. 3. nu. 16. respondit eum, qui duplici iure ad fideicommissum admitti poterat, scilicet propter alienationẽ, & propter mortem si det licentiam alienandi excludi solum à primo iure petendi fideicommissum, scilicet propter alienaonnem, non autem à secundo. Cumque licentia alienandi potuerit operari quò ad fideicõmissum ex causa alienaoonis, nnn uidetur debere extendi ad fideicommissum ex caosa mortis, ot fateri uidẽtur Doct. in d. §. dun fratres in 8. q. Bart. dum respondent ad argumentum Aret. senoentis contra Bartol. præcipuè cum Bart. & Doct. in d. q. 8. uideaotur loqui in terminis, §. duo fratres, in quo aderat fideicommissum duntaxat ex causa mortis. Adhæc dare licentiam alienandi ooo uidetur alind, quàm consentire alienationi, & aliod est uendere, aliud uenditioni consentire, l. aliud est de reg. iur. Is enim qui consenõt, onn dicitur nbligare se, glo. in l. Lucius sol. matr. ideoq́. sicuti filii patris hæredis possunt ex proprin iure reuocare alienationem feudi, cui pater consensit, glo. Bald. Aluar. in §. hoc quoqoe de success. feud. ita debent posse ex iore proprio reuocare alienationem rei subiectæ restitutioni, cui pater cõsensit: qood procedere oidetur etiam quòd pater consentiendo promisisset non contra uenire, nisi promisisset etiam pro filiis Bal. in d. l. qui se patris. Quò nerò ad clausulam, in qua arbiter mandat fratres renunciare inuicem iuri cõpetenti, & competituro ad hoc ut renunciatio fa-

36 cta † per similia uerba inducat fideicommissi renunciationem, duo requiruntur. Primò, quòd renuocians habuerit scienoam fideicommissi. Secundo, quòd tempore diuisionis non adsit alia causa, propter quam cõtrahentes sperare possint habere aliqnod ios, quàm ex causa fideicommissi, Bar. & posteriores in d. §. duo fratres in 6. qoęst. Præterea per ea renunciatur duntaxat iuri compe tituro ipsis diuidentibus: fideicommissom autẽ, ad quod ex propria persona agit Petrus Maria, nõ competebat, nec competiturum erat Alberto &c. Et si diceretur casu quo bona ab aliqoo ex descendenbus, seu familia euincantur, Albertum, qui cessit bona fratribus pro ipsis, & quibos dederiot, & eius hæredes teneri de euictinne, & multo magis exceptinne repellendos. Respondetur ubi bona euincuntur ex facto auctoris eius, à quo euincuntur, de euictione agi nnn posse, lege fun dum meum de euictin. lege licèt placeat de do. præleg. Bartnl. in dicto §. duo fratres, io prima quæstione, ubi Ripa. numero 43. & in oltima quæstinne in fine, ubi Ripa. numero 97. & ubi-

37 cunque † res euincitur ex aliquo emergenõ post contractum, nunquam contraheos tenetur de euictione, lege Lucius, §. primo de euictio. & ubi res euincitur ex natura eius, agi onn potest de euictione, glos. dicta lege si familiæ, ideoque in terminis nostris agi, aut excipi onn posse nb euictionem tradit Bartnl. io d. quæst. ult. & clariùs consil. 72.

CASVS III.

¶ Pontifex creauit Hieronymum in Comitem Palatinum; illique dedit auctoritatem creandi Comites Palatinos, Doctores, Notarios, & legitimandi natos ex quncunque illicito coitu. Hieronymus creauit Iulium Comitem Palatinum, & ei dedit auctoritatem creandi Comites Palatinos, Doctores, Notarios, & legitimandi natos ex quocunque illicito coitu, prout in priuilegiõ à pontifice sibi concessõ. Iulius legitimauit filium naturalem Antonii, qui habebat tres filias legitimas & naturales; & in legitimaoone apposuit clausulam non obstante lege aliqua.

¶ Quæritur, an Iulius id potuerit, & an legitimaoo ualeat: cum legitimans haberet prolem legitimam, & naturalem, & exhibẽtur copia priuilegii concessi per pontificem Hieronymo, & priuilegii per Hieronymum concessi Iulio, & legitimaonnis per Iulium factæ.

SVMMARIVM.

1 *Spurij non possunt legitimari existentibus filijs legitimis, & naturalibus, & num. 5*

2 Re

2 *Reſcriptum pontificis debet quantum fieri poteſt interpretari ut ſit conformis iuri communi.*

3 *Comes palatinus non poteſt idem facere de plenitudine poteſtatis, quòd pontifex, uel imperator poteſt à quo fuit creatus comes palatinus.*

4 *Poteſtatem auferendi ius tertij nunquam uenire in generali conceſsione.*

5 *Per clauſulam non obſtantibus &c. uidetur ita derogari, ac ſi enumeratæ eſſent ſpecialiter omnes leges.*

6 *Comes Palatinus creatus cum clauſula non obſtantibus &c. quid efficere poſsit.*

7 *Ademptio à conceſsione generali cenſetur facta ubi eſt reſeruatio ſpetialis.*

8 *Poteſtas legitimandi conceſſa comiti palatino nō poteſt regulariter delegari, nec alteri concedi.*

9 *Verba priuilegij ſtrictè ſunt intelligenda.*

10 *Nullus inferior ſupremo principe poteſt uti clauſula non obſtante lege aliqua.*

1 PRopoſita legitimatio uidetur eſſe nulla, etenim ſpurii † non poſſunt legitimari, exiſtentibus filiis legitimis & naturalibus §. ſi quis ſanè non habens, & §. ſit igitur licentia, in auth. quib. mod. natu. effic. legit. §. illud tamen in auth. quib. mod. natu. effic. ſui, & reſcriptum
2 † pontificis debet quantum fieri poteſt interpretari ut ſit conformis iuri communi l. ex facto in princ. de uulg. Ideoque Caſtr. in l. gallus §. & quid ſi tantum de lib. & poſthu. in fin. Soc. numero 18. Iaſ. numero 106. tradidere comitem Palatinum habentem poteſtatem legitimandi, non habere niſi in caſu, quo deficiant filii legitimi; & comiti Palatino non cenſeri datam poteſtatem legitimandi, niſi prout princeps erat legitimaturus de ordinaria poteſtate, & Bald. in l. 2. numero 39. C. de ſeruit. & aqua in lege cum filius de teſtam. milit. & Iaſon. ubi ſupra ſcripſerunt, licèt impe-
3 rator, uel pontifex de plenitudine † poteſtatis faciat quem comitem Palatinum: non tamen poterit comes aliquid facere de plenitudine poteſtatis, & ſic legitimare extantibus filiis legitimis niſi ſpecialiter, & expreſſe eſſet conceſſum ut poſſit legitimare etiam extantibus filiis legitimis, quamuis hoc ex plenitudine poteſtatis poſſet pontifex, uel imperator, quæ dicta latè confirmat Alexand. conſil. 67. numero ſexto, & 94. numero 6. libro primo, conſilio 60. numero 19. 20. & 21. libro ſecundo, conſilio 188. numero 12. libro 5. Decius conſilio 288. numero ſexto, ex Caſtr. dicit id non intelligi conceſſum per uerba generalia: & idem Decius conſilio 392. numero quarto, & conſilio 393. numero octauo, & ad hoc optimè
4 conuenit, quod legimus poteſtatem † auferendi ius tertii nunquam uenire in generali conceſſione, etiam ſi dictum ſit, quòd poſſit ille cui conceditur idem, quod concedens, Bartol. in l. dotalem de teſtament. milit. in l. ambitioſa de decret. ab ord. fa. num. 12. in l. toties de pollicit. Ex quibus uidetur quod licèt conceſſum ſit etiam cum clauſula non obſtantibus legibus imperialibus Hieronymo legitimare natos ex quocunque illicito coitu: non tamen cenſetur conceſſa facultas legitimandi extantibus legitimis, & naturalibus: cum hoc non reperiatur expreſſe cōceſſum, & multominus cum in priuilegio principis adſit clauſula abſque tamen præiudicio aſcendentium & deſcendentium. Qua clauſula ſtante non poteſt Comes Palatinus legitimare extante prole legitima, Caſtr. conſ. 220. incipiente, in Chriſti nomine ſuper eo, ſuper quo primò quæritur Cur. ſen. cōſ. 19. num. 8. in fin. Soc. d. §. & quid ſi tantum num. 18. qui dicit ita aliàs conſuluiſſe, Petr. de Anchar. Bal. & Caſtr. & cum in eodem priuilegio dicatur te, tuoſque deſcendentes cum honoribus onerib. & emolumentis conſuetis comites Palatinos crea
5 mus. Quod autem extante † ſobole legitima, naturalis poſſit legitimari per reſcriptum non eſt conſuetum: imò à iure expreſſe prohibetur, §. liceat, §. ſi uero in auth. quib. mod. nat. effic. leg. §. ſi qui autem legitimos. §. illud aut. cum §. ſeq. in authēt. quib. mod. nat. eff. ſui. Neque obſtat ſi diceretur, Pontifex conceſſit Hieronymo auctoritatem creādi Comites palatinos, Notarios, & Doctores, ac legitimandi natos ex quocunq; illicito coitu per hæc uerba concedimus damus, non obſtantibus apoſtolicis conſtitutionibus, necnō & legibus imperialibus, aut ſtatutis reformationibus conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione apoſtolica, & quauis firmitate roboratis: per quam clauſulam oſtenditur uoluntas pontificis derogandi
6 omnibus legibus. Nam per clauſulam † non obſtantibus ita conceptam uidetur ita derogari, ac ſi ſpecialiter enumeratæ eſſent leges; ſi uerum eſt, quod ſcripſere Barth. in extrauag. ad repri. in uer. non obſtantib. in princ. Bart. nu. 4. Caſt. nu. 3. in l. fin. C. ſi contra ius, uel utilitatem publicam, Caſtr. l. quoties, nu. 2. C. de prec. imp. offer. Alex. conſil. 155. nu. 16. in 6. & conſ. 187. nu. 17. in 5. Et Hieronymus creauit Iulium in comitem Palatinum, cum auctoritate legitimandi natos ex quocunq; illicito coitu, & ad legitimæ naturæ iura reſtituendi prout in priuilegio à pontifice ſibi conceſſo. Nā reſpondetur, quāuis pontifex in priuilegio cōceſſo Hieronymo dederit ei auctoritatē creandi comites palatinos, doctores, & notarios, deinde addiderit necnon inceſtuoſos, ſpurios, naturales, & ex illegitimo quocūq; coitu natos &c. legitimādi, & ad primæua, & legitima naturæ iura reſtituēdi facultatē damus, & concedimus non obſtantib. cōſtitutiōib. apoſtolicis, necnō legib. imperialib. &c. tñ clauſula illa non obſtantib. non determinat uerbum legitimādi, ſed uerbū damus, & cōcedimus, ideo per dictā clauſulam nō vr̄ conceſſum Hieronymo in legitimatiōe uti clauſula nō obſtañ. &c. nec plenitudinis ptātis. Nā ſi papa, uel imperator
7 faciat comitē † palatinū de plenitudine ptātis, ēt cū clauſula nō obſtañ. ad legitimandū: non tñ comes Palatinus qñ legitimat pōt uti plenitudine ptātis: nec clauſula nō obſtañ. niſi ſpecialiter, & iſtud cōcedatur Bal. in d. l. 2. C. de ſer. & aq. in q. 18. nu. 39. Iaſ. in l. gall. §. & quid ſi tñ nu. 97. de lib. & poſth. quod facilius in re præſenti procedere vr̄; in qua pontifex creauit Hieronymū, filios, & deſcēdētes in ppetnū comites palatinos cū honorib. onerib⁹,

&

& emolumentis consuetis, per quæ uerba uide-
tur solum concessa potestas solita concedi comi-
ti Palatino. Præterea licèt Hieronymns habuisset
potestatem legitimandi extante prole legitima, &
cum clausula non obstantibus, non tamen potuit
concedere Iulio auctoritatem legitimandi extan-
tibus legitimis. Nam cum pontifex concesserit il
li auctoritatẽ creandi comites palatinos, nec aliud
expresserit, intelligendum est, ut comites palatini
ab eo creati habeant auctoritatem ordinariam si
quam habent legitimandi alio non expresso in
priuilegio, non autem illam, quam ex plenitudine
potestatis habet pontifex l. si quando C. de inoffic.
testam. ubi uidetur casus, & ultra doctores supe-
rius adductas probamr ex his, quæ ponit Alexan.
consi. 188. numero 9. usque ad num. 13. nolum. 5.
Anto. Rosell. in tractatu de legit. titulo de legiti-
matis clementia principis in fin. & quia pontifex
dando auctoritatem Hieronymo ut possit creare
comites palatinos, quod est reseruatum principi,
& illi soli datum de ordinaria potestate. Non ui-
detur ex hoc dedisse auctoritatem Hieronymo
concedendi alteri id, quod pontifex de ordinaria
potestate est ademptum, sed de absoluta conces-
sum, scilicet legitimandi contra legem imperia-
lem, & extante prole legitima argu. c. quòd transla
7 tione, de offic. leg. & quia à concessione † genera-
li censetur facta ademptio, ubi est reseruatio spe-
cialis l. 1. §. qui mandatam de offi. eius. Et cum re-
8 gulariter † potestas legitimandi per pontificem
uel imperatorem concessa comiti palatino non
possit delegari, nec alteri concedi ẽt de iure cano-
nico Bal. in rubr. de offic. deleg. nu. 14. Alex. in l. 1.
nu. 6. de offic. eius, Ias. l. imperiũ nu. 38. de iurisd.
om. iud. Felin. in c. 2. nu. 2. de of. ord. Martin. Laud.
in tract. de legit. num. 35. si pontifex uel imperator
concedat comiti palatino, ut creare comites Pala-
tinos, illisque concedere auctoritatem legitiman
di, non debet ex hoc intelligi datum, ut possit eis
concedere id, quod sibi soli de absoluta potestate
est concessum, l. uti clausula nõ obstantib. & legiti
mare ẽt extantib. filijs legitimis, nisi id exprimat,
9 præter id ꝙ uerba priuilegij † strictè sint intelli-
genda d. l. si qñ gl. in c. 1. de const. in 6. Ias. l. fin. nu.
33. de const. prin. & ut minus lædant ius cõe, quo
fit possibile C. res. §. 1. & de temp. ord. in 6. latè Fe-
li. c. 1. nu. 9. uer. declara. 2. de rescriptis, & nullus
10 † inferior supremo principe potest uti clausula
non obstante lege aliqua Cast. nu. 1. & posteriores
omnes in l. nemo põt in princ. de leg. 1. Alex. l. cen
turio nu. 32. de uulg. & plurimi, quos refert & se-
quitur Fel. in c. nonnulli. nu. 27. de rescript. Sed &
illud dici posse uidetur, licèt Hieronymus habuis
set potestatem concedendi ius legitimandi cum
clausula non obstantibus &c. & extantibus filijs
legitimis, non tamen illam concessisse Iulio ratio-
nibus supra in principio adductis.

CASVS. IIII.

¶ Vbertus agit uigore donationis sibi factæ à
principe ad bona quædam contra tertium possi-
dentem, & prætendente illa sibi data insolutum à
principe. Et pendente iudicio petit actor sibi pro-
uideri à reo, de alimentis & expensis litis, & pro
ipso adducit tex. in l. si instituta §. fin. de inoffic. te-
stamen. in l. fin. C. de ord. cogn. in c. ex parte de ac-
cusa. decisio. Afflict. 10. & 11. Boer. 324. Quæri-
tur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Filius debet ali à patre & tale ius transit etiam con
tra eum in quem transeunt bona patris.*
2 *Maritus tenetur alere uxorem & pro huiusmodi ali
mentis bona mariti sunt tacitè obligata.*
3 *Monacus ex bonus monasterij est alendus.*
4 *Pupillo pauperi iudex prouidet de aduocato de pu-
blico.*
5 *Actori ubi agitur de successione collaterali non fie-
ri promisione expensarum.*

ET si text. in l. si instituta §. de inoffi.
de inoffi. test. qui loquitur in causa
appellationis: & in casu quo petẽs
alimenta erat pupillus, & obtinue
rat sententiã pro se, procederet etiã
in prima instantia contra id, quod tradit Castren-
sis ibi, pro cuius sententia uidetur casus in l. qui
de inofficioso de inof. testam. Tamen dicta lex &
omnia pro actore allegata loquuntur in casu quo
1 agens alendus est ex bonis ad quæ agit: nam † fi-
lius debet ali à patre l. si quis à liberis in princ. de
lib. agn. & huiusmodi ius transit etiam contra eũ,
in quem transeunt bona patris, Bart in d. l. si quis
à liberis §. idem rescripserunt in fin. Nimirum si
consequitur alimenta agens ad successionem pa-
tris dicta. l. si instituta §. fin. uel ad legitimam, Af-
2 flict. decisio. 11. & maritus † tenetur alere uxo-
rem; & pro huiusmodi alimentis bona mariti
sunt tacitè obligata Bartho. in l. si cum dotem §.
sin autem solut. matrimo. Vnde si uxor agat con-
tra maritum, & dotem repetat, ab eo ali debet Af-
flict. decisi. 10. & in his terminis loquitur etiam
text. in l. fin. C. de ordi. cogn. Nam promisio ali-
mentorum & expensarum in eo text. fit liriganti
tanquam de rebus sibi ablatis de proprio eius pa-
trimonio Bald. ibi numero quarto, & de re, quæ
illi redderetur si promitteret per idoneos fideius-
sores saluam eam futuram in text. ibi in uersicu-
lo, quod si ei, & in ijsdem terminis loquitur text.
3 in cap. ex parte de accusa. Monachus † enim ex bo
nis monasterij est alendus, præter id quod ibi
concurrit alia ratio, scilicet quia iudicium tende-
bat ad commodum ecclesiæ Bald. in dicta l. fin. nu
mero quarto, Abba. in dicto c. ex parte nume. 9.
Vbi uerò quis agit ad bona, ex quibus regulari-
ter ali non debet, iure cautum non reperitur, ꝙ
ab aduersario alimenta, aut litis expensas conse-
qui possit, imò contrarium suadet textus, iuncta
gloss. in l. magis puto. §. item si quis inops de re-
4 bus eo. ubi pupillo † pauperi iudex prouidet de
aduocato de publico, & Bald. ibi inquit super eo
text. fundatam esse iustitiam Franciæ, per quem
rex pauperibus secum litigantibus prouidet de

aduocato, idem ſuadet gloſſ. in l. 1. §. ait prætor ſi
non habebunt de poſtul. quæ dixit clienti paupe-
ri prætorem debere prouidere de aduocato de pu
blico, & quod tradit Abba. in d. cap. ex parte nu-
mero 9. ſcilicet monachum agentem cauſam pro-
priam, ut quia dixit ſe electum in Abbatem, &
ob id agat contra eum, qui gerit ſe pro abbate,
non debere conſequi expenſas uictus à monaſte-
rio: & ideo Boer. dicta deciſio. 324. inquit proui-
ſionem alimentorum uel expenſarum fieri filio
contendenti de ſucceſſione patris, uel uxori ha-
bente filium in utero ex Carboniano, uel uxori
dotem repetenti, uel filio agenti petitione hære-
ditatis dicto §. de inofficioſo. Secus cum agitur
de ſucceſſione collaterali, in qua non fit prouiſio
nunquam autem legitur quòd donatarius agens
ad bona donata, uel eorum poſſeſſionem, debeat
à reo poſſidente ali, licèt donator inops conuen-
tus à donatario id petere poſſit, gloſſ. & Alexand.
in l. in condemnatione de regu. iur. Quibus acce-
dat Boer. deciſi. 325. in fine, ubi dicit emendatam
fuiſſe ſententiam locumtenentis, qui condemna-
uerat actorem dare, & ſubminiſtrare expenſas li-
tis reo, & ordinatum receptorem dominij regis
dare centum ſolidos reo, ſi conſtabat eum eſſe
pauperem, & idem dicta deciſio. 324. numero 4.
5 inquit non fieri † prouiſionem expenſarum acto
ri, ubi agitur de ſucceſſione collaterali, & deciſ.
303. numero quarto ſcripſit non uidiſſe ſeruari,
quod diues litigans cum paupere teneatur miniſtra-
re expenſas.

CASVS V.

¶ Antonius Placentinus minor mouit iudicium Mediolani contra Annibalem Placentinum ſuper bonis in agro Placentino exiſtentibus, in quo iudicio faſſus eſt ſe maiorem annis uigintiquinque: oppoſitum fuit de minori ætate, & iudicij inualiditate. Ob id Antonius dedit preces Senatui, & petijt, ut attenta confeſſione maioritatis, & quòd ſtatutis Placentiæ cauetur, quòd quicunque pubes in iudicio uel contractu fateatur ſe maiorem uiginti quinque annis, habeatur pro maiore, decerneret iudicium cum eo agitandum ualere, & effectum ſortiri debere, non obſtante exceptione minoris ætatis, & obtinuit reſcriptum iuxta petitionem: Quo præſentato Annibal petijt actorem cogi ad reſtitutionem nonnullorum bonorum, quæ auctores Antonij promiſerant anteceſſoribus Annibalis reſtituere in caſu, quo per eorum ſucceſſores moueretur lis contra ipſum uel ſucceſſores. Cumque Ant. ad reſtitutionem eſſet condemnatus, petijt in integrum reſtitui aduerſus iuditium Mediolani motum ex capite minoris ætatis, & ex clauſula generali ob ignorantiam promiſſionis factæ à defuncto. Deinde in allegationibus iuris addidit aliam cauſam, ſ. ob iuſtum errorem, & iuſtam cauſam credendi, ſe non teneri ad aliquid reſtituendum, ubi ageret. Quæritur, an Ant. ſit in integrum reſtituendus, & exhibetur proceſſus. & allegationes in iure pro utraque parte.

SVMMARIVM.

1 *Statutum pro minor confitens ſe maiorem habeatur pro maiore tollit remedium reſtitutionis in integrum,*
2 *Verba intelligi debent eo reſpectu quo prolata ſunt.*
3 *Verbum inuiolabiliter additum uerbo ſeruentur tollit remedium in integrum reſtitutionis.*
4 *Verbum debere uidetur importare neceſſitatem.*
5 *Heres qui contrauenit promiſſioni pœnali defuncti etiam ignorans incidit in pœnam.*
6 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali quibus detur.*
7 *Error iuris non dicitur iuſtus.*
8 *Reſtitutio in integrum heredi qui contrauenit promiſſioni defuncti non datur ob ignorantiam facti.*
9 *Dans aliquid ob cauſam quando poſſit repetere.*
10 *Eccleſia ſi non ſoluat canonem emphyteuticum cadere à iure ſuo.*

REſtitutio in integrum ex capite mi-
noris ætatis non uidetur conceden
1 da: nam ſtatutum † Placentinum
quòd minor cõfitens ſe maiorem
in contractu uel iudicio habeatur
pro maiore, tollit remedium reſtitutionis in inte-
grum Bald. in authen. ſi captiui nume. 4. C. de ep.
& cler. Caſtren. in l. momentaneæ C. qui legit. per-
ſo. nume. 3. Angel. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ.
Soc. conſi. 299. col. 2. uerſ. nam licèt Statutum &c.
Etenim quò ad effectum iuris ſtatutũ facit mino-
rem uerè maiorem Barth. in l. ſi maritus §. primo,
de adult. & licèt Statutum non uideretur cõpre-
hendere puberem confitentem extra territorium
Placen. ſe maiorem ob ea, quæ ſcripſit Aret. conſi.
54. & conſi. 73. Corn. conſi. 241. nu. 4. libr. 2. Iaſo.
conſi. 48. lib. 1. Tamen Senatus attento, legato ſta
tuto & cõfeſſione maioritatis decreuit iudiciũ cũ
Ant. agitandum ualere & effectum ſortiri debere,
non obſtante exceptione minoris ætatis, ex quo
duo uidentur inferri. Primum, quod Senatus uolue-
rit extendere ſtatutum Placen. etiam ad caſum; de
quo tunc agebatur. Secundum, quod reſcriptum
Senatus debeat interpretari ut iudicium ualeat,
2 iuxta formam allegati ſtatuti Pla. nam uerba † in-
telligi debẽt eo reſpectu, quo prolata ſunt l. profe
ctitia §. fi. de ſu. do. l. ſi quis domũ §. quid tñ loca.
Dec. cõſi. 283. nu. 1. & reſcriptum debet intelligi
ſm ſupplicata Iaſ. in l. 1. nu. 7. C. de diuerſ. reſcr. &
quamuis uerbum illud ualere non eſſet intelligen
dum, ut ualeret iuxta formã allegati ſtatuti & ſic
non eſſet ſublata reſtitutio Caſtr. in d. l. momenta
neæ: tamen per additionem aliorum uerborum
ſcilicet effectum ſortiri debere, cenſetur ſublata,
tum quia alias eſſet ſuperflua, neque aderent ali-
quit ſuperius expreſſis, ut in non diſſimili caſu tra
dit Bartho. in l. ſed ſi quis §. quæſitum cauſa fin. ſi
quis cautio: Tum quia ubi poſſet Antonius re-
ſtitui in integrum, iudicium non ſortiretur effe-
ctum, & quemadmodum uerbum inuiolabili-
3 ter † additum uerbo ſeruentur tollit remedium
in integrum reſtitutionis, authentic. ſacramen-
ta puberum C. ſi aduerſ. uenditio. idem operari
uidetur

uidetur clausula sortiri debere effectum, addita
post uerbum ualere, præcipuè cum uerbum illud
4 † debere, uideatur importare necessitatem l. 1. §.
primo, quòd quisque iuris Barthol. in l. 3. num. 3.
C. de pigno. & quamuis reus coram iudice Medio
lani asserenit iudicium esse nullum non obstante
statuto Placentino, tamen cum senatus contra-
rium statuerit, huiusmodi sua assertio sibi noce-
re non potest, Bartho. in l. Pamp. §. sed nec impu-
beris num. 2. C. de inoff. testam. Restitutio quoq;
prætextu ignorantiæ concedenda non uidetur,
5 nam hæres, † qui contrauenit promissioni pœ-
nali defuncti, etiam ignorans incidit in pœnam
promissam à defuncto l. cum filius. §. in hac de
uerbor. obligat. neque restituitur in integrum ex
clausula generali si qua mihi insta causa &c. quan
do contrauenit agendo, Bartho. in d. §. in hac nu.
1. Castren. num. 1. Ias. num. 2. uersi. capio, glo. &
Ias. ibi num. 3. addit, quòd si hæres agit contra il-
lum, qui stipulatus fuit a defuncto, non peti sub
pœna, incurrit pœnam etiam si fuit ignorans: ne-
que restituitur in integrum prætextu talis ignoran
tiæ: cum debuerit prius inuestigare antequam
ageret. Non etiam restituendus uidetur Anto-
nius ex clausula generali, & ratione quòd habue-
rit iustam causam credendi se non teneri ad resti-
6 tutionem si ageret: Etenim restitutio † in inte-
grum ex clausula generali datur solùm impeditis,
impedimento facti, ut absentia, carceratione uel
simili de causa, & in his terminis loquuntur om-
nes leges in titulis ex quib. caus. maio. & in specie
tex. in l. non enim, tex. uerò in l. 2. de resti. integ.
qui uult ob iustum errorem dari in integrum re-
stitutionem, interpretandus uidetur de errore fa-
cti: tum quia de errore facti loquuntur omnes
leges per glo. ibi & Barthol. allegatæ: tum quia
& in l. de ætate. §. qui iusto de inter. actio. uerbum
iusto errore, interpretatur de errore facti: tum
7 quia † error iuris non dicitur iustus. Hinc Barth.
in l. diuus de re iud. num. 2. inquit, quòd ille qui
errat in iure, non habet iustam causam erroris,
neque debet in integrum restitui ex clausula ge-
nerali. Et omni in casu si error iuris non fuit al-
legatus in processu, nihil potest prodesse l. si adul
terium cum incesta. §. idem polliom de adulte. &
Barthol. ibi numero 14. inquit not. quòd non suf
ficit, quòd appareant præsumptiones sufficientes
ad probationem erroris, nisi etiam error allegetur.
Vnde admonet, quòd fiat positio erroris; & in-
super error huiusmodi, si non fuit probatus, iu-
uare non potest l. 1. in princ. iniunct. glo. si quadr.
pauper. feciss. dica. Barth. num. 3. & Ang. in l. sed si
lege. §. scire de petit. hæred. Adhæc ob ignorantiã
8 † facti non datur restitutio in integrum hæredi,
qui contrauenit promissioni defuncti, & ob id in
currit pœnam d. §. in hac, unde multominus de-
bet dari ob ignorantiam iuris: nam & iusta causa
litigandi non excusat actorem ab expensis promis-
sis, & à pœna conuentionali, si uerum est quod
sensit Bald. in l. non solũ de re. uend. Alexan. consi.
129. numero 18. libro secundo, Dec. in l. quòd
te in ultima lectura, nume. 24. in l. qui cum alio,
num. tertio, de regul. iuris, in quo tamen Bald. ali
ter quandoque fuit loquutus: præter id quòd eũ
de iure communi non implens conuenta cogi pos
sit ad restitutionem acceptorum l. prima l. cum
precibus l. quoniam C. de re. permut. l. naturalis. §.
9 primo, de præscrip. uerb. & dans † aliquid ob cau
sam, possit causa non secuta, uel ubi causa rediit
ad non causam, uel ad causam non iustam, repe-
tere l. prima, §. penult. & fin. & l. quarta, de cond.
ob caus. restitutio bonorum, ad quam Antonius
reconuenitur non potest pœna appellari, sed di-
spositio iuris, ad quod conuenit, quod scripsit
Bald. in l. placet in tertio notab. C. de sacrosancta
10 ecclesia si ecclesia † non soluat canonem emphy-
teuticum, cadere à iure suo: idque non esse pœ-
nam, sed naturam contractus.

CASVS VI.

¶Iulia mouit iudicium post litem contestatam:
reus opposuit Iuliam agendo incidisse in periuriũ,
& tanquam à iudicio repellendum, iudex inter-
locutus procedendum ad ulteriora, & exceptio-
nem huiusmodi reseruandam in fine litis: cui or-
dinationi partes acquieuerunt. Deinde cum Iu-
lia iudicium prosequeretur, denuo oppositum
fuit de periurio. Replicatur procedendum ad ul-
teriora, & huiusmodi exceptionem cognoscendã
in fine litis attenta iudicis interlocutoria. Con-
trareplicat reus actorem toties committere periu-
rium, quoties facit contra iuramentum c. ad apo-
stolicæ ubi not. Gemin. Fran. & alij de re iudica. in
sexto, & in omni actu iudiciali illam facere con-
tra iuramentum & nouam exceptionem periurij
fuisse ortam post interlocutoriam, quæ non po-
test dici à iudice reseruata. Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Periuria plura non dicitur facere qui sæpius facit contra iuramentum.*
2 *Adulterium qui pluribus & diuersis uicibus commisit cum una pro uno tantum adulteri puniri potest.*
3 *Aliud est renouare aliud perseuerare.*

1 ETsi Iulia facere diceretur † sæpius
cõtra iuramentum, non tamen di-
ceretur committere plura periu-
ria, capit. cum haberet in uerb.
periurio de eo qui dux. in matr.
&c. in quo text. is qui per decem annos pluries
contra proprium iuramentum commisit adulte-
rium cum muliere, dicitur perdurasse in periu-
rio, & sic cum tex. dicat periurio non autem per-
iuriis præsupponitur unicum tantùm periurium
fuisse commissum, ut ponderat Franc. in capit. ad
apostolicæ de re iudic. in sexto, num. 3. & sicuti
postquam furtum semel est commissum, fur con-
trectando iterum eandem rem, non dicitur cõmit
tere nouũ furtum; neq; noua actio furti nascitur l.
ei qui in princip. de fur. l. inficiando. §. infans eod.
titulo. Nam quamuis actus, ex quo sequitur fur-
tum, sæpius fiat tamen quia animus est magis

continuatiuus, quàm reiteratiuus propriè dicitur unum furtum Barth. Lunnquam plura num. 4. in fin. de pri. delict. Ita si aliquis agendo committit periurium, si perſeneratin proſequẽdo iudicium, dicitur committere unum periurium: neque noua actio aut exceptio periurij ex continuatione iudicij poteſt oriri, & ad hoc adduci poſſent, quæ tradit Bartho. conſi. 252. ubi ex pluribus deſendit
2 eum, qui pluribus † & diuerſis uicibus commiſit adulterium cum Berta, pro uno duntaxat adulterio puniri poſſe. Aliud quoque uidetur facere de nouo aliud continuare iam factum glo ff. in l. 3. in princip. de acquir. poſſeſſ. in uerb. animo in fin. &
3 ibi not. doct. & aliud † renouare, aliud in contractu antiquo perſeuerare: actio enim non oritur ex continuatione, ſed ex ueteri contractu l. item quæritur §. qui impleto loc. l. certè l. ſed ſi maneute de preca. Præterea in delictis etiam habentibus cauſam ſucceſſiuam in quibus animus plurimum operatur ut hæreſi, furto, & ſimilibus, unum eſt delictum, licèt plura uideantur facta, Bartho. in d. §. infans, uerſic. quædam ſunt delicta, quæ habent cauſam ſucceſſiuam, in periurio autem animus plurimum operatur, etenim non committitur ſine dolo 22. q. 2. §. item opponitur l. qui iuraſſe ubi not. Caſtr. & Alexan. de iureiur. Iccirco pro omnibus actibus in proſecutione eiuſdem iudicij factis unum uidetur periurium, & text. in d. c. ad apoſtolicæ, ideo dicit Federicus totiens deieraſſe rumpendo pacem qnia Federicus ſæpius mouit bellum ut legitur in hiſtorijs, non autem quia plures actus fecerit proſequendo bellum ſemel cæptum. Tandem cum reus dicat actiorem periurum, ipſa uerò neget, & exceptionis huiuſmodi cognitio ſit reſeruata in fine a iudice, etiam partibus tacitè conſentientibus cenſetur etiam reſeruata exceptio periurij, qnod poſſet allegari ob proſequutionem iudicij, aliàs fruſtratoria fuiſſet primà reſeruatio, & iudex qui noluit reſeruare huiuſmodi exceptionem in fine litis: neceſſario enã noluit, ut Iulia iudicium proſequi poſſet uſque ad finem l. ſecunda, de iuriſdictio. omnium iudic. l. illud de acquiren. hæredit. quod facere non poſſet, niſi etiam cenſeretur reſeruaſſe exceptionem periurij, ſi quæ opponi potuiſſet ob iudicij proſecutionem.

CASVS VII.

¶ Iacobus de anno 1492. mouit iudicium contra Bartholomæum petendo reintegrari ad poſſeſſionem loci Sarmati, quo dicebat ſe ſpoliatum fuiſſe: pendente iudicio fuit bannitus, & bona eius publicata; & factis iuxta formam decretorum proclamationibus. Ioannes Stephanus Iacobi filius contradixit ex cauſa legitimæ. Bartholomæus, qui prætendebant dictum locum Sarmati ad ſe ſpectare, uigore teſtamenti Bartholomæi Siccamilicæ aui materni, emit à fiſco omnia bona, & iura Iacobi: deinde factis tranſactionibus cum Ioanne, ac Chriſtophoro, & Petro fratribus Iacobi ſuper diuiſione bonorum, quæ fuerunt Alberti patris Bartholomæi, & aui paterni Ioannis & aliorum prædictorum, ceſſit eis dictum locum Sarmati. Iacobus à principe reſtitutus quò ad perſonam tantum de anno 1499. ſuo & nomine Ioannis Stephani filij mouit iudicium coram Senatore delegato contra Ioannem, ac Chriſtophorum & Petrum, petens ipſum, ſeu Ioannem Stephanum eius primogenitum reintegrari ad poſſeſſionem, qua ipſe fuerat ſpoliatus, & declarari bona ſibi tanquam primogenito ſpectare ex teſtamento Alberti aui paterni. Ioannes & alij oppoſuere multas exceptiones, quas aſſerebant impedire litis conteſtationem: Iulium remanſit imperfectum, neque ſuper eo fuit ſecuta aliqua ſententia. Ioanni ſucceſſit Octauianus filius, qui per multos annos quietè poſſedit bona patris. Octauiano ſucceſſerunt Pompeius & Iulius filij, Iacobus reliquit Ioannem Stephanum filium, Ioannes Stephanus reliquit Vldericum, qui patris hæres eſſe noluit: & de anno 1535. mouit iudicium in curia Romana contra Pompeium & fratrem minores, petens reintegrari ad poſſeſſionem, qua Iacobus fuerat ſpoliatus, & declarari bona ad ipſum tanquam primogenitum ex teſtamento Alberti ſpectare, & nullo minores defendente obtinuit ſententiam ad ſui fauores in petitorio & poſſeſſorio una cum condemnatione fructuum perceptorum primò per Ioannem, deinde per Octauianum, & ſucceſſiuè per Pompeium & fratrem. Deinde cum eadem cauſa Mediolani de anno 1549. ageretur, obtinuit à Senatu, defendente ſe Pompeio & fratre aliam ſententiam circa petitorium ad ſui fauores, in Pompeius & frater abſoluti fuere à fructibus, in quibus per dictam ſententiam Rotæ fuera nt condemnati. Perita & commiſſa fuit deinde reuiſio ſententiæ abſolutoriæ à fructibus, in qua Vldericus petijt reuocari dictam ſententiam quò ad fructus perceptos poſt mortem Ioan. Stephani, & ſic poſtquam ius dictæ primogenituræ ad ipſum peruenit.

¶ Quæritur, an dicta ſententia debeat quò ad fructus prædictos confirmari, uel infirmari.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari quomodo tranſeunt in fiſcum.*
2 *Error iuris uel facti iuſtificat poſſeſſionem quo ad acquirendos fructus.*
3 *Errans in iure quamuis non ſit bonæ fidei non tamen eſt malæ fidei & hoc ſufficit ad acquiſitionem fructuum.*
4 *Vitium reale non impedit acquiſitionem fructuum ſi poſſeſſor ſit bona fide.*
5 *Decretum debet interpretari eo modo quo ius commune.*
6 *Libellus alternatiuus non admittitur præcipuè parte opponente.*
7 *Ius idem eſt de parte quòd de toto.*
8 *Litis conteſtatio quomodo efficiat poſſeſſorem malæ fidei & quomodo non, & num. 21.*
9 *Actio in rem ſcripta contra quos detur.*

10 *Actio-*

10 *Actiones reales quesitæ hæredi ex proprio facto non transferunt in fideicommissarium.*
11 *Legatum rei alienę uel hæredis non transit ipso iure in legatarium.*
12 *Rei uendicatio datur soli domino.*
13 *Argumentari a petitione hæreditatis ad rei uendicationem licet.*
14 *Qui non sentit incommodum non debet sentire commodum.*
15 *Instantia super rescripto fundata non potest transire in singularem successorem.*
16 *Feudum se & descendentibus masculis in quolibet gradu discendentium censetur una stipulatio.*
17 *Legata plura censentur si legetur pluribus successiue.*
18 *Vitium & mala fides quando noceat hæredi.*
19 *Hæres mediatus non dicitur propriè hæres.*
20 *Mala fides quando noceat possessori.*
22 *Actitata contra minores indeffensos sunt inualida.*

Vera mala fides in Ioanne allegari nō potuisse uidetur, etiam quòd con staret illū habuisse scientiam spolij, quod asseritur à Bartholomeo factum: tum ob testameneum Sic camilicæ, quod Bartholomæum, & non Iacobum uocare uidetur, & ob consilia multorum iurecon sultum assertium ex eo testamento Iacobum non esse uocatum, & ob sententiam arbitramentalem alias latam inter Bartholomæum & Iacobum ad fauores Bartholomæi: tum ob publicationem bonorum & iurium Iacobi, & decretorum, quæ quotidie obseruantur circa bona confiscata: contradictionemque Ioannis Stephani eius filij factā ob legitimam solum, & uenditione factam per fiscum Bartholomæo de bonis & iuribus Iacobi: propter quæ iura omnia Iacobi in Bartholomęum
1 translata fuisse uidentur. Nam bona † etiam prohibita alienari transeunt in fiscum, sed reuocabiliter, idest cum onere fideicommissi restituendi his, quorum fauore est facta prohibitio l. imperator de fideicom. lib. ubi seruus prohibitus seruire alteri, si publicentur bona domini, transit in rem publicam, sed ab eo est manutenendus, l. recusare §. si fisco ad Trebell. & licèt Ioanni Stephano ius competijsset reuocandi, tamen cum non reuocauerit præscriptione decreti fuisse uidetur exclusus: & quatenus dici posset, bona Sarmati non potuisse publicari, neque in confiscatione comprehendi: tamen ex ea, & non contradictione Ioannis Stephani potuit causari iustus error credendi bona potuisse ad fiscum transire, maximè stantibus pluribus iureconsultorum consilijs super dicta publicatione contra Iacobum, & ad fauores Bartholomæi confectis, & bona fides causatur ab errore iuris quò ad acquisitionem fructuum, licèt non quò ad præscribendum l. sed si lege §. scire de pet. hæred. gloss. in l. quòd uxor de acquirend. possess. in l. fructus de usur. Bald. numero secundo Castren. numero tertio, in l. uenditio-
2 ni. C. de usucap. pro. don. & error iuris, † uel facti iustificat possessionem quò ad acquirendos fructus, Bald. in lege secunda numero 63. C. de seruit. & bona fides causata non iusta ratione, & errore iuris, ut quia possessor credebat titulum ualidum, qui erat inualidus, prodest ad acquisitionem fructuum Castr. in leg. Celsus numero quar-
3 to de usucap. & errans in iure, † quamuis non sit bonæ fidei, non tamen est malæ fidei, Castren. in dicta l. uenditioni numero tertio, & ad acquisitionem fructuum non est necessaria bona fides, sed sufficit abesse malam fidem dicta l. sed si lege §. scire & ibi not. Bartho. & qualis qualis occasio possidendi Bald. in l. irritam numero tertio C. pro. dona. Quòd si Ioannes non habuisset scientiam spo-
4 lij, res esset magis indubitata; nam uitium † reale, ut spolij, & rei furtiuæ non impedit acquisitionem fructuum, si possessor sit in bona fide l. bonæ fidei in principio, de acquiren. rerum dom. Non etiam uidetur in Ioanne allegari posse ficta mala fides, causata à lite per Iacobum mota de anno 1499. etenim in ea nunquam lis fuit contestata, & in iudicijs particularibus ad constituendum possidentem in ficta mala fide, non sufficit citatio, sed requiritur litis contestatio, Barthol. in dicta l. sed si lege §. sin autem, Castren. in l. si fundum. C. de rei uend. Et quamuis decreto de litibus abbreuian. disponatur, quòd dato libello intelligatur datus terminus unius diei utilis reo ad respondendum, quo elapso siue respondetur, siue non, lis habeatur pro contestata: tamen de-
5 cretum † recipitur uidetur interpretationem passiuam à iure communi, & interpretari debere eo modo, quo & ius commune l. prima §. lex Falcidia ad l. Falcid. & sic nisi opponatur exceptio aliqua rei iudicatæ & litis finitæ capitulo primo de lit. contesta. in sexto, sicuti & statutum quòd hæres teneatur insolidum, interpretatur nisi confecerit inuentarium, gloss. in uerb. confundantur in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. Bald. in l. ab exequutione numero decimotertio C. quo. app. non recip. Decretum quoque uidetur interpretandum, nisi adsit iusta & rationabilis causa non contestandi litem. Nam Bar. & Cast. in l. filius fa. §. procura. de procura. per illum textum dixere, quamuis statutum mandet aliquem præcisè cogi, tamen intelligitur nisi allegetur iusta causa: & si pontifex mandat iudici delegato, ut nullas exceptiones admittat, delegatus tamen admittere debet exceptiones rationabiles capitulo ex parte tua iuncta gloss. de offic. delega. Et statutum disponens nullas exceptiones posse opponi, interpretatur de friuolis, non de rationabilibus: Bartho. in l. prima §. & parui quòd ui aut clam. Ioannes autem ultra exceptiones rei iudicatæ, & præscriptionis inductæ à Decreto, impedientes litis
6 contestationem, opponebat libellum † esse alternatiuum, qui non admittitur parte præcipuè opponente. l. præter edixit. §. quòd autem ubi nota. Barthol. de iniur. l. ubi autem non apparet, §. qui illud aut illud, ubi nota. Docto. de uerbo. obliga. Item opponebat deduci actiones incompatibiles, & quæ simul cumulari non possunt. Nam agebatur nomine Iacobi, & Ioannis Stephani, quod simul fieri non poterat: cum ius Ioannis

Stephani non poſſet eſſe in rerum natura, niſi
prius extincto iure Iacobi ; l. pater filium de inoff.
teſtam. latè defendit Rom. conſil. 420. incip. uiſo
themate mihi propoſito col. fin. & huiuſmodi ex-
ceptiones impediunt proceſſum, & litis conteſta
tionem. Bald. in l. 2. C. de formul. Item oppone-
bat Iacobum non habere legitimam perſonam,
neque ius aliquod ſibi competere: cum non fuiſ-
ſet reſtitutus ad bona : neque Ioannem Stepha-
num, qui non contradixerat, & præſcriptione
decreti excluſus fuerat. Tertiò, decretum illud
de litibus abbreuian. non comprehendit cauſas
pendentes coram ſenatoribus : & ideo ſi cauſa,
propter quam decretum uoluit litem haberi pro
conteſtata, ut ſcilicet lis infra tempus inſtantiæ,
poſſit terminari ; non habet locum coram ſenato
re : non etiam habere debet locum effectus & di-
ſpoſitio decreti. l. adigere §. quanuis de iur. patro.
7 Et quod iuris eſt † de toto illo decreto, ut non
ſeruetur coram ſenatore; idem iuris eſſe debet de
patre illius l. quæ de tota de re. uend. Sed & da-
to ſine ueri præiudicio, quòd lis inter Iacobum,
8 & Ioannem fuiſſet conteſtata : tamen litis † con-
teſtatio non uidetur facere poſſeſſorem eſſe malæ
fidei, quò ad hoc ut teneatur ad fructus, niſi ſe-
cuta ſententia declaratoria rei alienæ, l. ſecunda
in uerb. uictus C. de fruct. & lit. exp. Et probat tex.
in l. fundi in fin. de except. ubi prætor non debet
permittere quem agere ad fructus, niſi pronun-
ciatum ſit pro eo in proprietate ; & ſecuta ſenten
tia ſcientia rei alienæ retrotrahitur ad tempus li-
tis conteſtatæ, Salyc. in d. l. 2. num. 9. Et quanuis
Cyn. Bartho. Caſtr. & Alber. ibi uelint effectum
malæ fidei, cauſatum ex litis conteſtatione dura-
re etiam perempta inſtantia, quò ad impedien-
dam acquiſitionem fructuum. Tamen leges &
rationes, quibus ipſi innituntur, non uidentur
id probare. Etenim text. in l. cum notiſſimi §. ſed
ſi quis & l. fin. C. de preſcr. trig. ann. loquútur quò
ad interrumpendam præſcriptionem, & perpe-
tuandam actionem, & effectus malæ fidei quò
ad impediendam acquiſitionem fructuum, non
uidetur conſumatus ex ſola litis conteſtatione,
ſed conſumandus per ſententiam, ſine qua poſ-
ſeſſor non tenetur ad fructus, & licèt perempta
inſtantia duret interpellatio ut dixit Cyn. Tamen
ea ratio nihil ualet quò ad iudicia particularia, in
quibus ad conſtituendum poſſeſſorem in mala
fide quò ad fructus, non ſufficit ſola interpellatio
Barth. d. §. ſcite. Ideo gloſſ. in d. l. 2. & Salyc. aſſe-
ruerunt contrarium: & idem uidetur ſentire Bal.
ibi num. 8. & ſuadet text. in l. cum lite iud. ſol. Præ
terea ubi ſententia Cyn. Barth. & Caſtr. quam cō-
muniter ſequuntur alij, eſſet uera, neceſſariò fo
ret intelligenda ; dummodo incohetur noua in-
ſtantia inter eaſdem perſonas, & ex eadem cau-
ſa Barth. in d. l. cum lite nume. 4. & ſententia fera
tur in noua inſtantia, Caſtr. in d. l. 2. num. 2. & ſua
det text. ille in uerb. uictus, & in d. l. fundi in fin.
Verùm in nulla inſtantia fuit iudicatū inter Ioan-
nem & Iacobum uel eorum hæredes, & licèt alia
perſona incohauiſſet litem, etiam ex eadem cau-
ſa, mala fides ficta ex prima litis conteſtatione,
non prodeſt nouo actori, etiam quòd obtineat
ſententiam pro ſe. Barth. in d. l. 2. C. de fruct. &
lit. expen. num. 4. & in d. l. cum lite mortua, in l.
fiſcus in q. de iur. fiſc. Salyc. in d. l. 2. Præterea actio
ad recuperandam poſſeſſionem, qua Iacobus fuit
ſpoliatus, in Vldericum tranſire non potuit, licèt
enim actio in rem ſcripta, quæ cauſatur ratione
dominij, & reſpicit damnum futurum detur cui
libet ſuccedenti in dominio l. ſi tertius §. ſi prius
9 de aq. plu. arcen. Actio tamen † in rem ſcripta,
quæ oritur ex facto ab auctore, uel cum auctore,
& reſpicit factum & damnum præteritum, licèt
detur contra quemcunque poſſeſſorem, non ta-
men datur cuicunque ſuccedenti in dominio.
Nam actio quòd metus cauſa, quæ eſt in rem ſcri
pta, & datur contra quemcunque ſucceſſorem l.
metum §. fin. quòd met. cau. quæſita ob damnum
per metum illatum auctori, non tranſit in ſingu
larem ſucceſſorem l. ſi ui C. quòd me. cau. & inter
dictum quòd ui aut clam, quod eſt in rem ſcri-
ptum l. ſemper in princ. quòd ui aut clam, & da-
tur pro damno præterito l. Arteius §. in hoc iudi-
cium non trāſit in emptorem l. is qui in putheum
10 §. ſi poſteaquam eo titulo, & actiones † reales
quæſitæ hæredi ex proprio facto non tranſeunt in
fideicommiſſarium l. ſi hæres pecuniam ad Treb.
in quem tranſeunt hæ duntaxat actiones, quæ
oriuntur ex eo, quod fuit factum in bonis teſtato
ris eo uiuente l. qui ita §. ſi damnum ad Trebell.
& condictio ad recup. poſſeſſ. non potuit dari Vl-
derico ratione poſſeſſionis, cum nunquam poſſe
derit, nec ratione dominij ; cum non detur ra-
tione dominij ; & cum ſpolium ſit factum ante-
quam dominium tranſieret in Vldericum d. §. ſi
prius d. §. ſi damnum, nec ratione ſucceſſionis Ia
cobi, cum nullo modo ſucceſſerit Iacobo, nec
ſucceſſionis teſtatoris : cum non eſſet in eius hæ-
reditate d. §. ſi damnum : & ſi quando res furto
ſubtrahitur teſtatori, condictio furtiua, quæ te-
ſtatori competebat ; non tranſit in legatarium, in
quem tamen tranſit dominium, l. ſed nec legata
rius de cond. furt. & ſi teſtator leget ſeruum, quem
Titius ſibi debebat, uel id quod Titius debet,
actio contra debitorem non tranſit in legatarium,
ſed ei ab hærede eſt cedenda l. idem Iulianus l. ſi
ſic §. 1. de leg. 1. multò minus ſi res legata hæredi
ſurripiatur, actio hæredi competens in legata-
rium tranſire debet, attēto quòd legatarius : quan
uis in re legata dicatur hæres teſtatoris, tamen
nullum commodum ab hærede conſequi dicitur
l. ſi ſeruo fideicommiſſaria de hæret. inſtit. & ſi
actiones competentes ex teſtamento primo lega-
tario non tranſeunt in ſecundum legatarium niſi
cedantur, l. imperator §. primo de leg. 2. l. ſi legata
rius de leg. 1. Impoſſibile eſt, quòd actio ad recu-
perandam poſſeſſionem competens Iacobo pri-
mo legatario tranſierit in Vldericum ſecūdum le-
gatarium abſque ceſſione: quinimo & ſi actio ad
recuperandam poſſeſſionem daretur ratione do-
minij (quod omnino falſum eſt) tamen ſi atten-
dimus teſtamentum Siccamilicæ, uocans maio-
rem natu, dominium caſtri Sarmaii non potuit
ex teſtamento Alberti tranſire ipſo iure in Vlderi-
cum.

11 eum. Nam legatum † rei alienæ uel hæredis non
transit ipso iure in legatarium l.si hæredis seruus
ubi Barth. de leg.1.& circumscripto testamento
Siccamiliæ in secundum legatarium non transit
dominium rei ipso iure: si uerum est, quod scrip-
sit Alex.in l.1.nume.18. de leg.primo Vldericus
autem fuit tertius legatarius: & si dominiũ non
transiuit in Vldericum, non etiam potuit ei com
12 petere rei uendicatio, † quæ datur soli dominio
l.in rem de re. uend.Sed & si actio ad recuperan-
dam possessionem; qua Iacobus fuit spoliatus,
transiuisset in Vldericum, & eidem etiam quasi
dominio competijsset rei uendicatio: tamen in-
stantia cæpta à Iacobo uel super recuperanda pos-
sessione, uel super actione reali non potuit tran-
sire in Vldericũ, qui non fuit hæres Iacobi, neque
Ioannis Stephani. Nam instantia cæpta ab hære-
de non transit in fideicommissarium, l.cum hæ-
reditas. l.si patroni §.fin.ad Treb.& si fideicom-
missarius non cogitur sustinere instantiã cæptam
contra hæredem, neque patitur incommoda eius
instantiæ, ut expresse cantant præsenti text. Non
debet etiam posse frui beneficio instantiæ à graua
to cæptæ: neque dici potest textus prædictos pro
cedere in actionibus personalibus, text. enim in
d.l.cum hæreditas generaliter loquitur ibi iudi-
cijs, quibus conuentus est, & text.in d.§.fin.lo
quitur in petitione hæreditatis, quæ est actio in
rem l.sed si lege §.petitio de petit.hæred.& à peti
13 tione † hæreditatis ad rei uendicationem argu-
mentatur iureconsultus in l.sinautem sed si is de
petit.hæred. Idem suadet text.in l.si hæres pecu-
niam ad Trebell.ubi actio in rem.s.hypothecaria
quæsita hæredi ex ipsius prouisione & contractu
non transit in fideicommissarium: ex quo neque
transire uidetur ius instantiæ super actione reali
quæsitum facto & contractu grauati. Nam per
iudicium quasi contrahitur l.3.§.idem scribit de
pecul. Cumque instantia etiam super actione rea
li siue ius ex ea quæsitum non fuerit in bonis te-
statoris, neque eo uiuente ortum, sed quæsitum
propria prouisione hæredis non potest in fidei-
commissarium transire l.qui ita §. si damnum ad
Trebell.& quò ad rem præsentem in qua agitur
de prælegato particulari si instantia cæpta à defun
cto non transit in legatarium, authentica nunc si
hæres C.de litigio.Rot.decis.3.utrum de iud.per
totum in antiquo.decis.551.sed an possit de te-
stam. qui tamen legatarius in re legata censetur
hæres l.in tempus de hæred.inst.& in eum tran-
sit dominium ipso iure à morte testatoris l. à Ti-
tio de fur. multò minus instantia cæpta ab hære-
de transire potest in legatarium, qui nullum com
modum ab hærede capit l.si seruo fideicommissa
ria de hæred.instit.& licèt Barth.in l.Lucius §.ro-
gatus ad Trebell.dicat in iudicijs realibus ubi fit
alienatio necessaria instantiam transire in singula
rem successorem, tamen text.in l.in iud.fam.er-
cisc.super quo Barth.se fundat, probat contra-
rium ut aliàs diximus: & sententiam Barth.re-
fellit Imolen.in l.si eum hominem num.5.de fi-
deiuss.And.Sic.in c.quia 5.de iud.num.52.& con
tra Barth.pugnat text.in l.is à quo de re.uend.in
l.pen.de petit.hæred.Et quãuis illi textus loquan-
tur in successore rei conuenti: tamen idem uide
tur in successore actoris. Nam si successor singu-
14 laris †, ex causa necessaria non patitur incommo
dum instantiæ contra antecessorem cæptæ d.l.is à
quo d.l.pen.non debet etiam frui beneficio instan
tiæ ab antecessore cæptæ l. secundum naturam de
reg.iur.& Innoc.in c.quia 5.de iud.inquit, si ali-
quis agat petitorio super aliqua ecclesia petendo
eam, successor non potest prosequi litem nisi no-
mine ecclesiæ ageretur non enim transfertur pro
secutio litis de persona in personam nisi in hære-
dibus, uel successoribus uniuersalibus: & in c.
ex parte num.2.de arbitr.loquendo de successore
in beneficio & de reali actione inquit nec in litis
prosecutione succedit successor, quia non est hæ-
res, neque uniuersalis successor, sed & distin-
ctio Barth.fideicommisso non conuenit: nã Bar-
tholus loquitur in successore eius, qui cæperat
iudicium. Fideicommissarius autem non dicitur
succedere grauató, sed testatori: & dominus Ma
rianus Soc.Iun.in consil.33.lib.3.ut euitaret hoc
ineuitabile fundamentum non ualens aliter re-
spondere, dixit fideicommissarium succedere gra
uato, non testatori, contra omnes, & cõtra tex.
in l.cohæredi §.cum filiæ de uul.in l.si seruo fidei
commissaria de hæred.instit. Secundò Bartholus,
& qui eum secuti sunt; considerauerunt necessi-
tatem ex parte succedentis & acquirentis: in qui
bus terminis loquitur d.l.in iudicio, quod de-
monstratur apertè per l.si pignori fam.ercisc.ubi
text.in casu ibi præposito dicit faueri magis ei, cui
res adiudicatur quàm emptori, quia adiudicatio
necessaria est emptio uoluntaria. Sicque conside-
rauerit text.necessitatem ex parte succedentis, &
ratio potest esse manifesta, quia uerisimiliter ma-
gis fauendum ei, qui inuitus cogitur rem accepta
re quàm alteri. Fideicommissarius autem non co
gitur inuitus acceptare fideicommissum; & quòd
distinctio Barth.nõ comprehendat fideicommis-
sarium. Sensere Ant.de Butr.in d.c.quia V. An-
gel.in l.tam in contractibus de iud.qui primò di-
xerunt instantiam transire in singularem successo
rem, qui ex necessitate succedit, allegando d.l.in
iudicio, & Iac.de Aren.deinde dicunt instantiam
cæptam ab hærede non transire in fidei commiss
rium, quia non succedit grauato, sed testatori.
Ad hæc cum instantia fuerit à Iacobo cæpta uigo
re rescripti principis, qui delegauit causam sena-
15 tori: Instantia † super rescripto fundata non po
test transire in singularem successorem, Bald. in
sua Mat.in uerbo rescriptum uersic.1.Nam rescri
ptum non extenditur ultra personas in eo nomi-
natas. Ideo si in rescripto remoueatur appellatio,
tertius pro suo interesse poterit appellare, Barth.
in l.1.§.fin.in prima q.qui & à quib. Et ex prædi-
ctis constare uidetur erronea esse quæ tradidit Ma
16 ria.Soc.in consil.34.lib.3. Adhæc si quis † reci-
piat feudum pro se & descendentibus masculis in
quolibet gradu descendentium, censetur una sti-
pulatio & una receptio, & excluso primo uenit
sequens iure suo, Castr.consil.164.nume.5.uers.
applicando igitur ista lib.2.in nouis, Dec.con-
silio

fil.46 8.num.28.& tot uidentur feuda, quot successores Bald.in §.hoc quoque nu.14.de success. feud.& alia stipulatio in persona patris, alia in persona filij Ang.& Castr.num.4.in l.apud Iulianum §.si quis alicui de leg.primo.Vnde arguendo de contractibus ad ultimas uoluntates l.seruum filij §.eum qui chirographum de leg.1.in præsenti casu, siue consideremus testamentum Siccamilicæ,qui prælegat Alberto & eius filijs ac liberis si
17 ue testamentum Alberti qui legat Francisco,† & successiuè eius primogenito in infinitum tot sunt legata, quot gradus filiorum & liberorum, & quot maiores natu, siue primogeniti reperientur, & aliud est legatum in persona patris, aliud in persona filij. Cumque tam legatum factum Vlderico, quàm Iacobo simpliciter intelligantur relicta ab hærede l.si seruus legatus §.qui Margaritam de leg.primo l.qui quadraginta ad Treb.glos. in l.Marcellus ubi Castr.num.7.Ias.num.9.eo.tit. Impossibile est, quòd instantiam cœptam ab uno legato, alius legatarius, cui factum est aliud legatum possit prosequi. Sed & ficta mala fides Ioannis causata ob litem contestatã non uidetur transire potuisse in Pompeium & fratrem, aut illis ocere cum bona fide possederint, & quòd dici-
18 tur uitium † & malam fidem defuncti nocere hæredi l.cum hæres de diuer.& temp. præscrip.l.sequitur §.hæres de usucap. procedere uidetur solùm in uera mala fide, non in ficta: ut est illa, quæ prouenit ob litis contestationem Barth.in l. illud de petit.hæred.nam ficta mala fides nõ transit in hæredem Castr.in l. nunquam de usucap. Cumque mala fides,qua tenetur hæres ob malam fidem defuncti, sit ficta: Barth.in l.sequitur §.hæres de usucap.Ficta mala fides defuncti non uidetur posse producere aliam fictam malam fidem: etenim fictio non recipit fictionem Bald.in l.si nondum circa prin.C.de fur.Præterea in acquisitione fructuum non attenditur ius sed factum, & ideo si quis possideat bona fide rem, quæ non potest usucapi facit fructus suos, & si à principio quis sit bonæ fidei possessor, deinde fiat malæ fidei: licèt de iure ciuili procederet usucapio, tamen non facit fructus suos, quia in acquisitione fructuum non attenditur ius & iuris fictio, aut dispositio, sed factum duntaxat, bona.s.an mala fide possideat. Vnde & in acquisitione fructuum non uidetur debere attendi ius, propter quod uitia defuncti, & mala fides noceat hæredi: sed factum tantummodo an.s.bona uel mala fide quis possideat. Neque obstat text.in d.l.2.§.fin.C.de fruc.& lit.expen.Nam respondetur primò secundum gloss.ibi, quòd text.ille loquitur de hærede qui & ipse erat malæ fidei. Secundò, quòd text. loquitur in litigatore uicto, qui post sententiam contra se latam, decessit. Sed & fortassis alia ratione dici posset fictam malam fidem Ioannis non potuisset transire ultra primum hæredem immediatum, non autem in hæredem mediatum.Nam
19 hæres † mediatus non dicitur propriè hæres arg. l.hoc sermone §.boues de uerb.signif.& non dicitur repræsentare personam defuncti, ut ex Castr. tradit Dec. in l.hæredem de reg.iur.Cumque mala fides uera defuncti sit in hærede ficta Barth.& Castr.in d.l.sequitur §.hæres, & ficta mala fides non transeat in hæredem Castr.in d.l.nunquam de usucap.mala fides uera defuncti, quæ in primo hærede erat ficta non potuisse uidetur in secundum hæredem transire. Super quibus tamen non auderem facere solidum fundamentum; nam text.in d.l.cum hæres & in d.§.hæres & in d.l.1. generaliter & indistinctè loquuntur. Præterea cum Pompeius & frater sint hæredes Ioãnis cum beneficio inuentarij, mala fides Ioannis abesse illis non potest: & inuentarium conseruat eos, ne mala fides defuncti illis noceat in præscriptione longissimi temporis, si nolunt uti accessione defuncti: quia in ea præscriptione non requiritur titulus, si uerum est quod tradidere Alex.in l.Pomponius §.cum quis de acquir.possess.Feli.in c.si diligenti num.6.uersic.sed uno casu de præscript.Balb.in tract.præscript.in secũda par.3.partis princip.in 12.q.num.13.ue sic. secundò limita, Parr.consil.23.num.211.lib.1.Vltimò præsupposito sine ueri præiudicio, quòd Ioannes per litis contestationem factam à Iacobo fuerit constitutus in mala fide, & illa noceat Pompeo: ta-
20 men cum mala fides † non noceat possessori nisi aduersus eum, aduersus quem est mala fides Bar. in l.si hæres de seruit.urban.præd.mala fides Ioannis aduersus Iacobum non potest illi aut eius hæredibus nocere aduersus Vldericum: præcipuè cum iudicium motum per Vldericum Mediolani, & sententia ad eius fauores lata sint non solùm inter alias personas; cum Vldericus non fuerit hæres Iacobi, neque Io. Stephani, sed etiam ex alia causa nempe ex legato facto Vlderico, quod est diuersum à legato facto Iacobo. Neque obstat, si diceretur in sententia lata à senatu contra Pompeium & fratrem tacitè etiam fuisse pronunciatum contra Ioannem, cum sit eadem causa. Nam respondetur, id non sufficere ad hoc, ut litis contestatio inter Iacobum & Ioannem facta, noceat hæredibus Ioannis, ut colligitur ex d.Barth.in locis præallegatis; & ex eo, quod declaratum fuit Mediolani, Vldericum habere instantiam in meritis, non infertur, ut idem fuerit in Iacobo & Ioanne Stephano, neque quòd senatus idem in eis fuerit iudicaturus, & maximè quia contra Iacobum obstabat bonorum suorum, & iurium publicatio contra Ioannem Stephanum, qui non contradixerat uigore primogenituræ, obstabat præscriptio decreti, & tacita renuntiatio, quæ non ita clarè obstabant Vlderico, cuius bona non fuerant publicata, & qui dicere poterat non natis non currit tempus, & post natos posse reuocare alienationem. Neque dici potest Pompeium & fratrem fuisse in ficta mala fide ob litem contra eos motam ab Vlderico Romæ de anno 1535.tum quia nullus unquam in eo iudicio datus fuit libellus, & multominus aliqua lis contestata: & per cita-
21 tionem † possidens non constituitur in ficta mala fide, sed requiritur litis contestatio Barth.in l. sed si lege §.sinautem de petit.hæred. tum quia
22 † omnia contra minores indefensos actitata fuerunt inualida l.acta §.fin.l.contra pupillum de re iud.

ind.l.cum & minores C.si aduer.rem ind.& Bald. in d.auct.offeratur num.18.Salyc.num.21.dixere citationem transmissam à principio minoribus & pupillis, & litis contestationem factam cum pupillo aut minore sine tutoris uel curatoris auctoritate nullum effectum operari. Quæ omnia in specie proposita concludere uidentur Pompeium ac fratrem de nouo à fructibus absoluendos.

CASVS. VIII.

¶ Rex delegauit Antonio & Federico causam uertentem inter Anoibalem & Lucium ut.s.delegati processum instruerent; deinde statum causæ cum uoto suo regi referrent. Post conclusum in causa delegati partibus monitis retulerunt regi in scriptis statutum causæ, & eorum uotum: ad præsentationem partes fuerunt monitæ, & dein de illi præsentes. Rex accepit relationem, & partibus psentibus decreuit copiã relationis absque uoto, & statuit terminum trium mensium ad opponendum, & probandũ quicquid uellent contra relationem & contenta in ea, in quo termino altera partium multa opposuit contra relationem ad quæ fuit per alteram partem responsum, replicatum & contrareplicatum. Rex uisis relatione, oppositionibus, responsionibus, replicationibus & contrareplicationibus: transmissa peremptoria citatione ad uidendum per regem pronunciari, suam protulit sententiam.

¶ Quæritur, an ab ea possit appellari.

SVMMARIVM.

1 *Papæ, Regis & principis an possit appellari à sententia.*

PRoposita quæstionē decidit Rom. consil. 521. in prin.Paris de Putheo in tract.sind.§.subijcio pulchram quæstionem num.3.Dec.in cap.inthimasti num.7. uersic.unde à sententia principis de appell afferentes à sen
1 tentia † papæ, regis & principis, lata ad relationem alterius appellari. Verùm omnes ea ratione innituntur.l.quia potius appellatur aduersus errorem & malitiam relatoris, quàm sententiam principis, & adducunt text.in l.prima in princ. quam app.sit, quæ ratio non uidetur procedere, quando princeps statuit terminum partibus ad opponendam contra relationem, & probandum quicquid uelint, & uidit oppositiones contra relationem factas: tunc enim dicitur cognouisse super ueritate relatorum, & non potest dici ab errore uel malitia relatoris deceptus, & Bald.in l.fin.num.5.C.de relat.inquit, à sententia lata secundum rescriptum principis non errantis, non posse appellari, & text.in l.1.de app.§.1.dum permittit appellationem assignat rationem ibi, si enim docuerint uel falsa, uel non ita se habere, quæ scripta sunt: nihil à nobis uidebitur indicatum. Sed ubi princeps statuit terminum partibus ad opponendum & probandum contra relationem, & cognouit super exceptionibus & oppositionibus contra relationem factis; non uidetur posse ulterius dici falsa esse, quæ scripta sunt & in d.l.1.quan.app.&c.non præsupponitur Imperatorem statuisse terminum illi, qui passus fuerat sententiam deportationis ad opponendum & probandum contra literas præsidis; neque cognouisse super ueritate relatorum. Quod si diceretur in casu l.1.§.1.de appell.permitti appellationem etiam si pars consenserit relationi, ut causa reparetur ex nouis probationibus Barth.in d.§. primo num.6.Respondetur primò hoc in re proposita considerari non posse: cum post relationem partes habuerint terminum ad probandum quicquid uellent. Secundò respondetur dictum Bartholi non posse procedere in sententia regis: nam Barth.allegat text.in l.eos §.1.C.de appell. qui text.loquitur in casibus, quibus permittitur appellatio, & sic ea ratio ut scilicet causa repararetur ex nouis probationibus esset sufficiens ad efficiendum ut appellari possit: sequeretur quòd à sententia regis indistinctè posset appellari; quod falsum est, l.prima in prin.à qui.appell.non licet. Vnde in proposita specie crediderim à sententia regis appellari non posse.

CASVS IX.

¶ Quãdo ɔfessio possit reuocari ꝑtextu erroris.
¶ Quando error dicatur probatus.
¶ Quãdo qs dicat᷑ possidere iure familiaritatis.
¶ Quãdo qs dicat᷑ agere de lucro, an uerò dãno.

SVMMARIVM.

1 *Possidens semel præsumitur etiam nunc possidere.*
2 *Testis dicens aliquem solum possedisse non probat.*
3 *Negatiuam per rerum naturam probari non posse.*
4 *In probanda negatiua quid requiratur.*
5 *Non probant aliquem solum possedisse qui simpliciter dicunt cum possedisse.*
6 *In testibus indefinita non æquipolet uniuersali.*
7 *Possessio potest acquiri per procuratorem.*
8 *Verba narratiua Principis super eo super quo principaliter non disponit non probant.*
9 *Verba enuntiatiua non probant.*
10 *Confessio reducta in publico instrumento plenè probat etiam per absente.*
11 *Nulla scriptura extra iudicium facta probat inter eos qui illam non fecerunt.*
12 *Confessio facta absente parte non nocet.*
13 *Ex præsumptionibus non probatur error sed ex apertissimis probationibus.*
14 *Verba rescripti recipiunt interpretationem à petitione.*
15 *Dictio, præter, quando inducat inclusionem non exceptionem.*
16 *Vbi probatio non est concludens fit interpretatio contra probantem.*
17 *Cum probationes sunt imperfectæ iungi nequeunt ad plenè probandum.*
18 *Iuramentum cui deferatur.*
19 *In possessorijs requiri plenam probationem.*

20 *Ius patronatus tranſit cum uniuerſitate bonorum.*
21 *Probato aliquem feciſſe actus ut dominium & poſſeſſorem probatur eius poſſeßio.*
22 *Poßidere is dicitur cuius nomine alius poßidet.*
23 *Ex unica preſentatione acquiritur et probatur quaſi poſſeßio iuris præſentandi.*
24 *Vendens intelligitur uendere nomine proprio.*
25 *Verba intelliguntur ſimpliciter & in potiori ſignificatu.*
26 *In dubio filij non præſumuntur ſcire contenta in teſtamento patris.*
27 *Cum pro reo ſunt aliqua inditia contra illum debent eſſe inditia multum urgentia ut ſuperent ea quę faciunt pro reo.*
28 *Error in iudicio quando reuocari non poßit.*
29 *Damnum eſt diminutio patrimonij.*
30 *Duæ cauſæ lucratiuæ in eadem re & perſona concurrere nequeunt.*
31 *Iure communi poſſeßio non tranſit in fiſcum ſine apprehenſione.*
32 *Quando feudum extingui poßit.*
33 *Amittens lucrum acquiſitum nō dicitur patri damnum quando lucrum reddit ad eum à quo proceſſerat.*
34 *Firmius eſt id pro eſt traditione ſubnixum quam ſimplex uerbum.*
35 *Quando in facto proprio error iuris tollerari poßit.*
36 *Agens contra domium ad reſtitutionem feudi ad quid teneatur.*

PRobatio erroris reſtricta ad tempus de quo deponunt teſtes, nihil uidetur prodeſſe Vberto ad reuocandum confeſſionem: qua fuit confeſſus poſſediſſe caſtrum unà cum fratribus. Etenim Vbertus agit ex gratia Clementis VII. per quā reſtituitur non ad eum ſtatutum in quo erat tempore expulſionis, ſed in quo erat ante condemnationes. Item ad bona per cameram poſſeſſa, & ob delicta Vberti confiſcata. Condemnationes autem & confiſcationes fuerunt factæ de anno 1528. & per eas ſolùm fuere confiſcata bona, quæ Vbertus tunc habebat l. ſi mandauero §. is cuius mandat. Qua de re ut erroris allegatio prodeſſe poſſet, probandum fuerat quòd de anno 1528. & ſic tempore condemnationum & confiſcationum ſolus poſſi-
1 debat: & quamuis † qui ſemel poſſedit, præſumatur etiam nunc poſſidere: tamen ex poſſeſſione anni 1530. quo Vbertus fuit expulſus, non præſumitur in præteritum poſſediſſe, Barth. in l. 3. num. 6. uerſic. ſecundo caſu & tunc &c. C. de probat. imò cum quo ad tempus condemnationis ſtet confeſſio Vberti, quam non reuocauit, uel ſaltem de cuius temporis errore nihil probauit, ſuccedit quòd præſumatur etiam poſt poſſediſſe ſimul cum fratribus Barth. l. ſiue poſſidetis C. de probat. Sed & nullo errore iure dici poteſt errorem probatum etiam quòad tempus expulſionis, licèt enim nonnulli ex teſtibus aſſerant, quòd Vbertus ſolus poſſidebat, tamen affirmatiua illa, quòd Vbertus ſolus poſſideret, habet incluſam negatiuam, quòd nulli alij poſſiderent,
2 & ideo † teſtis dicens aliquem ſolum poſſediſſe non probat, C. cum eccleſia ſutrina & ibi not. Innoc. uerſic. negatiuam Abb. num. 29. uerſic. ex quo nota. Imol. num. 12. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Barth. in l. prima in princ. num. primo. Alex. num. 2. Iaſ. num. 12. ſi quis iuſd. non obtemp. ſaltem niſi etiam non interrogati reddant rationem dicti ſui; ſcilicet quòd nulli alij poſſidere potuiſſent, quin ipſi uidiſſent: Bald. in l. cum hi §. nihil de tranſact. Barth. in l. 1. §. hoc interdicto el primo num. 8. de itin. actuque priu. & alij relati per Dec. in cap. Tertio loco num. 9. de prob. & in cōſi. 94. in fin. Rip. in l. in illa in fin. de uerbor. oblig. Neque obſtat quod dixit Bald. in §. ſi quis per triginta ſi de feud. fuer. contr. num. 3. & ſequi uidetur Abb. in d. c. cum eccleſia num. 24. ſi teſtis dicat Titium per triginta annos non poſſediſſe, ſed Martinum non eſſe falſum, imò probare. Nam ad hoc reſpondetur, ſi Bald. indiſtinctè intelligatur eius dictum ſtare non poſſe, & contra eum pugnare text. in d. c. cum eccleſia, & quod dixere Innoc. Barth. Alex. & alij ſupra relati. Item iura
3 ubique dicentia † negatiuam per rerum naturam probari non poſſe l. actor C. de probat. c. bonæ de elect. ubi Abb. num. 13. poſt Io. de Lig. & Ant. de Butr. inquit negatiuam directò probari nunquam poſſe, & contra dictum Bald. obſtare id, quod dixit idem Bald. in c. licet num. 36. de probat. Cōprobarunt plures relati per Felin. in c. quoniam contra falſam num. 11. uerſic. gloſſ. 1. in fin. de probat. non eſſe admittendam probationem, in qua dicitur quòd talis fuit abſque eo, quod Titius poſſederit. Nulla enim uidetur differentia dicere Martinus poſſedit, non Petrus, & Martinus poſſedit abſque eo quòd Petrus poſſederit. Præterea ex dicto Bald. in d. §. ſi quis per 30. confunderentur opiniones eorum, qui aſſerunt in probanda
4 † negatiua requiri, ut teſtis dicat ꝙ actus quem negat, fieri non potuiſſet, quin ipſe uidiſſet quos ſupra retulimus. Nam ſecundum Bald. ſatis eſſet affirmare alium actum, uel in alia perſona. Qua de re cum Bald. loquatur in terminis gloſſ. in l. 1. §. hoc interdicto el primo de itin. actumque priuat. quæ in probando aliquem non fuiſſe requirit. Addi rationem, quòd ire non potuiſſet, quin teſtes uidiſſent: intelligendus fortaſſe uidetur, quòd teſtis debeat addere eam rationem, quam & d. gloſſ. & Bald. alibi ſæpe neceſſariam cenſuit ſcilicet quòd nec poſſidere potuiſſet, quin ipſe uidiſſet uel ſciuiſſet: uel cum Bald. formet quæſt. an teſtis ſit falſus intelligendus quo ad defendendum teſtem à falſo, non autem ut probet, licèt Abb. in d. c. cum eccleſia num. 28. Videatur etiam ſentire quòd probet, & idem uelit Afflict. in d. §. ſi quis per 30. ſed quicquid ſit dictum Bald. aliter defendi non poſſe uidetur: ſed non abſurdè quis dixerit Bald. in diuerſo caſu loqui ſcilicet quo negatiua erat coarctata quò ad certam perſonam, & ita eum interpretari uidetur Abb. in d. c. cum eccleſia num. 29. Teſtes autem, qui ſimpliciter
5 † dicunt Vbertum poſſediſſe, multominus probant, quòd ſolus poſſederit: cum poſſint ſtare ſimul, quòd Vbertus poſſederit, & quòd fratres

cum

cum illo possederint, Bald.in l.conuenticulam
6 uum.5.C.de episc.& cler.& sicuti in testibus † iu
definita non æquipolet uniuersali Innoc.in c.an-
ditis num.4. Abb.num.16.ubi latè Fel.num.24.
de præscript.ita nec particularis, scilicet Vbertus
possidebat debet æquipolere taxatiuè scilicet Vber
tus solus.Neque etiam probatur Vbertum solum
possedisse tempore expulsionis ex federe inito
cum obsidentibus & deditione castri ab eo solo
facta. Nam aderat & mater curatrix fratrum &
gubernatrix bonorum, quæ licèt se non intromi-
serit in federe & deditione nomine tamen filio-
rum detinere, & fratres Vberti mediante perso-
na matris possidere poterant l.generaliter de ac-
7 quit.possess. Etenim si possessio † potest acqniri
per procuratorem l.1.§.per procuratorem de ac-
quir.possess.multò magis retineri: maximè cum
possessio licèt Acquiri non possit per amicum,
uel negotiorum gestorem absque ratihabitatione
potest tamen retineri l.arboribus §.non solùm de
usufr.Ias.in d.l.generaliter, item fratres absentes
poterant possidere animo ciuiliter & naturaliter
uel saltem ciuiliter iuxta l.clam possidere §.qui ad
nundinas de acqrir.possess. Et præsupposita pos-
sessione fratrum tanquam patris hæredum iuxta
confessionem Vberti, licèt alius de anno 1529.
possessionem ingressus fuisset, ipsi præsumuntur
animo retinuisse ciuilem & naturalem, uel sal-
tem ciuilem Doct.d.§.qui ad nundinas: & cum
post expulsionem Vbertus nunquam possederit;
ciuilis possessio fratrum casu quo negligentia uel
obliuione fuisset omissa non in Vbertum, sed in
filios Aloysij uerè possidentes consolidata fuisset
Barth.in l.ex asse circa fin.ad Trebell.Ias.d.§. qui
ad nundinas num 69. Neque reuelant uerba pon
tificis narratiua in breui, quo pontifex mandat
bona locari, quibus dicitur Vbertum nuper priua
tum fuisse medietate castri, cuius erat dominus
8 Nam uerba † narratiua principis super eo, super
quo principaliter non disponit, non probant c.
si Papa de priuil.in 6.ubi uerba pontificis narran
tis aliquam ecclesiam esse exemptam, non pro-
bant, nisi dispositio, super qua narrantur, sit
principaliter facta super exemptione. Adhæc uer
9 ba illa, cuius erat dominus, † sunt enunciatiua
& incidenter propter aliud prolata: ideo non pro
bant; Clemen.si summus pontifex de sent. ex-
communi. Anch.in clem. 1.in princ.de probat.&
sunt de facto alieno, ac intentio pontificis super
his non fundatur: cum rescriptum non dispone-
ret principaliter super dominio Vberti, sed super
mandato ad locandum, gloss.in clem.1.de pro-
bat.ubi Card.num.8.& 10.ad hoc facit, quia si
summus pontifex narret se priuasse Titium, & re
seruasse tale beneficium, quod habebat, & man
det illud conferri Sempronio, non probant bene
ficium fuisse Titij, sed impetrans tenetur proba-
re, Card.in d.clem.1.nu.11.in fin. Et quanuis in
mandato facto per Aloysium ad conducendam
medietatem castri dicatur, quæ detinebatur per
Vbertum, & qua sententialiter fuerat priuatus:
10 & confessio redacta † in publico instrumento
plenè probet etiam pro absente l.desiderium C.de
pos. Tamen cum uerba illa quæ detinebantur per
Vbertum sint enunciatiua, & non probent etiam
inter partes, ubi de ipso enunciato contingit prin
cipaliter dubitari Bald.in l.ad probationem nu.7.
C.locat.Abb.c.illud nu.6.de præsumpt.Alex.cõsi.
202.nu.3.in 3.& alibi sæpe, Dec.In autent.si quis
in aliquo C.de eden.nu.37. &consi.118.nu.5.&
alibi sæpè, multominus debẽt probare inter alias
personas, ubi de ipso enunciato principaliter du
bitatur. Adhæc Cyn.in d.l.desiderium, dixit il-
lum text.non probare, quòd instrumentum fa-
ctum inter certas personas, probat quò ad alias:
Idẽ Castr.& sequi uidetur Salyc.io fi.Bal.quoq; in
11 rubr.C.de fid.instrum.inquit ꝙ nulla † scriptura
extra iudiciũ facta probat nisi inter eos, qui illam
fecerunt. uel fieri mandauerũt: quia cũ tabellio
debeat esse rogatus quò ad non rogantes, instru-
mentum non est instrumentũ. Etsi confessio iu-
dicialis facta in iudicio apud acta non probat in
alia instantia etiam inter easdem personas, qñ est
facta per uerba enũtiatiua Dec. in l.is apud quem
nu.65.C.de eden.multominus cõfessio extra iudi
cialis per uerba enũtiatiua dẽt inter alias perso-
nas, & in alia causa probare, Text.quoq, in d.l.
desiderium loquitur, qñ quis cõfitetur de facto
proprio ad beneficiũ tertij, ut se habuisse in de-
positũ. In casu aũt præsenti uerba mãdati conti-
nent assertionem facti alieni. Et licèt in capitulis
aliàs per Aloysiũ Romæ contra fratres Vberti pro
ductis contineatur fratres Vberti nunq̃ possedis-
se castrũ, tñ cum capitula illa non fuerint accepta
ta, sed impugnata, non probant cõtra capitulan
2 iuſmodi ſeruitutem † quaſi non habentem cauſam continuam non poſſe quæri tempore. l. foramen de ſeruit. urb. præd. Nam illa lex non loquitur in muro proprio, ſed alieno: præter id, quod ſi dicamus ſeruitutem immittendi aquam ſeclarii deberi à re, ideſt fundo Annibalis rei, ideſt domui ſeu muro Petri. Tunc ſeruitus dicetur habere cauſam perpetuam, licet aqua non ſemper immittatur, & requiratur factum hominis Bart. in d. l. foramen in 2. opp. ubi ponit exemplum de ſeruitute itineris debita à re, rei & ſic tēpore quæri potuiſſet. Quod ſi etiam dicamus illam nullo modo habere cauſam continuam, tamen ſeruitus utilis tēpore quæri potuiſſet, Bart. in d. l. foramen circa fi. quæ eundem effectum quem directa parere debet ut de actione directa, & utili tradunt Doct. in l. actio nbi Bart. de neg. geſt. Præterea etſi Petrus non haberet ius immittēdi aquam ſeclarii in fundum uicini poteſt tamen habere foramen in muro proprio ut d. l. altius. Neq; obſtat quod dici uidetur id fieri ad æmulationem cum nullam ex eo utilitatē ſentiat: nam Doctores, qui ſenſerunt nō poſſe fieri feneſtram in proprio, quando fit ad æmulationē Bal. Caſtr. & alii in d. l. altius Caſtr. in l. cum eo de ſeruit. urb. præd. loquuntur, quando quis uult facere feneſtram de nouo, non autem quando iam antiquo tempore factam uult retinere, nam faci-
3 liùs † permittitur retentio, quàm noua acquiſitio l. per retentionem. C. de uſu. & in non diſſimili caſu tradit Dec. conſ. 257. & lex prohibens acquiſitionem non cenſetur prohibere retentionē Fulg. conſ. 97. Dec. conſ. 331. num. 2. in fin. & num. 3. & faciliùs impeditur aliquid faciendū, quàm tollatur poſtquam eſt factum, & faciliùs aliquid conſeruatur, quàm de nouo ineſſe deducatur. l. patre furioſo de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & multa facta tenent, quæ tamen fieri de nouo prohibentur, C. ad apoſtol. de reg.

CASVS XVII.

¶ Conſtitutionibus Mediolani in titulo de Poſtis. §. collegiis prohibentur bona immobilia, & exiſtentia in dominio, alienari; uel quouis titulo inter uiuos, uel per ultimam uoluntatem expreſſam transferri in non ſubditos dominio Mediolani: & alia conſtitutione in titulo de emp. & uēd. diſponitur, quòd quilibet ſubditus dominio Mediolani poſſit in quolibet loco, & territorio dicti dominii acquirere bona immobilia. Dum ciuitas Placentiæ eſſet ſub dominio Mediolani deceſſit de anno 1549. Ioannes poſſidens multa bona immobilia in territorio Laudenſi, inſtituta hærede Bartholomæa Placentina, quæ hæreditatem adiuit & apprehendit. De anno 1556. Placentia fuit reſtituta Duci Octauio.

¶ Quæritur, an Bartholomæa quaſi nunc nō ſub dita dominio Mediolani amiſerit bona, quę ex ſucceſſione Ioannis poſſidet in territorio Laudenſi.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta uerbo debet adeſſe tempore importato per uerbum.*
2 *Mulieri ſi legetur eum uidua erit facta uidua conſequetur legatum quòd non amittit eo quod poſtea nubat.*
3 *Conditionem momento temporis fuiſſe impleta ſufficit licet implementum non duret.*
4 *Cauſa ſi eſt momentanea quæ habet effectum momentaneum ceſſante cauſa non ceſſat effectus.*
5 *Prohibitus petere non cenſetur prohibitus retinere.*

Propoſitam quęſtionem uidetur decidere tex. in l. fi. un. lib. ubi ſi filius emācipatus poſtquam mortuo patre agnouit bonorum poſſeſſionē unde liberi mutauit ſtatum, ut quia dederit ſe arrogandum, ſtatus mutatio nihil ei obeſt, quominus retineat id, quod acquiſiuit ſi autē mutauerit ante non pōt bonorū poſſeſſionē petere, cuius exemplo etſi Bartholomæa poſtquā ſucceſſit defuncto, & acquiſiuit bona mutauit conditionem quia fuerit effecta non ſubdita dño Mediolani nihil obeſſe ei debet quomin⁹ retineat id quod acquiſiuit licèt ſi anteq̄ ſucceſſiſſet effecta fuiſſet non ſubdita ſuccedere, & acquirere bona non potuiſſet. Præterea ad hoc ut conſtitutio ,phibens bona immobilia alienari, uel quouis titulo inter uiuos, uel in ultima uoluntate exp̄ſſa transferri in nō ſubditū uendicet ſibi locū requiritur ꝙ tpe quo bona in eū trāſferūtur, ille nō ſit ſubditus & licèt deinde is, in quē facta eſt alienatio, fiat nō ſubditus: nihilomin⁹ cōſtōnē hēt locū, neq; is pdit bona: nā qualitas † adiecta uerbo debet adeſſe 1
tpe importato p uerbum, ſiue importet actum diſponendi. l. mela in prin. de alim. & cib. leg. ſiue executionē & diſpōnis effectū, l. 2. de au. & arg. leg. hinc id non diſſimili caſu inquit Baldus in l. ſi matre, itu ſi.

in fin. C. de fu. & leg. stante statuto quòd nupta
extra territorium non succedat si tempore quo
adiit hæreditatem non sit nupta, licèt deinde
nubat extra territorium non perdit hæreditatem,
neque habet locum statutum sequitur Rip. in l.ex
facto, nu. 33. de uulg. ubi alias similes decisiones
adducit, & ad hoc ut quis uti possit beneficio alte
rius constitutionis positæ in titulo de empt. & ven
dit. qua cauetur quemlibet subditum dominio
Mediolani posse acquirere bona immobilia in qui
buscunque locis huius dominii sufficit, quòd sit
subditus tempore acquisitionis, licèt postea desi-
nat, siue dicamus qualitatem illam respicere actũ
disponendi .s. contractum, & alium modum, per
quem bona acquiruntur d.l.mela Bart.in d.l. ex fa
cto, nu. 1. uersic. 1. casu, siue illius executionem, &
effectu m.s.acquisitionem dominii d.l. 2. de auro,
& arg.leg.l.ex facto, §.si quis autem ad Trebellian.
Bart.ubi supra uers.secundo casu hinc si statuto ca
ueatur, quòd nõ possit legari filiæ nuptæ extra ter-
ritorium si filia post agnitum legatum nubat ex-
tra territorium non perdit legatum, quia effectus
acquisitionis fuit consumatus tempore quo filia
erat habilis Soc.consil.81.lib.3.nu. Rip. d. l.
ex facto nu.41.ubi alias similes decisiones addu-
cit, & si legetur mulieri si uidua erit, uel cum ui-
2 dua † erit, illa consequitur legatum, ubi fiat uidua
& illud non amittet licèt post nubat.l.fi. & ibi no.
Bal.& Castrens. C. de indict. uid. ad quod conue-
3 nit quod legimus sufficere † cõditionem momen
to temporis fuit impletam: licèt implementum
non duret, l.si quis hæredem de cond. de demonst.
& actum perfectum non uitiari licèt deueniat ad
eum casum, à quo incipere non potest, l.plurib. §.
etsi placeat de uerb.oblig. Reg. factum legitimè de
reg.iu.in 6. Ad idem conuenit quod scripsere Bal.
in l.generaliter, num.4.C.de episc.& cler. uers. di-
co igitur, ubi inquit si causa est momentanea, quæ
habet effectum momentaneum, cessante causa nõ
4 † cessat effectus uerbi gratia agnato defertur hære
ditas, sufficit quòd sit agnatus illo momento quo
acquiritur hæreditas licèt post desinat l.fi. un.lib.
& quod dixit idem Bal.ubi supra, sed ego dico sic,
ubi inquit, quando requiritur causam adesse certo
& determinato tempore, sufficit illo tempore cau
sam adesse, licèt post cesset. Et in proposita quæ-
stione mulierem non amittere bona, licèt post ac-
quisitionem fiat non subdita, decidere uidentur
omnia, quæ ponit Dec.in cons.24. nu. 2. per duas
5 col. Accedat, quòd † prohibitus petere non cense-
tur prohibitus retinere .l. per retentionem .C. de
usu.l. 2.ubi not. Bal.C.de fideicommiss.in 3.not.&
statutum resistens acquisitioni non censetur resi-
stere retentioni, ut ex pluribus ostendit Fulg. cons.
97.num.1.& prohibitio facta 1. acquisitionis nõ
habet locum in retẽtione, ut in simillimo casu tra
dit Dec.cons.331.nu.2.in fi.& nu.3. & cons.257.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio beneficij spectat ad Episcopum.*
2 *Præscriptio iurium incorporalium quomodo inter-rumpitur.*
3 *Præscriptio est strictißimi iuris.*
4 *Præsentandi ius habentem ex præscriptione non impedire collationem liberam pontificis uel legati.*
5 *Laicus non potest esse procurator ad eligendum rectorem ecclesiæ.*
6 *Collatio inualida ob non seruatam formam facit transire ius eligendi seu conferendi in proximum superiorem.*
7 *Electio seu collatio inualida quid non operetur.*

C A S V S XVIII.

¶ De præscriptione iuris conferendi beneficia.

COntra Antonium clericum agentẽ,
& fundantem se ex collatione fa-
cta ab archipresbytero, & canoni-
cis pugnat dispositio iuris commu
nis, secũdum quod ad episcopum
1 † spectat collatio beneficii, de quo agitur c. om-
nes basilicæ 16. q.7. c.cum ex iniuncto in fin. de
hæret. Abb.c.cum ecclesia uulterana, num.8.uers.
3.casu de elect.Fely.c.cum Vener.num. 32. de ex-
cept. Neque eum tuetur allegata præscriptio tem
poris immemorabilis: illa enim interrupta fuit p
collationem ab episcopo factam anno 1474. Et-
enim per contradictionem aduersarii, & impatiẽ-
2 tiam † interrumpitur præscriptio iurium incor-
poralium, Bald.in l. 2.in 4. notab.C.de seruit.& ex
collatione capituli probatur, quòd possessio capi-
tuli non fuit continua prout requiritur ad præscri
ptionem Bar.in l.Celsus de usucap. & in his, quæ
nario modo obseruata fuerunt, non potest consi-
derari præscriptio ut & de consuetudine dicit
Bartolus in lege secunda in fin. princ.solut. matri
mon. & sicut per recognitionem in dominium in
terrumpitur præscriptio Bartol. lege male agitur,
C. de præscript. triginta ann. & per recognitio-
nem, quæ resultat ex solutione Corn. consilio 22.
numero 15. libro primo, ita per recognitionem
rectoris recognoscentis episcopum in collatorẽ,
& confirmatorem præsentibus archipresbytero,
& canonicis interrupta fuit eorum præscriptio,
& post interruptam præscriptionem non fuit e-
lapsum tempus: cuius initii non extet memoria.
Et episcopo etiam ex unico actu quæsita fuit pos-
sessio, capitulo cum ecclesia de cau. possess. &
propr. ubi tradit Rip. numero 91. & possessio
præsumitur continuata usque quo appareat de
interruptione, & per usum partis conseruatum
fuit ius episcopi in toto, & per usum uniusmo-
di: sed eligendo unà cum capitulo retentus fuit
usus alterius s3 conferendi liberè, lege si is qui
usufructum de usufruct. & in simili casu tradit
Roman. consilio 198. columna fin. numero
3 quarto. Et cum præscriptio † sit strictissimi
iuris, & non extendatur Felynus in capitulo au-
ditis, numero decimo, de præscript. & solum
possit dici præscriptum, quantum possessum
per tempus immemorabile, Bartolus in lege
prima, §. hoc interdicto de itin. actuq. priu. nul o
iure dici potest archipresbyterum, & canonicos

præſcripſiſſe liberam collationẽ, quod etiam ſuaderi uidetur, qa ubi eccleſia eſt collegiata dicitur
eligere, & ubi ad capitulũ aliquod ſpectat electio, uidetur propriè dici electio Abb. cap. cum auctoritate, num. 5. de inſtit. & requiritur confirmatio
Abb. ibidem num. 6. quamuis ſi ad epiſcopum ſpectaret, diceretur collatio, ſiue beneficium eſſet in eccleſia collegiata, ſiue non. Abb. in d. c. cum eccleſia vulterana, numero 8. de elect. quod non ex alio procedit niſi quia in epiſcopo non requiritur confirmatio, quo ſtante cum is, cui facta fuit collatio à capitulo, non petierit ab epiſcopo confirmationem infra tres menſes electio fuit euacuata, & habetur pro non facta gloſ. in c. quam ſit in uer. euacuetur in c. ſi electio, in uer. aliam de elect. in 6. & cum archipresbyter, & canonici alium deinde tẽpore debito non elegerint ad epiſcopum fuit deuoluta electio. Adhæc presbyter & canonici non poſſunt dici præſcripſiſſe ius conferendi eccleſiã, de qua agitur extinctiuè ad epiſcopum, ſed ſolum accumulatiuè, id eſt ut epiſcopus, & canonici poſſent conferre ut uoluere Io. And. & Hoſt. quorum opinionem fore in practicam ſeruandam, inquit Abb. in c. paſtoralis, num. 7. de off. ord. & licèt articulus non ſit abſque difficultate: tamen cum in re præſenti epiſcopus quandoque cõtulerit ſimul cum canonicis, uel ſaltem confirmauerit, & cum non appareat epiſcopum aliquo tempore prohibitum fuiſſe eligere dicendum eſt archipresbytero, & canonicis quæſitum ius duntaxat accumulatiuè ad epiſcopum, Abb. ubi ſupra, & clarius in c. auditis, num. 14. uerſ. dico ergo concludendo &c. ubi aſſerit quando etiam epiſcopus uſus eſt præſcriptum fuiſſe contra eum ſolummodo accumulatiuè. Quo ſtante ſuccedit illud quod poſt Lappum ſcripſere Gemin. num. 8. Peruſ. num. 4. in c. ſi à ſede de præb. in 6. ſi collatio ſpectet ad epiſcopũ, & inferiorem, quia inferior præſcripſit collationẽ beneficii contra epiſcopum non tamen aliter, quod epiſcopus non poſſit conferre, ſed eſt locus præuentioni eum qui ex duobus eodem die electis primo poſſeſſionem eccleſ. adeptus eſt præferen. iuxta diſpoſitionem d. c. ſi à ſede. Sed & præſuppoſita præſcriptione temporis immemorabilis, tamen ius eligendi quæſitum præſcriptione non uidetur impedire collationem ſuperioris ſicuti, &
4 legimus habentem † ius præſentandi ex præſcriptione non impedire collationem liberam pontificis, uel legati, Feder. de Sen. conſ. 65. incip. infraſcriptæ quæſt. nu. 1. Card. in clem. per literas in 3. q. in fin. num. 4. de præb. in clem. 1. in princ. in 7. q. uerſ. dic ut dixi ut lit. pend. & conſ. 69. incip. quo ad primum in ſecundo dubio, nu. 3. uerſ. nam ſecundo caſu. Tandem collatio archipresbyteri, & canonicorum inualida fuit nempe quia facta à laico procuratore archipresbyteri. Laicus enim non
5 † poteſt eſſe procurator ad eligendum rectorem eccleſiæ ut poſt alios, quos refert trad. Rip. in c. decernimus, num. 50. de iud. niſi haberet mandatum ſpeciale ad eligendum certam perſonam: tũc enim diceretur exhibere nudum miniſteriũ Rip.
6 ibidem num. 51. & collatio inualida † ob non ſeruatam formam facit tranſire ius eligendi, ſeu conferendi in proximum ſuperiorem, quia uidetur elector eſſe in negligentia Abb. c. poſt electionẽ, num. 3. de conceſſ. præben. & omni in caſu cum poſt primam electionem inualidam archipresbyter, & canonici aliam electionem non fecerint intra ſex menſes poteſtas conferendi ad epiſcopum fuit deuoluta c. 2. de conceſſ. præben. & elapſo tempore dato electori ad eligendum collatio facta ab epiſcopo etiam inualida confirmata uidetur ex tacito conſenſu archipresbyteri, & canonicorum, ſicut & de collatione facta ab ordinario ante elapſum tempus patrono præfixum ad præſentandũ, quæ elapſo tempore præfixo patrono confirmatur. Card. in clem. 1. de ſuppl. neglig. num. 11. uer. ſi poſt inſtitutionem. Abb. in diſput. incip. Augerio, nu. 7. col. 3. uerſ. aut patronus, nec conſenſit, nec contradixit Dec. conſ. 126. num. 4. uerſ. nec obſtat ſi dicatur, & inferior dicitur præſcripſiſſe inquantum eſt ſollicitus & uigil. ſed data præſcribentis negligentia epiſcopus iuriſdictionem ſuã exercere poteſt c. irrefragabili, & ibi no. Abb. nu.
7 1. de off. ord. & electio † ſeu collatio nulla, & inualida non tollit uitium negligentiæ, nec interrũpit præſcriptionem ſex menſium, ſicut citatio, & litis conteſtatio inualida tollit negligentiam, nec interrumpit præſcriptionem odio negligentis currentem Bart. in l. accuſaturus de adult. Iaſ. in rub. de in ius uoc. glo. ult. in l. ſi pater C. ne de ſtat. def. Iaſ. in l. licet, nu. 5. C. de procur.

CASVS XIX.

¶ Poſt ſupraſcriptas allegationes iudex dubitauit. Dubiis fuit reſponſum ut infra.

SVMMARIVM.

1 *Agens præſumitur agere nomine proprio.*
2 *Præſcriptione ius aliquod acquiri nequit niſi adſit continua poſſeſſio per tempus ſufficiens ad præſcriptionem.*
3 *Conſuetudo ut proſit debet eſſe præſcripta.*
4 *Conſuetudo qua non habet cauſam continuam ut dicatur præſcripta requiritur tempus immemorabile.*
5 *Conſuetudo non inducitur ex unico actu, & unico actu contrario interrumpitur.*
6 *Cum uario modo apparet obſeruatum iuri communi ſt ſtandum.*
7 *Confirmans aliquam rem cenſetur confirmare ſecundum illum ſtatum in quo reperitur, & quando ualet confirmatio.*
8 *Conſuetudo inducta ad inſtar præſcriptionis contra certam perſonam requirit neceſſario titulum.*
9 *Antiquior de capitulo quando poteſt conuocare capitulum.*
10 *Actus inualidus non poteſt ratificari.*
11 *Conſenſus omnis qui ad aliquem ſpectat ratione ſuperioritatis dicitur auctoritas.*
12 *Auctoritas debet in ipſo actu præſtari alias nihil operatur.*

Cum

CVm nō appareat ante collationem anni 1474. capitulum fuisse in quasi possessione liberæ collationis per tempus immemorabile, cū ius duntaxat temporis præscriptio in re præsenti potest allegari, non potest dici de anno 1474. capitulo ius aliquod fuisse quæsitum: ideoque nec allegari, quòd episcopus non uoluerit iuri tertii præiudicare: cum tertio ius in proprietate iuris conferendi nondum spectaret: imò
1 cum † agens præsumatur agere nomine proprio, l. si pactum de probat. & iure proprio, Bal. in rub. C. de contrah. empt. num. 6. & habens ius incorporale, utens eo, præsumatur uti tanquam iure suo, Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, nu. 9. de itin. actuque priu. Episcopus tanquam iure suo utens, & prò conseruandis iuribus episcopatus fecisse præsumi
2 tur. Cumque præscriptione † ius aliquod acquiri nequeat nisi adsit continua possessio per tempus sufficiens ad præscriptionem Bart. in l. Celsus, nu. 19. de usuc. & præscriptio interrupta debeat iterū inchoari. l. si ædes. §. libertus ubi not. Bart. de seru. urb. præd. & actus confirmandi, & conferēdi præsente, & consentiente capitulo facti ab episcopo impediant, quominus possessio præcedens, & sequens capituli quasi non continui iungi possit ad perficiendam præscriptionem temporis immemorabilis in re præsenti non potest adduci ex præcedentibus, & sequentibus probari potestatem facientis, quæ capitulo non alio iure, quàm præscriptionis per tempus immemorabile competere potest. Minus quoque ex aliqua consuetudine potest fundari intentio capituli, & clerici agētis: etenim
3 consuetudo, † ut prosit, debet esse præscripta cap. Cumana de electio. Baldus in l. binos, C. de aduo.
4 diuer. iud. utque consuetudo † quæ non habet causam continuam dicatur præscripta, requiritur tēpus immemorabile. Alex. cons. 173. num. 1. lib. 6.
5 Dec. cons. 483. num. 26. & consuetudo † non inducitur ex unico actu, sed requiritur pluralitas, & frequentia. Ideoq. ex collatione facta de anno 1433. non potest dici probatam consuetudinem, & quatenus de anno 1433. incepta fuisset aliqua consuetudo tamen per unicum actum contrarium consuetudine factum de anno 1474. ante completā, seu perfectam præscriptionem interrupta fuisset consuetudo: ita quòd necessariū fuit de nouo incipere, & perficere consuetudinem, Abb. c. fin. num. 19. de consuet. quæ præscriptio dici nequit perfecta ex actu facto de anno 1519. & cum uario mo
6 do † appareat obseruatum, iuri communi est standum Bart. in l. 2. in fin. princ. sol. mat. & alii relati per Dec. cons. 215. num. 11. uers. 2. hoc idem & ex confirmatione Iulii secundi non probatur consuetudo aliqua, sed quatenus adsit confirmatio Bald. in l. 3. in fin. C. si aduer. rem iud. Abb. cap. 1. num. 6. de confirm. util. &c. & confirmans aliquā
7 † rem censetur confirmare secundum illum statum, in quo reperitur, Abb. c. dudum, num. 11. de decim. & confirmatio nihil operatur ubi confirmatum non extat, uel est nullū, ut post alios quos recenset tradit Felyn. in cap. inter dilect. num. 6. de fid. inst. Præter id, quod in præsenti casu cum præsupponatur ius acquisitum priuato, & certo collegio non potest dici propriè consuetudo, sed præscriptio. Abb. in c. cum dilectus nu. 21. in c. fi. nu.
8 20. de consuetudo † inducta ad instar præscriptionis contra certam personam, idest episcopum requirit necessariò titulum Abb. in c. cum ecclesia nu. 45. de cau. propr. Neque collationem factam à laico procuratore archipresbyteri non habente speciale mandatum à nullitate defendit id, quod dicitur interuenisse antiquiorem de capitulo. Da-
9 to enim † quòd antiquior de capitulo possit conuocare capitulum, id tamen procedit, quando ecclesia uacat, uel non est aliquis ad quem de iure spectet conuocatio capituli, in quibus terminis loquitur Abb. in c. 1. nu. 4. de maio. & obed. uel quando uniuersitas seu collegium non habet rectorem: quo casu loquitur Barth. in l. 1. de alb. scrib. Quæ de re Abb. in c. cum à nobis nu. 9. de electio. quando quæritur, an antiquior possit conuocare capitulum præsupponit quòd de consuetudine non sit aliquis ad quem spectet conuocatio & in eodem casu format q. Felin. in c. cum omnes nu. 35. de consht. Præterea canonicus antiquior non gessit uices archipresbyteri absentis, sed duntaxat simplicis canonici, & uices archipresbyteri gessit procurator laicus. Neque ratificatio archipresbyteri quicquam prodest, tum quia actus
10 † inualidus nō potest ratificari glo. in l. Iulius qui satisd. cog. Bart. & Bald. in l. obseruare de offic. pro cons. tum quia siue requiratur consensus archipresbyteri tanquam superioris in ecclesiā debuit interponere illū à prin. & in ipso actu. ut ex Inn. dixit Bal. in c. edoceri nu. 7. uersic. dico de rescrip.
11 Nam omnis † consensus qui ad aliquem pertinet ratione superioritatis & publici officii dicitur autoritas ut ex Inno. scripsit Bal. in l. fin. §. necessita-
12 tem nu. 16. C. de bon. quæ lib. Auctoritas † autem debet in ipso actu præstari, aliàs nihil operatur Bart. in l. si quis mihi bona §. iussum nu. 5. de acquir. hæred. siue archipresbyter debeat interuenire tanquam unus ex canonicis; consensus illius debet præstari collegialiter, & in communi, non in singulari, glo. in uerb. consentire & latè Abb. nu. 5. & 7. uersic. ad tertium & latius Feli. nu. 24. in c. cum omnes de constit.

SVMMARIVM.

1 *Iurare de alieno facto iniquum est, & in quibus casibus quis non teneatur iurare.*
2 *Iuramentum necessarium non deferri hæredi.*
3 *Testes etiam non interrogati si non aßignent rationem concludentem non probant.*
4 *Testes deponentes in specie, magis probant, quàm testes deponentes in genere.*
5 *Minans aliquem interficere, uel in iudicio criminali prosequens dicitur inimicus capitalis.*
6 *Inimicus non potest esse testis contra inimicum.*
7 *Iurare ut quis posit in causa propria in supplementum probationis quid requiratur.*
8 *Vbi tractatur de repellendo aliquo à priuilegio sufficit odiositas qualitercunque concepta.*

9 Proba

9 *Probatio quæ ſit per iuramentum partis dicitur irregularis.*
10 *Diues qui fuit olim nunc non præſumitur de neceſsitate talis.*
11 *Præſumptio ubi eſt quæſtio de dominio, uel poſſeſsione alicuius non habet locum.*
12 *Probatio per iuramentum ſecundum diſpoſitionem legis, ſi quando. C. unde ui. quid requiratur. ut habeat locum.*
13 *Actio furti non datur contra uxorem defuncti, nec ſimiles actiones.*
15 *Iuramentum in ſupplementum probationis ut cõtra aliquem deferatur requiritur dolus.*
16 *Dolus quando non poßit argui.*
17 *Errans in iure licet non ſit bonę fidei, non tamen eſt malæ fidei.*

CASVS XX.

¶ De iuramento, quod præſtatur ſuper quantitate rerum ablatarum ſecundum diſpoſitionem l. ſi quandn C. unde ui.

1 INiqnnm eſt de † alieno facto alium
iurare l. Marcellus §. iurare autem
re. amo. l. uideamus in princ. de iu.
li. iura. & iuramentum non defer-
tur alicui ſuper geſtis eo abſente
glo. & Bart. in l. maritus in prin. de quæſt. & iura-
mentum in ſupplementum probationis non de-
fertur illi, qui neſcit ueritatem per ueram ſcien-
tiam, quæ habetur per ſenſum, dato quòd eam ſci
ret per firmam credulitatem Bart. in l. admonendi
nu. 57. de iureiur. & licèt is, cui iuramentum de-
fertur, poſſit illud referre. Id tamen non procedit
nbi factum de quo quęritur, non ita cadit in ſcien
tiam eius, cui refertur ſicut eius cui defertur d. l.
Marcellus §. fin. & ibi no. Bart. Vnde Ludouicus
petens ſibi deferri iuramentum ſuper facto defun
cti non uidetur audiendus, & quamuis in caſu l.
ſi quando C. unde ui & ſimilibus Doct. frequen-
tiori calculo aſſerant facultatem iurandi & pro-
bandi per iuramentum tranſire ad hæredes tamẽ
eorum ſententia nec lege nec concludendi ratio-
ne probari uidetur, & contrarium ſuadent ſupe-
rius adducta, & quod ſcripſit Bal. in l. 2. in prin. de
cond. indeb. comprobauit Alex. conſ. 71. num. 13.
lib. 3. probationem per iuramentum præſtandum
non tranſire ad hæredes, & quod ſcripſit idem
Bal. in l. 3. in princ. uerſ. quid ſi accuſator &c. de
iureiuran. ſtante ſtatuto quòd de damno dato ſte-
tur iuramento accuſatoris, ſi accuſator porrecta
accuſatione deceſſerit, hæres non poterit iurare,
& quod dixit idem Bal. in l. in bonæ fidei nu. 10.
uerſic. quartò inſpicitur &c. C. de reb. cred. iura-
mentum non deferri hæredi, & delatum defun-
cto nõ tranſire ad hæredem, & quod tradit Alex.
2 conſil. 39. nu. 9. lib. 1. iuramentum † neceſſarium
non deferri hæredi, neque ea, propter quæ Doct.
aſſeruere facultatem iurandi tranſire ad hæredes,
id probant, & in primis tex. in c. 1. ſi de inueſt. in-
ter do. & uaſ. in fin. Nam iuramentum illud, quod
defertur filio ſuper facto patris non eſt de ueritate, ſed de credulitate ut declarat text. in tit. de no.
feud. §. cum autem deſenſio non etiam id probat
tex. aut glo. in l. pen. §. fin. ne quis eum &c. nam
lex illa in prin. uult quòd contra eximentem de-
tur actio in quantum res ab actore fuerit eius iu-
ramento extimata & in fin. inquit hæredibus au-
tem ita dabitur ſi eorum interſit, & ſic conſtituit
differentiam inter actorem & eius hæredem, &
gl. quæ in dubio cenſetur approbare opinionem,
quam ult. loco refert in fin. inquit ſed ſecundum
Mar. hæredi datur ad intereſſe tantum quicquid
ſit in defuncto; & uerba illa text. hæredibus au-
tem ita datur ſi eorum interſit &c. non uidentur
poſſe interpretari ut actio detur ad plus quàm ad
intereſſe. Præterea & ſi textus ille pateretur eum
ſenſum quem primo loco recenſet Accuſ. ibi & ſe
quuntur Doct. tamen ex eo non poſſet inferri ut
facultas iurandi ſuper facto aut intereſſe defuncti
tranſeat ad hæredes: nam iuramentum quod in
eo text. defertur hæredi non eſt ſuper intereſſe aut
affectione defuncti, ſed ſuper intereſſe & affectio-
ne ipſius hæredis, cui iuramẽtum defertur, Alex.
& Soc. ibi ambo. nu. 7. unde ex eo text. non poteſt
inferri ut hæres poſſit iurare ſuper facto aut affe-
ctione defuncti. Sed & ſi uerum eſſet, quòd facul
tas iurandi & probandi per iuramentum, tranſi-
ret ad hæredes, tamen Ludouico iuramentum de
ferri non poſſe uidetur ex duobus. Primò quia ex
teſtibus Lucretiæ probatum eſt eum eſſe malæ ui-
tæ, & malorum morum, quæ probatio præualet
depoſitioni teſtium Ludouici, primò quia teſtes
Ludouici non aſſignat bonam rationem, & cum
aliquem eſſe bonæ uel malæ uitæ, & bonorum
uel malorum morum percipiatur iudicio intelle-
3 ctus, ſi teſtes † etiam non interrogati non aſſignet
rationem concludentem, non probant, glo. &
Doct. in l. ſolam C. de teſtib. Secundo quia teſtes
Lucretiæ deponentes de malis moribus & mala
uoce ſunt plures numero, & digniores. Tertiò
quia teſtes Lucretiæ deponunt in ſpecie de certis
ſpeciebus malorum morum. Teſtes autem Ludo-
uici deponunt de bonis moribus Ludouici in ge-
4 nere, & teſtes deponentes † in ſpecie magis pro-
bant; quàm deponentes in genere Innoc. in c. audi
tis nu. 4. uerſ. hinc colligunt de præſcrip. Alex. con
ſil. 150. nu. 17. lib. 5. ubi loquitur in caſu non diſſi
mili, & conſ. 88. nu. eo. lib. Secundò, iuramentum
non debet deferri Ludouico, nam ex teſtibus Lu-
cretiæ probatur quòd Ludouicus odio proſeque-
batur Lucretiam. & quòd illi ſæpe eſt minatus, &
quandoque tentauit eam occidere, & occidi face
re, & in iudicio criminali eam fuit proſequutus,
5 & minans † aliquem interficere uel in iudicio cri
minali proſequens dicitur inimicus capitalis Bar.
in l. 4. §. fin. num. 3. de adim. leg. Inimicus autem
6 † non poteſt eſſe teſtis contra inimicum l. 1. §. præ
terea de quæſt. c. cum oporteat de accuſ. etiam in
enormibus & exceptis criminibus c. per tuas de
ſimo. c. cum P. ubi not. Abb. de accuſ. Bart. in l. in
quęſtionibus ad l. Iul. Ma. Bal. in tit. de pa. conſt. in
uer. uaſalli noſtri in fin. & licèt ad hoc ut inimici
tia faciat iudicium contra aliquam, ſ. quòd ipſe oc
ciderit requiratur quòd ſit capitalis: tamen ad

hoc

hoc ut quis repellatur à iuramento de quo in d.l. si quando uidetur sufficere inimicitia etiam non
7 capitalis, nam ut † quis possit iurare in causa propria in supplementum probationis, requiritur quòd habebat unum testem omni exceptione maiorem, cuius dictum faciat semiplenam probationem Bart. in l. admonendi nu. 36. de iureiur. & is, qui in aliena causa non est testis omni exceptione maior, nō potest in causa propria iurare in supplementum probationis, Bart. in l. admonendi nu. 57. Ias. nu. 296. uers. 36. & num. 297. Inimicus autem inimicitia non capitali licet admittatur in testem non est omni exceptione maior, quia illi diminuitur de fide Innoc. in c. cum oporteat nu. 6. de accusat. Gemin. in c. quamuis de procur. in 6. super glo. in uerb. inimicus, & quamuis ubicunque agitur de aliquo repellendo, à iure communi requiratur quòd inimicitia sit capitalis, tamē ubi
8 † tractatur de repellendo aliquem à priuilegio nō requiritur quòd inimicitia sit capitalis, sed sufficit odiositas qualitercunque concepta l. testamento centurio §. fin. de manu. testa. Bald. in l. athlete §.
9 dat remissionem de excusa. tut. Probatio † autem quæ fit per iuramentum partis dicitur irregularis Bald. in rub. de contr. inuest. in prin. Ias. d. nu. 297. Sed & si hæres possit iurare super quantitate rerum ablatarum, & Ludouicus esset omni exceptione maior, tamen non deberet illi iuramentum aliquod deferri, cum non probet se informatum de pecuniis patris, & de earum quantitate, Bal. in tit. si de inuest. int. do. & vas. lis ori. nu. Neque dici posse uidetur dictam conclusionem cessare in filio per text. in d. c. 1. si de inuest. &c. Nam iuramentum de quo in eo text. quod defertur filio est credulitatis. Non etiam dici potest probatum esse quòd Ludouicus habebat certam notitiam pecuniarum patris. Nam primum quò ad testes conantes probare patrem Iosephum habuisse pecunias paternas, eorum dicta nihil prosunt Ludouico; tum quia ex testibus Lucretiæ probatur quòd Ioseph habuit fratrem prodigum, & dissipatorem bonorum paternorum, tum quia ob id Ludouicus non dicitur informatus, quò uerò ad alios qui deponunt de facto, de quo aliquam scientiam Ludouicus habere potuisset .s. ante obsidionem Parme, Iosephum patrem Ludouici habuisse quinque sacculos pecuniarum, & quòd illas numerabat præsente Ludouico, ex eorum attestationibus non infertur, ut etiam habuerit easdem pecunias tempore mortis, nam licèt olim dominus præsumatur nunc dominus si id alleget l. siue possidetis
10 C. de prob. tamen qui fuit olim † pecuniosus uel diues aut pauper nunc non præsumitur de necessitate talis, quoniam in similibus mutatio de facili contingit Bart. in l. in confirmando de confir. tut. Alex. consil. 47. lib. 1. nu. 1. Felin. in c. scribebam nu. 3. uersic. adde Bart. de præsumpt. & ubi
11 † est quæstio de dominio aut possessione alterius non habet locum præsumptio d. l. siue possidetis Bart. ibi in secunda lectu. in fin. Secundo ex depositionibus illorum non constat de certa quantitate: neque quòd Ludouicus per ueram scientiā, quæ habeatur per sensum sciuerit quantæ pecuniæ fuerint in capsono tempore mortis patris, & ut quis dicatur habere scientiam alicuius oportet nedum ipsam scire, sed omnes eius qualitates gl. in c. concertationi in uer. sciuerit de appell. in 6. Et iuramentum in supplementum probationis non defertur ei, qui non scit ueritatem per ueram scientiam, quæ habetur, per sensum dato quòd eā per firmam credulitatem sciret, præcipuè in casu præsenti quo militant plures præsumptiones con-
12 trariæ. Præterea, ut habeat locum † probatio per iuramentum secundum dispositionem l. si quando requiritur quòd constet de abreptione seu de spoliatione aut furto d. l. si quando in præsenti casu non uidetur constare de aliqua abreptione seu aliquo furto: nam confessio Lucretiæ facta in iudicio criminali quòd .s. apetuerit capsonum, & ex eo extraxerit duos sacculos non uidetur prodesse. Nam illa continet unum factum qualificatum .s. quòd inuenit duos sacculos tantùm, ideoque nō potest scindi, & pro parte acceptari, & pro parte non. Bart. in l. Aurel. §. idem quæsiit de lib. leg. & quamuis probari possit cōtra partem quam quis non uult acceptare d. §. idem quæsiit & ibi Barto. Tamen quousque probatum sit contrarium eius partis, quam quis non acceptat, non debet posse uti beneficio alterius partis quasi confessatæ. Cæterum & contra uxorem defuncti nō uidetur maritum, uel eius hæredes saltem pro rebus abbatis priusquam hæres hæreditatem adiret, & possessionem apprehenderet posse iurare secundum dispo sita in l. si quando. C. vnde ui. Nam licèt text. ille procederet etiam in furto, tamen contra uxorem
13 † defuncti pro rebus quæ dicuntur ablatæ anteq̃ hæreditas esset per hæredem adita, & possessio apprehensa, non datur actio furti, neque expilatæ hęreditatis. l. quamuis, C. de fur. ubi Castr. nu. 2. inquit no. pro uiduis quæ post mortem mariti incōtinenti implent capsas de bonis mariti insciis hæredibus ut si non sit adita hæreditas non teneātur furti, nec crimine expilatæ hæreditatis puniuntur sed duntaxat cogantur restituere ablata, idem vult text. in l. uxor de crim. expil. hęred. quia res uidentur eo casu potius subtrahi marito defūcto, quàm hæredi, uel hæreditati Castr. d. l. quamuis & actio furti, & expilatæ hæreditatis non datur in uxorē, quia famosæ sunt glo. in d. l. quamuis, & in honorem præteriti matrimonii l. 2. re. amo. propter qđ etiam non datur actio de dolo . l. non debet de dolo, neque interdictum unde ui l. 1. §. interdictum hoc quia atrocitatem de ui & ui arm. l. 2. l. licet de obseq. lib. unde si neque actio furti, neque expilatæ hæreditatis, neque de dolo, neque interdictum unde ui dantur contra uxorem non etiam uidetur posse contra uxorem exerceri remedium d. l. si qñ, & quamuis detur actio in factum d. l. 2. & d. l. nō debet priuilegium tamen d. l. si quando competere non uidetur agenti d. actione. Nam & uidemus quòd leges aliqua concedunt in eos, qui conueniri possunt interdicto unde ui, quæ denegantur cōtra eos, qui alio iuris remedio dūtaxat teneri possent, Innoc. in c. cum dilectus, num. 1. Abb. nu. 12. de ord. cogn. Et hoc uidetur de mente Innoc. in c. fin. quòd met. cau. ubi uult contra eum qui reddit

saccum

ſaccum resignatum ita demum poſſe probari per iuramentum, quando agitur de dolo, uel perfidia uel actione furti ſecus ſi ex contractu depoſiti, & clarius idem Inooc. num. 2. in fin. ubi inquit quòd iuramentum de quo in eo tex. præſtatur ob uim expulſiuam, propter quam poteſt agi interdicto unde ui, uel ablatiuam, propter quam agi poteſt actionem ui bo. rap. & nu. 3. ſuper glo. in uer. ſpolinm nbi ſubdit agendo interdicto unde ui, uel ꝙ met. cau. quod etiam uoluit Bart. in l. ſi quando in 1. lect. & etiam in ſecunda, in qua licèt uelit ſi agatur condirione furtiua, uel certi, uel ſine cauſa fieri probationem per iuramentum, tamen loquitur in eo caſu, quo prius actum fuerat interdicto unde ui, uel conditione ex ea l. ad reſtitutionem poſſeſſionis, & de rebus mobilibus perditis nihil fuerat dictnm, & deinde agitur ad res perditas condi ctione aliqua. Neq; prædictis obſtare uidetur tex. in l. ſi cum dos, §. fin. re. am. nbi ſi uxor non reddat res, quas amouit æſtimari debent, quantum in litem iuraſſet, etenim tex. ille loquitur in iuramento in litem, quòd eſt affectionis, ut oſtendit l. ſeq. & de eo iuramento quod defertur ob contumaciam in non reſtituendo poſt condemnationẽ iuxta l. qui reſtituere de re ueud. ut demõſtrat tex. in l. ideoque eo. tit. quod iuramentum in litem defertur ubicunque condemnatus ad reſtituẽdum, recuſat reſtituere, Bart. in l. in actionib. nu. 10. Caſtrenſ. num. 6. de in lit. in iuramentum autem, ꝙ ſibi actor petit deferri eſt ueritatis Bart. & alii in d. l. in actionib. Hinc Ant. de But. in d. c. fi. ꝙ me. cau. conſiderando duplex iuramentum, unum quod præſtatur ſuper quantitate rerum amiſſarũ, aliud quod ſuper æſtimatione, inquit primum præſtari duntaxat in interdicto unde ui, uel actione ui bo. rapt. & licet Abb. in d. c. fin. reprobet op. Butr. tamen reprobatio Abb. eſt duntaxat circa id, quod dicebat Butr. iuramentum de quo in l. ſi quando,

14 & in c. fin. quòd me. can. deferri † dũtaxat in ui ex pulſiua & ſic ubi interdicto unde ui, aut actione ui bon. rapt. agitur. Neque uoluit Abb. aut ullo iure defendi poteſt quòd in iiſdem caſibus deferatur iuramentum ſuper quantitate rerum ablatarum, & iuramentum ſuper earum æſtimatione. præcipue quando iuramentum ſuper æſtimatione defertur ex eo quia iuſſus à iudice reſtituere recuſat d. l. qui reſtituere, quòd iuramentum in omnibus cauſis ubi proceſſit ſententia & iuſſus iudicis defertur. Non etiam obſtare uidetur quòd nouerca dicatur committere furtum cõtra filios mariti poſt eius mortem l. de his C. de fur. & actio furti detur priuigno contra nouercam Caſt. ibi, ſicuti & contra uitricum l. ſi nundum eo. tit. Nam text. in d. l. de his procedit, quando res à muliere ſubtrahitur, poſtquam dominium eſt hæredi quæſitum, & ſic poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam per eum poſſeſſionem rerum hæreditatis: tunc enim ceſſat ratio promiſcui uſus inter uirum & uxorem, & furtum fit hæredi ut declarat Caſtr. in l. quamuis C. de fur. dum concordat le-

15 gem illam cum d. l. de his. Tandem † ut contra alíquem deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, requiritur dolus l. in actionibus, uerſic. ſed in his & ibi not. Bart. nu. 12. de in lit. iuran. & dolus debet eſſe uerus, neque ſufficit præſumptus Dec. in d. l. in actionibus. nn. 28. Verùm non uidetur conſtare de uero dolo Lucretiæ: etenim licèt præſumptiones ex aduerſo allegatæ poſſent cauſare præſumptionem doli non tamen uidentur ita manifeſta indicia doli, ut ex his dici poſſit apparere de uero dolo iuxta ea quæ tradit Bart. in l. quòd nerua in 4. q. depoſ. Primò quia factum Lucretiæ, ex quo uidetur argui dolus poteſt interpre

16 tari in malum & bonum, ideoque † ex eo non poteſt argui dolus Caſtren. in l. dolum C. de dol. ſecũdo quia dolus conſiſtit in animo d. l. dolum & ex euentu apparet animus præcedens Bart. in l. ſi con cubina §. 1. re. amo. & actus qui ſequitur declarat qualis fuerit animus præcedens §. pauonum in uer. reuertendi Inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l. cætera §. ſed ſi parauerit de leg. 1. Vnde cum Lucretia ſtatim propalauerit pecunias, quas habebat in ſacculis, & dixerit eas eſſe dotem ſuam, & deinde eas miſerit ad magiſtratum, & dixerit eas accepiſſe in cauſam dotis præſumitur ab initio id illo animo feciſſe Caſtr. in d. l. dolum attento maximè inſtrumento dotali & clauſulis in eo contentis, & uerbis per maritum ſæpius prolatis de quibus teſtes ab ipſa producti deponunt; ob quæ non ſine rationabili cauſa potuit credere id ſibi licere, & quã uis in hoc erraui ſſet, uel quia id ſibi nunquam liceat uel quià nondum tempus exigendi dotem ueniſſet, tamen error iuris ciuilis excuſat à dolo l. 1. §. ſi quis ignorans ad Syllan. glo. in l. plagii 2. C. ad leg. Fla. de plagia l. ſed ſi lege §. ſcire autem de petit. hæred. ubi Bart. & error iuris facit ceſſare do lum Caſtr. in l. nunquam in fin. prin. de uſucap. &

17 errans † in iure licèt non ſit bonæ fidei non tamen eſt malæ fidei Caſt. in l. uenditioni nu. 3. C. de uſucap. pro emp. quæ in præſenti caſu facilius procedere debent, cum Lucretia agat de damno uitando l. error in fin. de iu. & fact. igno. l. ſi emancipata l. quamuis C. de iu. & fact. ignor. & tunc temporis non haberet modum conſulendi peritiores Doct. in d. l. ſi emancipata.

SVMMARIVM.

1 *Ius declarandi caducitatem non trãſire in hæredem domini, neque contra hæredem emphyteutæ.*

2 *Actiones quæ dentur contra hæredes furum, uel alio modo delinquentium.*

3 *Actiones pœnales etiam ex maleficijs quæ non dantur contra hæredes dantur hæredibus excepta iniuriarum actione.*

4 *Actio iniuriarum quare non datur hæredi, neque in hæredem.*

5 *Ius reuocandi donationem ob ingratitudinem donatarij non tranſit in hæredes.*

6 *Filius ſi antequã petat ſupplementum legitimæ moriatur tranſmittit ius petendi illud ad hæredes.*

7 *Ius adeundi hæreditatem tranſit ad hæredes.*

8 *Hæredes domini ſi dominus non ſit conqueſtus de felonia uaſalli, an poſſint mouere quæſtionem uaſallo, & an filium uaſalli poſſit dominus moleſtare.*

CASVS

CASVS XXI.

1 IVs † declarandi caducitatem non
transire in hæredem domini, neq;
contra hæredem emphyteutæ deci
dunt Raph.comen.cons.164.n.3.
uer.ex hoc ergo &c. Cassad.in suis
decis.in tit.de loc.dec.2.& 3.Ruy.cons.168.lib.1.
nu.10.Par.in add.ad Bar.super l.2.C.de iur.emph;
mot.Primo quia actio ad pœnam,& uindictã non
transit ad hæredem, neque cõtra hæredem.l.si eũ,
§.qui iniuriarum si quis caut.l.1.de pri.del. Secũ-
do ob id,quod dixit gl.in l.fin.in fi.C.de reuoc.do
na.s. feudum non posse auferri filio ob feloniam
patris si dominus contra patrem tacuit. Ego præ-
dictas decisiones æquitati quidem consonas,& in
iudiciis sequendas,sed de rigore iuris non esse ue
ras crediderim: etenim contrarium suadet tex. in
l.canis ad Syllan. ubi causa priuationis bonorum
contra hæredem non uendicantem necẽ defuncti
non extinguitur morte hæredis, & assignatur ra-
tio, quia.s.causa est pecuniaria. Adhæc q̃ emphy-
teuta ob non solutionem canonis cadat à iure em
phyteutico, non dicitur pœna, sed natura contra-
ctus Bal.in l.placet,nu.2.uer.3.not.in auth.qui rẽ
nu.4.C.de sacros.eccl.& dominus eo casu non dr̃
agere ad pœnam, sed ad rem uel rei uendicatione,
uel conditione sine causa, aut conditione ex l.2.C.
de iu.emph.Spec.in tit. de locat. §. nunc aliqua q.
49.Ias.in d.l.2.nu.113.uers.non omitto, & sicuti
actio ad exhibendum, rei uendicatio & conditio
2 furtiua dantur † contra hæredem furis, licèt con-
tra eos non datur actio furti l. 1. de priua. del. Ita
& rei uendicatio, condictio sine causa uel ex d.l.2.
debent dati contra hæredem eius, qui non soluit
canonem, licèt contra eum ad pœnam agi non pos
sit. Præterea quamuis actiones ex maleficiis pœna
les non dentur contra hæredes delinquentis §.
nunc autem Instit.de perp.& temp. act. l. penult.
de in ius uoca. l. inde Neratius §. hanc actionem
ad leg. Aquil. Actio tamen quæ non pœnam, sed
rei persecutionem continet etiam ex maleficiis
uel quasi contra hæredes datur l.4.§.fin. de dam.
inf.& actiones descendentes ex contractibus dan
tur contra hæredes etiam ex dolo defuncti l. ex de
posito l.ex contract.de actio.& oblig.l.ad ea §. fin.
de reg.iur.l.ex ea parte §.fin.de uerb.oblig. & quã
do dolus purgatur per actionem descendentem
ex contractu hæres tenetur sicuti & defunctus nõ
attento quid ad eum peruenerit l.si hominem §.
datur depos.Bart.in d.l.ex ea parte §. fin. in d.l. ex
depositi, & dolus uidetur purgari actione & con-
tractu, quando illa agitur ad dolũ Ias.in d.l.ex par
te §.fin. & quando propter dolum agitur ex con-
tractu tenetur hæres rei persecutoria, sed non
pœnali ex parte agentis Bald. in l. 1. C. ex del. de-
funct.nu. 13. Verùm ad dolum seu culpam com-
missam per emphyteutam non soluendo canonẽ,
& ad relaxationem rei emphyteuticæ agitur actio
hic descendente ex contractu emphyteutico.s. con
ditione sine causa, uel ex d.l.2.Spec.d. §. nunc ali-
qua q.49.& hmõi actiones continent non pœnã,
sed rei persecutionem. Hæredi autem directi do-
minii facilius competere uidentur prædictæ actio
nes contra emphyteutam, qui non soluit: nam a-
3 ctiones † pœnales etiam ex maleficiis quæ nõ dan
tur contra hæredes, dantur hæredibus excepta in-
iuriarum actione d.§.non autẽ, d.l.1.de priu. del.
Hinc actio legis Aquiliæ, quæ continet petitionẽ
damni, & pœnam l.prætor.§.1.uers.nam ibi prin-
cipaliter de iniu.datur hæredi licèt non contra hę
redem d.l.inde Neratius, §.hanc actionem, d.§.nõ
autem, & actio in factum ex ædicto prætoris, de
quo in l.1.ne quis eum &c.& si non datur contra
hæredem, tamen datur hęredi d.l.1.de priu.del.&
regulariter actiones ex maleficiis, uel quasi, quæ
continent rei persecutionem dantur hęredi.l.si cũ
exceptione, §.post annum.l.quod diximus.§. fin.
4 quod met. caus. & actio † iniuriarum non datur
hæredi, neque in hæredem duabus specialibus ra-
tionibus, gl.in l.iniuriarum, la 2.in prin. de iniur.
Prima, quia non est in bonis nostris antequam li-
tem super ea contestamur.l.iniuriarum ultima de
iniur. Secunda, quia continet uindictam non rei
persecutionem.d.l.prætor, §.1.uers.nam ibi princi
paliter, & ab actione iniuriarum non licet argu-
mentari ad alias actiones etiam pœnales d.§. non
autem d.l.1.de priu. del.d.l.prætor.§.1. Neque ob
stare uidentur tex.in l.1.in l.his solis, & in l.fi.C.
de reuoc.donat.tum quia pœna de qua in his le-
gibus fuit inducta ex quadam speciali ęquitate ex-
tra ordinem; ideoque fuit specialiter constitutum
ut non transeat, ad hæredes Cyn.in d.l.1.circa fin.
& in d.l.fin.in fi.Vnde ad alios casus extendi non
debet.l.quod uerò de legib.tum quia Cyn. in d.l.
5 fin.de reuo.don.in fin.asseruit ius † reuocandi do
nationem ob ingratitudinem donatarii non tran-
seat ad hæredes, transire tamen ius reuocãdi quasi
causa non sit secuta, & Bal. nu. 2. dixit transire ad
hæredes ius reuocandi donationem ob pacta non
seruata: idque communiter comprobari, inquit
Rip.ibi.q.63.& quamuis ipse teneat contrarium,
quando agitur ad reuocationem conditione ex
d.l.fin.tamen si agatur conditione ob causam qua
si causa non sit secuta fatetur ius agendi transire
ad hæredes quia est fundatum super communi-
bus regulis & naturali æquitate, & condictio ob
causam & sine causa quò ad rem præsentem ui-
dentur eadem & simul concurrere, l.1.uers. sed si
ob causam iunct.gl.in uerb. condictioni de cond.
sine cau. Neque contrarium suaderi potest ex eo
quod legimus facultatem declarãdi libellum am-
biguum non transire ad hæredem, glo. in l. idem
Pomp. scribit §. fin. de rei uend. etenim casus illę
est longè dissimilis. Nam in eo agitur de declaran-
do facto à defuncto, & suæ uoluntatis quis debet
esse declarator. At in re præsenti agitur de potesta
te faciendi actum, qui fieri potest sola uoluntate
declarata, & quæ facultas transit ad hæredes. Hinc
in legitima, quæ suppletur ipso iure ita demum si
à filio petatur glo.in l.scimus in princ.C.de inoff.
testa. quam sequuntur Bart. & communiter alii si
6 filius † antequam petat supplementum moriatur
transmittit ad hæredes ius petendi illud Salyc. in
dicta lege scimus in prima quæst. Alexand. consi-
lio 150.numero octauo, lib. 2. Dec. consilio 218.
nu.4

num. 4. & in aditione hæreditatis, quæ fit ſola uo-
luntate declarata, §. item extraneus, & §. penult.
Inſtit. de hæred. qual. ſi hæres decedat antequam
7 declaret, an uelit eſſe hæres † ius deliberandi, an:
uelit eſſe hæres, & facultas declarandi ſuam uo-
luntatem tranſit ad hæredem l. cum antiquioribus
C. de in. delib. & in compenſatione quæ non fit
ipſo iure niſi à parte opponatur gl. in l. ſi conſtat,
C. de compen. ſi defunctus eam non opponat ius
opponendi, & compenſandi tranſit ad hæredes.
Tandem tex. in d. l. 2. inquit domino nolente, & ſi
dominus uoluerit, uerùm mortuo domino hæ-
res dicitur dominus, §. pen. Inſtit. de hæred. qual.
& diff. & ſiue qualitas illa domini dicatur adie-
cta uerbo importante uoluntatem, ſiue uerbo im
portante expulſionem, ſatis eſt quòd adeſſe repe-
riatur tempore quo uoluntas declaratur, & em-
phyteuta expellitur. l. mela in princ. de aliis leg. l.
in delictis. §. ſi damnum extraneus de noxal. Nec
me in contrariam ſententiam trahit, quod dixere
gl. & Bald. in cap. 2. quib. mod. feu. amitt. in c. 1. §.
porrò quæ ſit prima cau. benef. amitt. in §. inſuper
de prohib. feu. al. feud. ſcilicet ſi uaſallus commit-
8 tat † feloniam, ob quam feudo ueniat puniendus
ſi dominus in uita non ſit conqueſtus non poſſe
hæredes domini mouere quæſtionem uaſallo, &
ſi uaſallus decedat ante factam contra ſe à domi-
no querelam non poſſe eius filium moleſtari, qđ
communiter receptum eſſe aſſeruerunt Iac. de S.
Georgio in ſua inueſt. feud. in uerb. dictique ua-
ſalli promiſerunt non committere feloniam, nu.
Curt. in tract. feud. in 4. par. in ultimis q. Nam pre
ter id quòd Iſer. & Afflict. in d. §. porrò, And. Sicu.
in cap. fin. de donat. contrarium tenuerunt, prædi
cta Doctorum concluſio uidetur intelligenda in
his, quæ cadunt in nomen iniuriæ, uel offenſa do
mini, de quibus loquuntur text. & glo. in d. §. et
quib. mod. feud. amitt. in d. §. inſuper, & in d. §.
porrò. His enim duntaxat caſibus procedere poſ-
ſunt rationes allegatæ per Bald. & alios, ſcilicet
tex. in l. rei indicatæ. §. fin. ſol. matrim. & in l. 1. §.
fin. ad Syllan. & argumentum ab actione iniuriæ,
uel ex delicto deſcendente, quòd ſi uaſallus requi
ſitus recuſet præſtare debita ſeruitia, uel inueſtitu
ram infra annum, & diem non petat, aut feudum
alienauerit, aut hominem proditoriè occiderit;
uel aliud quid fecerit, uel omiſerit, quòd non di-
catur offenſa domini: non ita planè procedere ui
detur prædicta ſcribentium opinio: neque his
caſibus uendicant ſibi locum rationes per eos al-
legatæ, niſi dominus poſt acceptauiſſet ſeruitia,
uel quid aliud feciſſet, propter quod dici poſſet
eum remiſiſſe caducitatem iuxta l. poſt diem de
leg. commiſſ. & tradita per Bald. in tit. quæ fu.
prin. cau. &c. in princ. numero 2. uerſiculo, ſed
quid ſi dominus. Ratio autem differentiæ ma-
nifeſta uidetur, quia in primo caſu uaſallus pri-
uatur feudo in ultionem iniuriæ domini, §. deni-
que in tit. quæ ſit prima cau. &c. Ideoque ad do
minum feudum deuoluitur. In ſecundo autem
caſu uidetur priuari ex natura contractus, ut in
non præſtante ſeruitia, uel non petente inueſtitu-
ram, aut fundum alienante, aut in eo qui non po
teſt ſtare in curia ſine dedecore, ut in cap. primo.
an ille qui interfect. &c. & ad feudum ſi ſit anti-
quum admittuntur in primis exemplis deſcen- 1
dentes, deinde proximiores agnati, ut poſt alios
quos refert, tradit Curtius in tractat. feud. in 5.
par. quæſt. 4. & 5. in ultimo proximiores agnati
excluſio deſcendentibus delinquentis d. §. deni-
que, cap. 1. ſi uaſall. feu. prin. &c. §. ſi uaſallus cul-
pam ſi de feu. fuer. contro.

SVMMARIVM.

1 *Abbreuiatura notarij mortui non habens ſignum, & ſubſcriptionem non ualet.*
2 *Nemo poteſt in alium plus iuris transferre, quam ipſe habet.*
3 *Vbi eſt diſſonantia inter inſtrumentum, & abbreuiaturam ſtandum eſſe abbreuiatura.*
4 *Inſtrumentum quando ex abbreuiatura poſſit leuari.*
5 *Schedula teſtamenti reperta in libro notarij, ut ualeat quid opus ſit.*
6 *Condemnatio ut ſit ualida quid requiratur.*
7 *Tabellionis ſcriptura ut faciat fidem neceſſe eſt illum de actu fuiſſe rogatum.*
8 *Scriptum in uno inſtrumento, & cenſeatur repetitum in alijs contentis in eodem libro quid opus ſit.*
9 *Inſtrumentum aliquid an fuerit publicatum ſumit argumentum à conſuetudine notarij.*
10 *Teſtator inſtituendo hæredes præſumitur uoluiſſe facere teſtamentum, & non codicillos.*
11 *Notarius an cenſeatur rogatus apponere clauſulas conſuetas, & num. 13.*
12 *Ea quæ ſunt de more ciuitatis omiſſa in contractu non cenſentur expreſſa.*
14 *Neceſſaria omiſſa uitiant teſtamentum.*
15 *Error notarij quando præſumatur dolo factus, & quando non.*
16 *Notarius qui fuit rogatus poteſt apponere clauſulas conſuetas alius autem illo mortuo non poteſt.*
17 *Iudex non poteſt extendere dictionem illam, etc. niſi parte citata.*
18 *Sub dictione, &c. comprehenduntur ſolum ea quæ ſunt de natura actus.*
19 *Conſuetudo ubi uario modo probatur ſtatus iuri communi.*
20 *Conſuetudo, ſeu præſcriptio quæ eſt contra ius non poteſt extendi ad alios actus.*
21 *Probatio generalis non ſufficit, ſed debet ſpecialiter fieri.*
22 *Probata poſſeſſione, & præſcriptio, ac uarius actus iuriſdictionis quando ſit uerum idem ſit de omnibus actibus qui ſunt ſub eadem ſpecie.*
23 *Sapiens cuius conſilio teſtator ſuum teſtamentum remiſit quid poſſit circa teſtamentum efficere.*
24 *Iudex quid poſſit facere circa inſtrumenta.*
25 *Scriptura teſtamenti reperta in libro notarij non perfecta an probet uoluntatem teſtatoris.*
26 *Statutum non habet locum niſi qualitas à ſtatuto requiſita probetur.*
27 *Atteſtationibus nulla eſt adhibenda fides cum deponant non ueriſimilia.*

28 *Teſtes*

28 *Téſtes licet in uerba clarè probent index tamen ſi ſibi uidebitur poteſt illis non adhibere fidem.*
29 *Caſus in quo ſententia uitiatur.*
30 *Scheda repleta additionibus & cancellationibus an & quando ſit uitiata ac nulla.*
31 *Verbum tacitare inductum ad diminutionem non debet operari contrarium. §. relictum.*
32 *Interpretationem in dubio fieri ut actus ualeat quando uerum ſit.*
33 *Nihil eſt, quòd magis debeatur dominibus quàm ut ultimæ uoluntatis liber ſit ſtylus quomodo intelligatur.*
34 *Verbum relinquo quando adiicitur certę rei non poteſt trahi ad inſtitutionem.*
35 *In iure poſtquam aliquis elegit unam uiam non poteſt ad aliam redire.*
36 *Codicillis quomodo dari poßit hæreditas.*

CASVS XXII.

DVæ ſunt cauſæ inter filias Michaelis, & Lazarum. Prima conuentionis, in qua dictæ filiæ ſeu earũ procuratur petiit declarari quandã ſcripturam, quæ fuerat in publicam formam redacta cum auctoritate conſulum collegij notariorum Placentiæ, non habere uim inſtrumenti; neque potuiſſe redigi in publicam formam, & quatenus dicta ſcriptura publicari potuiſſet, petiit declarari in publicando, non potuiſſe addi aliqua non contenta in aſſerto originali, & inter cætera non potuiſſe addi clauſulam. Hnc antem unlo eſſe meum ultimum teſtamentum, nec clauſulam, ſi non ualet aut ualebit iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum, & omni meliori modo; neque clauſulam, & de prædictis idem teſtator rogauit me notarium, ut publicum conficiam inſtrumentum &c. & omni in caſu teſtamentum eſſe nullum ob præteritionem unius filiæ, quæ tempore teſtamenti erat nata, uel ſaltem ruptum natiuitate alterius filiæ poſt natæ. Altera eſt cauſa reconuentionis, in qua Lazarus poſt narrata multa ad oſtendendum dictam ſcripturam potuiſſe redigi in publicam formam, etiam additis dictis clauſulis petiit attenta continuatione poſſeßionis factæ in hæreditatem, & de hæreditate in hæredem concedi minimum ipſi. uti: hæredi ſcripto in teſtamento Michaelis, qui eidem aſſiſtat, donec tenutam & realem poſſeßionem bonorum & hæreditatis dicti quondam Michaelis apprehendiderit, & quatenus expediat eũdem Lazarum aſſociet ad tenutam & corporalem poſſeßionem bonorum dicti quon. Michaelis.

1 ¶ Quò ad primum, cum abbreuiatura † notarij mortui non habens ſignum & ſubſcriptionem notarij, non probet. Bald. & Angel. in l. Lucius de teſtamen. mil. Bald. in l. contractus num. quinto, C. de fide inſtrumentn. non uidetur ex ea poſſe leuari inſtrumentum quod faciat fidem, ut argumentatur Bald. in l. fideicommiſſa. §. primo, de legato tertio, & quamuis Salyc. in dicta l. contractus, in ſexta quæſt. Alexand. conſil. 14. in 6. Curt. Iun. conſi. 162. Dec. conſi. 447. Ruyn. conſil. 159. aſſeruerint ex huiuſmodi abbreuiatura poſſe leuari auctoritate iudicis inſtrumentum, quod faciat fidem, tamen contrariam ſententiam plerique tenuere Alexand. conſil. 41. libro primo, & latius conſil. 153. lib. ſecundo, Rob. Alexand. conſi. 94. ubi refellit ſententiam Salyc. Alexand. & Decius. Idem tradit Brun. in tract. de form. in titulo de probation. & præſumption. ſolenn. adhibitæ colum. 18. uerſic. & ideo ſcripturæ notariorum mortuorum, ubi allegat Caſtren. Anton. de Butr. Angel. Anchar. Io. de Anan. Lud. Bolog. Corn. & Alexan. & hanc opinionem defendunt Cagnol. in l. ſi libratius num. 36. de regul. iur. Curt. conſi. 216. num. quinto eamque ſeruari ſcripſit Apoſtil. ad dicto conſil. Alexand. 14. eandem ſequitur Ruyn. conſil. 144. num. 9. lib. quarto, & clariùs ac fuſiùs conſil. 11. num. 23. lib. 3. quæ uidetur poſſe comprobari. Nemo enim poteſt dare id quod non habet,
2 † uel in alium transferre plus iuris, quàm ipſe habeat: unde ſi abbreuiatura ſine ſigno & ſubſcriptione non habet uim probandi, non etiam poteſt eam dare inſtrumento ex ea leuando; præcipuè cum traditum ſit, ubi dubitatur de fide inſtrumenti extracti recurri debere ad abbreuiaturam
3 & matricem, & ubi eſt diſſonantia † inter inſtrumentum & abbreuiaturam ſeu primam originalem ſcripturam ſtari ſcripturæ primò factæ, & ſic abbreuiaturæ, Barthol. in l. Sempronius de leg. 2. Bald. in l. imperator num. quarto, uerſi. ſed nunquid de ſtat. hom. Præterea Alexand. & alij, qui tradidere ex huiuſmodi ſcriptura poſſe leuari inſtrumentum faciens fidem; loquuntur in caſu quo abbreuiatura eſt in mundum redacta, & in ea nullum adeſt uitium ut exprimunt Bald. in dicta l. fideicommiſſa. §. primo, de legato tertio, Decius Curt. & Ruyn. in conſil. ſuperius allegatis. Verùm abbreuiatura, de qua agitur, non poteſt dici redacta in mundum, neque carere omni uitio, cum ſit plena apoſtillis, additionibus in margine factis, cancellaturis interlineationibus, Baldus in l. contractus, numero decimo, C. de fide inſtrument. Loquuntur quoque Alexand. & alij in caſu quo in abbreuiatura adeſt clauſula illa. Actum in tali loco &c. ut exprimunt Caſtren. quem ipſi allegant in l. ſi is de teſtamen. Alexand. dicto conſilio 14. numero 15. 17. & 31. Curtius dicto conſilio 162. Ruyn. dicto conſilio 159. nu. 12. Item Alexand. dicto conſi. 153. num. 8. & nu. 11. Ruyn. conſi. 144. num. 9. libro quarto. Requirere uidentur quòd ſilcia, in qua reperitur abbreuiatura, habeat ſubſcriptionem & ſignum nota-
4 rij, quo † caſu uel de iure, uel de æquitate poteſt ex ea leuari inſtrumentum publicum, Barth. in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium numero 32. uſque ad finem de eden. Præterea ſi in libro
5 notarij reperiatur † ſchedula teſtamenti, ſi non reperiatur ſcriptum, quòd teſtamentum fuit lectum coram teſtibus, ex illo teſtamento nihil debetur, neque poteſt publicari, Barthol. in l. fideicommiſſa, §. quotiens de legato tertio, & ſi
6 reperitur aliquis condemnatus, † & in ſcriptura condemnationis non adſunt illa uerba, lecta & ſententialiter promulgata, condemnatio non

ualet, licèt reperiatur in archiuio publico, Bald. dicto. §. quotiens & in l. ſi is uerſi. prædicta de teſtamen. Et ſi in abbreuiatura notarij reperiatur ali qua ſcriptura continens teſtamentum, & nomina teſtium omiſſa ad librum ordinarium notarij, ſi in illa non eſt ſcriptum de manu notarij actum tali die. &c. præſumitur non fuiſſe relecta, & non poteſt publicari Caſtren. d. l. ſi is numero. 4. & inſtrumentum teſtamenti eſt imperfectum ſi eſt ſcriptum à tabellione, & non eſt lectum neque præſumitur lectum, niſi tabellio hoc dicat Bald. in l. ſtatutis nume. primo. C. de ſent. ex breuic. recitan. etſi reperiantur ſcriptura notarij continens inſtitutionem hæredis, & legata & nomina teſtium neque apparet quòd teſtator plus uoluerit ſcribere ſi non habet ſubſcriptionem notarij, nec ſignũ, non poteſt reduci in publicam formam, licèt reperiatur inter abbreuiaturas notarij mortui, quia nõ eſt perfecta reſpectu uoluntatis, & ideo ad ſignificandam rem perfectam, notarij ſubſcribunt hoc modo, Actum in tali loco Bald. in authen. quòd ſine numero primo. C. de teſtam. Caſtren. in l. hac conſultiſſima in princ. nume. 5. C. de teſtamen. Et quamuis Abba. in c. cum P. tabellio uelit non requiri, quòd protocollum legatur, tamen non negat quin ſit neceſſarium quod uel contractus uel teſtamentum quod agitur, publicetur coram teſti
7 bus. Inſuper ad hoc † ut ſcriptura tabellionis faciat fidem, neceſſe eſt illum de actu fuiſſe rogatum §. non autem in authen. de tabell. & notarius non præſumitur rogatus, maximè in terminis propoſiti caſus Barth. in l. ſciendum numero 11. de uerborum obligatio. & utile eſt, quòd notarius in inſtrumento ſcribat ſe rogatum, quia ſi mortuus eſſet, uel non recordaretur de rogatione inſtrumenti, pro nihilo eſſet inſtrumentum Innoc. in c. 1. numero ſeptimo, de fid. inſtru. Bartho. in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium numero 29. de eden. Alexand. d. conſi. 153. libr. 2. numero nono, uſque ad numero 16. Et ſi in libro notarij adſint multa inſtrumenta, quamuis dicat in uno ſe rogatum, id tamen refertur duntaxat ad illud inſtrumentum, non ad alia in eodem libro poſita,
8 niſi in principio dicatur, hic eſt liber † in quo continentur ſcripturæ de quibus fui rogatus Bartho. d. §. ſi initium numero 30. Alex. d. conſi. 153. numero 11. ubi uult ſi in quodam folio de per ſe qui dicitur repertum in quadam filcia, in qua adſunt aliæ rogationes notarij adſit ſcriptura ultimæ uoluntatis, huiuſmodi ſcripturam nihil ualere, ſi nõ appareat notarium de ea fuiſſe rogatum & publicauiſſe. Quæ omnia in re præſenti concludere uidentur ſcripturam de qua agitur, non habentem ſignum aut ſubſcriptionem notarij, neque repertam in filcia habente ſignum aut ſubſcriptionem notarij, & quam non conſtat fuiſſe publicatam, aut de ea notarium rogatum non potuiſſe redigi in publicam formam. Quibus accedat, quòd ex inſpectione filciæ abbreuiaturarum notarij, qui aſſeritur rogatus de dicto teſtamento, apparet notarium illum fuiſſe ſolitum in fine omnium inſtrumentorum, de quibus rogabatur, apponere uerba illa, & de prædictis &c. & in fine omnium teſtamentorum ſolitum apponere clauſulam. Hoc autem uolo &c. & poſtremò clauſulam, & de prædictis idem teſtator rogauit me notarium &c.
9 quarum † cum nulla reperiatur in fine ſchedæ, quam aſſerunt eſſe teſtamentum Michaelis, præſumendum eſt notarium illam non publicauiſſe, & de contentis in ea non fuiſſe rogatum: neque huiuſmodi ſcripturam habuiſſe pro inſtrumento publico. Sed etſi nota illa potuiſſet redigi in publicam formam, non tamen illi potuit addi uerbum iure inſtitutionis, ut in fortioribus terminis, nempe in caſu quo notarius habet poteſtatem à teſtatore extendendi ad conſilium ſapientis cenſuit Bartho. in l. illa inſtitutio de hæredita. inſtitutio. Bald. in captorias C. de teſtam. mil. Non etiam po-
10 tuiſſet addi clauſula codicillaris, nam † teſtator inſtituendo hæredes, præſumitur uoluiſſe facere teſtamentum, non codicillos l. non codicillum. C. de teſtamen. & ad hoc ut teſtamentum ualeat in uim codicillorum requiritur quòd teſtatur id expreſſè dicat, l. fin. C. de codicill. & licèt ſæpiſſimè
11 apud Docto. legamus notarium cenſeri † rogatum apponere clauſulas conſuetas Bald. in l. fin. C. de fideiuſſo. tamen iura per Docto. allegata id non probant, imò text. in l. quòd ſi nollit §. quia aſſidua de edil. edic. probat contrarium. Etenim uult quia promiſſio duplæ eſt ſolita præſtari ſi non ſit præſtita, agi poſſe ut præſtetur. Ex quo uult etiam quòd ſi non ſit ſcripta in contractu, notarius non cenſetur de illa rogatus, neque eam poteſt apponere, aliàs fruſtra peteretur eam à uenditore præſtari. Contrarium quoq; probat tex. in l. fin. C. de fideiuſſ. nam ſi ex eo quod ſoleat aliquid apponi in inſtrumentis, haberetur pro appoſito, fruſtra imperator innuiſſet, ne ſimplicitas notarij noceret creditori, propter quod edidit legem illum. Nec me mouet quod dixit Socin. in l. Gallus, §. idem credendum de liber. & poſthu. circa fin. Poſtquam imperator id ſtatuit in eo tex. quia erat ſolitum poſſe trahi ad alios ſimiles caſus. Etenim ex hoc inferri quidem poſſet, ut quæ ſolita ſunt fieri, poſſint uel debeant expreſſa lege caueri, non autem ut omiſſa habeantur pro appoſitis uel expreſſis; antequam id lege cautum ſit. Prædictam quoque concluſionem non probat text. in c. cum M. de conſtit. Etenim in eo text. clauſula illa niſi in tantum excreuerint eccleſiæ facultates &c. habetur pro expreſſa, non quia eſſet conſueta apponi, ſed quia exprimi debuit, cum ex natura actus ineſſet, Ripa ibi numero 39. Præſuppoſita tamen pro uera communi prædicta concluſione ea reſtringi debet, ut notarius cenſeatur rogatus de clauſulis conſuetis ubi reperiuntur ſcriptæ in teſtamento, alias ſecus quod probat tex. in d. §. quia aſſidua, & in dicta l. fin. inducendo ut ſupra idem probat text. in
12 l. licèt C. loca. ubi ea quæ ſunt † de more ciuitatis omiſſa in contractu non cenſentur expreſſa, unde Angelus ibi ſcripſit ſi in ciuitate mos eſt in aliquibus inſtrumentis adijci certa uerba ſi reperiatur inſtrumentum abſque illis uerbis, non debere ſuppleri ex conſuetudine ciuitatis, & ſi ſolitum eſt aliquem cõtractum celebrari ſub

certam forma si cōtractus aliquis reperiatur celebratus sub alia litera stabitur literæ, & ex consuetudine non supplebitur. Idem uelle uidetur Baldus in rubric.C.de reuocan.his quæ in frand. creditor.& ob prædictas Baldus & Angelus sententias Apostill.ad Bald.in l.fina. C. de fideiusso. scripsit dictum Baldi ibi, scilicet notarium intelligi rogatum de clausulis consuetis: esse uerum si illas apposuit in instrumento, secus si illæ non reperiuntur scriptæ in instrumento, & in his terminis, scilicet ubi clausulæ solitæ reperiantur scriptæ in instrumento loqui uidentur docto. excellen. allegati. Etenim dixerunt clausulam codicillarem appositum in testamento censeri appositam ex tacita uoluntate testatoris cum sit consuetum, Alex.consi.primo, nume.22.lib.5.Dec.in d.c.cum M.nū.7.in d.l.ut liberis num.14. Ruyn.consi.15. num.24.lib.2.Caur.consi.75.& sic præsupponunt eam esse in testamento appositam, & in his terminis loquitur etiam Bald.in l.prima, nume.11. solu.matrim. In re autem præsenti clausula aliqua codicillaris non reperitur scripta in scriptura, quam dicunt testamentum Michaelis. Adhæc
13 id, quod dixere Docto. scilicet notarium † censeri rogatum de clausulis consuetis, restringitur per Apostill.ad consilium Alexand.28. num.4.libr.2. ut procedat solum in his, quæ respiciunt executionem, uel clariorem elucidationem, non autem in his, quæ dispositionem & nouum effectum, qui alias non uenirent inducunt idq; cōfirmat ex his, quæ dixit Angel.in d.l.licet, & Bald.in d.rubr. C. de reuocan.his, quæ in fraud.cred.num.11.Clausula autem codicillaris inducit nouam dispositionem & nouum effectum, qui alias non ueniet in testamento. Sed etsi notarius censeretur rogatus de clausulis consuetis, etiam quòd non essent scriptæ in instrumento, tamen id non procederet in his, quæ sunt de substantia actus l.testamentū.
14 C.de testam.ubi necessaria † omissa uitiant testamentum, Felin.in c.ex literis nume.13.de probat. in c.cum M.num.7.de constit. ubi cōprobat Deci. nu.7. Rip.nu.44. Nam & notarius cui cōmissum est à iudice ut publicet & authenticet abbreuiaturas notarij mortui non potest supplere circa substantialia Io.Andr.in add.Specu.in tit.de instr. ed. §. ostenso super uersiculo, quid si abbreuiatura in addi.scilicet, quæ incipit instrumentum, Alex.d. consi.153.numero 14.etiam si notario data sit licentia addendi & minuendi, & instrementū prout melius poterit conficiendi ad consilium sapientis, Io. Andr. in add. ad Specul. §. instrumentum colum.4. uersicu.item opponitur ꝙ res aliter gesta
15 fuit super uerbo instrumento, & licèt error † notarij non præsumatur dolo factus l.pen. C. de his qui sibi ascr.l.quotiens §.1.ubi not.Bar.num.3.de hæred.institu. Id tamen non procedit ubi erratum est circa substantialia testamenti l. iubemus §. fin. C.de testam. Item non procederet ubi de iure aliquid debet exprimi in actu qui agitur: tunc enim si sit omissum non uidetur inesse etiam si sit solutum Bald.in d.l.licet in fin. & non sufficit quòd soleat exprimi, ad hoc ut ualeat dispositio Felin. d.numero septimo. Verum ad hoc ut testamentum sustineatur in uim codicillorum est de substantia quòd testator id exprimat l.fin. C. de codi-
16 cill. Nonnulli etiam censuere notarium, † qui fuit rogatus, posse apponere clausulas consuetas, alium uerò illo mortuo minimè, And. Sicul.consi. 9.lib.4.Hipp.sing.123. Apoll.ad Abb.in d.c.cum M.num.5.in apost.incip.adde quòd istud dictum. Idq; comprobarunt ex eo, quod in fortioribus terminis scripsit Bal.in rubr.C.de fid.instru num.22. scilicet notarium, qui fuit rogatus de actu, posse explanare detroncatas orationes ut est renunciando &c. constituendo &c. alium uerò id minimè posse, quòd etiam tradidere Bart.Bald.Imol. Ang. & Comens,in l.Gallus §. idem credendum de lib. & posthu. Abb.nume.... Fel.num...in c.cum P. de fid. instrum. quorum sententia receptior uidetur, quicquid dixerit Bart.in l.argentarius in fin. prin. de eden. & quamuis alius notarius possit facere huiusmodi extensiones cum iudicis authoritate d.c.cum P. & Docto. ibi, & in d. §. idem credendum, tamen id ad rem non faceret, cum non agatur de extendendis orationibus truncatis, s.dictione illa &c.In quibus terminis loquuntur Doct.in d.locis, sed de addendis nouis clausulis, quæ neq; explicitè neque implicitè sunt expressæ, præter id
17 quòd iudex † non potest extendere dictionem illam &c. nisi parte citata, si rectè sensit Imol. in l.
18 Gallus §.idē credendū in fin.& sub dictione † &c. comprehenduntur solum ea, quæ sunt de natura actus, Ias.post alios, quos allegat in d.§.idem credendum nu.7.clausula aūt codicillaris non est de natura testamēti, imò Doct.in d.§.idem credendū uolunt non ēt comprehendi sub dictione &c.clausulā derogatoriam. Tandem si uerum esset, quòd clausula codicillaris in publicando potuerit inseri ex eo solum ꝙ sit solita apponi, nihil debet operari præcipuè quò ad exclusionem posthumi nondum concepti, si rectè sensit Bar.in.l.1.q.6.de iur. codicill. Alex.consi.41.lib.1. consi.52.nu.29.libr. 4. & quamuis Imol. in l. filio præterito de iniu. rup.quem Docto.frequentiori calculo fuerant sequuti, refellat Bart.sententiam, tamen eam secuti fuerunt plures, quos referunt & sequuntur Iaso. in authen.ex causa num.24. C. de libe.præte. Soc. consi.93.lib.4. Ruyn.consi.6. num.3.lib.1. quam sententiam nunc esse cōmunem & procedere etiā ꝙ testator tanto tempore superuixerit, ꝙ potuerit mutare testamentū asserit Apost.ad consi Alex.26. & 41.lib.1.consi.30.lib.3. & ubi rectius sensissent Imolen. & qui eum sequuntur, tamen ratio allegata per Imol. quia, s. uidetur testatoris uoluntate apposita cum sit coram eo lecta, quam ēt recenset Alex.consi.142.nu.9.in fi.& nu.10.Rip.in l.centurio nu.84.de uulg.præsenti rei non conuenit, quia ex lectura abbreuiatæ non apparet clausulam codicillarem aliquam fuisse lectam coram testatore: neque ratio, quam assignat Dec. consilio 491.numero 10. scilicet non præsumi notarium aliquid scripsisse quod non fuerit iniunctum ut dixit Bald.in l.errore C. de testamen. Notarius enim non scripsit clausulam codicillarem in originali scriptura testamenti Caur. quoque consi.34.defendit clausulam codicillarem, ꝗ non

 est

eſt in teſtamento expreſſa non poſſe operari ad ex-
clusionem poſthumi præteriti, etiam quòd ſub
dictione &c. poſſit comprehendi uel aliqua ratio
ne ſubintelligi. Præterea alleganti clauſulam ali-
quam eſſe ſolitam apponi onus probandi incum-
bit Dec. in c. 1. nu. de prob. Sed in præſenti caſu
non eſt probata conſuetudo apponendi clauſulam
codicillarem in omnibus teſtamentis, ſi conferan-
tur depoſitiones teſtium cum his, quæ ponit Cy.
in l. 2. nu. 21. quæ ſit longa conſuet. Barthol. in l. de
quibus num. 23. & 24. Bald. num. 35. uerſic. poſtre-
mo &c. de leg. Abb. conſi. 53. lib. 2. Alex. conſ. 173.
lib. 6. Dec. conſi. 215. & alij, quos recenſet Parr. cõ-
ſi. 27. nu. 37. cum ſeq. ubi inter alia dicit conſuetu-
dinem non apponendi nomen imperatoris in in-
ſtrumento non probari ex eo, quòd teſtes dicant
notarios conſueuiſſe publicare inſtrumenta ſine
nomine in primis niſi deponant de actuum fre-
quentia conſenſu populi ex temporis diuturnita-
te. Neque ob aliquem ſtylum notarij, qui confe-
cit ſcripturam, poteſt dici in publicando potuiſſe
addi clauſulam codicillarem. Nam in omnibus te-
ſtamentis repertis in eius filia adeſt clauſula co-
dicillaris extenſa, ex quo facilè colligi poteſt, q̃
idem feciſſet in ſcriptura ſuper qua contenditur
ubi eam publicauiſſet, & publicando recitauiſſet
clauſulam aliquam codicillarem, & ſtylus nota-
rij fortaſſis allegari poſſet, ſi conſtaret illum edi-
diſſe in publicam formam alia teſtamenta cum
clauſula codicillari, etiam quòd in abbreuiato ab
19 eodem confecto non adeſſet, & † ubi conſuetu-
do uario modo probatur, ſtatur iuri communi l.
nemo. §. temporaria de reg. iur. Barth. in l. 2. in prin.
nu. 22. ſol. matr. propter quod Alex. conſi. 127. in
fin. lib. 5. dixit, ubi notarius in aliquibus inſtru-
mentis appoſuit aliquas clauſulas, ſi reperiantur,
aliqua eius inſtrumenta ſine illis, ſtandum eſt iu-
ri communi: neque auctoritas conſulum collegij
notariorum Placẽtiæ quicquam poteſt operari ad
ſuſtinendam additionem clauſulæ codicillaris, &
aliarum neque explicitè neque implicitè conten-
tarum in ſcheda ſeu originali; cum neque de iure
communi, neque ex ſtatutis eorum collegij ius
addendi inſtrumentis clauſulas non contentas in
originali, uel extendendi truncatas orationes,
quas dicunt ceteratas eis ſit tributa. Neque etiam
fuerit probatum eos quæſiuiſſe ſimilem iuriſdi-
ctionem præſcriptione aut conſuetudine: nam
acta & ordinationes productæ omnes ferè ſunt cir
ca extenſionem orationum truncatarum, ſeu &
ceteratarum uel uti Renunciando &c. unde ultra
huiuſmodi caſum præſcriptio non extenditur Bar.
in l. 1. §. hoc interdicto de itin. actuq; priu. & quã-
uis etiam adeſſent aliquæ ordinationes & exten-
ſiones conſulum quibus additæ fuerint integræ
clauſulæ etiam concernentes ſubſtantialia; tamen
ex iis non probatur præſcriptio uel conſuetudo
præſcripta, ex qua potuerit quæri iuriſdictio addẽ-
di ſubſtantialia in contractibus teſtamentis, uel
20 aliis actibus; quia cum huiuſmodi † conſuetudo
ſeu præſcriptio ſit contra ius, & non probetur in
ſpecie de additione clauſulæ codicillaris, clauſu-
læ hoc autem uolo, & clauſulæ in qua notarius
atteſtatur ſe rogatum nõ poteſt ad alios actus ex-
tendi, Barthol. in dicto. §. hoc interdicto, & non
21 ſufficit generaliter probari, ſed probari debet ſpe-
cialiter in caſu de quo agitur Bald. in l. fin. num. 9,
uer. unum aliud q̃ritur C. com. utr. iud. Alexand.
conſi. 6. li. 5. conſ. 196. nu. 14. li. 2. & quamuis Inn.
in c. dilectus nu. 2. & 3. de capell. monach. dixerit
22 probata poſſeſſione, † & p̃ſcriptione unius actus
iuriſdictionis, intelligi probari poſſeſſionẽ & præ-
ſcriptionem oĩum actuum, qui ſunt ſub illa ſpecie:
tñ id uidetur procedere, qñ ille, qui prætendit præ
ſcribere hẽt titulum etiam aliorum actuum Bar. in
d. §. hoc interdicto Alex. conſ. 106. nu. 8. lib. 2. Item
vr̃ procedere in aliis actibus, qui ſunt eiuſdem ſpe
ciei, & eiuſdẽ conditionis & rationis Cyn. in l. 1. in
fi. C. de eman. li. Bal. in l. 2. nu. 51. C. de ſeruit. Alex.
in l. reſtituta nu. 6. ad Trebel. uerùm & diuerſa ſpẽs
iuriſdictionis, vr̃ addere clauſulas immutãtes qua
litatẽ actus, ut eſt clauſula codicillaris, & addere
clauſulas, q̃ ſunt de natura actus ſeu contractus.
Prædicta quoq; deciſio Soc. non hẽt locum in præ
ſenti caſu, in quo alius. ſ. officiales principũ ſunt
in generali poſſeſſione cognoſcendi ſuper editio-
nibus & extenſionibus inſtrorum Inn. in d. c. dile-
ctus nu. 3. uer. & hoc eſt uerũ, & ex Io. And. tradit
Alex. cõſ. 68. li. 2. nu. 19. uer. ad prædicta bene facit
&c. Soc. conſ. 74. col. 3. uer. unde dicit Inn. &c. ſed
etſi conſules haberent auctoritatẽ addendi inſtris
clauſulas in originali non contentas, non tñ poſ-
ſent in re præſenti addere clauſulã codicillarem:
etenim ſi qñ teſtator mandauit teſtm̃ fieri ad ſen-
ſum ſapientis, & ſic uoluit poſſe addi his q̃ fuerãt
ſcripta, non põt ſapiens, quando teſtm̃ eſt ipſo iu-
re nullum, aliquid addere, ut ſuſtineatur, quia ſi
non põt teſtator mutare teſtm̃, niſi omnia ex inte-
gro ſolenniter fiant, multominus qñ teſtm̃ eſt ipſo
iure nullum, & non apparet teſtatorẽ uoluiſſe alia
inſeri teſtamento q̃ quæ ſunt ſcripta, debent poſſe
conſules, qui non maius arbitrium, q̃ ſapientis ele
cti à teſtatore habere poſſunt aliquid addere ad ſu
23 ſtinendum teſtamentum, & ſi ſapiens † cuius cõ
ſilio teſtator teſtamentum ſuum remiſit, non po-
teſt adiicere aliquid omiſſum, ſed duntaxat impli-
citum ſub expreſſo apertius declarare Bald. in l. ca
ptatorias num. 4. C. de teſtam. mil. non etiam de-
bent id poſſe conſules notariorum uel alij iudices
& ſi ſapiens de quo ſupra, non poteſt addere no-
uas perſonas in diſpoſitione, & ideo quando de-
bet præſtari cautio ad ſenſum ſapientis, non po-
teſt ſapiens declarare ut detur fideiuſſor Bald. in l.
executorem, num. 17. C. de execut. re. iud. in l. ſan-
cimus, num. 4. uerſic. ſed quid ſi promitto C. de
uerb. ſigni. Multominus quando non ad ſenſum
ſapientis ſed ſecundum terminos iuris inſtrumẽ-
tum eſt publicandum iudices poſſe debent adde-
re inſtrumento teſtamenti nouam diſpoſitionem
ſeu clauſulas, per quas teſtamentum transfundi-
tur in nouam, & longè ſeparatam diſpoſitionem;
& ſi ſapiens, ad cuius ſenſum remiſſum eſt inſtru
mentum, non poteſt aliquid addere contractibus,
qui uerbis proficiuntur, Alex. in l. quicquid aſtrin-
gendæ, neq; addere iuramentum etiam, quòd ſit
ſolitum præſtari, quia requiritur, quòd præſtetur

formaliter

formaliter uerbis Ias.in l.ex ea parte in princ.nu.
24 7.& 8.de uerb.oblig.non etiam debet † posse iu-
dex, ad quem spectat extendere instrumenta no-
tarij mortui addere clausulam, per quam testa-
mentum sustineatur in uim codicillorum: cum
in hoc sit necessarium quòd testator id expresse di
cat d.l.fin. C.de codicill. Neque prædictis obstant
depositiones testium. Primò, quia requiruntur se-
ptem testes siue agatur de probando dispositione
testatoris, Bart.in l. cum proponebatur de lega. se-
cundo, siue agatur de probando uoluntatem Bald.
in l.2.in 1.op.Ias.nu.5.C.de bo.poss.sec.tab. & li-
cèt Barth.in l.fideicōmissa.§.quotiens de lega. ter-
25 tio dixerit scripturam † testamenti repertam in li-
bro notarij, in qua non est scriptum, quòd testa-
mentum fuerit lectum coram testatore probare
uoluntatem testatoris: id tamen refellit Bald.in
authen.quòd sine nu.1. C. de testam. Bald.senten-
tiam comprobat Castren.in l.hac consultissima in
princ.num.5.eo.titu. Præter id quòd ubi non po-
test esse quæstio de aliquo, quin sit de substantia
testamenti requiruntur septem gl.in d.l.cum pro-
ponebatur Alex.post alios in l.errore num.12. C.
de testamen. & quamuis statutum Placentiæ uelit
sufficere quinque testes in testamento nuncupa-
tiuo; tamen præter id quòd non constat testato-
rem uoluisse facere testamentum potius nuncupa
tiuum, quam in scriptis, neque testes id dicunt,
26 & statutum † non habet locum, nisi qualitas à sta
tuto requisita probetur Bar.in l. 1.§.quod autem
ait prætor ne quid in flumine pub. & probatio ne
cessariò non concludens non releuat, c.in præsen-
tia de probat. & in dubio fit interpretatio contra
probantem, licèt agatur de materia fauorabili, di-
spositio statuti procederet solum in testibus omni
exceptione maioribus, ut post alios quos refert,
tradit Dec.consi.105.nu.4.uersi. Tertiò responde-
tur &c. Vnus autem ex testibus est sororius Laza-
ri, & ideo non omni exceptione maior Barth.in l.
admonendi num.37.& iureiuran. alius est beroa-
rius, & sic uilis persona Bartho.in l.fin.in 8.quæst.
C.de edi. diui Adr. & testis non omni exceptione
maior Bald.in l. etiam C. de testib. alius est inimi-
cus, & licèt inimicitia non sit capitalis, tamen il-
li diminuitur de fide Inno.in c. cum oporteat nu.
6.de appell. Gemin.in c. quamuis de procur.in 6.
super glo.in uerb.inimicus. Secundo, quia dicta
testium non probant, nam interrogati quid sit co-
dicillus, & quid donatio causa mortis, partim
malè respondent, partim dicunt nescire, unde qua
tenus deponunt testatorem uoluisse suam disposi
tionem ualere iure codicillorum, & donationis
causa mortis, non probant, ut in similibus termi-
nis asseruerunt Specu.in titulo de not.crim.§.fin.
column. penul. uersiculo & si testes producantur
Bart.num.10.Bald.num.3.uersicu.& est argumen
tum quòd testis in l.1.in princip. de his quæ sunt
su.uel alie.iur. Alex.consi.150.lib.5.num.15.asse-
rentes testem deponentem super notorio mutuo
fama bona, uel mala, si interrogatus quid sit noto
rium mutuum, uel bona aut mala fama nesciat re-
spondere uitiari eius depositionem & non proba-
re, & si diceretur testes non tam deponere super
testamento codicillis uel donatione causa mortis
quam super uerbis à testatore prolatis, ideoq́, pro-
bare quæ uerba fuerint prolata licèt ignorent eo-
rum uim, respondetur quod stante prædicta ratio
ne testes dicerentur deponere super uerbis forma
libus à testatore & notario prolatis. Ideoq́; cum
non cōcordent etiam in cortice uerborum dicun
tur contrarij & singulares Abb.in c. nihil num.2.
de uerb.signifi. ubi in casu quo quidam articula-
uerat Sempronium dixisse in extremo uitæ, facio
te hæredem meum, & ad id probandum induxit
testes, quorum unus dixit, testatorem dixisse facio
te hæredem meum, alius dixit testatorem dixisse
instituo te hæredem meum, inquit Abb.pronun-
tiatum fuisse testes esse contrarios, comprobauit
Alex.consi.110.nu.8.lib.3.consi.150.nu.2.lib.5.
Ias.in l.2 nu.18.de bon.possess.sec.tabu. quæ con-
clusio etsi aliàs esset dubia, tamen indubitata uide
tur in re præsenti, in qua fuit articulatum à Laza-
ro de formalibus uerbis à testatore & notario pro
latis, & super his testes fuerunt interrogati, &
deposuerunt Ripa.in c.cum ecclesia nume.69. de
27 caus. possess. &c. Tertiò, quia † attestationibus
nulla uidetur adhibenda fides, cum ut plenè fuit
in actis deductum & probatum deponant non ue
risimilia Abb.in c.quia uerisimile numero tertio,
28 de præsumpt.& dato † quòd testes secundum uer
ba clarè probent, Iudex tñ si sibi uidebitur, potest
illis non adhibere fidem, Barth.in l.Lucius in fin.
Bal.in princ. de his qui nota.infam. & iusta causa
non adhibendi fidem inter alias est, quando depo
nunt non uerisimilia l.3.§.ideoq́; diuus de testib.
Felin.in c.auditis nu.23. de præscript. Idq́; proce-
dit ēt, ꝙ testes non conuincantur de falso, sicuti &
in potestate iudicis est non adhibere fidem instru
mētis continentibus non uerisimile, Bal.in l.scri-
pturæ nu.5.C.de fid.instr.latè Curt. Iun.cōsi.178.
ēt ꝙ notarius non conuincatur de falso ut ex Io.
de Anna.& alijs tradit Alben.consil.70. nume.8.
Quartò quia ob depositiones testium non potuis-
sent addi ultra contenta in matrice, & agendum
fuisset uel ex testō, uel ex alia ultima uoluntate per
testes probata, ut in simillimo casu edocuere Bal.
nu.6.Alex.nu.6.in l.errore C. de testa. asserentes,
ꝙ si minus sit scriptum in testamento in scriptis q̃
nuncupatum non releuare, licèt id probetur p te-
stes secus in testō nuncupatiuo, qui per solos te-
stes pōt probari, ex quo uolunt ꝙ scripturæ aliqd
non possit addi ultra expressum in ea. Vnde si in
29 sententia † quæ debet ferri de scripti recitatione
l.2. C. de senten. ex breuic.recita. omissum fuerit
aliquid substantiale, ut absoluo uel condemno ui
tiatur sententia licet per testes probetur Bald. in
d.l.errore in fin. comprobarunt cōiter Doct. ibi.

¶Quò uerò ad reconuentionem & iudiciū per
Lazarum motum, in quo tanq̃ hæres scriptus in
testō petijt nuntium, qui eidem assisteret donec
tenutam & possessionem apprehenderet, & qua-
tenus expediret, illum associaret ad bona quondā
Michaelis, contra eum uidetur iudicandum. Nam
etsi produxerit testamentum non cancellatum,
non abolitum, tamen si uera sunt quæ superius di
ximus, scilicet schedam illam seu scripturam

non po tuiſſe redigi in publicam formam, nullom
iuris effectum poſſet operari iuſtrumentum ex di
cta ſcheda ſumptum. Præterea apparet ex eius in
30 ſpectione ſchedam † illam eſſe iu pluribus parti-
bus uitiatam, & mulos additionibos & cancel-
larionibus repletam. Nec quicquam facit quòd
additiones & cancellatioues ſiut mano eiuſdem
notarij, & gloſſ. iu d. l. fin. in uerbo prima figura
uelit raſuram cancellaoonem non obſtare, ſi ap-
pareant ſcriptæ mano eiuſdem notarij: nam di-
ctum gloſſ. intelligit Ang. ibi procedere in raſura
& cancellaooue, ſed ſi uitium eſſet in ordine ſcri
pturæ, & in margine ſe remitòt ad ea quæ dixit in
l. ſi unos C. de teſtam. & contra d. gloſſ. ſentit Bal.
ibi nu. 17. & Dec. uum. 17. uerſic. ſecunda conclu-
ſio, & quicqnid ſcripſerit Bald. in rubr. C. de fid.
inſtr. uum. 29. receprior uidetur opinio additioni
factæ iu margine à notario, non credi, quam te-
nuere Io. Andr. iu add. Spec. in tit. de inſtr. edit. §.
oſtenſo in add. incipiente dixit Rolandinus Imol.
in c. primo nu. 8. de fid. iuſtr. Bald. in l. ſi unus nu.
2. Caſtr. uu. 5. Angel. nu. 2. Alex. nu. 8. C. de teſtam.
Soc. conſil. 277. Felin. in c. ex literis nu. 10. uerſic.
ubi autem de fid. inſtr. Barth. in l. imperator in fin.
de ſtat. hom. latè Ruyn. conſil. 68. lib. 4. Nec qoic-
quam prodeſt allegata conſuetudo notariorum ad
dendi iu margine originalium ſcripturarum: ete-
nim ea non fuit probata, & omni in caſu tan-
quam præbens occaſionem delinquendi non ua-
leret, neque eſſet attendenda c. pen. ubi uot. Abb.
iu 2. not. de conſuet. c. mala 8. diſtin. ad quod fa-
cinut quæ recenſet Dec. in c. dilecti nu. 11. de ap-
pell. Adhæc teſtamentum fuiſſet nullum ob præ-
terioonem filiarum. Iunius, quæ erat nata tem-
pore teſtamenti l. inter cætera de lib. & poſthu. &
alterius, quæ poſt nata fuit l. 1. C. de poſthu. hæ-
red. inſtit. & quanuis teſtator tacitauerit filiam ua
tam in ſcutis quinque centum dandis per hære-
dem pro omni eo, quod poſſet petere quacun-
que de cauſa, nou tamen ob id dici poteſt filiam
fuiſſe inſtitutam, uel ei relictum otulo inſti-
31 tutiouis: tum quia uerbom † tacitare, indu-
ctum ad diminutionem, non debet operari con-
trarium, id eſt relictū l. legata inutiliter de admi.
l. Tum quia omui in caſu aliud nou poſſet opera-
ri quam fideicommiſſum ut & de uerbo, conten-
tus eſto, inquit Iureconſultus in l. peto iu princ.
de leg. 2. in l. fideicommiſſa §. ſi quis ita de leg. 2.
& text. in authen. ot cum de app. cogn. §. cæterum
uult quòd ſi filij non ſunt nominati hæredes, te-
ſtamentum ſit nullum, etiam ſi iuſſi fuerint eſſe
conteuti certis rebus, & in §. aliud quoque capi-
tulum diſpouitur teſtamētum eſſe nullum etiam
ſi per donaoonem legatum uel fideicommiſſum
aut quemcunque alium modum pater dederit fi-
32 lio legitimam portionē, & id quod dicitur † in-
terpretaoonem fieri iu dubio, ut actus ualeat, ſpro
cedit ubi iuteruenerunt neceſſaria ad actum Soc.
in l. quotiens 2. de reb. dub. & quod quandoque
conſtitutum fuit teſtatorem cenſeri feciſſe teſta-
mentum omni meliori modo quo poteſt l. 3. de te
ſtam. milit. locum habet in his, quæ dependent
ab eius ooluntate Barth. ibi, & quod legimus
33 † nihil eſt, qood magis debeatur hominibus,
quàm ut ultimæ ooluntatis liber ſit ſtylus l. 1. C.
de ſacro. eccl. iutelligitur dummodo ſeruetur iu-
ris ſolennitas gloſſ. ibi in uerb. caſſa. & ſi oerbom
34 relinquo † adiectum certæ rei uel quantitaò uon
poteſt trahi ad inſtitutiooem gloſſ. in l. his uerbis
de hæred. inſtit. quantò minus oerbum, tacito,
adiectum certæ quantitaò debet poſſe trahi ad in
ſtitutionem, & ſi qoando pater inſtituto extraneo
dicit, oolo quòd recipias in cohæredem filium
meum, filius dicitur præteritus Barth. in l. pater
filium §. fin. de leg. 3. multò magis ſi pater dicat ta
cito filium in mille dandis per hæredem meum fi
lius debet dici præteritus. Et licèt uitium præte-
ritionis non ſit uiſibile; tamen ubi probatio offer
tur à poſſidente, io conònenti uioum præteritio
uis impedit etiam miſſionem quæ fit ex diſpoſi-
tioue tituli C. de edi. diu. Adr. Toll. ſi uera ſuot,
quæ ſcripſere Accur. Barth. & Caſtr. in l. 2. C. de
ed. diui Adr. Toll. Neque Lazaro prodeſſe poteſt
clauſula codicillaris, tum rationibus ſupradictis:
tum quia is, qui eſt iuſtitutus iu teſtamento ꝙ te
ſtator uoloit oalere etiam iu uim codicillorum in
primo exordio debet eligere qua uia uelit agere
an ex teſtamento, an ex codicillis, & poſtquam
35 † elegit unam, non poteſt ad aliam redire, & ſi
peòjt ſe mitti iu poſſeſſiouem nou poteſt ad fidei
commiſſi petitionem habere regreſſum l. fin. C. de
codicill. & quanuis Barth. iu d. l. fin. dixerit eum,
qui elegit uiam incompetentem poſſe petere reſti
tutionem iu iutegrum, tamen ſententia Bartho.
procedit ſolùm obi ſubeſt error facti, ut poſt alios
quos refert, tradit Alex. ibi. Neque clauſula omui
meliori modo uel ſoper prædictis omuibus &c. il
li prodeſſe poteſt, tum quia illa nihil operatur in
his, quæ nullo modo fuerunt uarrata Alex. cōſil.
121. uu. 2. uer. præterea dicunt Doct. lib. primo.
Neque in his, quæ repugnant narratis Bald. in l.
2. nu. 2. C. de probat. Alex. ubi ſ. & conſil. 96. nu.
7. & conſi. 110. nu. 2. lib. 5. Soc. in l. quotiens 2. de
reb. dub. Dec. in l. petens uo. 5. C. de pact. Qua de
re cum nihil fuerit narratum de codicillis uel de
aliquo fideicommiſſo quod debeatur à uenienti-
bus ab inteſtato. Cumque ſimul ſtare nou poſ-
ſint, quòd Lazarus petat hæreditatem Michaelis
ex teſtamento & ex codicillis d. l. fin. clauſula de
qua ſ. nihil illi prodeſſe poteſt quo ad hoc ut cū
narrauerit & peòerit ſe tanquam hæredem ſcri-
ptum iu teſtamento aſſociari in poſſeſſiouē, poſ-
ſit nunc ohòuere quaſi in codicillis ſit uocatus;
36 præcipuè com hæreditas † codicillis directò da-
ri non poſſit, ſed duntaxat per fideicommiſſum
§. codicillis Inſt. de codicillis, & fideicommiſſum
de manu hæredis ſit capiendum, ideo fideicom-
miſſarius ante reſtitutionem uerbalem ab hærede
ſibi factam, non poteſt intentare poſſeſſorium l.
fin. C. de ed. diui Adr. Toll. gloſſ. Barth. & commu
niter alij ibi. Non eitam oigore depoſiòonum te
ſtium, ubi ex his probaretur Michaelem condi-
diſſe teſtamentum, & in eo inſtituiſſe Lazarum,
peòtus nuntius concedi debet. Nam licèt gloſſ.
in d. l. fin. in uerb. depoſitionibus uelit ſi teſtamen
tum nuncupatum uoo ſit in ſcriptis redactum,
poſſe

posse scriptum hæredem mitti in possessionem; ita ut solennis numerus testium ante competentem iudicem attestationes deponat, & in scriptis redigantur, & secundum talem scripturam posse hæredem scriptum mitti in possessionem, tamen d.glo.& Barth.ibi nu. 17. loquitur in testamento nuncupatiuo confecto sine scriptura, & publicato, i.in publicam formam redacto secundum l.publicari C. de testam.s. quando hæres ad æternam rei memoriam, & ne contingat aliquem ex testib. mori petit eos examinari citatis citandis, quibus examinatis & redactis in scriptura, iudex pronuntiat scripturam huiusmodi haberi pro publica Castren.num.2.Ias.num.4.ibi, unde cum non appareat de huiusmodi publicatione per interloquutoriam iudicis non potuit Lazarus uigore dictarum attestationum petere se mitti in possessionem. Asserto quoque testamento probato per testes, obstaret uitium præteritionis de quo supra.

SVMMARIVM.

1 *Additione apposita inter lineas uel in margine instrumenti nullam fidem faciunt & quomodo, & quando.*

2 *Notarius quando posßit corrigere errorem.*

3 *Vbi est dissonantia inter primam scripturam & aliã ex ea estractam statur parte tamquam magis originali.*

4 *Scripturæ quando inter se uariant cui standum sit.*

5 *Falsitas scripturæ & quibus colligi posßit.*

6 *Rasura uel cancellatio quando nõ uitiat scripturam.*

7 *Falsitas in aliqua parte instrumenti non uitiat totum, & quomodo.*

8 *Alleganti consuetudinem onus probandi incumbit, & quomodo probari debet.*

9 *Consuetudo uaria ubi probaretur standum esset iuri communi.*

10 *Iudex quando ex officio potest se de consuetudine informare.*

11 *Consuetudo quę præbet causam dilinquendi non est attendenda.*

CASVS XXIII.

Colligitur ex allegationibus.

1 Additiones † appositæ inter lineas, uel in margine instrumenti nullã fidem facere uidentur l. si unus C. de testam. c. cum uenerabilis de relig.dom.qui text.uidetur generaliter (prout loquũtur) intelligendi, id est sine additio sit scripta aliena manu, siue manu notarij, qui scripsit instrumentum: & quamuis gloss.in l. fin.in uersiculo prima figura C. de edic.diui Adr. Toll.dixerit rasuram, & cancellationem, uel additionem nõ obstare, si appareat scripta manu eiusdem notarij, tamen d.gl. Angel. ibi intelligit procedere in cancellatione uel rasura, in qua loquitur text.in c.ex literis de fid.instr.Sed si uitium esset in ordine scripturæ, & margine Angel.se remittit ad ea, quæ dixerat in l. si unus C. de testam. & hi, qui d.glossam sequuntur, ut Alex.Ias.& nouissimi repetentes omnes, loquuntur in rasura, super qua scriptum est ab eodem notario, præter id qđ & in uitio rasuræ contra dictum glo.sentit Bal.ibi nu.17.Salic.nu....Dec.nu.15.uersic.secunda conclusio, illudq; restringit Abb. in c.ex literis nu.4. uersic.hoc ultimum, & in c.cum uenerabilis in fi. de relig.dom.si rasura sit in loco non suspecto cõprobat Soc.in reg.abrasio in 3.lim.præter id quòd gl. uidetur approbare primam opinionem quam refert, non autem opinionem Ioãnis, & receptior est opinio additioni factæ in margine à notario in qua asserit se uel cancellauisse uel addidisse nõ credi quicquid scripsit Bald.in rub. C.de fid.instr. nu.29.nam ultra Io.Andr.in addit.Specul.in titulo de instr.edit.§.ostenso in additio.incipien.dixit Roland. Bal.in l.si unus nu.2. C. de testa. dixit, si uerba, quibus notarius attestatur se cancellauisse uel interlineasse essent extrauagantia, & in margine nihil probant, idem Castr.ibi nu.5.Angel.nu. 2.Alex.nu.8. quorum sentẽtiam comprobat Soc. consi.277.Imol.in c.2.nu.8.de fid.instru.Felin.in c.ex literis nu.10.uersicu.ubi autem de fid.instru. Bald. quoq; in l.pen.nu. 2. C. de testa.inquit cancellationes si sunt in corpore instrumenti non requirunt diem neque consulem si autem à latere secus sequendo op.Matt.& Bar.in l.imperator de stat. hom.in fine inquit malefacere notarios, qui aliquid in strumentis omittunt, & post in margine adijciunt, & deinde in fine dicunt quod supra, p errorem omissi &c.Idem uult Bald.ibi nu.3.uersi. sed quid si notarius, & additioni in margine factæ non esse standum, etiam quòd sit facta ab eodem notario latè defendit Alex.in d. l.si unus nu. 8. Ruyn.consi.68. libr.4.ubi etiam dicit op.Ioan. And.esse communem, & quamuis Bartho.in l.in fraudem in §. sicut de testam. milit. quem allegat Bal.in d.rubr.C.de fid.instr.uelit contrarium, tamen illum impugnat Barba.in addit.ibi per tex.in l.1.uersi.& ideo de his, quæ in testa.deleri & idem Barba. impugnat dictum Bald.in d.rubr.in addit. ibi. Præterea Barth.in d.§.sicut nõ dicit quòd uerba, quibus notarius asserit cãcellasse per errorem, essent in margine, uel interlineata sed præsupponit quòd essent in corpore, & ad illud dictũ Barth. respondet etiam Alex.in d.l.si unus, & Feli.in d.c. ex literis. Et licèt quando notarius omisit diem in originali, uel errauit in indictione Bart. & Bal. in l.imperator de stat.hom. Bar.& mod.in d.l.si librarius Alex.consi.190. libr.6.uelint, quòd nota-
2 rius † possit corrigere errorẽ, tamen quando erratum est circa ea, quæ pertinent ad partes, notarius quidem potest corrigere errorem cõmissum in extracto, quando error probatur ex inspectione originalis Bart.in d.l.librarius nu.8.& 9. Sed nusquam legitur, ꝙ possit corrigere originalem scripturam, saltem nisi probetur error. Neq; ex eo, ꝙ appareat alia scriptura eiusdẽ notarij, in qua uerba illa posita in margine, uel inter lineas sunt posita in corpore, dici potest cessare in præsenti casu rationem, quam adducunt Io. Andr. & sequaces. Nam indubitatum aliam scripturam esse posterio-
3 rem, & extractam ex priore, & ubi † est dissonantia

tiã inter primam ſcripturam, & aliam ex ea extra ctam ſtari primò factæ tanquam magis originali ſcripſerunt Barth. in l. Sempronius nu. 3. de leg. 2. Bald. in l. pen. nu. 4. C. de teſta. & idem Bald. in l. imperator de ſtat. hom. nu. 4. circa mediũ inquit, quando unum inſtrumentum eſt protocolum, aliud exemplum & inter ſe uariant ſtari originali. Et quanuis eiuſdem teſtamenti poſſint cõfici mul ta exemplaria l. unum de teſta. & ubi duæ † ſcri-
4 pturæ inter ſe uariant ſtari debeat pleniori, uel quæ minorem ſummam continet, Bald. in d. l. imperator nu. 4. c. med. Barth. in l. Sempronius de leg. 2. Tamen prædicta procedunt, ubi ſcripturæ ſunt eodem tempore, & antequam teſtamentum perficeretur, factæ; neque una eſt facta priuſquam alia, in quibus terminis loquitur text. in l. unum de teſtam. & l. 1. §. ſi quis in duobus de bo. poſſeſſ. ſec. tab. in l. fi. de his quæ in teſtam. delen. & in d. l. Sempronins; & quando prima ſcriptura quam facit notarius, differt à ſcriptura, quam notarius ſcripſit in libro extenſorum. quem appellant protocollum, ſtari primæ ſcripturæ aſſeruit Soc. conſil. 277. col. 5. comprobat Pariſ. conſi. 28. nu. 26. lib. 2. Accedat quòd in re præſenti adſunt urgentes præſumptiones, ex quibus nulla uidetur habenda ratio alicuius exemplaris inſerti in libro protocolorum. Primò ex euidentia rei apparet papyrum ſuper qua ſcriptum illud eſt fuiſſe inſertum in libro poſt perfectum librum, & di
5 uerſitas † ceræ in ſigillo priuilegij arguit ſuſpitionem falſitatis c. inter dilectos uerſic. rurſus de fid. inſtr. & ex comparatione chartæ ad literam depræhenditur falſitas d. c. inter dilectos uerſi. ſecundo quia cum charta &c. Secundò, quia ex lectura teſtamenti apparet uerba illa interlineata, & poſita in margine repugnare præcedentibus. Vnde ſi
6 cuti raſura † uel cancellatio non uitiat, quando ex præcedentibus, uel ſequentibus poteſt colligi ueritas eorum, quæ ſunt cancellata etiam quòd notarius nullam de ea fidem faceret, ſi uerũ eſt, quod ſcripſit Abb. in c. uenerabilis in fin. de relig. dom. Felin. in d. c. ex literis nu. 10. uerſic. quarta declaratio ita ubi apparet quòd interlineatio non poteſt conuenire præcedentibus, illa omnino debet uitiari. Cumque inſtrumentum non ſit manifeſtò falſum, ſed præſumptiuè, ſeu ſuſpectum
7 de falſo, falſitas † in additione aliquorum uerborum non uitiat totum inſtrumentum Bald. in l. 2. nu. 5. C. de fideicõmiſ. lib. in l. ea quæ C. comm. uel epiſto. in l. iubemus in fin. C. de teſtam. in l. ſi ex falſis nu. 14. Iaſ. nu. 10. uerſic. tertio limita C. de tranſact. Fely. in c. fraternitatis nu. 17. de hæret. Item cum falſitas non ſit circa ſubſtãtialia inſtrumenti (nam uerba poſita in margine & inter lineas licèt immutent diſpoſitionem, non tamen ſunt de ſubſtantia teſtamenti) non nocet in alijs Caſtr. in d. l. ſi ex falſis circa fin. Iaſ. nu. 9. uerſic. limita &c. Felin. in d. c. fraternitatis nu. 19. nam & defectus circa ea quæ reſpiciunt ſubſtantiam totius inſtrumenti, non reddit ſuſpectas reliquas partes inſtrumenti gloſſ. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. Toll. in uerb. uitiatum Bald. nu. 17. & alijs quos refert & ſequitur Alex. conſil. 14. nu. 10. lib. 6. & ſicuti raſura in loco ſuſpecto nõ uitiat inſtrumentum, in capitulis ſeparatis Bald. nu. 9. Abb. in fin. Felyn. nume. 15. uerſic. not. 6. in c. ex literis de fid. inſtr. Ita neque additio aliquorum uerborum debet uitiare alia contenta in teſtamento. Neque ex aliqua conſuetudine ſuſtineri poteſt additio facta in margine & inter lineas: tum quia de illa
8 non eſt probatum, & allegauti † conſuetudinem onus probandi incumbit, gloſſ. in l. 1. in uerſicu. probatis C. quæ ſit long. conſuet. & ibi not. Bald. in primo not. & probari debet eo modo, quo docuit Abb. conſil. 53. lib. 2. & in ſpecie ſiue in caſu de quo agitur non autem in genere, Bald. in l. fi. nu. 9. uerſic. unũ aliud quæritur C. com. utr. iud. & ſecundum nonnullos requiri uidetur, quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio, uel ſaltem contradictio extraiudicialis. ſ. quòd quandoque aliqui contradixerint actibus, per quos dicitur inducta conſuetudo, Cyn. in l. 2. nu. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Alex. conſil. 273. nu. 8. lib. 6. & ubi
9 probaretur † conſuetudo uaria, ſeu uario modo obſeruatum, ſtandum eſſet iuri communi l. nemo §. temporaria de reg. iur. Barth. in l. 2. in prin.
10 nu. 22. ſol. matr. Neque dici poteſt iudicẽ † poſſe ex officio de ea ſe informare. Primùm, quia id procedit in conſuetudine notoria, & quòd aliquis ſit notorium, ſententia declaratoria requiritur. Secundum, quia non procedit in conſuetudine, quæ reſpicit deciſionem litis, Dec. conſi. 402. nu. 11. & 12. & in ea iudex non põt ſupplere, niſi à parte allegetur Alex. in l. 1. nume. 4. C. ut quæ deſ. aduo. Iaſ. in d. l. de quibus nu. 88. Præterea & ſi conſtaret de huiuſmodi conſuetudine;
11 tamen ea † tanquam præbens occaſionem delinquendi, non ualeret, neque eſſet attendenda c. 1. c. cum uenerabilis c. pen. ubi not. Abb. in 2. not. de conſuetud. c. mala 8. diſtinct. & nullo temporis curſu cõualidari poteſt c. fi. de præſcript. etiam temporis immemorabilis c. 1. & 2. de conſuet. in 6. Et ſi non ualet conſuetudo, quòd in inſtrumento non ponatur dies, neque conſul, neque quòd indiſtinctè credatur libris mercatorum &c. neque quòd credatur teſtibus malam rationem aſſignantibus, quia præberetur occaſio delinquẽdi, ut aſſeruere Doct. quos refert & ſequitur Dec. in c. dilecti el primo nu. 11. de appell. non etiam ualere debet conſuetudo, quòd appoſtillæ & additiones factæ in margine, uel inter lineas matricis teſtamentorum probent, ex ea enim daretur maxima occaſio delinquendi.

CASVS XXIIII.

¶ De interpretatione ſtatuti Mediolani, quòd nullus de cæterò poſſit fieri hæres uel capere hæreditatem cum beneficio inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt afficere damno aliud priuare lucro.*
2 *Aliud eſt quòd lex noua adimat beneficia, aliud quod condonet hæredi conficienti inuentarium.*

Sicut

1 SIcut aliud † est afficere dāno, aliud priuare lucro l.fin.C. de codicill.
2 ita aliud est, quòd lex noua † hæredibus non conficientibus inuentarium adimat in pœnā malignitatis præsumpte beneficia, quæ illis de iure competebant ante proditum inuentarij beneficium, ut commodum detractionis legis Falcidiæ iuxta text.in l.fin.§.si quis temerario C.de iu.deli.& in authen.de hæred.& falcid.§.si uerò non confecerint inuentarium, & hoc casu non uidetur loqui statutum Mediolani, quod licèt priuet hæredes beneficijs datis à lege facientibus inuentarium, non tamen afficit pœnis à lege inductis cōtra non facientes inuentarium. Aliud quòd lex noua hæredi inuentarium conficienti condonet beneficia, quæ ante illi non competebant, ut quòd hæres non teneatur ultra uires hæreditarias l.fin.§.& si præfatum C.de in.delib.quod secus erat ante l. quæ dotis sol.matr.l.si te bonis C.de iur.delib.uel quòd actione per aditionem non confundantur, & patrimoniū defuncti & hæredis non fiat unum inseparabile patrimonium d.l.fin.§.si uerò & ipse quòd olim secus erat l.si debitori de fideiuss.d.l. quæ dotis l.sed si plures §.filio de uulg.uel quòd possit satisfacere cuicunque creditori primò uenienti d.§.& si præfatam quòd olim secus erat l. dolo ad leg.Falcid.uel ꝙ possit ex propria persona seu iure fundato in propria ipsius persona reuocare alienata per defunctum, seu contrauenire gestis ab eo d.l.fin.§.in computatione & ibi in q.patris alienantis bona aduentitia filij, tradunt gloss.& Doct.omnes quod ante secus erat l.1.in princ.uersic.sed si dominus de excep.rei uend.& trad.l.scia de euict.l.cum à matre C.de re.uend.l. si uenditrici C.de reb.alien.non alien.l.si ab eo C. de lib.cau.l.filium de lib.cau.& in his casibus loquitur statutū Mediolani. Vnde crediderim ꝙ hæres qui Mediolani non potest capere hæreditatem cum beneficio inuentarij post aditionem teneatur ultra uires hæreditarias patrimoniumque ipsius ac hæredis fiant unum patrimonium & actiones confundantur, & non possit ex proprio iure reuocare alienata per defunctum, neque gestis ab eo contrauenire neque alia facere, quæ ante editam d.l.fin.facere non poterat. Possit tamen habere ea commoda, quæ ante proditū inuentarij beneficium hæredi competebant; sed à lege noua in pœnam malignitatis præsumptæ adēpta sunt hæredi inuentarium non conficienti, & ideo possit detrahere falcidiam & alia facere, quæ poterat ante editam d.l.fin.

CASVS XXV.

¶ Marchus uendidit prædia quædam Scipioni, In instrumento non apparet fuisse appositum pactum aliquod luendi, deinde in instrumento publico promisit Annibali centum aureos si non fecisset certum opus intra sex menses. In instrumento promissionis adest obligatio omnium bonorum ex post ante elapsos sex menses uendidit Scipioni ius luendi dicta prædia, deinde non fecit opus Annibali uolens consequi dictos centum aureos egit hypothecaria, siue Saluiano interdicto contra Scipionem ad ius luendi, quod ex alio non probatur quam ex instrumento emptionis dicti iuris, & iudicatum fuit ius luendi relaxandū Annibali detinendū iure pignoris, quousque sibi sit satisfactum per scutis centum. A sententia fuit appellatum. Scipio antequam prosequatur causam appellationis uellet habere uotum uestrum an benè uel malè fuerit iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem non datur per actione personali.*
2 *In incorporalibus quando detur possessorium.*
3 *Creditori ad nomina debitorum debitoris quæ actio competat.*
4 *Actor quando possit obtinere contra tertium possessorum.*
5 *Res aliena uendi potest.*
6 *Verba enuntiatiua quando non probant.*
7 *Dominium & possessionem translatam esse in uenditore non potest dici ex sola simplici confessione.*
8 *Conditio casualis seu quæ non consistit in potestate creditoris in pignoribus retrotrahitur ad tempus contractus.*
9 *Fictio translatiua de tempore ad tempus quando locum non habeat.*

MAlè uidetur fuisse iudicatum: nam actori non uidetur competere possessorium aliquod, actio enim ad redimendum oritur ex contractu,
1 & est personalis, † pro qua non datur possessorium Barth.in l.fin.quo.bon. & licèt iura in corporalia & obligationes debitorum dicantur impropriissimè possideri Alex.in l.2.nu. 3.de acquir.possess.tamen iure cautum non reperitur quòd ob huiusmodi impropriissimam possessionem obligationis uel actionis detur aliquod possessorium, imò contrarium sentiunt Bartho. & Alber.in l.nomen C.quæ res pign.oblig.&c.&
2 possessorium datur in corporalibus † scilicet in his solū in quibus interuenit possessio uel actus, ex quo causetur status aliquis ut in eligente in recipiente annuam pensionem, in quibus terminis loquitur text.in c.querelam de electio. & datur inter eos solùm, inter quos intercessit actus causans possessionem, uel statum aliquem, hinc Rom.consil.32.nu.7. præsupponit ad hoc ut detur possessorium ad annuam pensionem requiri saltem unicam exactionem idem sentire uidetur Rip.in l.prima §.si hæres nu.18.ad Trebel.& Castren.consil.333.lib.1.Respondit contra tertium possidentem castrum, super quo alius erat solitus exigere annuam pensionem aliud remedium non competere quam hypothecariam: non etiā actori hypothecaria competere potest; tum rationibus prædictis: tum ob id quod Barth.in d.l.nomen num.6.& Alber.num.3.dixerunt, scilicet cre
3 ditori † ad nomina debitorum debitoris competere utilem personalē non autem hypothecariam, & omni in casu obstaret exceptio non factæ excussionis

sionis

ſionis, quæ etiam obſtar contra agentem. Salnia-
no interdicto, quicquid dixerit Soc. conſil. 80. lib.
3. qui dictum ſuom nec lege nec ratione probar,
& contrarium ſenſerunt Doct. aſſignantes diſt e-
rentiam mter Seruianá actionem, & Salu anum
interdictum & quanuis exceptio excuſſionis ſit
dillatoria Cyn. in l. exceptionem in 7. q. C. de pro-
bat. & ante litem conteſtatá opponi debeat, aliàs
iudiciũ oaleat Bald. iu d. l. exceptioné nu. 10. uerſi.
4 eſt & quædam alia: tamen actor † obtinere non
poteſt contra tertium poſſeſſorem niſi poſt litem
conteſtatam faciat diſcuſſionem, uel doceat de
inopia principalis Bal. in l. 2. nu. 3. C. cõm. diuid.
Caſtren. iu l. fin. in priñ. num. 7. & 8. ſi cert. pet. Sed
& ſi competeret actio hypothecaria, uel Saluia-
num interdictum ad ius luendi, tamen cum non
appareat Matcum tempore factæ promiſſionis
Annibali habuiſſe huiuſmodi ius; Scipio erat ab-
ſoluendus neque ex inſtrumento emptionis dicti
iuris illud probatui, neque monet me quod ſcrip
ſit Barth. in l. cũ falſa nu. 8. C. de iur. & fact. ignor.
ſi confiteor fundum menm eſſe tuum huiuſmo-
di confeſſionem prodeſſe quantum ad probatio-
nem, qtia fundus noo præſumitur meus niſi pro
betur. Nam reſpondetur quòd emptor non cen-
ſetur fateri rem quam emit eſſe uendirotis. Ete-
5 nim & † res aliena uendi poteſt l. rem alienam. de
contrah. empt. & quanuis emptio rei ſuæ non ua
leat l. neque pignus de reg. iur. & ſic ut actus ua-
leat, emptor cenſeretur fateri rem quam emit,
non eſſe ſiiam; tamen ob id non oenſeretur fateri
illam eſſe oenditoris l. ſi inter me & te de except.
6 re. iud. & ſi uerba inſtrumenti enũtiatiua † non
probant ubi de ennnciato principaliter diſputatur
Bald. in l. ad probationem C. de probat. multò mi-
nus uerba alia contractus probant id quod ex-
preſsè non enunciatur. Præterea ex ſola ſimplici
7 † confeſſione non poſſet dici tranſlatum domi-
nium & multò minus poſſeſſionem in uendito-
rem Bartho. in d. l. cum falſa nu. 8. aliàs emptio rei
ſuæ ſemper oaletet contra text. in d. l. neque pi-
gnus, & in l. ſuæ rei de contrah. empt. Vnde ſi do
minium & poſſeſſio iuris luendi non intelligitur
tranſlata in ueuditorem, nullo iure potuit Anni
bal agere hypothecaria quæ requirit dominium
in debitore, & multò minus Saluiano interdi-
cto, quod reqnirit poſſeſſionem in eo, ob cuios
contractum agitur. Adhæc ius luendi fuiſſet ex-
tinctum, & potuit extingui in præiudicium cre-
ditoris Barth. iu d. l. nomen nom. 6. neque diffe-
rentia uideiur inter uoluntariam & neceſſariam
extinctionem: etenim Bartho. in d. l. nomen nu.
5. format q. in liberatione & Salyc. in princ. expo-
nit text. in uerſic. ſoloit, id eſt gratis liberauit, &
Alber. num. 4. aſſerit in eo text. idem eſſe quod de
bitor gratis liberet ſuum debitorem uel median-
te ſolutione debiri. Tandem cum promiſſio &
obligatio bonorũ fuerint ſub conditione & tem-
pore, quo purificata fuit conditio, iam extinctum
eſſet ius luendi per eius uenditionem; licèt in pi-
8 gnoribus † conditio cauſalis, ſeu quæ non conſi-
ſtit in poteſtate creditoris, retrotrahatur ad tem-
pus contractus l. 1. l. potior, qui potio. in pign.
haben. tameu cum extinctum eſſet pactum tem-
pore quo cæpit poſſe agi contra Marcnm ad cen-
tum aureos, & ſic extremum, à quo eſſet inha-
9 bile, non poteſt habere locũ † fictio aliqua tranſ-
latiua de tempore ad tempus, quæ noo cadit ſu-
per re perempta Barth. in l. is qui pro emptore
nu. 52. & 53. de uſucap. & ſic non poteſt obliga-
tio pignoris quò ad dictum pactom luendi retro-
trahi neque fingi dictum pactum uſque à die con
tractus fuiſſe hypothecatum.

C A S V S XXVI.

¶ An & quãdo curator ad certam cauſam poſ-
ſit dari etiam abſens, & de intellectu l. qui habet
§. ſi pupillus de tutell.

S V M M A R I V M.

1 *Curatorem ad lites deberi præſentem decerni & præ-*
ſenti in quibus caſibus procedat & quando id ne-
ceſſe non eſt.
2 *Curator quando non datur niſi petenti.*
3 *Inuitis qui poteſt multo magis poteſt abſentibus &*
ignorantibus.
4 *Curator ad litem inuitis cogitur diffendere.*
5 *Curator minori non ad certam litem ſed generaliter*
dari poteſt inuitus & abſens.

ID quod quandoque legimus cura-
torem ad lites debere decerni præ
ſentem & præſenti l. qui habet §. ſi
tutel. uidetur procedere duntaxat,
quando datur curator pupillo liti-
gaturo contra tutorem; quo caſu non datur niſi
uolenti & petenti, & in his etiam terminis lo-
cum ſibi uendicare uidentor tradita per Barth. ibi,
& hoc ſuadet text. in uerb. talem, qood uerbum
uidetur ſonare idem ac prædictum uel ſnpraſcri-
ptum, ubi autem datur minori litigaturo cum
alio datur etiam inuito §. item inuiti inſtit. de cu-
rar. gloſſ. fin. in l. 1. C. qui pet. tut. & ibi Bald. in
ſummario; pro qua ſententia uidetur caſus in l.
admone quæ eſt lex 7. eo tit. ubi minore nollente
petere curatorem, facturus litem cum eo poteſt
petere, ex quo text. neceſſariò ſeqoitur, quòd cu
rator ad lites datur etiam non petenti; unde ſicu
ti diſpoſitio d. §. ſi pupillus loquens in curatore
dando pupillo litigaturo contra tutorem non ex-
tenditur ad alios caſus, quò ad perſonã illius, cui
datur eodem iure non debet extendi quo ad per-
ſonam eius, qui datur ut uidetur text. in l. fin. §.
1. C. de admin. tut. ubi curator ad certam litem in
uitus cogitur ſuſcipere defenſionem Adhæc text.
2 in d. §. ſi pupillos quatenus uult curatoré † non
dari niſi petenti, loquitur in pupillo uolente age
re, ſed ubi aliu s uult conuenire minorem, tunc
cogitur ut uidetur text. in d. l. admone & ita. ſ. an
pupillus uel adultus agat, uel conueniatur, di-
ſtinguit gloſſ. & Bart. in d. §. ſi pupillus, Iaſ. in add.
ad por. in tit. Inſtit. de tutel. num. 3. & inſtit. de cu-
rat. nu. 3. ſicque ſicuti prima pars illius text. non
procedit in pupillo conuento, quatenus uult cu
ratorem

ratorem dari uolenti, non etiam procedere debet quatenus uult curatorem non dari nisi præsentem, ut uidetur text.in d.l.fin.§.1.C.de admin. tut. Præterea receptior uidetur sententia q curator ad lites cogatur acceptare, ut uelle uidetur Specul.in tit.de curat.§.cum autem prædictis personis uersic.sed nunquid inuitus quis cogatur, & ibi clarius Io.Andr.in add.Angel.in l.1.C.qui pet. tut.Bart.& Bald.in d.§.si pupillus, unde inferri
3 uidetur reg.qui potest inuitis † multò magis absentibus & ignorantibus. Quòd si dispositio d.§. si pupillus quatenus uult curatorem ad lites non dari nisi præsentem & uolentem indistinctè, & generaliter procedit, necesse uidetur dicere illam esse hodie sublatam per l.fin.in princ.& clariùs
4 in §.1.C.de admin.tuto.ubi curator † ad litem inuitus cogitur defendere. Item non procedere de iure canonico s'm q curator ad litem cogitur suscipere curam Angel.in d.l.fin.§.1.in fin.uidetur quoque dispositionem d.§.si pupillus locum sibi non uendicare in curatore personarũ illustrium, qui debet nominari non à minore, sed ab alijs iuxta text.in l.1.C.de tut.& cur.illustr.perso.Cura-
5 tor † autem minori non ad certam litem, sed generaliter dari potest inuitus & absens l.fi.in prin. C.de administ.tut.Spec.ubi supra Batth.in l.illud de tut.& curat.da.ab his &c.

CASVS XXVII.

¶ Alexander de anno.1510.locauit molendina Iacobo usque ad nouem annos sub annua pensione. De anno 1540.interpellauit hæredes Iacobi ad restitutionem.De anno 1564.hæres Alexandri mouit iudicium contra hæredes Iacobi, petendo reintegrari ad possessionem molendinorum; & insuper reos conuentos condemnari ad solutionem pẽsionum maturatarũ ante interpellationem, & ad fructus perceptos post interpellationem. Rei post multas oppositiones reconuenerunt actorem ad annuas pẽsiones scutorum.300. pro annis uiginti quatuor sibi debitas ex testamento aui locatoris, & quas locator quandoque soluerat; utraq; pars deduxit & probauit ea quæ respiciebant utramque petitionem. Actor prætendit pronuntiari posse super solo possessorio, & ipsum ante omnem cognitionem esse restituendum ad possessionem molendinorum. Rei uerò utrumque iudiciũ eadẽ sententia terminandum.

¶ Quæritur quid iuris, & exhibentur acta.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad pensiones quæ detur.*
2 *Possessorium recuperandæ possessionis quando competat ad fructus.*
3 *Actor ubi intentat possessionem & petitionem pendentia possessorij non impedit quominus ex parte rei possit deduci petitorium & super utroque sit prouinciandum.*
4 *Possessorium recuperandę ubi habet admixtam causam proprietatis admitti exceptiones dominium respicientes.*
5 *Actor quando non potest petere ut ante omnem cognitionem restituatur.*

CVm actor petierit reintegrari ad possessionem molendinorum, & reos conuentos condemnari ad pensiones maturatas ante interpellationem, & fructus post perceptos uidetur intentasse non solũm possessorium recuperandæ possessionis, sed etiam actionem ex loca-
1 to: Nam † ad pensiones non datur possessorium remedium post finitam locationẽ, sed actio duntaxat personalis ex locato, Bald.in l.si quis conductionis titulo nu.2.uersic. Iacob.de Aret. dicit
2 C.locat.Et licèt possessoriũ † recuperandæ competat ad fructus c.grauis de resti. spolia. Id tamen procedit solum in fructibus perceptis post spolium: unde succedit id, quod per illum text.no. Abb.in c.cum super in 1.notab.de cau.possess.ubi
3 † actor intentat possessorium & petitorium, pendentia possessorij non impedit, quominus ex parte rei possit deduci petitorium, & super utroque sit pronunciandũ, & quod scribit Abb.in c.cum ecclesia nu.5.eo.tit.ubi actor non intentat possessorium simpliciter, non habet locũ regula, q spoliatus ante omnia sit restituendus: ad quod conuenit id, quod quandoque legimus, s.ubi pos-
4 sessorium † recuperandæ habet ad mixtã causam proprietatis admitti exceptiones dominium respicientes l.2.§.quædam de interd.Rip.in l.naturaliter §.nihil commune num.71.de acquir. possess.
5 Cumque † actor saltem tacitè consenserit, quòd rei conuenti deducerent, & probarent super annuis pensionibus per eos petitis, non potest petere ut ante omnem cognitionem restituatur c.1.in uersi.eo.consentiente de restit.spol.cuius text.dispositio procedit etiam si spoliatus expresse non consentiat, sed non contradicat Barth.in l.si quis ad se fundum C.ad leg.Iul.de 3.Rip.d.§.nihil commune nu.72.Cumque non solùm rei conuenti, sed & actor exceperit & probauerit circa pensiones petitas à reis conuentis, subsequitur decisio text.in d.c.cum ecclesia §.uerùm quia, & in d.c. cum super ut.s.super omnibus sit simul pronunciandum: ad quod cõuenit id, quod tradit Abb. in d.c.1.in 4.notab.de restit.spol.quando ex probatis in iudicio constat de iure rei conuenti restitutionem non esse ante omnia faciendam allegan ti se spoliatum.

CASVS XXVIII.

¶ In suprascripto casu iudex declarauit molendina esse restituenda, reseruatis alijs in alio iudicio decidendis.Fuit appellatum Quæritur, an appellatio suspendat executionem sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellari à sententia ad effectum suspensiuum executionis quando possit.*
2 *Spoliatus qui ante omnia sit restituendus in quibus fallit.*

3 *Indica-*

3 *Iudicatum cum non fuerit ſuper omnibus appellari poteſt.*

4 *Appellari poteſt ab in ordinato proceſſu etiam in poſſeſſorio.*

5 *Appellari quidem à poſſeſſorio non tamen ad effectum impediendi executionem poſſe an uerum ſit.*

6 *Sententia quando dicitur nulla.*

1 Appellari † potuiſſe etiam ad effectum ſuſpenſiuum ex pluribus ſuadetur. Primò, ob id quod ſcripſit Bald. in l. 1. nu. 8. C. ſi de moment. poſſeſſ. ubi poſſeſſorium non eſt merum, ſed mixtum, poſſe à ſententia poſſeſſorij appellari, & quod dixit idem Bal. in d. l. 1. nu. 16. ſi intentetur condictio ex l. ſi quis in tantam C. unde ui ad reſtitutionem poſſeſſionis, & ad pœnam poſſe appellari ẽt à ſententia poſſeſſionis: & quanuis in re præſenti non fuerit pronunciatum ſuper penſionibus, tamen id non prohibet appellationem Bal. conſi. 153. lib. 1. quod ẽt ſentit idem Bal. in d. l. 1. nu. 16. dum ad hoc ut non poſſit appellari à ſententia ſuper reſtitutione poſſeſſionis, conſulit ut dentur duo libelli, unus ad reſtitutionem poſſeſſionis, alius ad pœnam. Et ſuadetur urgenti ratione; nam ſi iudex condemnauiſſet reum etiam ad penſiones, potuiſſet à toto appellari, Salyc. in d. l. 1. in fin. quæ ſenten. ſin. ap. reſcin. quā Salyc. ſnīa vr̃ ueriſſima: nam oẽs fatentur quò ad penſiones ſnīam eſſe appellabilem; cæterũ ſi non appellaretur à toto, & ſic ẽt à ſententia ſuper reſtitutione poſſeſſionis, & per appellationẽ executio in totum non impediretur, appellatio à ſententia ſuper penſionibus eſſet fruſtatoria; nam ſententia ſuper his non põt de iniuſtitia argui, ſtante ſententia ſupet reſtitutione poſſeſſionis l. ex diuerſo §. 1. de re. uendic. c. grauis de reſtit. ſpol. & poſſe eo caſu appellari ẽt à ſentẽtia poſſeſſorij, ſentit Abb. in c. cum dilectus nu. 13. de. cauſ. poſſ. & c. dũ uult ſi feratur ſententiã in poſſeſſorio & petitorio pro eodem, ſi appelletur à ſententia petitorij non impediri executionem ſententiæ poſſeſſorij: unde ſentit ꝙ ſi appellatum fuiſſet à ſnīa poſſeſſorij ſuſpenſa fuiſſet eius exequutio, qđ clarius expreſſerat nu. 12. ubi inquit imputandũ ei, qui ſuccubuit ſi non appellauit à ſententia poſſeſſorij. Secundò, quia cum actiones intentaræ fuerint non ſolum ſuper reſtitutione molendinorũ, ſed ẽt ſuper penſionibus, & iudiciũ fuerit agitatũ ſuper exceptionibus & reconuentione reorũ, & ſuper oĩbus inſtructus proceſſus, & concluſum in cauſa. Subſequitur deciſio text. in c. cũ eccleſia in c. cũ ſuper de cauſ. poſſ. ſ. iudicem debuiſſe ſuper oĩbus pronuntiare, quod cũ non fecerit, appellari põt l. 1. §. fin. quæ ſenten. ſin. appell. reſci n. qui textus procedit ẽt in præſenti caſu, quo ex parte actoris nõ ſolùm poſſeſſor. ſed ẽt actio ex locato intentata fuit: tunc. n. nõ hẽt locũ tex. in c. ſi. de ord. cogn. & permittit̃ reo deducere petitoriũ glo. 2. & Abb. in. 1. nota. in d. c. cũ ſuper glo. 2. Abb. nu. 15. in c. cũ eccleſia eo. tit. & quo actor dixit ſe dñm & legitimũ poſſeſſorẽ, & ſic reus excipere potuit de dñio & alijs reſpicientibus aliud, ꝗ poſſeſſoriũ, Bal. in d. l. ſi quis conductionis nu. 5. uerſi. idẽ ſi agens &c. & hmõi appellatio ſuſpendit executionẽ ſnīæ latæ ſuper conuẽtione, Abb. in c. cum dilectus nu. 14. de ord. leg. ẽt ꝙ ſententia fuerit ſuper poſſeſſorio Bal. d. l. 1. nũ. 16. C. ſi de mom. poſſ. Abb. ubi ſ. nu. 16. Quibus accedat, ꝙ ubi contra agentẽ poſſeſſorio opponitur exceptio dñij, & iudex quaſi ea nõ obſtante pronutiat ſuper poſſeſſorio appellari poteſt, ſi exceptio debuerat admitti, Bal. in d. l. 1. nu. 12. C. ſi de mom. poſſeſſ. Tertiò, quia ubi ẽt actor merum poſſeſſoriũ deduxiſſet; tñ cũ reus deduxerit exceptiones reſpicientes ius retentionis & reconuenerit actorem, & ſuper his actore conſentiente, ac ẽt ſuper his excipiente, & probationes inducente fuerit factus proceſſus, & concluſum in cauſa, non habet locũ † regula, ꝙ ſpoliatus ante oĩa ſit reſtituendus, & ſuper oĩbus debuit pronuntiari (ut fuit dictũ) & qñ ꝑ probationes conſtat de iute reorũ, reſtitutio non eſt ante oĩa faciẽda, Abb. in c. 1. in 4. not. de reſtit. ſpoliat. & cum

3 † non fuerit ſuper oĩbus iudicatũ, appellari põt, d. l. 1. §. fin. quæ ſent. ſin. app. &c. & appell. ſuſpendit Abb. d. c. cum dilectus nu. 14. & nu. 16. Nam

4 † ab inordinato proceſſu ẽt in poſſeſſorio põt appellari Bald. in c. ex conqueſtione nu. 1. de reſtit. ſpol. & ubi præuertitur ordo unius cauſæ, ad aliã poteſt appellari l. 1. C. de appell. & appellat. huiuſmodi pendente licèt reiecta ſit, oĩa in ſuo ſtatu manere debent l. 3. C. de appell. Neq; mouet me quòd ſm Bart. in l. 2. de app. recip. nu. 9. appellari

5 poſſit † à poſſeſſorio, non tñ ad effectum impediendi executionẽ; ideoq; idem in re præſenti ſit dicendum. Nam reſpondetur primò, receptiorem ſententiã eſſe contra Bart. ut. ſ. à ſnīa ſuper poſſeſſorio non poſſit appellari, pro qua vr̃ text. in d. l. 1. C. ſi de momen. poſſeſſ. in uer. ſortitur effectũ, & in uer. & integra oĩs proprietatis cauſa ſeruetur, quæ uerba reſeruant ſolùm quæſtionẽ proprietatis, præterea quæuis opinio ſit uera, caſus preſens eſt extra terminos d. l. 1. ut ſupra diximus. Et ſi à ſententia lata ſuper poſſeſſorio põt regulariter appellari non retardata executione per d. l. 1. neceſſariò dicendum ꝙ Doct. dum limitando d. l. dixerunt, appellari à ſnīa ſuper poſſeſſorio ſint intelligendi ẽt quò ad effectum ſuſpenſiuũ; quod in ſpecie aſſeruit Ang. Bero. q. 95. illud tamen non omittendum, quòd ſententia laborat euidenti nullitate: nam is, contra quem agitatus fuit proceſſus, deceſſit die nona Decembris, & die tertio decimo Decembris, & ſic intra nouem dies poſt mortem patris, eius filiæ fuerunt citatæ ad ſententiam, & die decima ſexta fuit lata ſententia,

6 quæ † ex diſpoſitione §. meminimus in authentico ut cum de appell. eſt penitus nulla. Item citatio peremptoria fuit tranſmiſſa, & ſententia lata contra filias minores curatore carentes, & proceſſus ac ſententiã contra minores curatore carẽtes ſunt ipſo iure nulla l. acta §. fin. de re iudi. gloſſ. l. cum minores C. ſi aduer. rem ind. Caſtr. in l. ſi curatorem C. de in integr. reſtit. & contra quas non poteſt agi etiam poſſeſſorio lege prima C. qui legit. perſo. quæ duæ exceptiones fuerunt appoſitæ ante ſententiam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sterquilinium non posse fieri in muro communi.*
2 *Cuicunque licitum est facere quodlibet in suo dummodo alteri non noceat.*
3 *Conditio domini probibentis in re communi potior est.*

CASVS XXIX.

Colligitur ex allegationibus.

1 Ivre non uidetur † sterquilinium, quod uulgo appellāt necessarium, siue eius canam, aut tubam, per quam stercora defluunt, posse fieri in muro communi intermediāte cameras: nam text.in l. si quando, §. fin. si ser. uend. uult posse agi contra uicinum, ut tollat sterquilinium factum prope murum communem, ex quo sterquilinio murus madescebat, unde multo magis debet posse agi ut tollat sterquilinium factum non prope murum, sed in muro communi. Item tex. in l. fistulam in princ. de seruit. urb. præd. uult non posse haberi iunctam muro communi fistulam, quæ aquam ex cœlo, aut castello capiat, unde multo minus debet posse haberi in muro ipso communi fistulam, seu caueam, quæ capiat stercora, & quamuis text. deinde uelit licere uicino habere balneum prope murum communem, tamen in uersic. sed Neratius id limitat, nisi usus balnei habeat assiduum humorem. Adhæc text. in l. quidam Iberus uult non licere uicino habere tubulos ad motos ad parietem communem, ergo multo minus debet posse haberi tubulos, uel sterquilinium in ipso pariete communi, & quamuis Pract. Papien. in forma libell. quo ag. pro hæredi. uel rescin. diuis. in uersiculo, & in futurum percipiendis, Cæpoll. de seruit. urb. præd. capitulo 65. in titulo de necessario asseruerint licere facere necessarium in pariete communi, si non afferat damnum: tamen iura per eos allegata loquuntur de his, quæ fiunt non in muro, sed propè murum: inter quæ magna est differentia. Nam faciens aliquid propè murum, dicitur facere in
2 suo, & cuicunque † licitum est facere quodlibet in suo, dummodo alteri non noceat, lege prima, §. idem aiunt, de aqua pluui. arcen. Faciens uero in muro communi dicitur facere in re com-
3 muni, in † qua potior est conditio domini prohibentis, lege Sabinus communi diuidundo. Præterea textus in dicta lege si quando considerat damnum madefactionis in lege fistulam, in primo responso uult indistinctè non posse fistulas de quibus in eo text. non solum haberi in pariete communi, sed neque iunctas parieti: & in secundo responso considerat damnum humoris assidui, ex quo longè magis debet considerari damnum madefactionis stercoreæ, & putridæ defluentis non propè murum, sed in ipso muro.

SVMMARIVM.

1 *Contra sententiam præfecti prætorio à quo non appellatur iure communi supplicari potest, ut sententia reuidetur.*
2 *Propter sententiam latam quando supplicari possit & quando non.*
3 *Contra interlocutoriam qua pronunciatur quem habere legitimam personam adiri potest superior per uiam simplicis querelæ.*
4 *In quibus casibus possit appellari ab interlocutoria super legitimatione personæ, & alio modo.*

CASVS XXX.

Colligitur ex allegationibus.

Reuisio ordinationis ducalis consilii, in qua ordinauit Petrum admittendum uti coniunctam personam Iulii, & eius nomine ad agendum, concedenda uidetur: siue ius commune inspiciamus, siue nouas constitutiones. Nam iure communi contra senten-
1 tiam † præfecti prætorio à quo non appellatur lege prima de offic. præf. præto. supplicari potest, & sententia reuidetur lege si quis aduersus, & authent. quæ supplicatio. C. de prec. imper. offer. & quando ex priuilegio iudicantis denegatur
2 appellatio, † supplicari potest: licèt secus sit si ex qualitate causæ, uel aliàs de iure communi prohibita esset appellatio Castrens. in dicta lege si quis aduersus, numero tertio, & in lege fin. numero tertio. C. ut lit. pendent. Idem si non possit appellari mixta ratione personæ, & causæ, Imolens. consilio 142. Decius in lege fin. numero 50. uersiculo, & eodem modo, C. de edictione tollenda
3 diui Adriani, & contra † interlocutoriam, qua pronunciatur quem habere legitimam personam adiri potest superior per uiam simplicis querelæ, Baldus in lege intra utile in secunda lectura, uersiculo notate &c. de minor. Ex constitutionibus quoque ducalibus disponitur à sententiis decretis ordinationibus, & prouisionibus à consilio factis posse eum, qui prætendit se grauatum petere reuisionem. Neque obstat, quòd ducales constitutiones in §. ordinamus prohibeant confugi ad consilium sub prætextu grauaminis in casibus, quibus ab interlocutoria appellari non licèt. Nam respondetur, ab interlocutoria, qua pronunciatur quem habere legitimam personam appellari posse, lege ait prætor, §. permittitur de mino. Baldus in dicta lege intra utile, in secunda lectura, uersiculo notate, in additio. Specul. in titulo de appellatio. uersiculo si uerò interlocu-
4 toria, &c. hinc ab interlocutoria † super legitimatione personæ iudicis potest appellari Bartolus in lege secunda, numero 13. de appellatio. recip. Idem ab interlocutoria super legitimatione personæ actoris, uel procuratoris, siue super legitimatione personæ testis, aut fideiussoris. Baldus in lege arbitro, numero quinto. Angelus, numero septimo. Socynus, nume-

ro ſeptimo, qui ſatisdare coguntur. Et ab interlocutoria qua pronunciatur ſindicum eſſe legitimum, uel illegitimum, quilibet poteſt appellare Specul. in tit. de ſindic.col. 3. uerſ. ſed nunquid poteſt. Et ab interlocutoria appellari poteſt, quando à diffinitiua, quæ ſperatur, non appellatur, Bart.in l. 2.num.1.in fin.& num. 2.de app. recip. & quando eſt talis interlocutoria quæ mandaretur executioni ſtatim d.l.ait prætor, §.permittitur.Bart.d.l.intra utile, & quando grauamen non poteſt reparari per appoſitionem à diffinitiua, Bart. in l.intra utile, uel per appellationem à diffinitiua grauamen quod infertur per interlocutoriam non poteſt reparari ſine magno præiudicio, Bart.l.1.§.quæſitum num.6. in fin.de appell.

CASVS XXXI.

¶ Angelus fuit condemnatus ad relaxandum dimidiam hæreditatis Herculis, petita fuit executio coram executore, fuit orta contentio ſuper quantitate rerum compræhenſarum in ſententia, iudex declarauit executionem fiendam, eamque conceſſit in omnibus bonis, quæ tenebantur per Antonium dempta certa parte.

¶ Quæritur, an iudici & notario ſalarium debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Salarium iudici in cauſis ſummariis non debetur ob ſententiam neque in cauſa extraordinaria, neque quando proponitur officium iudicis ob aliquod factum.*

2 *Executio ſententiæ petitur officio iudicis, & conſiſtit in facto, ac in eo fit ſummaria cognitio.*

3 *Sententia quando non ſit liquida.*

4 *Propter controuerſiam ortam ſuper poſſeſſione, uel proprietate rerum cauſa eſt ſummaria, & multo magis ſuper quantitate rerum comprehenſarum in ſententia.*

5 *Executio quando poſſit uel non poſſit peti executio.*

1 IN cauſis † ſummariis non debetur ſalarium iudici ob ſententiam Bal. in l.generaliter nu. 2. C. de epiſc. & cler. neque ob ſententiam in cauſa extraordinalia Bart.in l.in ſacris 2.de prox.ſacr.ſcrin. neque quando proponitur officium iudicis ad aliquod factum, Bald.in l. fin.nu.13.C.de fruct.& lit.impen. Verùm execu-
2 tio † ſententiæ petitur officio iudicis l.qui reſtituere ubi not.Ang. de re. uend. & executio ſententiæ conſiſtit in facto & in ea fit ſummaria cognitio Spec.in tit.de exec.re.iud.§.breuiter in prin. & in tit.de ſent.& re iud.in princ. Vnde pro ſententia ſuper exequenda ſententia non debetur ſalarium iudici neque notario.Neque obſtat, quòd ſenten-
3 tia † non fuerit liquida, cum in ea reus condemnetur ad relaxandum dimidiam hæreditatis Antonii,& coram iudice à quo petebatur executio fuerint oppoſitæ exceptiones, propter quas neceſſaria fuit liquidatio, & liquidationis cauſa non ſi ſummaria Bart.in l.3.nu.15.C.de pigno. Nam reſpondetur primò, ſi ſuper poſſeſſione, uel proprietate rerum ſuper quibus petitur executio, oriatur
4 † controuerſia cauſam eſſe ſummariam, l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus de re iud.ideo multò magis cauſam eſſe ſummariam, ſi ſuper quantitate rerũ compræhenſarum in ſententia oriatur contentio. Secundo reſpondetur, rem in terminis decidi per Barth.in l.2.nu.5.C.de ſent. quæ ſine cert. quant. ubi uult ſi quis ſit condemnatus ad ſeruandum aliquem indemnem, uel ad reſtituendum hæreditatem circa liquidationem quantitatis procedendum eſſe ſine libello & ſummarie iuxta diſpoſitionem d.§.ſi ſuper rebus,& Bart.in d.l.3.n.11.C.de pig.non loquitur in liquidatione quæ fit in executione rei iudicatæ.Itẽ loquitur in liquidatione ſubſtantiæ obligationis.ſ. an commiſſa ſit obligatio, non autem in liquidatione quantitatis debitæ, quod ſuadetur ex eo, quod dixit Caſtr.in l.2.num. 10. de leg. 2. ubi uult quòd antequam liquidata
5 ſit ſubſtantia obligationis non † poſſit peti exec. ſed poſt liquidationem ſubſtantiæ obligationis licèt incerta ſit quantitas quæ debetur, poſſit peti & ueri executio contra perſonam & bona debitoris, quod etiam dixerat in l.1.nu.9. de edendo, & ante eum Bart.in d.l.1.in fin.de leg.2.in l.1.nu. 3. iud.ſol.

CASVS XXXII.

¶ Extat ſtatutum, quòd pubes confitens ſe maiorem annis uiginti quinque, habeatur pro maiore, maximè ſi id fiat in inſtrumento procuræ. Antonius conſtituit procuratorem ad lites: in mandato dicitur, Antonius annorum quindecim, confitens ſe maiorem annis 25. in executione ſtatuti Placentiæ conſtituit &c. Procurator agit in iudicio nomine Antonii, opponitur de nullitate mandati quaſi facti à minore, uiginti quinque annis. Reſpondetur ualere uigore ſtatuti prædicti. Replicatur ſtatutum loqui de pubere, Antonium autem non eſſe puberem.

¶ Quæritur cui incumbat onus probandi Antonium eſſe, uel non eſſe puberem.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi an quis ſit minor incumbit agenti.*

2 *Regulare eſt, quòd qui uult uti beneficio ſtatuti probare debeat qualitates à ſtatuto requiſitas.*

3 *Minor 25. annis, ac procurator ab eo conſtitutus abſque curatore non habet legitimam perſonam in iudicijs.*

4 *Negatiua per quam oſtenditur aduerſarium non habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio nunquã probanda eſt à negante.*

5 *Fundanti ſe ſuper certo actu, quòd non ſit opus probare habilitatem perſonę ad actum, quando præcedat.*

6 *Intentio aduerſarij ubi eſt fundata à iure communi allegans etatem debet probare.*

IN

IN proposito casu onus probandi, quòd constituens sit pubes incumbere uidetur agenti: nam glo. in c. presbyter 7. §. distinc. Spec. in tit. de probat. §. probare uer. restat di-
1 xere ubi conceditur, † an quis sit minor, onus probandi incumbere ei qui agit, & magis ad propositum Specul. in tit. de acto. col. 2. uersic. si ergo excipis &c. scripsit, si quis alleget se maiorem, quia uult admitti ad agendum debere probare se maiorem, idem uult Bald. ibi in add. uers. Dominus Iacob. dicit &c. & quamuis Salyc. in l. cum te C. de probat. refellat sententiam Specul. in d. uer. restat. & communiter Doct. ibi uelint eum, qui fundat se super ætate siue agendo, siue excipiendo debere probare, & in specie Bald. ibi nu. 1. dixerit eum, qui impugnat, uel repellit personam alicuius ratione minoris ætatis, debere probare: & idem uelint omnes in eo, qui excipit contra procuratorem quòd est minor: tamen idem Salicetus limitando prædictam opinionem inquit, quòd ubicunque aliquis est inhabilis de iure communi sed habilitatio prouenit à iure speciali, eum qui agit, non eum qui opponit, debere probare. In re autem proposita minor de iure communi est inhabilis ad iudicia l. cum & minores C. si aduer. rem iudicat. Sed habilitatio minoris puberis uenit ex iure speciali. s. statuto: unde agenti incumbit onus probandi pubertatem, & idem uult Ang. in d. l. cum te dum inquit, si quis allegeт ætatem ad destruendam intentionem aduersarii iam fundatã, ipsum debere probare, siue alleget ætatem maiorem, siue minorem: quod etiam dixisse uidetur
2 Bart. in l. de ætate nu. 12. de mino. & † regulare est quòd is, qui uult uti beneficio statuti, probare debeat qualitates à statuto requisitas, Barth. in l. 1. §. ait prætor, ne quid in flum. publ. In re autem proposita excipiens contra mandatum, habet fundatam intentionem de iure communi, quia ex confessione ipsius facientis mandatum, constat eum
3 est minorem 25. annis, & minor 25. annis † ac procurator ab eo absque curatore constitutus non habet legitimam personam in iudiciis d. l. cum & minores d. l. neque C. de procur. & Bal. in d. l. cum te nu. 1. uers. interdum ætas non ponitur in conditione &c. inquit quando ætas respicit habilitatem personæ secundum naturam actus, si quis uult consequi aliquid ex ætate, debet eam probare, si id uergit in præiudicium alterius. In re autem proposita ætas pubertatis respicit habilitatem personæ, & procurator agens uult in præiudicium rei conuenti uti beneficio statuti de pubere confiten-
4 te se maiorem. Præterea negatiua † per quam ostẽditur aduersarium non habere legitimam personam standi in iudicio, nunquam probanda est à negante l. non ignoratur C. qui accus. non poss. Angel. in l. hôc iure hu. 2. de uerb. oblig. Alex. in l. in illa nu. 11. Ias. nu. 15. uersic. 4. limit. Rip. nu. 33. eo. tit. ex quo uidetur comprobari id, quod dixit Specul. in tit. de acto. colum. 2. uersic. si ergo exci-
5 pis &c. Neque obstat, quòd fundanti † se super certo actu, opus non sit probare habilitatem personæ ad actum lege ab ea parte de proba. Bal. in d. l. cum te, cap. in præsentia ubi not. Abb. num. 3. Felyn. num. 11. Dec. num. 11. de probat. & ideo pro-
1 ducens testamentum factum à minore 25. annis non tenetur probare, quòd testator esset maior
2 quatuordecim annis, Felyn. & Dec. ubi supra. Nam ex prædictis patet responsio, scilicet id proce-
3 dere in habilitate iuris communis, ut. s. non debeat probari, quando non apparet facientem actũ
4 esse de iure communi inhabilem, ut in prædicto exemplo testamenti; nam minor annis uigintiquinque non est inhabilis ad testandum, sed ubi constat facientem actum esse inhabilem de iure
5 communi, sed habilitas causatur à iure speciali agens debet probare Salyc. ubi supra, & ubi inten-
6 tio † aduersarii est fundata à iure communi, allegans ætatem debet probare, Angel. ubi supra: minor autem de iure communi est inhabilis ad iudicia, & habilitas eius causatur à statuto, & opponens contra minorem, seu eius procuratorem habet fundatam intentionem à iure communi, &c.

CASVS XXXIII.

¶ An inuentarium tutoris prosit pupillo hæredi ad hoc ut possit pupillus dici hæres cum beneficio inuentarii.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris inuentarium quando possit prodesse pupillo, & quando non possit.*
2 *Hæredes pœna quæ sit si non faciat inuentariũ suum formam eius.*

SI adhæreamus sententiæ Bald. in l. filium quem habentem in penultima quæstione, numero 51. C. fa-
1 mil. hercisc. asserentis † inuentarium tutoris non prodesse pupillo, etiam quòd habeat solẽnitates requisitas in inuentario hæredis, res erit quò ad exhibitum inuentarium contra actorem expedita. Idem erit si adhæreamus his, quæ post Bartolum tradit Alexander in lege in ratione, §. quod uulgo ad legem Falcidiam. Etenim ipse uult inuentarium tutoris prodesse pupillo, quando apparet tutorem facientem inuentarium uoluisse sustinere personam duorum, scilicet tutoris, & hæredis. Idque colligi ex eo, quòd tutor seruet ea, quæ sunt seruanda in inuentario hæredis. Vnde cum in re præsenti non fuerint citati hi, quorum intererat, qui licet essent incerti saltem in genere erant citandi gloss. in §. hinc nobis in uerbo fideicommissarios in authentica. de hæred. & falcid. Bal-
1 dus in authentica. sed cum testator, numero quinto. C. ad legem Falcidiam, in lege finali, §. primo, numero sexto. C. de iu. deliber. non interuene-
2 rit subscriptio hæredis, uel alterius notarii loco hæredis d. l. fi. §. si autem dubius uer. subscriptionem non adfuerit necessarius numerus testiũ

Nam cum hi, quorum intererat, non eſſent citati nec in ſpecie, nec in genere, & ſic non poſſent dici contumaces ultra ordinarium numerum teſtiũ, erant neceſſarii alii tres d. §. hinc nobis d. authen. ſed cum teſtator, Bald. in d. l. fin. §. 1. num. 20. non poteſt dici tutorem uoluiſſe perſonam etiam hæredis ſuſtinere, & ſic tutoris, inuentarium prodeſſe pupillo. Neque actori prodeſſe poteſt quod ex aduerſo dicitur, ſcilicet inuentarium tutoris abſque ſolennitate requiſita in inuentario hæredis tunc ſolum non prodeſſe pupillo hæredi, quando prætextu eius pupillus uellet fraudare creditores, nam huiuſmodi limitatio, neque lege, neque ratione probatur, imò leges indiſtinctè, & generaliter requirunt ſolennitates in inuentariis hæredũ, & ratio, qua innituntur Bart. & Alex. in d. §. quod uulgo generaliter, & indiſtinctè procedit, & Parr. in conſ. 43. num. 79. lib. 3. loquitur contra expreſſos tex. 5. d. l. fin. §. etſi prædictam, & in authen. de hæred. & Falcid. §. ſi uerò non faciat inuentarium,
2 † ubi ſi hæres non faciat inuentarium ſecundum formam in his legibus traditam etiam quòd faceret deſcriptionem bonorum, priuatur falcidia, & patitur alia quæ recenſentur in illis text. & Caſtr. quem Parr. allegat in l. cum tale, §. Titius de cond. & demonſt. Corn. conſ. 303. nu. 22. lib. 1. loquuntur non in inuentario, quod fit ad commodum hæredis, ſed in inuentario quod fit ad inſtantiam, & commodum alterius, in quo non requiruntur ſolennitates relatæ in d. l. fin. & in d. §. hinc nobis Caſtr. & Bald. in d. §. Titius, & ſi uera eſſet limitatio, quæ ex aduerſo deducitur, ſequerentur duo ualde abſurda, quòd ſcilicet hæres ex ſimplici bonorum deſcriptione: item offerendo quandocunque uellet ſatisfacere omnibus creditoribus, & legatariis poſſet euitare pœnas inductas contra hæredes non facientes inuentarium, & quod magis eſt conſequi beneficia iure nouiſſimo tradita hæredi conficienti inuentarium. Sed etſi conſtaret actorem feciſſe inuentarium, tanquam hæredem ſeruatis ſolennitatibus de quibus in d. ll. Tamen ante proditum inuentarii beneficium, hæres etiã; quòd non eſſet ſuſpectus de aliqua fraude, non poterat ex propria perſona reuocare alienata per defunctum. l. cum à matre. C. de re uend. l. ſi uenditrici. C. de reb. alien. non alien. l. Seia de euict. l. 1. in princ. uerſ. ſed ſi dominus de excep. rei uendit. l. ſi filium de lib. cau. l. ſi ab eo, C. de lib. cauſ. ideoque cum ob ſtatutum Mediolani non poſſit quis fieri hæres cum beneficio inuentarii, quò ad eum perinde uidetur, ac ſi nunquam proditum eſſe inuentarii beneficium.

CASVS XXXIIII.

¶ Annibal aſſerens ſe creditorem quinque mille aureorum Iulii abſentis, appræhendit auctoritate iudicis (nulla tamen præcedente condemnatione eius bona: illaque obtinuit ſubhaſtari & uendi, ut ex precio ſibi ſatisfieret. Poſt duos annos reuerſus Iulius dicit ſe non fuiſſe debitorẽ niſi quatuor mille aureorũ. Quæritũ, an ubi cõſtet, poſſit Iulius ĩfringere ſubhaſtationẽ & uẽditionẽ bonorũ.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſubhaſtatio & uenditio bonorum non præcedente condemnatione ſunt ipſo iure nullæ.*
2 *Datio in ſolutum pro maiori ſumma quam ſit uerum creditum eſt in totum nulla.*
3 *Bona debitoris ut poſſint uendi debet conſtare de debito.*
4 *Reus poſt ſecundum decretum reuerſus auditur ſi doceat immiſſionem factam ex falſa cauſa, & probet ſe non fuiſſe debitorem.*

1 Executio † ſubhaſtatio & uenditio bonorum, non præcedente condemnatione, ſunt ipſo iure nullæ l. ſi cum nulla de re iud. l. 1. C. de exec. rei iud. & datio in ſolutum facta † ſiue à iudice, ſiue à parte pro maiori ſumma quàm ſit uerum creditum eſt in totum nulla l. ſi non ſortem §. ſi centum, ubi Bart. & Caſtren. de cond. indeb. & ſi iudex mittit creditorem in poſſeſſionem pro debito, quod partim erat uerum, partim falſum, immiſſio eſt in totum nulla Baldus in lege certi condictio §. quoniam nu. 3. ſi cer. pet. & quicquid ex huiuſmodi immiſſione ſequitur, ut ſubhaſtatio & uenditio, & nullum l. non dubium, ubi not. Barthol. numero 22. C. de legib. Et ad hoc ut † bona debitoris poſſint uendi, debet conſtare de debito, lege hæreditarium ubi glo. & Barthol. de bo. auct. iud. poſſi. Bartolus in lege Fulcinius §. cum hoc ex quib. cauſ. in poſſ. ea. & venditio bonorum debitoris abſentis, in qua requiritur ſubhaſtatio lege fundus deſcind. uend. Baldus in lege ordo numero quarto. C. de exec. re. iud. facta pro debito, cui obſtabat exceptio, uel ob debitum falſum eſt nulla, Barthol. in dicto §. cum hoc numero ſexto. Et reus † etiam poſt ſecundum decretum reuerſus auditur, ſi doceat immiſſionem factam ex falſa cauſa, ut ſi probet ſe non fuiſſe debitorem. Felinus in cap. conſultationibus numero tertio, de off. deleg. Quæ in propoſito caſu concludere uidentur apprehenſionem bonorum, & ſubhaſtationem & uenditionem factam pro debito quod partim erat falſum, eſſe in totum nullam.

CASVS XXXV.

¶ Compromiſſum fuit in duos, & additus eſt tertius, caſu quo primi duo diſcordarent. Vnus ex duobus reperitur incapax compromiſſi.

¶ Quæritur, an in locum incapacis ſit eligendus alius, an reliqui duo poſſint ſimul iudicare, uel ſaltem tertius ſolus, an uerò compromiſſum ſit nullum.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum propter perſonam incapacem unius ex illis in quibus fuit compromiſſum eſt nullum.*
2 *Electis tribus arbitris ſinguli ſunt iudices pro parte ſua tantum, & uno abſente tota poteſtas non reperitur in duobus.*

Compro

1 Compromissum † esse nullum, ut nec alii capaces possint iudicare, uidetur casus in l. Pedius de arbit. ubi compromissum fuerat in Titium, & seruum, quia seruus non potest esse arbiter, l. illa uerba de uerb. sig. deciditur quod neque se in persona Titii cōpromissum ualet. Idque etiam probari uidetur ratione. Nam electis pluribus arbitris, uno eorum mortuo, cōpromissum penitus euanescit c. uno delegatorum ubi Abb. de off. deleg. Bart. Castr. Alex. Ias. in l. duo ex tribus de re iud. Et si compromissum ab initio ualidum finitur superueniente defectu in altero ex arbitris multò magis incapacitas unius arbitrorum debet impedire, nec compromissum ab initio ualeat, arg. l. patre furioso de his qui sunt sui. Præterea electis duobus arbitris, & in casu discordiæ addito tertio Bart. censuit in l. item si unus, §. principaliter de arbitr. ut primi duo debeant iudicare secundum consilium Tertii, quæ opinio si uera est, in præsenti casu primi duo non possunt iudicare secundum consilium Tertii, cum unus sit incapax. Quòd si adhæreamus sententiæ Abb. & Felyn. in cap. suspicionis de off. deleg. uolentium tertium debere iudicare cum aliis duobus, & singulos tres habere singulam uocem, hoc casu Tertius non poterit cum aliis duobus iudicare ex defectu personæ unius. Adhęc electis tribus arbitris, duo ex his non possunt ferre sententiam altero absente, l. si in tres de arbitr. quia præsentia absentis potuisset trahere eos in aliam sententiam, ut inquit ibi textus: & quia omnes iudicare debent, l. sicuti de arbit. Bart. d. l. duo ex tribus in fin. de re
2 iud. & quia† electis tribus arbitris singuli habent exercitium iurisdictionis pro parte sua tantum, & uno absente tota potestas non reperitur in duobus, Abb. in cap. 1. circa fin. de arbitr. Quæ omnes tres rationes militant uno abritrorum incapace.

CASVS XXXVI.

¶ Post longam litem in curia Romana inter Sāseuerinum, cui reseruati erant fructus ad summā ducatorum mille tercentum super bonis præpositturæ, cum facultate percipiendi illos propria auctoritate, & Titulatum prætendentem fructus omnes ad se spectare; nec non & conductores bonorum d. præposituræ, qui asserebant se creditores ratione melioramentorum, sibique competere ius retinendi bona, & fructus. Sanseuerinus obtinuit tres sententias, declarantes illi licere ex prædictis fructibus percipere propria auctoritate annuos fructus ducatorum mille tercentum, & obtinuit executoriales. Verū cum de anno 1545. peteret à Senatu Mediolani concedi beneplacitū exequendi: conductores opposuerunt de eorum melioramentis pro summa librarum 40000. Tandem de anno 1547. factis calculis à rationatore electo à senatu, & comperto quòd conductores, detractis detrahendis, habebant penes se fructus ualoris librarum 40000. Senatus ordinauit non esse concedendum beneplacitum. Verum attentis iuribus Sanseuerini bona per eos detenta esse relaxanda Sanseuerino retentis fructibus pro melioramentis. Anno 1549. Titulatus præposituræ obtinuit in curia Romana contra Sanseuerinum tres sententias, declarantes culturam, & liberam administrationem bonorum illi spectare, sine tamen præiudicio reseruationis fructuum ducatorum mille tercentum, quam habet Sanseuerinus: quarum executioni petiit à senatu beneplacitum. opponit coram senatu Sanseuerinus sibi satisfaciendum esse prius ob melioramenta, quæ ex ordinatione senatus soluta fuere ex fructibus sibi debitis, & quousque soluantur melioramenta, competere sibi ius retinendi bona.

¶ Quæritur, an recte opponat.

SVMMARIVM.

1 *Conductores habent ius agendi ad expensas melioramentorum, & retinendi bona quousque sibi satisfieret.*

2 *Ius excipiendi & retinendi pro melioramentis transit in singularem successorem.*

3 *Alienare dicitur qui non tradit ex causa indicati.*

4 *Decretum & auctoritas iudicis idem operatur quòd contractus partium.*

5 *Hypothecam habens super bonis succedit in hypotheca prioris creditoris quando ex eius pecunia soluta est priori creditori.*

6 *Contra illum qui uendidit rem meam nomine suo possum agere in subsidium ad pretium.*

7 *Actionem qui habet, & executionem ad fructus censetur ipsos fructus habere.*

8 *Retentionis exceptio non impugnat sententiam.*

9 *Exceptione post sententiam possit opponi quid requiratur.*

1 Conductores † habuerunt ius agendi ad expensas melioramentorum, l. dominus, §. 1. l. colonus locat. & ius retinendi bona pro melioramentis, quousque de his sibi satisfieret lege si in area de conditione indebita, glossa in lege colonus de ui, & ui armata. Vnde si ex ordinatione Senatus bona cum melioramentis fuerint relaxata Sanseuerino loco fructuum illi debitorum: ius excipiendi, & retinendi pro
2 melioramentis, † quod transit in singularem successorem, lege in hoc iudicium, §. sed si impendia comm. diuid. ubi Barthol. Alexand. in lege qui exceptionem de conditione indebita, transiuit in Sanseuerinum, & cum dominium melioramentorum esset conductorum, & tradita sint bona Sanseuerino cum melioramentis ex causa indicati, dominium melioramentorum, quæ erant conductorum in Sanseuerinum translatum fuit §. fin. Instit. de offic. iudic. cum aliis quæ latè adducit Iason. in lege ex hoc iure, numero 44. de iustit. & iur. sicque etiam ius excipiendi, & retinendi, & si is, cui iussu iudicis res traditur, potest uti accessione temporis ex persona primi possessoris quò ad acquirendum

per uſucapioné l. Pomponius §. ſi iuſſu'de acquir. poſſeſſ. etiam quòd non diceretur habere cauſam à primo poſſeſſore, Bart. ibi multo magis debet uti poſſe exceptione ex perſona primi poſſeſſoris quò ad retinendum. Adhæc licet extraneus ſoluens priori creditori, uel is ex cuius pecuniis ſoluitur priori creditori non ſuccedat in eius locũ, niſi expreſſe agatur l. ariſto quæ res pigno. oblig. poſſ. l. 1. C. de his qui in prio. credit. Id tamen intelligitur quò ad agendum, ſecus uerò quò ad excipiendum l. 1. in prin. & ibi not. Bart. Ang. & Salyc. quib. mod. pign. uel hypo. ſolu. l. pen. C. de his
3 qui in prio. cred. Cumque is, † qui rem tradit ex cauſa iudicati dicatur alienate l. 3. §. item quæri
4 ſolet de reb. eo. Et decretum iudicis † & auctoritas idem operetur, quod contractus partium l. 1. C. ſi ob cau. iud. nihil intereſſe poteſt, an debitor tradat ré illi, ex cuius pecuniis liberata eſt à priori creditore, an uerò iudex. Neque etiam intereſt, an Sanſeuerinus ſoluerit, an uero paſſus fuerit fructus ſuos uel ſibi debitos, aut hypothecatos uendi uel retineri ex ordinatione ſenatus pro ſatisfactione melioramentorum l. ſi prior §. ſi ter-
5 tius qui pot. in pign. habe. Præterea ille, † qui habet hypothecam ſuper bonis, ſuccedit in hypotheca prioris creditoris, quando ex eius pecunia ſolutum eſt priori creditori, Bald. in d. l. ariſto in 2. not. quæ res pign. oblig. poſſ. Sanſeuerinus autem pro fructibus ſibi reſeruatis habet obnoxia bona præpoſituræ: ideo cum ex eius fructibus fuerit ſolutum conductoribus ſucceſſit in hypotheca, quam illi habebant ſuper bonis præpoſituræ, & uigore illius retentione uti poteſt. Sanſeuerinus quoque ſatisfaciendo illis, qui fecerũt meliotamenta, uel patiendo illis ſatisfieri de fructibus ſuis, quod onus ſpectabat ad Titulatum, acquiſiuit actionem negotiorum geſtorum contra Titulatum, Caſtr. in l. ſi cum C. de priuil. fiſ. Saly. in l. 1. nu. 2. C. de his qui in prior. cred. & licèt illi non detur actio hypothecaria contra poſſidentes, ſi tamen poſſideat contra agentem dominum datur exceptio doli d. l. 1. in prin. quib. mod. pign. uel hypo. ſolu. Et ſicuti res aliqua uendita iuſſu iudicis pro ſatisfaciẽdo creditoribus, ſi euincatur; datur emptori actio de euictione contra illum, ad cuius beneficium ceſſit pretium rei l. ſi ob cauſam C. de euict. ita cum poſſeſſio bonorũ præpoſituræ ſit iuſſu iudicis translata in Sanſeuerinum ob ſatisfactionem melioramentorum factam ex fructibus Sanſeuerini, actio de euictione caſu quo poſſeſſio bonorum euinceretur, competeret Sanſeuerino contra Titulatum, ad cuius beneficium ceſſit ſolutio melioramentorum: ideoque ſi titulatus ipſe uelit euincere poſſeſſionem, multò magis exceptione repellendus ſaltem quouſque ſatisfecerit Sanſeuerino pro fructibus retentis pro meliotamentis l. uendicante
6 tem de euictio. Tandem ſicut † contra illum, qui uendidit rem meam nomine ſuo, poſſum agere in ſubſidium ad precium, l. mater C. de re. uend. Ita & contra illum, qui de pecunia mea emit rem ſuo nomine poſſum agere in ſubſidium ad rem, Caſtr. in dicta l. mater numero 5. & rem emptam ex pecunia mea poſſum in ſubſidium uendicare à quolibet poſſidente Caſtr. in l. ſi ex ea C. de re uend. ideoque & Sanſeuerinus potuiſſet in ſubſidium agere ad ea omnia, quæ ex fructibus ſuis confecta uel redempta fuerint, ſicque multòmagis uti retentione eorum, l. in ultus §. cui damus de reg. iu. Et ſi diceretur fructus non fuiſſe Sanſeuerini, ſed illi debitos; reſpon-
7 detur. cum Sanſeuerinus haberet † actionem & executionem ad fructus, cenſetur fructus ipſos habuiſſe l. rem in bonis de acqui. re. do. l. qui actionem de reg. iur. & cum idem ſit ſiue uendatur res mea, ſiue mihi debita aut hypothecata quò ad hoc ut poſſim in ſubſidium agere ad pretium Caſtr. in d. l. mater in fin. Idem quoque eſſe debet, quòd melioramenta ſint confecta ex fructibus Sanſeuerini, uel ex fructibus ipſi debitis aut hypothecatis, quò ad hoc ut pro illis retentio fie-
8 ri poſſit. Cumque re tentionis † exceptio non impugnet ſententiam, ſed moderetur executionem, poteſt opponi poſt ſententiam in eius executione lege Neſennius §. fin. de re iud. & in terminis huius exceptionis Barth. in l. in fundo numero 16. de re. uend. Nec quicquam facit quòd hæc exceptio fuerit in curia Romana ante
9 ſententiam deducta. Etenim ad † hoc ut poſt ſententiam exceptio uon poſſit opponi, non ſufficit illam fuiſſe oppoſitam ante ſententiam, & iudicem non habuiſſe rationem eius, ſed requiritur quòd ſuper ea fuerit diſcuſſum, & iudex illam reprobarit lege quòd ſi in diem §. ſi rationem de compen. lege ſi autem §. fin. de neg. geſt. quæ reprobatio expreſſa eſſe debet, glo. in dicta §. ſi rationem in uerſiculo compenſationem & in dicto §. fin. in uerb. reprobare Rip. in l. qui Romæ §. duo fratres numero 27. de uerb. oblig.

CASVS XXXVII.

¶ A decreto principis ſtatuitur inſtantia in cauſis appellationum, ſed permittitur partibus eam prorogare de communi conſenſu, cum appellans & appellatus nonnullas feciſſent prorogationes. Appellans ſæpius inſtitit coram iudice pro expeditione, proteſtatus contra eum: tandem porrexit preces principi conquerens de iudice, & petiit ac obtinuit mandari iudici, ut cauſam expediret: cum nec iudex expediret, appellatus obtulit prorogare iterum inſtantiam, appellans noluit prorogari, ſed petiit exequi principis reſcriptum, & cauſam expediri, & contra iudicem proteſtatus fuit. Lapſum eſt tempus inſtantiæ, dicit appellatus illud culpa appellantis, qui noluit prorogare fuiſſe lapſum, & cauſam in appellantis præiudicium fuiſſe deſertam.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Causa quando non potest dici deserta ab appellanti.*
2 *Stetisse per iudicem quando possit dici.*
3 *Permissum partibus non est iuris necessitati suppositum.*
4 *Instantia causæ appellationis potest suspendi expresso partium consensu iure canonico.*
5 *Tempus non currit in præiudicium illius qui semper litigat.*

1 SI appellans † fecit ea, quæ ab ipso facienda erant, & per iudicem stetit quominus causa expediretur, non potest causa quò ad effectum dici deserta, siue appellanti impedito ex facto iudicis tempus non currat, siue currat: sed detur restitutio. Et in præsenti casu stetisse uidetur per iudicem: nam appellans interpellauit iudicem ad iudicandum non tantùm semel, quod Bart. in l. mora de usur. in l. Titia Seio, §. usuras de leg. 2. censuit sufficere ad hoc ut impedimẽtum dicatur causatum ex parte iudicis, sed sępe & sæpius protestatus fuit de mora contra eum, quod
2 secundum omnes sufficit † ad hoc ut per iudicem dicatur stetisse Bald. in cap. ex ratione de appell. in fin. in auct. Item si appellatione, C. de temp. app. in l. properandum, §. sin autem utrique, C. de iud. & alii quos refert & sequitur Franc. in d. c. ex ratione col. 9. uers. sed quæritur in hoc primo, & hoc non contentus habuit recursum ad principem, & conquestus fuit de iudicis negligentia, ut mandat Imperator in l. fin. §. illud. C. de temp. app. Quibus stantibus negari non potest, quin dicatur summa ope nixus, ut causa expediretur, & in eo uendicet sibi locum tex. in d. §. illud. Nec quicquam facit quod ex aduerso dicitur, scilicet appellantem non uoluisse facere quintam prorogationem, quã aduersarii obtulerunt, ideoq; ipsum dedisse causam
3 desertioni, nam licèt à decreto † permissum fuerit partibus, ut possent prorogare instantiam causæ appellationis. Id tamen iuris necessitati non fuit suppositum, l. non quicquid de iud. Præterea si is, qui nõ uult prorogare, diceretur dare causam desertioni, sequeretur quòd quousque appellans offert facere prorogationes nunquam causa esset deserta, quia si appellatus non consentiret, diceretur dare causam desertioni, & ubi desertio causatur ex facto appellati, uel tempus non currit, uel datur secundus annus, uel tempus fatale reparatur, secundum uarias Doctorum opiniones, in d. cap. ex ratione. Et quamuis Caur. in cons. 270. dicat stetisse per appellantem si non petiit prorogationes à principe, tamen id neque lege, neque ratione probat. Licèt enim ea, quæ facilè solent impetrari à principe, non reputentur impossibilia, ut dicunt Doct. quos ipse allegat: non tamen ex hoc sequitur quòd is, qui non petiit à principe id, quod petere non tenebatur, fuerit in mora, uel negligentia. Et si uerum esset dictum Cauret. malè dicerent Doctores asserentes satis esse interpellare iudicem, & contra eum protestari, & imperfectè admonuisset nos imperator in d. §. illud, ubi ad plus requirit appellantem ad principem que-
4 relam proponere. Cumque de iure † canonico instantia causæ appellationis posset suspendi expresso partium consensu Clement. quandiu de appel. si uerum esset dictum Cauret. ad hoc ut appellanti non posset imputari, necesse esset, ut appellans offerret appellato consentire, & instantia suspenderetur, quod nullus Doctor tradit, & in casu quo consuluit Roman. consil. 352. adductus per Cauret. electus tenebatur petere confirmationem à superiore cap. quam sit de electio. Sed appellans neque à iure communi, neque à decreto arctatur ad petendam à principe prorogationem: & quamuis dictum Caurett. posset sustineri, tamen cum appellans adierit principem, conquestus fuerit de iudice, petierit ac obtinuerit mandari iudici, ut causam expediret, maiori ope nixus uidetur, quàm si petiisset instantiam prorogari, præter id quòd cum exequutus fuerit remedium, quod edocuit Imperator in d. §. illud: nihil ei debet imputari, & cum semper institerit apud iudicem pro expeditione, non potuit in eius præiu-
5 dicium tempus † currere, quod non currit illi, qui semper litigat, Bald. in auctent. si tamen. C. de temp. appell.

CASVS XXXVIII.

¶ Statutum est in ciuitate Placentiæ, si quis à triginta annis citra probauerit se, uel eum à quo causam habuit possedisse rem aliquam, habeatur pro uero, & legitimo possessore, & in possessione manuteneatur, nisi is, qui præsentem possessionem se dicat habere, probauerit se iusto titulo eã habere, uel per sententiam à competenti iudice latam contra eum, qui tempore sententiæ possidebat.

¶ Quæritur, quis intelligatur habere iustum titulum.

SVMMARIVM.

1 *Iustus titulus quis sit.*
2 *Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi.*
3 *Sententia lata super mali actione contra possessores non transfert dominium si possessor non erat dominus.*
4 *Agentes publiciana actione excluduntur solum ab eo qui excipit, & probat de iusto titulo.*

IN edicto prætoris in Vlpiani interpretatione, in imperatoria constitutione, & pontificiis legibus iu-
1 stus † titulus accipitur non solum qui traditione facta à domino trãsfert dominium, sed & qui re à non domino tradita transfert usucapiendi conditionem, & publicianam actionem l. 1. l. 3. iuncta glos. in uersic. ex iusta causa de publician. §. aliæ cum gloss. in uerb. ex iusta causa de actio. §. si quis à non domino iuncta gloss. in uerb. iusta causa de re. diuis. c. si diligenti iuncta glo. in uer. iustus titulus de

2 de præſcript. cumque ſtatuta † recipiant interpretationem paſſiuam à iure communi l. 1. §. lex Falcidia ad l. Falcid. l. ſi ſerui, C. de noxal. uidetur in propoſito ſtatuto iuſtum titulum accipiendum eſſe non ſolum qui traditione à domino facta transfert dominium, ſed & eum qui traditione à non domino facta præbet uſucapiendi conditionem, præcipue cum ſtatutum æquiparet, an quis poſſideat iuſto titulo, uel per ſententiam contra eum, qui tempore ſententiæ poſſidebat, latam. Senten-
3 tia † autem ſuper reali actione lata contra poſſeſſores non transfert dominium, ſi poſſeſſor nõ erat dominus Bart. in l. ex hoc iure, num. 6. de iuſt. & iu. licèt præbeat uſucapiendi modum l. 3. in fin. de public. Adhæc illi, qui ex iuſto titulo habuit rem à non domino, ſi nondum uſucepit, datur publiciana actio l. 1. 2. & 3. de publicia. Qua actione a-
4 gentes † excluduntur ab eo ſolùm qui excipit, & probat de iuſto dominio, l. pen. l. fin. de public. adeo quòd etiam de iure communi daretur ea actio contra eum, qui à 30. annis citra poſſedit, niſi probet dominium, & ideo cum ſtatuta debeant intelligi, ut minus lædant ius commune, quàm ſit poſſibile Doct. in l. fin. §. in comput. C. de iu. del. Non debet ſtatutum cenſeri adeo corrigere ius commune, ut ille, qui habens iuſtum titulum à nõ domino, re nondum præſcripta ſi cadat à poſſeſſione, agere poterat etiam contra eum, qui à 30. annis citra poſſedit d. l. 1. & 2. & multò magis excipere. l. inuitus. §. cui damus de reg. iur. non ſolùm non poſſit agere, ſed nec excipere.

CASVS XXXIX.

¶ Statuto collegii mercatorum cauetur, ne in conſulem collegii eligatur aliquis, qui ſit uenditor uilium mercimoniorum, ut caſei, & ſimilium. Antonius Maria tenens apothecam pannorum de anno 1553. fuit electus in conſulem, fuit oppoſitum, quòd erat uenditor caſei, & ob id per ſententiam fuit excluſus. De annis 1560. iterum fuit electus, & facta eadem oppoſitio, & ad eam fundandam dno deducuntur, ſcilicet matricula formagiorum in qua reperitur deſcriptus, & prædicta ſententia: ipſe uerò probauit, quòd à ſe penitus abdicauit mercimonium uendendi caſeum, & quòd illud nunc nullo modo exercet.

¶ Quæritur, an ab officio conſulatus excludi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiuncta uerbo debet eſſe tempore uerbi.*
2 *Extincta cauſa debet extingui excluſio.*
3 *Venditor quandoque uilis mercis non præſumitur quod & talis nunc ſit.*
4 *Scolaris aſſumens aliud officium definit eſſe ſcolaris licet ſit matriculatus.*
5 *Priuilegio conceſſo ob aliquam artem qui non exercet illam non gaudet.*
6 *In odioſis ſtricta in fauorabilibus lata fuit interpretatio.*
7 *Conſuetudo attendi debet proxima non remota ubi ab eo quòd quis facere ſolitus eſt arguitur.*
8 *Malitiam & malos mores benefaciendo per triennium in malo intelligi purgatos.*

Statutum diſponens, quòd uenditor uilium mercimoniorum non eligatur in conſulem, ad hoc ut ali quem excludat, requiritur quòd tempore electionis ille ſit uéditor,
1 nam qualitas illa † ſcilicet uenditor &c. adiuncta uerbo, eligatur, debet eſſe tempore uerbi, ſcilicet electionis. l. ex facto in princ. de uulg. ubi tradunt Bart. & Rip. in princ. de uulg. nec ſufficit, quòd aliquando fuerit uenditor uilium mercimoniorum ſi non eſt tempore electionis, l. 2. de an. & arg. l. ex facto. §. ſi quis autem ad Trebell. imò finita, ſeu ex-
2 tincta † cauſa quia, ſcilicet amplius non uendit ſiniri, & extingui debet odium, ſcilicet excluſio. l. Titia. §. uſuras de leg. 2. ubi Bart. inquit, ſi uxores rebellium prohibeantur ſtare in ciuitate, mortuo uiro uxor non intelligitur prohibita, quia nõ eſt amplius uxor, & Bald. in l. cum acutiſſimi, num. 8. C. de fideicomm. ſcripſit ſi filii rebellium prohibeantur ſtare in ciuitate, poterunt tamẽ ſtare poſt mortem patris, quia non ſunt amplius filii rebellis, & ſicuti lex approbans teſtamenta militum, interpretatur de his qui ſunt milites tempore cõditi teſtamenti, l. Titius de teſtam. mil. ita & lex reprobans electionem in conſulem de uéditore uilium mercimoniorum, interpretari debet de his, qui tempore electionis ſunt uenditores, & is, qui ſe fundat ex ſtatuto ad excludendum aliquem, probare debet qualitatem à ſtatuto requiſitam adeſſe tempore electionis Bart. in l. 1. §. quò ad autem ne quid in flum. pub. Verum actores in præſenti caſu nullo modo probant Antonium Mariam fuiſſe uenditorem uilium mercimoniorum tempore quo nunc fuit in conſulem electus. Nam præſuppoſito quòd ſententia ſit ritè & rectè lata, & tranſiuerit in iudicatum, adeo ꝙ in ea militet id, quod iura dicunt præſumi pro ſententia: tamen ex ea aliud inferri aut præſumi non poteſt, quàm quod ante electionẽ factam de anno 1553. Antonius Maria quandoque uendiderit uiles merces, ſed ex eo, ꝙ
3 quis quandoque † fuerit uenditor uilium mercimoniorum non præſumitur, quod etiam nunc ſit uenditor ubi is negat ſe talem Bart. in l. fine poſſidetis, nu. 13. C. de probat. qui ſcripſit in his, quæ contingenter mutantur ex facto noſtro, qui ſemel fuit talis, non præſumitur nunc talis, ubi ille negat. Neque etiam ex matricula probatur Antoniũ Mariam eſſe uenditorem uilium mercium, ut de notario tradit Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de inſtr. ed. §. reſtat uerſ. & ſcias, & uidetur text. in l. ſcrinarios, C. de teſtam. mil. Et quamuis matricula faciat præſumptionem, tamen cum probatum ſit Antonium Mariam exercere aliud genus mercimonii præſumi uidetur deſiiſſe eſſe uenditor uilium mercium, & ceſſare præſumptionem, quæ ex matricula inſurgit, Nam & ſcolaris aſſu-
4 mens † aliud officium ut aſſeſſoris, uel aduocati definit eſſe ſcolaris, licet ſit matriculatus, Bar. in l. aut facta, §. tempus de pœn. Præterea præſumptio,

ptio, quæ ex præterito, & quæ ex matricula oritur, aliud non potest operari, quàm transferre onus probandi in Antonium Mariam d.l. siue pos sidetus Bald. in d.l. scriniarios. Quare cum probatum sit contrarium. s. Antonium Mariam nūc non esse uenditorem uilium mercimoniorum, præsumptio prædicta ulterius allegari non potest, imò succedit id, quod scripsit Felyn. in cap. clerici, num. 3. de iud. uers. considera &c. quando priuilegium conceditur ob aliquam qualitatem, quæ causatur, in homine ex facto suo, ut si concedatur priuile-
5 gium mercatori, † artifici, negociatori, impossibile est, quòd non exercens talem artem gaudeat priuilegio, licet sit descriptus in matricula collegii. Idem in simillimo casu edocuere Bart. & posteriores in l. scriniarios per illum tex. C. de testam. mil. quod si non exercens non potest frui priuilegio, multo minus debet affici odio, quo afficiuntur exercentes, cum odia restringi, & fauores ampliari
6 debeant, & in odiosis † stricta, in fauorabilibus uero lata fiat interpretatio. Item succedit, quòd post Iac. Butr. tradit Bald. in procem. digestorum, num. septimo, mercator non dicitur quis, nisi gerat artem, licet sit in matricula descriptus, & licet quandoque gesserit; non tamen præsumitur nunc gere-
7 re, quando probatur deseruisse, & ubi † ab eo, quod quis est solitus facere arguendum est, proxima nō autem remota consuetudo debet attendi. l. mela, §. 1. uers. sic. sed si alimenta de alim. & cib. leg. l. si mater in fin. C. ne de sta. defunct. Bald. comprobat Alexand. in addit. ad Bartol. in lege semper, §. negociatio de iu. immun. qui addit, quòd non dicitur mercator, qui est in matricula descriptus, licet mercaturam exercuerit si non exercet, ad quod cōuenit, quod quandoque legimus id, quod nouissimè est factum debere attēdi, l. si quis ante in prin. de acquir. possess. & tempus ultimum inspiciendum d.l. si mater ubi not. glo. Quæ in proposito casu concludere uidentur Antonium Mariam nō posse tanquam uenditorem uilium mercium ab officio consulatus excludi: & præsens eius negocium, non autem præteritum esse attendendum. Neque obstat quod ex aduerso dicitur, scilicet, ad hoc ut quis dicatur desiisse esse uenditor uilium mercimoniorum requiri ut illa per decennium non uendiderit argumento eorum, quæ dixit Bar. in lege prima, numero 48. C. de dignit. libro 11. Nam Bartol. dicit cursum decennii operari, ut in aliquo dicantur esse boni mores antiqui, & uult decennium operari qualitatem illam antiqui, sed ad hoc ut in aliquo dicantur boni mores simpliciter, uel quis dicatur mutasse mores Bartol. non requirit decennium, & quòd non requiratur decennium suadent omnia superius adducta. s. filios & uxorem non dici rebelles statim mortuo patre, & doctores simpliciter considerare, quòd quis exerceat, uel non exerceat, non autem quòd quis per decennium exercuerit, uel non exercuerit, & sicuti ad hoc ut quis dicatur mercator pānorum, uel sericei non requiritur quòd per decennium exercuerit huiusmodi mercimonium: ita ad hoc ut quis dicatur desiisse esse mercator huiusmodi rerum non debet requiri, quòd per decennium de-

stiterit, imò si à tempore argumentari uolumus,
8 traditum legimus in eo, † qui fuit semel malus, malitiam, & malos mores intelligi purgatos benefaciendo per triennium, §. hinc nobis ubi not. Ang. in auth. de mona. Ias. in l. si prius, num. 43. de op. no. nunc.

CASVS XL.

¶ Iulianus posuit (ut aiunt) ad cridas coram uicario prouisionum Mediolani merum, & mixtum imperium, iurisdictionem, & datia carnis, panis, & uini ac imbotaturæ loci plebis Aquariæ. Contradixit Petrus Martyr asserens se esse in quasi possessione non soluendi datium imbotaturæ, ac exemptum. Datis utrique parti dilationibus ad probandum & factis probationibus fuit pronunciatum nullum ius illi competere pro contentis in eius contradictione. Cùm deinde Iulianus uellet exigere datium imbotaturæ, Petrus Martyr allegauit coram iudice se esse in quasi possessione non soluendi, & immunem à datio, iudex concessit mandatum executiuum contra illum, appellauit ad magistratum, coram quo Iulianus allegat concessionem principis factam auctoribus suis, possessionem generalem exigēdi datia in loco plebis Aquariæ, & sententiam Vicarii latam in causa cridarū, à qua secundum statuta ciuitatis appellari non potest. Petrus Martyr dicit se esse in possessione antiquissima non soluendi, & immunem à datio, sententiamque uicarii esse nullam tanquam latam à non habente iurisdictione, cum secundum statuta ad hoc ut quis possit ponere bona ad cridas, requiratur quòd illa possideat, Iulianum nunquam fuisse in possessione exigendi datium ab ipso, seq. superuacuò contradixisse.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si censetur incompetens ante omnia coram ipso opponendum est de incompetentia.*
2 *Prorogatio iurisdictionis inducitur ex tacito consensu litigando coràm iudice.*
3 *Feudatarius ex quibus acquirat generalem possessionem iurisdictionis.*
4 *Per generalem possessionem retinetur possessio etiā in eos contra quos iam illa non exercentur.*
5 *Possessionem contra aliquem particularem probetur sufficit probare generalem possessionem in loco.*
6 *Ponentes ad cridas non dicuntur agere, sed contradicentes.*
7 *Sententia absolutoria in principali iudicio contradictionum lata non potest in dubium refricari in iudicio accessorio.*
8 *Sententia quæ transiuit in iudicatum non potest retractari ex aliquibus probationibus post repertis, & quo casu posit.*

Cum

CVm uicarius habeat ordinariam iuriſdictionem in cauſis bonorum, quæ ponuntur ad cridas, defectus iuriſdictionis in eo non poteſt allegari, & omni in caſu de illius † incompetentia coram eo ante omnes alias exceptiones opponendum fuit. Caſtren. in lege ſi conuenerit numero tertio, de iuriſdict. omnium iudic. in lege prima, numero octauo, de iudic. Et quamuis ſtatuta requirant, ut ponens ad cridas poſſideat ea quæ ponit, non tamen procedunt ulterius, nec annulant contradictiones & ſententias ſuper eis latas, ſi ponens non poſſideat. Qua de re ſententia inde ſecute, præcipuè ſi non fuit oppoſitum de non poſſeſſione, ponentis, non uidentur ipſo iure nullæ, Iaſon. in lege non dubium numero 18. C. de leg. latè tradit Dec. conſilio 229. numero ſecundo. Et inſuper cum Vicarius aliàs haberet iuriſdictionem, Iulianus & Petrus Martyr potuerunt eius iuriſdictionem prorogare lege prima de

2 iudic. cap. ſignificaſti de fo. compet. quæ † prorogatio inducitur ex tacito conſenſu litigando coram illo Abb. dicto capitulo ſignificaſti numero 18. & in capit. ad petitionem numero ſeptimo, & octauo, de accuſat. Præterea Iulianus fuiſſe uidetur in quaſi poſſeſſione meri & mixti imperii, iuriſdictionis, ac datiorum loci plebis Aquariæ. Nam feudatarius publicando edicta, deputans magiſtratus, condemnando delinquentes, exigendo datia ſciente, & patiente prin

3 cipe acquiſiuit † generalem poſſeſſionem iuriſdictionis & datiorum contra quoſcunque incolas plebis Aquariæ, Innocent. in cap. dilectus. num. 3. de capell. monach. præcipuè cum iuriſdictio, & datia competant in loco plebis Aquariæ iure ordinario, & conceſſionum à principe factarum, Baldus in lege ſecunda, numero 52. C. de ſeruit. Ideoque cum ponens ad cridas ius datii, & iuriſdictionis fuiſſet in generali eius poſſeſſione, hi qui prætendebant eſſe ab eo iure exemptos, con

4 tradicere tenebantur: nam † per generalem poſſeſſionem retinetur poſſeſſio etiam in eos, contra quos iura illa non exercentur Innocent. in d. cap. dilectus, numero tertio, uerſic. poſſeſſorium, &

5 ad probandum † poſſeſſionem contra aliquem particularem ſufficit probare generalem poſſeſſionem in loco, ut in ſimillimo caſu tradit Iaſon. in lege de quibus, numero 88. de legibus. Et quamuis aliquo iure Petrus Martyr contradicere non teneretur, poſtquam tamen contradixit, uicarius ſuper contradictione potuit cognoſcere, & iudicare. Nam & licet à ſententia lata ſuper poſſeſſorio non poſſit appellari, ſi tamen appelletur, & appellatio admittatur, poterit iudex appellationis cognoſcere, ac reuocare ſententiam, ſi ſit iniuſta, Bald. in lege poſt ſententiam, numero 7. C. de ſen. & ad hoc adduci poſſent, quæ ponit Iaſon. in lege patre furioſo, numero 12. de his qui ſunt ſu. uel

6 alien. iur. Neque ponentes † ad cridas, ſed contradicentes dicuntur agere, lege diffamari. C. de inge. man. lege ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. Quarum legum exemplo inductus fuit modus ponendi ad cridas, per quem inuitus, quis cogitur agere: actori autem incumbit onus probandi, præter id, quod & reus tenetur probare exceptionem ſuã, ſi implicat affirmationem, uel excluſionem intentionis actoris iam fundatæ, & reus in excipiendo dicitur actor quòad onus probandi, Bal. in l. fruſtra in prima opp. C. de probat. Cumq; is, qui allegat, probare teneatur, l. 2. C. de probat. & ſtatutum diſponat bona tranſire libera, niſi contradicentes oſtendant iura ſua Petrus Martyr deducta in eius contradictione debuit probare, præcipuè cum Iulianus ex conceſſionibus principis, & generali poſſeſſione haberet fundatam intentionem. Etſi Pe

7 trus Martyr fuit actor, ſententia abſolutoria † lata à Vicario pro Iuliano contra Petrum Martyrem in principali iudicio contradictionum non poteſt in dubium refricari in iudicio acceſſorio, ſcilicet executionis pro datio, l. ex diuerſo. §. 1. de re uen. Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres in quinta op poſ. num. 7. de uerb. obligat. ubi Rip. num. 22. poſt alios, quòd ſi Petrus Martyr fuit reus ſententia cõdemnatoria lata contra excipientem, parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio intentato per excipientem ad eundẽ finem Bart. ubi ſupra Rip. num. 25. Et cum iudex in cauſa contradictionum pronunciauerit nullum ius competere Petro Martyri pro contentis in eius contradictione, in qua deduxerat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione non ſoluendi datium imputaturæ, & immunem ab eo datio. Illi obſtat exceptio & replicatio rei iudicatæ d. l. quòd in diem. §. ſi rationem, & d. l. ſiue autem, §. fin. nam cum in cauſa contradictionis data fuerit Petro Martyre dilatio ad probandum, ſententia contra eum lata fuit diffinitiua Bartol. in l. admonendi, numero 13. Iaſon. numero 75. de iureiur. Cumque exceptio immunitatis, & poſſeſſionis non ſoluendi impugnet ſententiam uicarii, non poteſt illam allegare poſt ſententiam l. Neſennius, §. fin. de re. iud. l. ex aduerſo, §. fin. ſol. matr. Neque

8 ſententia † uicarii, quæ tranſiuit in iudicatum poteſt retractari ex aliquibus probationibus poſt repertis, lege ſub ſpecie. C. de re iudic. lege argentarius, §. cum autem de eden. Baldus in cap. cum uenerabilis de except. numero ſecundo, niſi perita, & obtenta reſtitutione in integrum iuxta ea, quæ tradunt Doctor. in lege Imperatores de re iudic. quæ reſtitutio intra quadriennium duntaxat peti potuit lege fin. C. de temp. in integr. reſtit.

SVMMARIVM.

1 *Venditor qui promittit non impedire emptorem in poſſeſsione rei uenditæ intelligitur dare licentiam intrandi propria auctoritate, idem in legatario.*

2 *Teſtamentum ſi promittitur alicui ut poſsit facere cenſetur etiam permiſſum ut teſtamentum, quòd prius fecerat retineret.*

CASVS

CASVS XLI.

Colligitur ex allegationibus.

1 VEnditor,† qui promittit non impedire emptorem in possessione rei uenditæ, intelligitur dare licētiam intrandi propria auctoritate.l.hæc. si res ubi not.Ang.de re.uendic.& si testator mandet hæredibus ne impediant, aut molestent legatarium in possessione rei legatæ, censetur dare licentiam apprehendendi possessionem propria auctoritate Ang.ubi supra Iason.in l. non dubium, num.4. C. de leg. & factum iudicis censetur factum partis, l.1.C.si in casu iud.Qua de re cum magistratus ordinauerit Ioannam non esse molestandam ab agentibus pro fisco in possessione bonorum, intelligitur ubi Ioanna non possideret dedisse ei licentiam apprehendendi possessionem propria auctoritate, & ubi possideret con-
2 cessisse ut possessionem retineret. Nam si† permittitur alicui ut posset facere testamentum, censetur etiam permissum, ut testamentum, quod prius fecerat, retineret, l. si quis filio exhæredato. §. irritum uersic. qua ratione de iniust. rup. Et si princeps concedat alicui, ut possit facere molendinum in flumine publico, si ille habeat iam factum absque principis licētia poterit uirtute eius concessionis retinere.Castr.in d.§.irritum, nu. 5. Ideoque Comites non potuere post, etiam uigore alicuius sententiæ apprehendere possessionem Ioanna non citata,l.meminerint.C.unde ui. l. fin. C. si per uim. Neque conductor per recognitionem, & fictam traditionem potuit transferre in comites possessionem, quam ipse non habebat, gl. in l. quamuis,§.si conductor de acquir. poss. Et sic uidetur Ioannam reintegrandam ad possessionem,qua ui fuit spoliata non obstantibus deductis per comites.

CASVS XLII.

¶ Petrus,& Bernardinus obligati sunt quilibet insolidum instrumento depositi ad mille scutos. Petrus obtinuit à principe moratoriam.

¶ Quæritur,an illa etiam Bernardino prosit,saltem ubi constet pecunias ad Petrum peruenisse; & Petrum esse re uera debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Persona unius ex duobus reis debendi si eximantur ab obligatione id correo non prodest.*

2 *Dilatio à principe concessa debitori obligato ad aliquid dandum non prodest fideiussori.*

1 SI persona † unius ex duobus reis debendi, eximatur ab obligatione: id correo non prodest, lege finali de duobus reis: & exceptiones cohærentes personæ debitoris non dantur fideiussori; secus in exceptionibus rei cohærentibus, lege exceptiones 2.de exceptionib. lege ex qua persona ubi Castrens. de fideiuss. propter quod Cynus, Bartolus, & alii in lege quotiens .C. de precib. imper. offer. Alexander in lege cum filius, §. primo in fine de uerbo-
2 rum obligatione scripsere dilationem † à principe concessam debitori obligato ad aliquid dandum non prodesse fideiussori. Qua de re siue Bernardinus dicatur correus debendi siue fideiussor moratoria Petro concessa illi suffragari nequit.

CASVS XLIII.

¶ Iulius egit contra Ioannem, ut exhiberet, & restitueret librum, in quo dicebat conscriptas rationes tutelæ administratæ ab Antonio qui fuerat eius tutor, & cui Antonio Ioannes successerat.

¶ Quæritur,an Iulius obtinere debeat, & exhibetur copia processus.

SVMMARIVM.

1 *Liber aliquis rationum tutelæ ad obtinendum ut exhibeatur quid opus sit probare.*

2 *Actione tutelæ ubi agi potest non est agendum alia actione.*

1 COntra Iulium plura obstare uidentur. In primis † non probauit Ioannem habuisse apud se librum tempore motæ litis, quod erat probandum, lege non ignorabit iuncta gloss. in uerb. fuisse, C. ad exhiben. neque satis esset probasse Ioannes illum quandoque habuisse gloss. Bald. & alii in dicta lege præcipuè illo negante librum habere Fulgos. in dicta lege non ignorabit. Non etiam probauit dominium libri, quod pariter erat probandum lege tertia, §. interdum ad exhiben. ubi Bartolus tradit pro alio interesse, quàm dominii non dari actionem ad exhibendum instrumenta, uel scripturas. Idem scripsit Baldus in lege quædam in principio de eden. quod dominium eo magis probandum erat, cum Iulius unà cum actione ad exhibendum deduxerit rei uendicationem, ut apparet ex fine libelli ibi ad exhibendum, & restituendum, quod si dicatur competere actionem in factum etiam non domino, dicto §. interdum. Respondetur, in processu non probari aliquod interesse Iulii. Item dicto §. interdum procedere duntaxat,quando scriptura & liber esset confectus mandato agentis,nec sufficere, quòd rationes agentis in eo sint conscriptæ, gloss. ibi in uerb. conscrip. Alexander consilio 58. numero quarto,libro primo qui uidetur decidere casum præsentem. Ad hæc textus ille procedit solùm quando agitur contra tertium non autem si agatur contra reum, qui nullo casu tenetur edere actori ad se instruendum lege prima,lege qui accusare .C. de eden. & paria uidentur petere ab eo, contra quem motum est iudicium sibi exhibere librum pro fundanda intentione, uel petere edi pro instruendo

sese

ſeſe de mouendo iudicio contra eum, à quo petitur editio Alexand. ubi ſupra, Dec. in cap. primo, de probat. numero 59. uerſic. ſeptimo limitatur, lege penult. ad exhib. &c. item actio illa in factum
2 non datur, ubi † actione tutelæ agi poteſt .l. quædam in princ. de eden. Verum ſi Antonius adminiſtrauit tutelam Iulii, & retinuit librum, contra eum, uel eius hæredem agi poteſt actione tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Probationes factæ ante litem conteſtatam non ualent, & factæ ſuper his quæ non ſunt in iudicio deducta.*
2 *Probationes factæ in uno iudicio non probare in alio ad diuerſum finem tendente.*
3 *Probationes quando probent inter eaſdem perſonas in alio iudicio.*

CASVS XLIIII.

1 CVm probationes † ante litem conteſtatam factæ non ualeant, Rub. ex. ut lit. non conteſt. & probationes ſuper his quæ non ſunt in iudicio deducta, uires non habeant, Bald. in l. 2. num. 1. uerſ. præterea ſi intentio C. de probat. uidetur probationes factas inter Bernardum & fiſcum ſuper bonis, quæ in iudicio deducta non erant, & ſuper quibus lis nulla pendebat, & quæ neque à Bernardo, neque à fiſco poſſidebantur, non probare etiam inter Bernardum & fiſcū, & quò ad illos eſſe minus legitimè receptas. Cumque petitio porrecta contra fiſcum contineret solùm duo prædia, capitula ſuper aliis bonis fuiſſe uidentur impertinentia: ideoque cum fuerint admiſſa cum clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum; probationes ſuper his factas tanquam iudicio & cauſæ impertinentes nihil ualuiſſe etiam contra fiſcum, gl. in c. cum contingat de offic. deleg. ubi Abb. nu. 12. Et ſi diceretur probationes ſuper bonis non deductis in iudicio fuiſſe pertinentes ea ratione, quia Bernardus dicebat filium teſtatoris, & nepotem alienauiſſe alia bona ultra legitimam. Reſpondetur primo, ſatis fuiſſe probare bona petita in eo iudicio; item bona alienata per filium, & nepotem fuiſſe in bonis teſtatoris, & quatenus ultra illa capitulatum, & probatum eſt fuiſſe impertinens. Secun-
2 do † probationes factas ad demonſtrandum prædictos alienaſſe ultra legitimam in iudicio, in quo petebantur duo prædia non probare etiam inter eaſdem perſonas, in alio iudicio ad diuerſum finem tendente, ſcilicet petitionem aliorum bonorum, Bartolus in lege cum lite mortua iud. ſol. in lege ſecunda, C. de edend. quem ibi ſecuti fuere Ang. Fulg. & Decius quod comprobari poteſt ex eo, quod dixit Bartolus in lege ſecunda. §. hoc edicto, numero ſexto ui bon. rapt. eum qui produxit teſtes in uno iudicio ad unum finem non prohiberi eoſdem, uel alios contra eaſdem perſonas producere ſuper iiſdem articulis in alio iudicio ad alium finem tendente, ex quo uult, quòd probationes illæ nihil probant in ſecundo iudicio alias non admitteretur noua productio, cap. ueniens de teſtibus. Adhæc teſtes quatenùs depoſuere non ſuper principali negocio, ſcilicet bonis in eo iudicio petitis, ſed ſuper incidenti, ſcilicet ad probandam legitimè alienationem non probant in alio iudicio etiam inter eaſdem perſonas dicto capitulo ueniens, ubi propius ad terminos noſtros Abb. numero 15. inquit probationes factas in primo iudicio ad probandum, quòd ſua intererat ad effectum contradicendi nō probare etiam inter eaſdem perſonas in alio iudicio, in quo res principaliter petitur adiudicari. Quòd ſi adhæreamus diſtinctioni, quam fecere Cyn. & Baldus in dicta lege ſecunda. C. de eden. & ſequitur Ale-
3 xander ibi numero 26. ſcilicet † probationes probare inter eaſdem perſonas in alio iudicio, quando ſententia lata in primo iudicio pareret exceptionem rei iudicatæ in ſecundo. cum ſententia lata ſuper petitione duorum prædiorum non eſſet paritura exceptionem, uel actionem aliquam rei iudicatæ, quò ad bona in eo iudicio non deducta: clariſſimum eſt probationes in iudicio duorum prædiorum non probare in alio iudicio etiā inter eaſdem perſonas quò ad bona in primo iudicio non deducta. Quod ſi de iure communi non probant inter eaſdem perſonas, neque inter eas dicuntur legitimè receptæ ſaltem quò ad hoc ut probent in alio iudicio, in quo alia prædia petuntur, non etiam uigore decreti, de quo in themate probare debent inter alios.

SVMMARIVM.

1 *Ex uerbis ſententiæ non probatur niſi quatenus ex his neceſſario infertur.*
2 *Iudex qui condemnauit ex parte nō uidetur ex alia parte abſoluere.*
3 *Sententia ſemper refertur ad caſum qui colligitur ex actis.*

CASVS XLV.

1 EX uerbis † ſententiæ non probatur niſi quatenus ex his neceſſariò infertur, lege ſi iudex de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. Bartolus in lege Iulianus, numero quinto de conditione indebita. Et iudex, qui condemnauit
2 in parte, non uidetur in alia parte † abſoluere, gloſſa prima. Bartolus numero ſecundo, in lege prima. C. aduer. rem iud. & ſententia debet reſtringi ad libellum, lege ut fundus comm. diuid. lege fin. de fideicommiſſ. lib. & lata ſuper parte non facit ius quò ad aliam partem, ſuper qua non fuit litigatum, Baldus in titulo de conten. inter me, & dom. de por. feud. fratr. defunct. Et de quo non eſt quæſitum non dicitur pronunciatum lege fin. §. fin. iuncta gloſſa in uerſic. non poſſe in fine de conditione indebita, & ſuper eo, de quo non dubitatur, non eſt pronunciandum, Bartolus ubi ſupra, & index non præſumitur uelle facere id, quod non poterat,

l. Lucius,

5 l.Lucius.§.imperator ad municip.& sentẽtia† semper refertur ad casum, qui colligitur ex actis l.si qs ad exhibendum de except.rei iud.Barth.in l.Iulianus nu.4.uersi.prædicta de cond.indeb. & intelligi debet. secundum naturam iudicij, etiam si per hoc trahantur ad minus proprium intellectum Bald.in l.fin.in fin. C.commu. diuid. Ideo cum sit litigatum super eo duntaxat, an usus fructus duraret, an uerò extinctus esset, neque actor, neque reus deduxerint usumfructum durare usq; ad certum tempus, sententia non uidetur facere ius quò ad id super quo non fuit litigatum, neque in processu deductum, neque potest referri ad casum, qui non colligitur ex actis, neque obstat quòd uerbum usque uideatur excludere tempus posterius, cum uideatur tractari de odio, & onere iniuncto hæredi Barth.in authen.hoc amplius num. 24. C. de fideicom. Nam respondetur id necessariò non inferri, imò casum temporis post eam ætatem qua si in sententia omissum censeri relictum dispositioni iuris, cum non ueniat in necessariam consequentiam, quia posset esse, quòd duret usque ad id tempus, & post l.si inter de excep. re iud. tradit Dec.in l.1.nu.50.de offi.eius &c.

SUMMARIUM.

1 *Iudex ex sententia in causa extraordinaria non debet habere salarium.*
2 *Gabella ubi soluenda est de lite, & lis est super possessorio debet estimari possessio & non res.*
3 *Confectio instrumenti petitur officio iudicis.*
4 *Officium iudicis quando proponitur ad aliquod factum non debent dari sportulæ.*
5 *In causa appellationis quantitas æstimationis litis deiudicatur ex tenore sentẽtiæ a qua fuit appellatũ.*

CASUS XLVI.

Sententia Bonardi fuit super mero possessorio: sententia quoq; Francischini infirmatoria sententiæ Bonardi, fuit super mero possessorio: item sententia Casalij confirmantis sententiam Francischini fuit super possessorio:
1 Ex † sententia autem in causa extraordinaria, ut est causa possessorij, ut in Rub.de interd. & in §. fin.Inst.de interd.iudex non debet habere sallariũ, Barth.in l.in sacris la grande circa fin. C. de proxi. sacr.scrin.lib.11.neque ex sententia in causa summaria Bald.in l.generaliter nu.2.C.de episc. & cler. & omni in casu aliud est pretium possessionis, aliud pretium rei & proprietatis l. si duo §. fina.
2 uti possid. & quando † soluenda est gabella de lite, & lis est super possessorio debet æstimari possessio, non res Bar.ibi, & quanuis coram Bonardo ante cœptum possessionis iudicium Iulia petierit Francischinum cogi ad conficiendum instrumentum uenditionis; tamen huiusmodi iudiciũ fuit suspẽsum, & licèt si petita sint mille, & iudex condemnauerit reum in centum, & is appellauerit, actor uerò non appellat, possit iudex appellationis reum condemnare in mille l.ampliorem.C. de appellationibus. Id tamen procedit si appellatus id petat, & sentẽtiam impugnat ut probat tex. ille ibi si quid iudicatis opponere maluerit, præter id quòd cum casalio esset commissa causa appellationis à sententia domini Francischini, ipse super causa confectionis instrumenti cognoscere non potuit. Nam d.l.ampliorem non habet locum in separatis capitulis unius sententiæ glo. ibi, & Bald. nu.6.Præterea iudicium illud confectionis instrumenti non uidetur petitorium: etenim Iulia non petiit aliqua bona sibi adiudicari, uel ad se pertinere declarari, sed duntaxat cogi Francischinum
3 ad conficiendum instrumentum, quæ † confectio instrumenti petitur officio iudicis Barth. in l.si finita.§.eleganter de dam.inf.nu.3. in fi. & quando
4 officiũ † iudicis proponitur ad aliquod factum nõ debent dari sportulæ Bal.in l.fi. nu.13. C.de fruct. & lit.expen.& ubi iudicium esset petitorium, uel ex sententia super confectione instrumenti deberentur sportulæ, tamen in soluendis sportulis non debet attendi ualor bonorum comprehendendorum in instrumento, sed ualor instrumenti, idest quanti interest habere, uel non habere instrumẽtum exemplo eius, quod de gabella litis super possessorio dixit Barth. in d.l.si duo.§.fin. Adhæc & si petita essent aliqua bona, tamen cum sportulæ sint soluendæ pro sententia, non pro petitione, attendi debet tenor sententiæ non autem petitionis, neque in contrarium faciunt quæ scribit Bart. in l.cùm quædam §.fi.de iurisdi. omn. iudic. nam Barth.loquitur in casu quo statutum mandat solui gabellam pro summa rei petitæ Castren.ibi uel pro summa litis, & non habet locum in casu quo statutum aliter loqueretur Ias.& Dec.ibi, & omni in
5 casu in causa † appellationis quantitas æstimationis litis diiudicatur ex tenore sententiæ, a qua fuit appellatum l.in offeren.C.de appell.ubi not.Bar.

SUMMARIUM.

1 *Gerens negotium alienum potest appellare.*
2 *Amicus appellat pro amico.*
3 *Iudex postquam detulit appellationi etiam friuolæ non potest reuocare suam dilationem.*
4 *Iudex quis cognoscant an admitti uel reici debeat appellatio.*

CASUS XLVII.

Ex conclusione colligitur series facti.

1 Gerens † negotiũ alienum potest appellare l.1.ubi Cast.nu.2.uer.intellige &c.de appell.& amicus † appel-
2 lat pro amico ut ex arch.tradit Ale. in addi.ad Bar.in l.1. de app. recip. & licèt alias appellatio extra iudiciũ deuoluat negotiũ ad superiorẽ ita demũ si interponatur ex probabili uel uerosimili causa ca. bonæ ubi not. Abb. nu.5.de appel.tamen si appellationi iudex deferat ex delatione appellationis etiam friuolæ & iniustæ negotium deuoluitur ad superiorem capitũ. cum appellationibus §. si uerò iudex de appellatio. in sexto, qui textus loquitur de appellatione ab

interlocutoria & per illum text. Gemin. ibi in §. ſi uerè iudex poſt Archid. not. quòd appellatio quæ ex ſe non ualet per delationem fit ualida, & Bartho. in l. eius qui numero. 5. de app. recip. quò ad effectum ſuſpenſionis æquiparat quòd delatum ſit appellationi, & quod inhibitum ſit iu-
3 dici. Et iudex † poſtquam detulit appellationi etiam friuolæ non poteſt reuocare ſuam delationem Gemin. in dicto c. cum de appellationibus §.
4 ſi uerò iudex in prima column. Et an † admitti uel reijci debuerit appellatio cognoſcit iudex ad quem, non autem iudex cauſæ Bartholus in l. prima numero 2. nil noua. pen. appell. Ex quibus in propoſita ſpeciæ uidetur cum amicus gerens negotia amici appellauerit ab interlocutoria contra amicum lata, & iudex appellationem admiſerit, negotium eſſe ad iudicem, ad quem deuolutum & iudicem à quo non poſſe in cauſa ulterius procedere, & an appellatio ſit interpoſita ex probabili cauſa & debuerit admitti iudicem ad quem, non autẽ iudicẽ à quo cognoſcere debere.

SVMMARIVM.

1 *Tempus petendæ & obtinendæ reſtitutionis in integrum durat per quadriennium.*
2 *Sententia pro petente reſtitutionem in integrum erit nulla ſi poſt quadriennium ferretur.*

CASVS XLVIII.

Colligitur ex allegationibus.

1 TEmpus † petendæ & obtinendæ reſtitutionis in integrum durat per quadriennium l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. clem. 1. de reſtitut. in integr. & quamuis ea quæ ſunt temporalia ad agendum, ſint propterea ad excipiendum l. purè §. fin. de do. except. tamen reſtitutio etiam per uiam exceptionis ultra quadriennium peti non poteſt, Card. in d. clem. 1. in pen. & antep. q. & licèt inſtantia aliarum cauſarum ciuiliũ non finiretur tempore ob ſtatutũ uel conſuetudinem, id tamen non procederet in cauſa reſtitutionis in integrum, quæ omnino intra quadriennium continuum terminari debet Caſtr. in d. l. fin. & ſi poſt
2 † quadriennium ferretur ſententia pro petente reſtitutionem in integrum, erit nulla Baldus in dicta l. fin. numero 3.

SVMMARIVM.

1 *Litigioſa ex quibus cauſis res efficiatur.*
2 *Partes poſſunt in aliquem iudicem conſentire, & eius iuriſdictionem prorogare.*

CASVS XLIX.

Colligitur ex allegationibus.

CVm illi de Matis coram Refrendario citata Catherina petierint declarari bona & hæreditatem Baroncini ad ſe ſpectare, & multa deduxerunt. hiſque fuerit per Catherinam reſponſum, uidetur conſtare quòd bona & hæreditas Baroncini ſit litigioſa, authen. litigio-
1 ſa C. de litig. † nam ex ſola petitione, & partis citatione res efficitur litigioſa gloſſ. in authen. de litig. in princ. maximè cum illi de Matis egiſſe uideantur petitione hæreditatis, quæ eſt actio uniuerſalis, & iudicium eius dicitur uniuerſale: quo caſu ſola citatio efficit rem litigioſam l. ſed ſi lege §. ſi ante, & ibi Bartho. de peti. hæred. Neque obſtat ſi diceretur citationem & libelli oblationem ita demum efficere rem litigioſam quando fit coram iudice competenti clem. 2. ut lit. pend. Nam reſpondetur quòd alius quàm Refrendarius non poterat eſſe iudex, cum fiſcus poſſideret, & agendum eſſet etiam contra fiſcum l. 2. C. ſi aduer. fiſ.
2 l. ad fiſcum C. ubi cau. fiſca. Et omni in caſu † partes potuerunt in eum conſentire, & eius iuriſdictionem prorogare l. prima C. de iuriſd. omn. iud. Secundò reſpondetur, quòd licèt quò ad hoc ut lis dicatur pendere quò ad effectus de quibus in d. clem. ſecunda requiratur quòd conuentio fuerit facta coram iudice competenti ut in eo. textu tamen quò ad hoc ut hæreditas efficiatur litigioſa, & prohibeatur alienari text. in authen. litigioſa requirit ſimpliciter quòd conuentio fiat coram iudice, & text. in l. diuus de petit. hæred. inquit prohibendum poſſeſſorem hæreditatis, de qua controuerſia erat, antequam lis inchoaretur aliquod ex ea diſtrahere. Præterea ſicuti litis conteſtatio inualida interrumpit præſcriptionem in caſibus, in quibus ſufficit ſola citatio, Bartho. in authen. offeratur numero. 12. C. de lit. conteſta. ita & litis conteſtatio inualida ut facta coram iudice competente debet inducere uitium litigioſi in caſibus, quibus ſola citatio id facit.

CASVS L.

¶ Quantitatem frumenti, quam in panem uenalem fabricauerunt piſtinarij, diiudicari debere à quantitate panis fabricati, & ſic datium ſolui debere ad rationem ſolidorum quatuor pro quibuſlibet libris 60. quatuor panis, non aũt ad rationẽ ſolã frumẽti per piſtinarios denũciati Plura ſuadẽt.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſunt interpretanda ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum conditionem perſonæ, ad quã uerba referuntur.*
2 *Faciens actum uidetur ſe aſtringere legibus de illo actu loquentibus.*
3 *Relatio intelligitur facta cum oĩbus ſuis qualitatib.*
4 *Vna pars inſtrumenti declarat aliam.*
5 *Fraudibus eſt obuiandum.*
6 *Statuta ſi mandat ſolui gabellam de frumento extenditur ad farinam ubi ſub eadem ratio.*
7 *In pœnalibus proceditur de ſimilib. ad ſimilia & potius attenditur ratio legis q̃ grammatica uerborũ.*

1 PRimò † uerba ſunt interpretanda ſecundum ſubiectam materiam l. ſi uno locat. & ſecundum conditionẽ perſonæ piſtinariorũ & aliorũ facientiũ panẽ uenalem, ad quos uerba

uerba referuntur, l.plenum §.equitij de usu & hab. Verùm ex statutis, & antiqua consuetudine in materia panis uenalis starius frumenti diiudicatur à quantitate panis in pondere, & libræ 64. panis fabricati habentur pro uno stario frumenti.
2 Item faciens † actum uidetur se astringere legibus de illo actu loquentibus Bald. in l.si duo de acquir. hæred. ubi dicit quòd ista est fictio quæ non recipit probationem in contrarium, & disponentes censerunt se conformare cum dispositione iuris & statutorum Bart. in l.ut iusiurandi §.si liberi de op. liber. in l.hæredes mei §.cum ita ad Trebell. ubi multa accumulat Rip. nu.75. Hinc stante statuto quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, faciens inuestituram pro accipien. & filijs intelligitur primò uocare masculos, deinde fœminas, Barth. in d. §.si liberi comprobarunt alijs quos recenset Rip. ubi supra. Vnde cum ex statutis pistores ex stario frumenti teneantur fabricare libras 64. panis, & libræ 64. panis habeantur pro uno stario frumenti. Primum capitulum locationis disponens, quòd conductor possit exigere solidos quatuor pro quolibet stario frumenti, quod à pistinarijs & alijs fabricabitur in panem uenalem, intelligendum est secundum dispositionem statutorum, scilicet de libris 64. panis, quæ secundum statuta faciunt unum starium frumenti.
3 Secundò relatio † intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus l.à filio §.testator de alim. lega. Qua de re cum capitulum addat, quali soldi qua tro se aggiugneranno al calmero, che dalla magnifica communità, ò suo uicario si darà à pistinari, uerba illa relatiua quali soldi quatro &c. uidentur importare, ut conductor exigat solidos quatuor his modo & qualitatibus, quibus addun tur calmerio, Calmerio autem adduntur ad rationem librarum 64. panis pro singulo sextario fru-
4 menti. Tertiò una † pars instrumenti declarat aliã l.qui filiabus in prin. de lega. primo & sequentia declarant præcedentia, & econtra l.si seruus plurium §.fin. de leg. primo. Sed in sequenti capitulo, in quo disponitur quòd si quis portauerit panem intra ciuitatem debeat soluere ad rationem prædictam, necesse est ut quantitas frumenti diiudicetur à quantitate panis fabricati, & cum in alio capitulo detur facultas conductori bullandi panem, apparet manifestè, quòd in præcedenti primò capitulo quantitas frumenti debeat iudicari à quantitate panis aliàs inane fuisset bullare pa-
TRes ſententiæ contra mulierem latæ, non uidentur exequendæ: nam prima arbitrorum ſententia uidetur nulla ex defectu iuriſdictionis. mulier enim nullo modo compromiſerat, mãdatum, etenim in Gregorium
1 anno 1455. factum ad compromittendum † de omni lite, quæ uertebatur, & uerti poſſet, non extenditur ad præſentem litem, quæ tempore mandati nec re, nec ſpe ſuberat, & de qua tunc nullo modo potuit cogitari. l. qui cum tutoribus §. 1. & fin. de tranſac. Vbi Barth. Caſtren. & alij l. ſi cũ dies §. plenum de arbitr. Barth. & alij in l. ſi de certa C. de tranſact. & in l. cum acquiliana de tranſac. & qui dicit de aliqua re, actum id probare debet, Bart. in d. l. qui cum tutoribus §. fin. & ſicuti tranſ-
2 actio † & compromiſſum nõ poſſunt fieri ſuper re & lite incognita l. 1. ubi Barth. nume. 2. de tranſact. & ad incogitata extendi non poteſt generalis tranſactio aut compromiſſum, Caſtren. in d. l. qui cum tutoribus. §. fi. ita neque mandatum ad compromittendum ad incogitata fieri aut extendi poteſt: & quemadmodum compromiſſum factum de omnibus litibus quæ ſunt uel eſſe poſſunt, intelligitur ſcilicet ex cauſa de præſenti Iaſ. in l. quod ſeruius num. 13. de cond. ob cauſ. Ita & mãdatum de compromittendo intelligitur de litibus, quæ ſint uel eſſe poſſint ex cauſa de præſenti. Præterea Gregorius procurator fecit compromiſſum de omni lite uerſa & uertente coram cõmiſſario, ſed tempore facti compromiſſi nulla pendebat lis ſuper proprietate bonorum, de quib. agitur, ideoq; ſuper prædijs arbitri pronuntiare non potuerunt, l. non diſtinguemus §. de officio de arbitris. & onus probandi ꝙ tempore facti compromiſſi foret lis coram commiſſario ſuper prædijs incũbit ei, qui id allegat l. 2. de probat. glo. in l. cum de lege eo. tit. Alex. conſi. 124. lib. 2. & huiuſmodi exceptio non cenſetur per aliqua excluſa Bald. in l. ſi quis filio §. 1. de iniu. rup. Alex. d. conſi. 77. nu. 8. lib. 2. Soc. loquens in terminis compromiſſi conſi. 299. in prin. Dec. conſi. 8. num. 7. Rip. l. 4. §. condemnatum nu. 23. de re iud. Sententia pariter prætoris uidetur nulla defectu citationis, cũ in principio iudicij mulier non fuerit citata, ſed ſolus Gregorius, qui cum ſimpliciter in principio litis citatus fuerit ſub ſolo nomine proprio, nõ poteſt dici citatus tanquam procurator. Nam & procu-
3 rator contrahens, uel aliquid faciens † expreſſo ſolo nomine proprio, uidetur proprio nomine facere, Bartho. l. qui mihi donatum num. 6. de donat. in l. 1. §. nuntiatio nu. 13. de op. no. nunt. in l. poſt dotem nu. 15. ſolu. matr. Et eò magis cum citatus fuerit in cauſa, in quã apparebat eum proprio nomine citari argu. l. Pamph. mand. l. magis puto de ſolut. Et ubi etiam Gregorius in principio litis citatus fuiſſet tanquam procurator, tamen cum ad ſententiam non procurator, ſed mulier ipſa fuerit
4 citata, † ſententia ex defectu citationis eſt nulla, Barth. in l. procuratoribus C. de procur. in l. mutati ad fin. de procur. Alex. in l. furioſo num. 6. de re iud. Sententia quoque alterius arbitri lata poſt finitum compromiſſi, & primæ prorogationis tempus, uidetur ex defectu iuriſdictionis nulla, l. ſi cũ dies l. arbitror ex compromiſſo de arbitr. & quamuis arbitro data fuiſſet auctoritas prorogandi cõpromiſſum, tamen ſemel tantùm prorogare potuit, l. boues §. hoc ſermone de uerb. ſignif. l. fidei commiſſa §. ſi quis decem de leg. 3. Bald. in c. olim ex literis nu. 2. de reſcript. in c. fin. nu. 31. de conſuet. Dec. in l. 1. in princ. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt; præter id quòd ſecunda prorogatio non fuit à partibus ratificata, imò nec illis notificata, ut iure notificanda erat; aliàs acta nõ ualent, Barth. in l. eos §. apoſtolos nu. 6. C. de appell. in l. diem proferre in prin. de arbitr. Alex. conſi. 34. nu. 5. uol. 1. Iaſ. in l. ne quicquam §. ubi decretum nu. 56. de off. pro. Eadem ſententia ex defectu citationis quò ad mulierem fuit nulla, cum ex relationibus nuncij appareat citatum fuiſſe ſolũ Gregorium, & ſimpliciter ad dandam petitionem, & ad audiendam ſententiam, & text. clem. 1. de re iud. non procedit, quando opponitur exceptio defectus iuriſdictionis l. 2. §. fin. de pœn. gloſſ. fin. in clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & c. Bal. in l. ſcire oportet §. fin. de excuſ. tut. Alex. conſil. 77. nu. 8. lib. 2. nec quando nullitas ſententiarum eſt euidens Bal. in l. 1. nu. 2. C. ne li. ter. prouo. quæ ſententia licèt in dubium reuocetur ab alijs, tamen quando nullitas euidenter apparet ex actis, uidetur proculdubio uera, Alex. d. conſil. 77. nu. 2. Rip. l. 4. §. condemnatũ nu. 15. de re iud. Item diſpoſitio d. clem. 1. procedit quando ſecunda & tertia ſentẽtia ſunt confirmatoriæ primæ, & ſic in ſecunda inſtantia cognitum eſt de iuſtitia & ualiditate primæ. In tertia de iuſtitia & ualiditate ſecundæ, quod ſenſit gloſſ. in d. clem. in uer. tres. In re autem præſenti ſecunda ſententia prætoris non fuit confirmatoria primæ, neque coram prætore petitum fuit primam ſententiam confirmari, neque prætor cognouit de iuſtitia primæ, de qua in proceſſu non fit mentio aliqua, niſi quòd Paulo ante ſententiam pars producit ſententiam arbitramentalem latam per &c. Item tertia non eſt confirmatoria ſecundæ, ut ex actis & ſententia uideri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Capitula impertinentia non admittuntur.*
2 *Probationes quæ dicantur impertinentes.*
3 *Probatio quæ etiam parum facit ad propoſitum dicitur pertinens.*
4 *Teſtes ſuper antiquis capitulis quando non licet producere.*
5 *Teſtes quando non liceat amplius ad probandum titulum producere.*
6 *In cauſa appellationis etiam ſuper antiquis capitulis poſſunt recipi iure ciuili.*
7 *Statutum cum tollit dubitationem dicitur operari.*
8 *Probationes non directò contrariæ probationi aduerſarij ſed per indirectum ſunt admittendæ.*

CA-

CASVS LV.

DVo opponi uidentur quominus ca-
pitula admittantur. Primum illa
1 esse impertinentia † & ideo reij-
cienda gloss. in c. cum contingat in
uer. nihilominus ubi Abb. nu. 6. de
off. deleg. Secundum super bonitate mollarum de
posuisse testes in prima instantia clem. 2. de testib.
c. fraternitatis extra de testib. Barth. in l. per hanc.
in fin. C. de temp. app. Ad primum respondetur
2 † probationes dici impertinentes, quæ probatæ
nihil releuant l. ad probationem C. de probat. &
quando deducuntur super materia non deducta
in libello uel exceptione Castren. l. si duo §. idem Iu
lianus nu. 15. de iureiur. Probatio autem super bo
nitate multùm prodest Francisco cum reus fundet
exceptionem suam ex eo quòd passus fuerit dam-
num ex defectu mollarum, & licèt testes à reo
conductore producti probarent promissionem de
mutandu mollas ab illo allegatam: huiusmodi ta
men promissio seu pactum uel pollicitatio fuisset
facta ad quærimoniam conductòris dicentis se pa
ti damnum ex defectu mollarum; secundũ quam
intelligitur facta responsio, §. præterea Instit. de
inut. stip. & sic conditionaliter si mollæ non sunt
bonæ, & conductor damnum patiatur, & con-
stito mollas esse bonas, corruit promissio & fun-
damentum exceptionis Iulij. Adhæc Bald. in l. cum
uirum in 1. not. C. de fideicomm. inquit probatio
3 † quæ etiam parum facit ad propositum, dicitur
pertinens, & in l. ad probationem in fin. C. de
prob. probationes siue per se, siue cõiunctim cum
alijs faciant adminiculum esse pertinentes. Ad se-
cundum iure pontificio decisum est, & à iurecon
sultis modernis receptiori calculo approbatum
4 post publicatas † attestationes non licere etiam in
causa appellationis producere testes super anti-
quis capitulis: super nouis uerò, & à principali
causa dependentibus licere, c. fraternitatis ex. de
testib. clem. 2. de testib. Barth. in l. per hanc in fin.
C. de tem. app. Quòd autem mollæ sint bonæ est
nouum capitulum: & licèt aliqui ex testibus pro
ducti ab actore deposuerint etiã de bonitate mol-
larum, tamen cum bonitas mollarum non con-
tineretur in capitulis super ea possunt produci te-
stes post publicatas attestationes, Bart. in authen.
at qui semel nu. 28. C. de probat. qui assignat ratio
nem, quia text. in authen. de testib. §. quia uerò re
quirit quòd fuerint testes producti, & didicita te
stificata. Vnde non nocet si deposuerunt super
eo, super quo non fuerunt producti. Idẽ uoluit
Inno. in c. fraternitatis nu. 4. col. fin. ex. de testib. &
Felin. ibi nu. 9. uersic. facit quod not. D. Card. &c.
post gloss. in clem. 2. de testib. Neque obstat quòd
5 post † præscriptionem deductam in articulis, &
super ea productos & publicatos testes non liceat
amplius ad probandum titulum testes producere,
Iun. in d. c. fraternitatis Barth. d. authen. at qui se-
mel nu. 24. nam titulus & possessio sine quibus
non potest præscriptio procedere, de necessitate
iuris includitur sub præscriptione deducta in arti-
culis, & ad probandam præscriptionem necessa-
riò probandus est titulus, sed capitulum q; mollæ
sint bonæ nõ includitur necessariò secundum ius
in capitulis productis in primo iudicio, nec ad
probationem capitulorum probanda erat bonitas
mollarum, & ad hoc faciunt quæ tradit Barth. d.
nu. 24. Non etiam obstat statutũ cuius uerba sunt
in causa appellationis non recipiantur noui testes,
nisi noua emerserit quæstio, uel inciderit quæstio
uel causa: nam huiusmodi statutũ disponit idem
quod ius commune. s. c. fraternitatis ex. de testi. &
clem. 2. eo. tit. Neque ad hoc ut statutum aliquid
operetur ultra ius commune intelligi debet gene
raliter & sic etiam in casibus quibus de iure com-
muni in causa appellationis possunt noui. testes
recipi, nam statutum satis operatur, licèt enim
iure pontificio decisum esset in causa appellatio-
nis non posse produci testes nisi super nouis capi-
tulis d. clem. 2. d. c. fraternitatis de test. Iure tamen
6 ciuili aliud uidebatur ut in causa † appellatonis
etiam super antiquis capitulis possent testes reci-
pi l. eos §. 1. C. de appellat. & erat communior opi-
nio apud antiquos gloss. in d. clem. s. Gloss. Barth.
& Castr. in d. l. per hanc circa fin. & ideo cum sta-
tuentes essent subditi imperij ad tollendam dubi-
tationem an seruari deberet ius pontificium, an
uerò ius ciuile & iureconsultorum antiquorum
opinio, uolentium in causa appellationis iure ci-
uili licere testes etiam super antiquis capitulis pro
ducere. Fuit conditum illud statutum continens
idem, quod ius pontificium, & cùm statutum
7 † tollit dubitationem dicitur operari Abb. c. certi-
ficati nu. 10. de sepul. & statutum disponens idem
quod ius commune si potest aliquid operari, non
est generaliter intelligendum, sed debet declarari
secundum ius commune Alex. in l. 4. §. ait prætor
nu. 12. de damn. inf. cum regulariter statuta reci-
piant interpretationem passiuam à iure communi
l. si serui C. de noxal. l. 1. §. lex Falcidia ad l. Falcid.
Præterea ubicunque testes deponunt secundùm
peritiam artis etiam post publicationem priorum
testium possunt super hisdem capitulis, & in ea-
dem instantia alij recipi & ad partis petitionem,
& ex mero iudicis officio, Abb. in c. causam in
princ. uersic. uel not. Bal. nu. 1. Felin. nu. 2. de prob.
Felin. in d. c. fraternitatis nu. 8. Quod si testes depo
suerunt non tanquam periti, sed circa damnum
quod reus allegabat, nulla ratione post publica-
tionem eorum prohiberi potest actor producere
testes super mollarum bonitate; cum capitulum
super bonitate mollarum non sit neque idẽ neque
directò contrarium probationi damnorum sed no
uum d. clem. 2. de testib. & probationes non dire-
ctò contrariæ probationi aduersarij sed per indire
ctum sunt admittendæ c. ex tenore de testib. Bart.
d. authen. at qui semel num. 27. Castren. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Legum & statutorum optima est interpres consuetu do.*

2 *Satutum si apparet nunquam fuisse usu receptum neque nunc necessario obseruari debet.*

3 *Consuetudo etiam iniqua pœna excusat.*

4 *Consue-*

4 *Conſuetudo inducitur ex binis actibus concurrente decennio,& ex quibus probetur conſuetudo.*
5 *Promiſsio ad formam ſtatuti limitatur.*

CASVS LVI.

1 LEgum † & ſtatutorum optima eſt interpres conſuetudo l.ſi de interpretatione de legib.& à certa conſuetudinis interpretatione recedendum non eſt, l.minimè de lega. Verus enim ſtatuti intellectus à pratica ſumitur Baldus in c.1.in princ.nu.2.de feud.ſine culp.non amitt.& licèt ex poſt interpretatio & ſenſus conſuetudinis apparet non bonus, ei tamen ſtandum eſt Abb.c.cum dilectus numero 7.de conſuetud.
2 Et ſi apparet † ſtatutum nunquam fuiſſe uſu receptum, neque nunc neceſſariò obſtutari debet gloſſ.in cap.primo in uerb.frangere de treg.& pac. Bartholus l.fina.§.ſed cum antiquitas C. de Cur. fur. Alexander conſilio 132. numero quarto libro primo,Decius conſilio 649. numero octauo,
3 & conſuetudo † etiam iniqua pœna excuſat, ut ex pluribus oſtendit Iaſon, in dicta l. de quibus numero octauo,uſque ad numero decimo,& annullatio actus dicitur pœna l. turpia in principio, ubi nota. Barthol. de legato primo. Hinc Baldus in l.rem non nouam in fin. C. de iudic.dixit illud quod lege cauetur ſe conſuetudine non caueatur, omiſſum non uitiat, & ideo ſe conſuluiſſe ſtatutum erat, quòd non ualeret ſententia mercatorum, niſi omnes conſules interſint in diffinitiua ſi conſuetudo obſeruabat trium ſententiam ualere ſine quarto per conſuetudinem eſſe derogatum ſtatuto, & ideo ſententiam à tribus latam ualere. Et ex inſpectione multorum proceſſuum & ſententiarum conſuetudo notoria habetur, quæ probatione non indiget, Baldus in l. prima, numero quinto.C.ad Veleian. Decius con ſilio undecimo,numero nono præter id quod con
4 ſuetudo † inducitur ex binis actibus concurrente decennio Barthol. in l. de quibus in lectu. numero nono, & decimo, de legib. & in repet.numero duodecimo,& decimoquarto,& inter alios modos conſuetudo probatur ſi ex actis appareat id obſeruatum fuiſſe ſine contradictione,Barthol. in repetitio.dicta l. de quibus numero uigeſimoprimo, uerſiculo idem dico, & conſuetudo contrahendi probatur ex inſtrumentis contractuum, Barthol.ibidem, neque adeſſe conſuetudinis neceſſe uidetur fuiſſe iudicatum in contradictorio iudicio, Bartho.in l.prima numero decimonono C.quæ ſit longa. conſuetu. & alij plures quos recenſet Corne.conſilio 294.numero decimonono, uolumine primo, & conſilio 155.numero ſexto, uolumine quarto. Ex quibus in propoſito caſu uidetur, quòd licèt ſtatutum requirat promiſſionem de qua agitur, fieri cum quadam formula uerborum, alias ſit nulla: tamen cum hactenus obſeruatum ſit ut promiſſio fieret ſimpliciter & abſque formula illa uerborum adiecta clauſula & iuxta formam ſtatutorum, promiſſio de qua agitur ſit omnino ualida, & eo magis quia uerba illa & iuxta formam ſtatutorum uidentur operari ut forma ſtatutorum ad quæ habetur relatio uideatur ineſſe in promiſſione l. aſſe toto de hæred.
5 inſtitu. & promiſſio † ad formam ſtatuti limitari l.edita. C.de eden. Barthol. in tracta.ad reprim. in uerbo. prout.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationis quæ non ſunt ſecundum iuris ordinem receptę nihil probant.*
2 *Iudicis interrogatio ſuper quibus fiat.*
3 *In receptione teſtium requiritur partis citatio.*
4 *Citatus non præſumitur licèt aliquis ſit præſens.*
5 *Præſens in iudicio quando non ſit citandus.*
6 *Citatio in producendis teſtibus cur fiat.*
7 *Teſtem iuraſſe quando probetur & quando probent, numero 8.*
9 *Pars ubi opponit quid rationabile quominus teſtes publicentur publicatio non ualet.*

CASVS LVII.

1 ATteſtationes † exhibitæ cum non ſint ritè & ſecundùm iuris ordinem receptæ non uidentur quicquam probare,Innocen. in capitulo ſignificauit de teſtibus, Baldus in authentica,ſi quis in aliquo numero ſecundo. C.de eden. nam ubi actor uel reus uult aliquid probare,debet copiam illius quod probare intendit,aduerſario dare: ut poſſit à iudice diſcuti, an huiuſmodi probatio ſit admittenda, & hæc appellantur articuli ſeu capitula: item in primis edi debent nomina teſtium c.præſentium de teſtibus, in 6.latè Specul.in titu.de teſt.§.qualiter autem in prin.& licèt ex conſuetudine quandoque teſtes examina
2 ri poſſint abſque articulis, † iudex tamen non poteſt ſuper alijs loco capitulorum interrogare, quàm ſuper his quæ in petitione ſeu libello allegata fuere Specul. in dicto titulo de teſte. §.nunc uidendum in princip. Secundò in receptione teſtium requiritur partis citatio l.ſi quando, ubi Baldus in principio. C.de teſt.authentica, ſed ſi quis ubi Bartho.& Baldus numero ſeptimo, eodem titulo, capitulo ſignificauit ubi Abba.in 2.not. de teſti. Decius, in capitulo conſuluit in principio de
4 offic. delegat. Et licèt † aliquis ſit præſens, non tamen præſumitur citatus, Barthol.in l. furioſo in fin.de re.iud.latè Iaſon in l. prima numero ſecundo, de in ius uocan.imò licèt in actis diceretur reum citatum non tamen probatur citatio Baldus in authent.ſi quis in aliquo numero nono
5 C.de edend. & quamuis præſens † in iudicio non ſit citandus Barthol.in l.prolatam numero ſeptimo,C.de ſenten.& ſecuti fuere plurimi quos refert & comprobat Iaſon in l.prima, de in ius uocand. Id tamen procedit ubi quis citatur ad finem ſimplicis comparitionis ſecus quando citatur, ut reſpondeat uel ſe defendat, Baldus l.cum fratrem in fin.C.de his quibus ut indign.Iaſo. dicta l.

cta l. prima numero duodecimo, citatio autem
6 † quæ fit in producendis testibus, fit non solum, ut pars compareat, sed etiam ut possit opponere contra personas testium, & dare interrogatoria secũdum causæ & personarum qualitatem c.præsentium ubi gloss.de testibus, in 6. capitulo præsentium c.testimonium de testibus. Tertiò requiritur, quòd testis iuret l.iusiurandi C.de testib.& licèt si in actis reperiatur scriptum, Titius testis iuratus præsente parte deposuit &c.ex his uerbis
7 † probetur testem iurasse, Barth.l.Theopompus in princip. de do. præleg. Abba. ca. tuis in fin. de testibus, in fin.Id tamen procedit quando depositio de qua attestatur notarius, fuit facta tempore & loco iuridico, id est die feriata & apud acta, sed si fuit facta uel die feriata uel non apud acta ubi debent iurare testes.Ex huiusmodi uerbis non probatur testem iurasse, cum iuramentum non potuerit interuenire tempore examinis saltem legitimè, Baldus in l.fin.numero, uigesimo. C.de re iud.Felyn.in dicto capitulo tuis numero sexto, uer
8 siculo item inquantum ipsi dicunt &c. † Quartò testes examinati sine debitis interrogatorijs nõ probent, ut ex Ioan.Andr. & Anto.de Butr. tradit
9 Curt.in tracta.de testi.numero 103. Vltimò † ubi pars opponit quid rationabile quominus testes publicentur, publicatio non ualet, Specu.in titulo de teste §. satis utiliter & compendiosè uersiculo publicatio autem ita scribetur, & publicatio testium non ritè facta quicquam non operatur Iaso.in l.licet numero sexto.C.de procurat.

SVMMARIVM.

1 *Incidenter prolata ad nullius interrogationem non uidentur inducere dispositionem.*
2 *Dominium sine traditione non transfertur.*
3 *Emptor sciente uenditori si diu possideat rem emptam censetur pro uenditorem in possessionem inductus.*
4 *Emptorem cui nondum res fuit tradita non posse opponere se pro interesse suo quominus tertius in possessionem mittatur.*

CASVS LVIII.

Colligitur ex allegationibus.

ATtestationes exhibitas non probare demonstrarunt hi, qui pro socero scripserunt, adeo, ut nihil addi posse uideatur: uerum etsi probarẽt, tñ uerba, quæ à socero prolata fuisse testes asserunt, scilicet, *uà, ti la dò per dote,*
1 tanquam incidenter † ad nullius interrogationem prolata, dispositionem inducere non uidentur argumen. capitulo cum uenissent, & quæ ibi scripsit Abba. numero quinto, de institu. & eorum quæ latiùs accumulat Iason in l. prima. §.si quis ita numero undecimo in l.ita stipulatus numero quinto de uerbo.obligatio.Item per ea uerba nõ uidetur fuisse translatum dominium, quod
2 sine traditione † non transfertur l. traditionibus C.de pact. etiam in re in dotem data l.de diuisione & ibi Docto. solut. matrimo.l. dotale §.dotale de fund.dot. neq; possessionem cum prædia non essent in præsentia l.prædia & ibi nota. Bartholus numero primo, & secundo, de acquirenda posses. Vnde si Iacobus possessionem propria auctoritate apprehendit prædo est, l.si ex stipulatione l.fundi §.primo, de acquirẽn. possessio. Et licèt si em-
3 ptor sciente † uenditore diu possideat rem emptam, censeatur per uenditorem in possessionem inductus l. secunda. C. de acquiren. possessio. tamen id rei præsenti non conuenit, nam Christophorus, statim reclamauit. Neq; dici potest per ea uerba, *Ti la dò per dote*, datam fuisse licentiã apprehendendi propria auctoritate, ut de clausula uendidit dedit tradidit scripsit Barthol. in dicta l. prædia. Etenim cum simpliciter dixerit do in dotem, idem est ac si dixisset dono uendo, uel aliud simile, per quæ non censetur data auctoritas apprehendendi propria auctoritate, nisi addatur uerbum trado. Ideoque succedere uidetur, quod scripsit Bald.in titulo quid sit inuestitura numero ter
4 tio, emptorem, † cui nondum res fuit tradita, nõ posse opponere se pro interesse suo quominus tertius in possessionem mittatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus hæres laici debet conueniri coram iudice ecclesiastico, quando iudicium non fuit cęptum cũ defuncto secus si iam fuit cæptum.*

CASVS LIX.

1 QVando iudicium † non fuit cæptum cum defuncto, clarum est quòd clericus hæres Laici debet conueniri coram iudice ecclesiastico, glo. in c.clericum nullus 11. quæstio. prima Barttho.in l.hæres absens de iud.Baldus in l.secunda cap.ut in possess.leg.sed quando iudicium fuerat cæptũ cum laico defuncto uariæ fuerunt Doct.sententiæ: nam Castr.& Angel.in dicta l.hæres absens in fin. princ.censuere clericum successorem laici, cum quo cæptum fuerat iudicium non posse allegare priuilegium fori, idem Castren.in l.si constante §. fin.sol.matr. ubi dicit hanc esse communem, idem Andr.sic.& Aret.in c.quia Gu.de iudic. Idem sentit Alex.in l.si constante §.fin.numero quarto in fin.solu.matrim.& idem uult clarè Curt. in addit. ad Alexander ibi num.4. in addit.incip. ecclesiam in fine Apostill. in add. ad Abba.in dicto capitulo quia Gu.in fin. contrariam sententiam tenuerunt Ant.de Butrius Abba.Felyn.& Dec.in dicto capitulo quia G.adeo quòd res est ualde dubia, & hinc inde rationes & auctoritates, uerùm præsupposita opinione Abb.ueriore, dubitatur, an actor teneatur iudicium de nouo inchoare contra clericum coram iudice ecclesiastico, an uerò possit super actis factis contra defunctum coram iudice laico prosequi iudicium coram iudice ecclesiastico contra

tra clericum ſucceſſorem. Quod ego uerius arbitror, nam Doct. ſolùm conſiderant priuilegium clerici, ne conueniatur coram iudice laico, non autem ut actor cogatur omnia de nouo incipere, & quanuis Felin. in dicto. cap. quia Gu. in ſecunda limit. dicit non reperiri iure cautum quòd clericus ſuccedens laico perdat priuilegium fori: ideo ſtandum regulæ, quod clericus non con uenitur coram iudice laico, & in fine dictæ limitationis dicat quòd ſi clericus cogeretur perſeuerare coram iudice ſeculari eſſet ſibi damnoſum, quia hoc modo amitteret priuilegium ſuum: tamen ipſe conſiderat ſolùm detrimentum amiſſionis priuilegij, quod ſatis dicitur conſeruari, ubi laicus ſuper actis coram laico factis proſequitur coram iudice eccleſiaſtico iudicium contra defunctum coram laico cœptum, neque Caſtren. in dicta l. hæres abſens aut alius quiſquam dicit in caſu præſenti inſtantiam extingui, & tex. in l. ſi con ſtante §. fin. in uerbo expirat ſoluto. matrimo. interpretandus eſt quò ad mulierem, cuius bona publicantur, Felin. ubi ſupra, & licèt Docto. nonnulli dicant inſtantiam non tranſire in clericum, tamen cum inſtantia dicatur exercitatio iudicij. Iaſo. in l. poſtquam liti C. de pactis intelligendi ſunt, ut ius exercendi coram iudice laico iudicium coram illo cæptum nõ tranſeat quò ad exercitationem futuram contra clericum, ſed ob hoc non ſunt cenſendi uoluiſſe, ut acta facta coram laico pereant, & non poſſit laicus contra clericum proſequi iudicium coram iudice eccleſiaſtico ſuper actis factis coram laico.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IN MATERIA POSSESSORII,

Excell. I.V.D.D. Petri Antonij Anguſſolæ, Liber Quartus,

CASVS I.

BErnardus mouit iudicinm contra Iacobnm, aſſerendo eſſe in quaſi poſseſſione cluſandi Riuum Langognæ, & extrahendi aquam ex eo, & turbari à Iacobo: petendo manuteneri in ſua quaſi poſseſsione, proteſtando deducere poſseſsorium, & nolle cumulare petitorium cnm poſseſsorio. Iacobus uerò excipiendo dixit immò ipſum eſse in quaſi poſseſsione ducendi aqnam uſque ad exitum Riui Langognæ, & turbari à Bernardo, & petiit manuteneri in ſua quaſi poſseſsione, facto longo proceſsu & multis probationibus.

¶Quæſitum fuit, quis in poſseſsorio iudicio obtinere debeat qualitas: autem facti & probationum ex allegationibus facile dignoſcitur.

VMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium etiam datur pro quaſi pſſeßione rerum incorporalium.*
2 *Interdictum uti poßidetis pro iure non habente cauſam continuam utile intentari non poteſt & quo agi poßit.*
3 *Aqua æſtiua quæ ſit.*
4 *Interdictum de aqua quotidiana & æſtiua qua ratione competat.*
5 *Aquam qui æſtate proxima duxit quouſque tuendas ſit in poſſeßione.*
6 *Vbi diſputatur quibus teſtibus magis credendum ſit, quid ſit agendum.*
7 *Teſtes uicini non uicinis præferuntur in probanda poſſeßione.*
8 *Veriſimiliora dicta teſtium quæ dicantur.*
9 *Aquas a ſuo curſu diuertere non licet.*
10 *In poſſeſſorio retinendæ poſſeßionis quis obtinere debet.*
11 *Turbatus agens contra turbantem debet probare, quòd poßidebat tempore turbationis & litis conteſtationis.*

HIc agitur poſseſsorium iudicium. Cumque & Iacobus & Bernardus aſserant eſſe in quaſi poſseſſione aquæ ducendæ, & in ea turbari, & petant a turbatione deſiſti, & ſe in ſua quaſi poſseſsione conſeruari; uidetur intentatum fuiſse poſseſsorium retinendæ quaſi poſ-
1 ſeſsionis: † quod etiam pro quaſi poſseſsione rerum incorporalium datur l.quotiens.ij. de ſeruit. Alexand.in l.prima,in princip.num. 20. de acquirenda poſſeſſio. Aliud quoque poſseſsorium ad retinendam quaſi poſseſsionem iurium incorporalium dari non uidetur, quàm uel utile interdictum uti poſſidetis. glo. in dicta l.quotiens Bart. l.prima, in principio, num. quarto, in l.ſi duo. §. hoc interdictum uti poſſid. uel interdictum de itinere actuque priuato, aut interdictum de aqua quottid. & æſt. l.prima, in principio, de itinere actuque priuato. l.prima, in principio, de aqua quottid. & æſti. Cæterùm cum inducenda aqua à Bernardo requiratur factum hominis, quòd.ſ. Riuus Langognæ claudatur totus, & facto hominis aqua ad prædia eius ducatur, ius aquæ ducendæ ſeu diuertendæ, quod ſibi competere aſſerit, non uidetur habere cauſam continuam. Bart. l.ſi aquam, num.tertio, Bald. num.quinto, C. de ſeruit. licèt ex parte Iacobi dicentis ſe ius habere ducendi aquas Riui Langognæ uſque ad illius exitum, poſſit dici ius illud habere cauſam continuam. Caſtren. in l.ſeruitutes, numero ſexto, de ſeruit. & clarius in l.prima, num. tertio, C.de ſer-
2 uit. Pro iure † autem non habente cauſam continuam, interdictum uti poſsidetis utile intentari non potuit, Bartol. in dicta l.prima, in principio, num.quarto, uti poſsidetis. Bartol. & Caſtren. in l. ſicuti §.Ariſto.in fi.ſi ſer.uend.ſed ſolum agi poteſt interdicto de itinere actuque priuato, uel de aqua quotti. & æſti. Caſtrenſ. in dicta l.quotiens in fin. de ſeruit. cùmque hic non agatur de itinere, & cùm aqua de qua agitur, non ſit quottidiana non alio interdicto agi ponit, quàm de aqua æſtiua, in quo interdicto uidetur Iacobum obtinere debere; quippè cum probauerit ſe æſtate præterita aquam de qua agitur duxiſſe, & riuum expurgaſſe, ex qua expurgatione inter alia oſtenditur aquam ductam iure ſeruitutis cæp. in tract. de ſeruit. ruſt. præd. in titulo de aquæ duct. num. 56. Cumque ædicto prætoris poſito in l.prima, §. deinde ait prætor de aqua quottid. & æſtiua. contineatur uti priore æſtate aquam de qua agitur, nec ui, nec clàm, nec præcario duxiſti, quominus ita ducas uim fieri ueto: Et alio prætoris edicto poſito in l. prima, in principio, de riuis, caueatur, riuos purgare aquæ ducendæ cauſa, Quominis il-

li liceat dum nẽ aliter aquam ducat, quam uti
priore ęſtate non ui, non clam, non precariò du-
xit uim fieri ueto. Quæ edicta non ſolum pro-
ſunt illi, qui habet ius aquæ ducendæ, ſed etiam
illi, qui non habet ius aquæ, dũmodo priore æſta-
te duxerit d.l.1.§.ſed ſi iure de aqua quott. & æſt.
d.l.1.§.hoc interdictum de riuis. Ex uerbis edicti
prætoris concludi uidetur Iacobum iure prohibe
ri non poſſe, quominus ita aquam ducat uti prio-
re æſtate duxit, & riuum langognæ illius ducen-
dæ cauſa purget, & cum Bernardus, qui ſemper
proteſtatus eſt agere poſſeſſorio, nec alio poſſeſſo-
rio agere potuit, quam interdicto de aqua æſtiua
non probauerit ſe æſtate proxima clauſiſſe riuum,
& aquam diuertendo ad ſua prædia duxiſſe, quæ
in interdicto de aqua æſtiua requiruntur, contra
illum vr pronunciandum: Nec obſtat ſi dicat nec
Iacobũ obtinere debere ꝑtextu interdicti de aqua
eſt, cum illud ſolum detur pro aqua, q̃ perẽnis eſt
l.1.§.loquitur de aqua quottidiana & æſti. ꝙ aquã
de qua agitur, non eſſe perennem: Nam reſpon-
detur, Et ſi aqua de qua agitur nõ eſſet perẽnis, ta
men in ea procedit prætoris edictum loquens de
aqua æſtiua, Nam in d.l.1. de aqua quottidiana,
& æſti. ponuntur tria edicta ſeu tres partes unius
edicti, Prima ponitur in principio legis, & illud lo
quitur ſolum in aqua quottidiana, & quę dicatur
aqua quottidiana declarat ibi tex. & clarius gloſ.
in §.1. in uerſi. dicendum. Secunda ponitur in ea-
dem lege.§.deinde ait prętor, & hæc loquitur dun
taxat in aqua æſtiua, Tertia ponitur in §.ait prætor
quo ex caſtello & in tex. in d.§.loquitur Iuriſconſ.
declarat primam partem edicti loquentem ſolum
in aqua quottidiana, & ſic dum uult prætorem
ſolum loqui in ea aqua quæ ſit perennis debet in-
telligi quo ad partem primam quam tunc inter-
pretatur, ſ. de aqua quottidiana, Inquit enim text.
nulla aqua duci poteſt, niſi quæ perennis eſt, ſi lo-
queretur generaliter malè diceret. Nam & aqua
quæ perennis nõ eſt nec ſemper fluit, duci poteſt,
ſed loquitur ſolum in aqua quottidiana; quem
ſenſum ad illum tex. uoluit etiam Accur. ibi dum
in uer. duci addit, ſ. quottidie, & interpretationem
Iuriſconſ. in d.§. loquitur non procedere in aqua
æſtiua probat tex. in ea.l.§.1. uerſi. nam ſi ſit, ubi di
citur nam ſi ſit ea aqua, quæ perpetuò duci poſſit,
3 Ego tamen ſola æſtate utar, dicendum † eſt aquã
æſtiuam eſſe, & ſic uidetur innuere Iuriſc. aquam
æſtiuam de qua in eo. titu. non ſemper fluere, qđ
& melius probatur in l. de interdicto eod. titu. ubi
dicitur aquam æſtiuam dici quæ niſi æſtate duci
poteſt, licèt illius uſus hyeme quoque deſideretur
& ſic uult aquam, quæ non poteſt dici perennis
cum hyeme non fluat dici æſtiuam, & in ea proce
dere prætoris edictum loquens de aqua æſtiua:
hoc etiam ſenſit Cæpo. in tract. de ſeruit. in titu. de
aquæ duct. q. 11. ubi inter requiſita ad hoc ut com
petat interdictum de aqua quottidiana inquit ne
ceſſariam ꝙ aqua ſit perennis, in requiſitis autem
ad interdictum de aqua æſtiua id non ponit. Mi-
nus obſtat ſi dicatur ius aquæ ducendæ ſola unius
æſtatis quaſi poſſeſſione non acquiri, Immo ius
aquæ ducendæ ex riuo priuato non niſi decem an

nis inter præſentes, & uiginti inter abſentes non
præſcribi, Nam reſpondetur interdictum illud de
4 aqua † quottidiana & æſtiua non competere ratio
ne proprietatis uel poſſeſſionis, ſed ratione ſimpli
cis uſus etiam unius diei Ripa. in l. quominus nu.
89 de flum. nec in eo requiri aduerſarij ſcientiam.
Bar. d.§.hoc interdicto nu.19. quãuis.n. quis non
habeat ius aquæ ducendæ, dum tñ proxima æſtate
uſus fuerit non ui, non clam, non præcario, & pu
tauerit ſe iure uti, datur hoc interdictum ut non
prohibeatur ducere d.l.1.§.ſed ſi iure de aq. quot
tid. & æſti. Saluum: tñ alijs remanet ius proprie-
tatis & probandi eum nullo iure duxiſſe l.1.§.pe-
nul. eo. tit. ubi gl, ſed interim ab eis cauendum eſt
ſe non impedituros aquam ducentem l. pen. eod.
tit. Bar. in l.1.§.hoc interdicto nu.2. de itin. actuq;
5 priu. & is † qui æſtate proxima duxit aquam tuen
dus eſt in poſſeſſione quouſq; actum ſit, negato-
ria & pronuntiatum ius illi non competere, ut
de interdicto de itin. tradit Caſtr. in l. diuus de ſer.
ruſt. pd. Sed & ſi ageretur alio interdicto retinẽdæ
poſſeſſionis ut uti poſſidetis ſiue directo, ſiue uti-
li pro Iacobo iudicandum: nam oĩa probarit quæ
in hmõi poſſeſſorio iudicio uictoriam cauſant, q̃
explicat tex. & clarius Docto. ibi in c. licèt cauſam
de probat. in poſſeſſorio retinendæ cæteris parib.
obtinere debet in primis, qui ꝑ plures teſtes poſ-
ſeſſionem ſuam probauerit uel qui maioris hone
ſtatis & exiſtimationis teſtes produxerit. l. ob car-
men.§.fin. de teſtib. Bal. in l. ordinarij nu.10. C. de
rei uendic. c. in noſtra de teſtib. & ibi Abb. in 1. no.
6 inquit ꝙ ubi † diſputat quib. teſtib. magis creden
dum recurrendum eſſe primo ad eorum auctori-
tatem, Idem Fely. in prin. ubi multa accumulat,
& pauci nobiles plurib. ruſticis pręferuntur l.3. in
prin. de teſtib. Bal. in l. teſtium nu.21. uerſi.2. dico.
C. de teſt. Fely. d.c. in noſtra nu.2. & Dec. d.c. licè
7 cauſam nu.9. Et in probanda † poſſeſſione præfer
runtur teſtes uicini non uicinis. Bald.§. ſi tres nu.
1. de pac. tenen. Feli. d.c. in nr̃a nu.12. Teſtes Iaco
bi ſunt plures numero, Itẽ nobiliores diuiores &
maioris authoritatis (ut infacto mihi ꝑſupponit)
q̃ teſtes a Bernardo producti. Secundò in poſſeſſo
rio retinendæ poſſeſſionis uictoriam cauſat quali
tas depoſitionis teſtium, etenim dicta uériſimilio-
ra ꝑferuntur, c. pręterea ubi Abb. de teſtib. d.l.3.§.1.
8 de teſtib. † Verisimiliora aũt dicuntur, q̃ conſonãt
iuri cõi. Inno. in c. audiuis nu.4. Abb. nu.15. de præ
ſcr. Dec. poſt alios in d.c. licèt cauſam nu.9. uerſ.2.
Qualiter & uériſimiliora ẽt dñr quæ cõſonant pri
uilegijs & cõceſſionis. Bal. d.c. licet cauſam nu.12.
Itẽ potius attendenda vñr dicta q̃ magis cõueniũt
naturæ negotij d.l. ob carmen.§.fi. uerſi. ſed ꝙ na-
turæ negotij Bal. d.l. teſtiũ nu.21. C. de teſtib. Sed
depoſitiones teſtium Iacobi dicentium aquas de-
currentes per Riuũ langognæ ſemper à lõgiſſimo
tpe citra decurriſſe uſq; ad exitũ dicti riui, nec im
peditũ fuiſſe eatũ curſum, magis cõſonat iuri cõi,
9 cũ non liceat † aquas à ſuo curſu diuertere l.2. C.
de leg. aquil. niſi quis habeat ius conſtitutũ, & qui
dicit habere ius deriuandi aquã, id probare debet
l. ſi in ædibus. C. de ſeruit. & quia inuito domino
priuati fluminis nõ licet ex eo cuiq; ducere aquã,

Rip.

Rip.l.qoominus nome.septimo de flum. Et quia cum aquæ de qoibus agitur oriantur in loco proprio Iacob. succedit quod legimus in l. præses. C. de seruit. Durum esse, & crudelitati proximom aquam ex tuis prædijs ortam scientibus agris tuis ad aliorum usum ꝓpagari, & eo magis cũ Riuus, per quem aqua ducitur, sit iuris proprij Iacobi sal tem ꝓ parte, & cum anno elapso fuerit ab eis excauatus & purgatus: Item dicta & attestationes testium Iacobi conueniunt iostrumentis antiquis productis ab ipso in quibus probatur eum habere ios in aquis, super quibus litigatur: Item conoeniunt naturæ negotij, cum oaturaliter aquæ soleãt decurrere osque ad exitum fluminum sine rioo-
10 rum. Tertiò in possessorio † retioendæ possessiois obtinere debet, qui cæteris paribus probat de anoquiori possessione d.c.licèt causam, Bart.in l. si duo in prin.nu.4.uo possid. Docto.omnes in d. c.Licèt causam, Bald.in l.ordinarij num. 10.de rei oendic. Rip.c.cum ecclesia nom.23.de cau. poss. & proprie. & clarum uiderur Iacobom probasse de anoquiori possessione. Quartò in huiusmodi possessorio iudicio cæteris paribus parat oictoriã probaoo oruli seu dominij d.c.licèt causam. Bart. d.l.si duo in prin.nu.4. Abb.in c.ueniens nu. 8.de præscrip. & alij plures, qoos referunt in d.c.licèt causam. Abb.nu. 10.Fel.ou.9.oersic. quarta causa Dec.nu.9.uersicu.4.cæteris paribus, sed ex instrumentis in actis productis probatur titulus, & ius in dictis aquis Iacobi, idem etiam probatur ex testibus dicenobus aquam oriri in proprio solo Iacobi.

11 ¶ Ad hæc turbatus † agens cõtra turbantem debet probare, quod possidebat tempore turbationis & litis contestaoonis. §.quorum in fin.Inst.de interd.Bar.l.1.§.fin.no.14.& 18. uti possid. Io. de Plat.nu.47.& nu.51.Aret.num.5. in §. retinendæ Inst.de interd.cumq; per testes Iacobi & Bernardi sit probatum ꝙ per totum proximum triennium impeditus non fuit aquæ cursus, sed usq; ad exitum riui langognæ decurrit, & ꝙ anno proximo Iacobus fecit excauare & purgare riuum, & usus fuit aqua, de qua agitur, pro irrigandis prædijs, clarum est probatum esse Iacobũ fuisse in possessione tempore intentatæ à Bernardo turbationis: Er licèt Bernardus turbator probasset se qñdoq; fuisse in quasi possessione, tamen cum Iacob.probauerit antiquiorem possessionem, possessio Bernardi præsumitur clandestina & iniusta. d.c.licèt causam de probat.Io.de Plat.in d.§. retinendæ nu. 51.Aret.nu.5.Bal.in l.ordinarij num.10. C.de rei uendic.Rip.in c.cum ecclesia nu. 23. de cau. poss. & propriet. Nec obstat ꝙ Iacobus tanquam conductor non potuerit neque agere propter turbatam possessionem; neque se tueri: nam respondetur licet conductor & alij qui non possident uti non possint interdicto retinendæ possessionis, tamen si turbetur possuut agere actione in factum, uel implorate iudicis officium, glo.in l.si duo.§.si creditores uti possid. Aret.in §.retinendæ nu.2.de interd.Abb.in c.contingit nu.20.de do.& cont. Illud quoq; contra Bernardum urget, nam per nõnullos ex testibus Iacobi probatum est aquam lan gognæ solitam duci ad molendinũ quoddam inferius Monasterij S.Martini, cuius Monast.Iacobus est colonus & conductor, & Bart.nu. 17.Rip.nu. 71.in l.quominus de flomin.traddidere non licere mutare formam ripæ fluminis in præiudicium illius qui absq; ulla clusa, sed mediante naturali ripæ situ aquam ad suum molendinom ducebat. Nec id omittendum, cùm Iacobus emerit prædia conogua rioo langognæ, riuom esse ipsius saltem usque ad dimidiam cohærentem prædio empto, & iccirco oon posse Bernardum inuito Iacobo facere clusam transcendentem dimidium riui Laogognæ, nec immittere tigna oel quicquam aliud in ripa uicino licuit propria auctoritate id tollere. Bar.in l.fluminum in prin.de dam.infect.Bart.Ias. & Rip.in l.quominus de flumin.in 7.q. & in 10. Er licèt Iacobus per longum tempus passus esset fieri clusam non tamen perdidisset ius prohibendi, nam cum clusa pluries fuerit interrupta & destructa ni aquarum, licèt fuisset reparata censetur. interrupta præscriptio, Castr.in l.hæc aut nu.7.de seruit.urban.præd.ꝑter id ꝙ si ius detiuãdi aquas per Langognam decurrentes quod prætendit habere, Bernardus habet causam discontinoam, ut superius diximus: & probari vr̃ per tex. & glo. in uersi.perpetoo in l.foramen de seruit.urba. præd. non põt præscribi neq; longo neq; longissimo tempore l.seruitutes.2.de seruit.d.l.foramen, sed dun taxat tempore cuius inioj non extat memoria.l. hoc iure.§.ductus aquæ de aq.quott.& æst.glo.& Castr.in princ.in d.l.seruit.Bar.in l.1.num.6.C. de seruit.Ius aũt quod sibi competere contendit Iacobus aquas orientes in fundo ipsius, & alias decurrentes per langognam ducendi per totum riuum osq; ad illius exitum, uidearur habere causam cõtinuam licet aqua non semper fluat ut supra fuit dictum, & probatur in d.l.foramen, ibi etiam si nõ assiduem de seruit.urb.præd.potest lõgo tp̃e, idest decem annis præscribi.l. si quis diuturne si seru. uend.Bar.d.l.1.ou.2.de seruit.

SVMMARIVM.

1 *Sensus l.1.cod.si de momenta.poss.*
2 *Qua sententia super possessorio appellari possit & qñ.*
3 *Mixtum pessessorium quod nam sit.*

CASVS II.

An a sententia lata super possessorio possit appellari.

1 Licèt nonnulli interpretaõ fuerint † tex.in l. 1.C.si de momen.poss. ut à snia super possessorio appellari possit, sed appellatione nõ obstante snia exequat̃: cõis tñ sensus vr̃, ot tex.ille uelit à snia lata super possessorio appellari oon posse, nbi grauamen quod per eam infertur, potest reparari per iudicium petitorium, Castren.& Bal.in d.l. 1. & Saly.nu.3. uersi.5. &c. Idẽ sensit Cyn.& Folg. qui dixit per illum text.appellaoonem à sententia lata super possessorio nõ esse

 ualidam:

ualidam. Idem traddit Innocen. in cap. ſignificauetunt, num. tertio, de teſtibus, latè comprobat Dec. conſi. 28. nu. quarto, quod procedere uidetur etiam in eo poſſeſſorio; quod uulgares appellant plenarium; Nam Bald. in l. ſecunda, num. 22.
2 C. de epiſ. and. ſcripſit interdum † ſententia ſuper poſſeſſorio eſt interloqnutoria, ut quando iudex ſine libello mandat, ne fiat nouitas poſſeſſorij, & tunc non poteſt appellari, quia non parat præiudicium in uia iuris, ſed in uia facti ne de facto fiat: & hoc uidetur appellari uulgò poſſeſſorium ſummariiſſimum, interdum eſt diffinitiua ut in l. prima. C. ſi de momen. poſſ. tunc omnes dicunt, quòd de iure ciuili non appellatur, ſed de iure canonico ſic: Quod deinde limitat ex. Bart. quando grauamen non poteſt reparari in petitorio, & ſic uult Bal. Doct. uelle, quòd non poſſit appellari à ſententia poſſeſſorij etiam quando eſt diffinitiua, & ſuper ea datus eſt libellus, & adhibita cauſæ cognitio, quæ uerba neceſſariò denotant illum poſſeſſorium quod appellant plenarium, hoc etiam cenſuere glo. Bartol. Salyc. Bald. Caſtren. & Fulg. in dicta l. prima, dum dicunt ſententiam in caſu huius legis eſſe diffinitiuam, & in ea eſſe neceſſarium libellum & ordinem iudiciarium, & nihilominus non appellari. Etenim non poteſt magis plenarium poſſeſſorium conſiderari, quàm illud in quo datur libellus, lis conteſtatur & ordo iudiciarius ſeruatur; Nec quicquam facit ſi diceretur à mixto poſſeſſorio appellatur Bald. in dicta l. prima, numero octauo. In re autem præſenti ſi præſuppoatur deductum eſſe poſſeſſorium, & petitorium uidetur agi de mixto poſſeſſorio.

3 † Reſponderut Bald. appellare mixtum poſſeſſorium illud, quod habet ad mixtam cauſam proprietatis, & in quo ad uictoriam requiritur probatio tituli, ut in l. 2. §. quædam de interd. & in l. 1. §. fin. de aq. quott. & æſtiu. uel quando ſententia ſuper poſſeſſorio abſorbet proprietatem ut in condictione ex l. ſi quis in tantam. C. unde ui. quod clarius expreſsè Cyn. numero ſecundo, Salyce. numero tertio, uerſicu. oppo. tertiò & Fulgo. numero 22. uerſicu. in ea glo. ibi l. ſi quis in tantam. Præter id quòd Cyn. uult expreſsè, quòd etiam in conditione ex dicta l. ſi quis in tantam appelletur ſolùm reſpectu proprietatis, non reſpectu poſseſſionis, & ita appellat mixtum poſſeſſorium; Salyc. in l. incerti, numero 11. C. de interd. Sed ubi eodem iud. deducitur poſſeſſorium & petitorium & ſeparatim licet eodem tempore pronunciatur ſuper poſſeſſorio & ſuper petitorio, tunc poſſeſsorium non poteſt appellari mixtum, immò eo caſo longè magis prohibita debet eſse appellatio, cùm ſalua ſint iura per ſententiam latam in petitorio, & in terminis quod ubi ſuper petitorio & poſseſsorio eodem tempore indicerut, non appelletur quoad poſſeſſorium dixit Cynus in l. incerti, numero quarto, C. de interd. & cùm Cynus, ibi præſupponat accumulatum petitorium & poſſeſsorium, & ſuper utroque ſimul cognitum & ſimul iudicatum, neceſſariò intelligendum ut loquatur, in eo poſſeſſorio, quod appellant plenarium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio ex inualida ſententia non amittitur et quando immiſſus in poſſeßionem habeat ſolū detentionē.*
2 *Miſſus in poſſeßione uigore decreti iniuſti poſſet accuſari de ui turbatiua.*
3 *Statuta recipiunt interpretationem paßiuam a iure communi.*
4 *Citatio ad domum quando fiat.*
5 *Iudex ſi feſtinas non expectata relatione nuncij proceſſum eſſe nullum.*
6 *Vbi ipſo iure deuenitur ad aliquando actum propter aliquod praexiſtens ſemper requiritur ſententia declaratoria ſuper praexiſtenti.*
7 *Sententia tam breui tempore lata quod impoßibile ſit iudicem uidiſſe acta eſt ipſo iure nulla.*
8 *Forma a iure tradita cenſentur in dubio de ſubſtantia actus.*
9 *Actus non ſeruata forma ſtatuti eſt nullus.*
10 *Litis conteſtatio eſt de ſubſtantia iudicis.*
11 *Neceſſaria ad hoc ut contra abſentem ſententia proferri poſſit.*
12 *Sententia lata nemine inſtante eſt ipſo iure nulla.*
13 *Sententia declaratoria debet per iudicem ferri ſuper ſummaria cognitione.*
14 *Actus qui in iudicio uidetur factus non citata parte & clam.*
15 *Perhemptoria citatio & ſententia contra minores indefenſos eſt ipſo iure nulla.*
16 *Minor tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio ſe defendendo non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*
17 *Attentata pendente tempore ad appellandum ſunt nulla.*
18 *Reus abſens quando auditur ſuper poſſeßione & hęs illi reſtituitur.*
19 *Minor aduerſus primum decretum reſtituitur.*
20 *Reſtitutio in integrum duobus modis peti poteſt.*
21 *Reſtitutionis in integrum petitio impedit executionem ſententiæ & an pendente nihil eſt innouandū.*
22 *Dies expreſſa quando in contractu non interpellat, nec conſtituit in mora.*
23 *Poſſeßio quæ non transeat ad hæredes abſque noua apprehenſione.*
24 *Poſſeßio amittitur ex curſu tanti temporis, ex quo cauſatur obliuio.*
25 *Pactum de ingrediendo ut poßit exequi contra tertium duo requiruntur.*
26 *Iuri hypothecæ quando & a quibus preſcribitur.*
27 *Aliud eſt ingredi poſſeßionem aliud poßidere.*
28 *Effectus reſtitutionis in integrum.*
29 *Reſtitutio contra ſpoliationem iudicis non rite procedentis ſicuti priuati petitur.*
30 *In factum iudicis quando cenſetur factum partis.*
31 *Iudicem non procedere iudicialiter, ſed ut priuatum quando procedit ſine cauſæ cognitione.*
32 *Immißio in poſſeßionem facta per iudicem, & nulla, eſt ante omnia reuocanda.*
33 *Nullum & inualidum confirmari non poteſt.*
34 *Poſſeſſorium recuperandæ ſi ſit intentatum non poteſt ab aduerſario cumulari petitorium.*

CA-

CASVS III.

Colligitur ex allegationibus.

1 Considerato processu contra Rangonos agitato, cum ex inualida † sententia seu decreto nõ fuerit amissa possessio. l. iudex. C. cõm. uel epist. l. fin. C. si per uim uel alio modo, & cum immissus habeat solam detentionem l. 4. §. fin. de acquir. possess. & ubicunque fit missio in possessionem ante litem contestatam siue in reali, siue in personali non transferatur possessio, uerum sola detentatio. Castr. in l. consentaneum nu. 7 C. quo. & quan. Iudex. In præsentiq; casu, Rangoni nunquam comparuerint, non potest dici lis contestata, idem Bar. in rep. l. creditores. C. de pig. num. 5. & 27. ideoq; ciuilis & naturalis possessio apud Rangonos permansit, Cumque possessionem retinuerint, & denuò fecerint se in dominos recognosci à colonis. Arbitrarer ego opportunius remedium esse pro Rangonis intentare contra hæredes Babillani, possessorium iudicium retinendæ possessionis, petendo hæredes Babillani compesci à molestijs & turbationibus, & Rangonos manuteneri in possessione bonorum suorum. Nã in fortioribus Bart. consi. 91. num. 3. dixit, missum

2 † in possessionem uigore decreti iniusti posse accusari de ui turbatiua, sequitur Soci. consil. 18. nu. 21. qui addit non esse necessarium intentare aliquod iudicium nullitatis sed sufficere ius suum in iudicio proponere, si opponatur de sententia uel decreto, replicabitur de nullitate: In instituenda tamen accusatione quasi contra turbantem ui dneda essent tradita per Bart. & alios præcipuè Socc. in l. iustè possidet de acquir. possess. dum disputant an ingrediens possessionem uigore decreti inualidi, incurrat pœnas statuti punientis turbãtem possessionem alterius; Ex hoc modo agendi resultat commodum, tum quia si res in longũ trahetur, magis licebit Rangonis omni meliori modo retinere possessionem; tum quia cum clarum non sit, an ab huiusmodi sententia possit appellari, nullitas opposita per uiam exceptionis executionem suspendet, ut scripsere Docto. in l. 4. §. condemnatum de re iudica. Comparentibus aduersarijs, & asserentibus se manutenendos in possessione in qua sunt prætore auctore, & ad iustificationem suæ possessionis producentibus pro cessum sententiam & immissionem. Ex parte Ludouici & Baldasaris dicetur de nullitate actorum sententiæ, ac immissione, & quantitas ualerent appellabitur. Ex parte uero minorum dicetur de nullitate, & post relatas causas nullitatum in quantum ualeant, petetur minores, attenta minori ætate, ac enormi læsione aduersus ea esse restituẽdos. Ad demonstrandum autem nullitatem, adduci potest in primis non potuisse procedi uigore statuti illius Parmæ contra Rangonos, tum quia habent domicilius in territorio Parmæ, tum quia

3 statuta † recipiunt interpretationem passiuã à iure cõi, & iõ sicuti lex cõis de qua i l. 4. §. prætor de dam. infect. q̃ disponit absentes posse citari ad domũ, uel ad rẽ sup qua agitur, interpretatur, ut si nõ torijũ sit, absentẽ dimisisse procuratorẽ uel aliũ legitimũ administratorẽ, prius ille debeat requiri, q̃ absens ad domũ citari, Bar. ibi nu. 16. & ẽm Im. ibi

4 nu. 15. † nõ possit fieri citatio ad domũ, nisi qñ nõ inuenitur nec principalis nec procurator, & ẽm Castr. in fin. anteq̃ fiat citatio per affixionẽ citationis super re de qua agitur, uel qñ agitur de re mobili per affixionẽ citationis ad ualuas publicas, debeat prius requiri, an adsit procurator aliquis absentis: Ita & statutum Parmæ interpretandũ, ut si notorium sit adesse procuratorem, Is prius requiri debeat, uel ut statutum uendicet locum sibi solum, qñ nec principalis nec procurator inueniatur. Qua de re cum Rangoni habeant procuratores & alios legitimos administratorio Parmensi, idq; notor. sit, ꝯ Rangonos citatio ẽm formam statuti nec concedi nec fieri debuit: Dato deinde, sine ueri præiudicio, ꝙ Rangoni ẽm formam statuti Parmæ citari potuerint, nulliter ꝯ eos processũ ex pluribus probari potest. Nã in primis debuit cõstare iudici, Rangonos non habere domiciliũ in territorio parmẽsi, l. hæc aũt §. non defendi ex qui. cau. in poss. ea: nec iudex prius debuit concedere citationẽ ẽm formã statuti, q̃ nuncius perquisiuisset & retulisset Rangonos nõ habere domiciliũ in terr. Parmensi ob id, quod dixit Bar. in d. §. nõ defendi & in l. si finita. §. Iulius nu... de dam. infec. & quod scripsit Bal. in l. 3. nu. 7. uersi. & ideo. C. de procu. & qđ clarius idẽ Bal. in 2. nu. 5. C. de spor. si

5 iudex festinat † nõ expectata relatione nuncij processum esse nullũ, Præterea arguendo de re ad ꝑsonas, l. si quis inquilinos. §. si ita legatũ de leg. 1. sicuti ad hoc ut procedi possit ꝯ aliquẽ quasi nihil inueniatur in bonis eius, requiritur ꝙ nuncius prius referat se ꝑquisiuisse, & nihil in bonis eius inueniri, & ẽm alios ꝙ iudex interloquatur, nihil in bonis illius inueniri Spe. in tit. de Prim. & secu. decr. §. sequiť nu. 10. Ita & ad hoc ut procedi possit ꝯ aliquem quasi non inueniatur in territorio Parm. uel in eo nõ habeat domiciliũ prius interloquendum, uel saltem à nuncio referendum illum nõ reperi, uel nõ hẽre domicilium in Parm. Adhæc

6 Ro. cõsi. 211. nu. 4. inquit ubi † ipso iure deuenitur ad acertum actũ ꝑ aliquod ꝑexistens semper requiritur sñia declaratoria super ꝑexistẽti c. cũ ẽm in fin. de hæret. in 6. sed ad citationem ẽm formã statuti Parmensis deuenitur ob præexistens, i. non habere domiciliũ in Parmensi, ergo anteq̃ deueniatur ad actũ citandi, dẽt procedere declaratoria super illo ꝑexistenti, s. Rangonos non habere domiciliũ in Parmẽsi, hocq; comprobari põt ex his, quæ tradit Bar. in l. stip. ista §. habet nu. 4. de oper. no. nunc. & rationes quibus mouetur Bar. ibi ad propositum nostrum optimè faciunt, & quæ scripsere Bar. & posteriores in l. exitus de acquir. poss.

¶ Secundò nullitas processus õditur, cõmissio de perquirendo an Rangoni haberent domiciliũ in agro parmensi, & de citando ẽm formã statuti, casu quo nõ haberent domiciliũ facta fuit die 13. Maij, & die sequenti nuncius retulit se citasse post campanellas de nona ante uesperas, & hora uesperarum facta prius deligenti inquisitione, an

Rangoni haberent domicilium in terr. Parmæ, &
maximè in loco Rochæ blancæ: Cæterùm ſi con-
ſideremus impoſſibile eſt quòd tàm breui tempo-
re nuncius potuerit diligenter inquirere, an Ran
goni haberent domicilium in agro parmenſi, &
præcipuè in loco Rochæ blancæ, qua de re ſicuti
7 ſententia † tàm breui tempore lata quòd impoſſi-
bile ſit iudicem uidiſſe acta, eſt ipſo iure nulla,
Barth. in l. prolatam in fin. C. de ſenten. cum his
quæ accumulat Iaſ. in l. iudices C. de iud. quod pro
cedit etiam in interlocutoria Alex. conſil. 33. nu.
6. lib. primo, Ita & huiuſmodi relatio nulla, ſu-
per qua cùm fundatus ſit totus proceſſus, ſequi-
tur, quòd ipſo iure ſit nullus. ¶ Tertiò ſtatutum
requirit quòd citatio fiat in tribus locis ſuper ſcal-
lis ueteris pallatij, & alterius pallatij, & ſub ue-
teri pallatio, ſed in proceſſu ſunt multæ commiſ-
ſiones de citando ad ſcallas utriuſque pallatij
ſolùm, & multæ relationes, & inter alias relatio
citationis perhemptoriæ nuntij referentis ſe citaſ-
ſe ad ſcallas pallatij: Idcircò quaſi non ſeruata for
8 ma ſtatuti proceſſus nullus; Nam in dubio † for-
ma à iure, & à ſtatuto traddita cenſetur ſubſtan-
tialis & de eſſentia actus. Bald. in l. comparitio-
9 nes in. 3. oppoſ. numero 5. C. de fid. inſt. † & actus
non ſeruata forma ſtatuti eſt nullus, Baldus in l.
ambiguitates numero 3. Alex. numero ſecundo C.
de teſtam. Et licèt quò ad commiſſionem iudicis
poſſet dici pro ea præſumi, pro nuncio tamen nõ
præſumitur niſi quatenus uerba relationis expri-
munt. Bar. d. §. prætor nu. 14. Abb. c. cum cauſam
nu. 8. de do. & contum. Præter id ꝙ nec pro iudi-
ce præſumitur quo ad rectitudinem proceſſus ni-
ſi quantitas ex actis appareat c. quoniam contra
de probat. & citatio nunquam præſumitur. Bald.
in auth. ſi quis in aliquo nu. 9. & nu. 10. uerſi. ſed
hic quæritur. C. de eden. Abba. c. ad reprimendum
circa fin. de offic. ord.

10 Quartò de † ſubſtantia iudicij requiritur litis
conteſtatio, Glo. & Doct. in l. prolatam. C. de ſen-
ten. in iudicio autem de quo agitur nulla interue
nit litis conteſtatio: cum Rangoni nũquam com
paruerint, & ſimili argumentatione ad annullan
dum proceſſum utitur Alexand. conſi. 2. numero
11 10. libr. 5. Tria enim † ſunt neceſſaria, ut contra
abſentem ſententia proferri poſſit quòd lis fuerit
conteſtata, quòd pars inſtet & ex actio appareat
abſentem condemnandum Iaſ. l. properandum. §.
ſin autem reus numero primo. C. de iudic. & licèt
contumax haberi debeat pro confitente uel negan
te in ſui præiudicium, Tamen per contumatiam
lis non conteſtatur, c. 1. ubi Abba. nu. 5. ut lit. non
conteſt. Abb. cap. pen. num. 27. de iuram. calum.
& ſi diceretur miſſionem fuiſſe factam non uigo-
re ſententiæ ſed ob contumatiam nulla præceden
te litis conteſtatione iuxta titulum de eo qui mit.
in poſſ. Rñdetur, ergo refuſis expenſis & præſtita
ſatiſdatione de iudicio ſiſti, Immiſſio reuocanda
erit. l. ſi emptionis. §. pen. C. de præſcr. trig. anno. de
quo latius infrà, & licèt diceretur actores intẽtaſ-
ſe exequutionem pacti de ingrediendo, in qua uř
ſufficere ſummaria cognitio, tñ cum debitum nõ
eſſet liquidandum, neceſſaria erat litis conteſtatio
contra Rangonos, quæ etiã requiritur contra ip-
ſum debitorẽ, qñ debitum tpe contractus nõ fuit
liquidum. Bar. in d. l. creditores nu. 15.

12 ¶ Quintò ſententia † auditoris fuit lata nemi-
ne inſtante, ideo ipſo iure nulla Bart. in l. 2. nu. 2.
C. ut quæ de ad. & alij, quos recenſet Iaſ. in l. pro-
perandum. §. & ſi quidem nu. 5. C. de iudic. Item
fuit lata contra Rangonos quaſi contumaces, ſed
hi non poterant dici contumaces cum nemo eo-
rum contumatiam accuſauerit. Bar. in l. conſenta-
neum circa fin. C. quo. & quan. iud. & contra con-
tumaces non potuit procedi, niſi altera parte in-
ſtante. Bar. in authen. ei qui in fi. C. de temp. app.

¶ Sextò (quia uidentur hæredes Babilani egiſ-
ſe & periјſſe uigore pacti de ingrediendo) quando
quis intentat coram iudice ius ſibi competens
ex pacto de ingrediendo &c. debet tertius poſſeſ-
ſor omninò citari, & præcedere ſaltem ſummaria
cognitio. Bartho. d. l. creditores num. 26. & ſuper
13 † ſummaria cognitione debet per iudicem ferri
ſententia declaratoria, Petr. de Anchar. conſi. 132.
num. 3. Nam ſi debet ferri ſententia declaratoria,
cùm petitur exequutio ſententiæ. Legis uel cano
nis. c. cum ſecũdum leges de hæretic. in ſexto mul-
tò fortius debet ferri ubi petitur exequutio ex cõ-
uentione partium: Anchar. ubi ſupra. Prætereà
iſta uerba concedimus nuncium ſapiunt executio
nem, ſed exequutio concedi fieriue non potuit de
iure, niſi præcedente ſententia declaratoria l. ſi cũ
nulla de re iud. l. prima, & fin. C. de exeq. rei iud.

¶ Septimò Rangoni fuere citati ad uidendum
pronunciari, & ad uidendum intentionem iudi-
cis in cauſa contra eos mota, non autem fuerunt
citati ad uidendum exequi intentionem iudicis
& concedi nuncium actoribus: qua de re cum
Iudex non pronunciauerit nec dixerit, ſed exequu
tus fuerit, intentionem ſuam, quaſi non citatis
Rangonis factum uidetur ipſo iure nullum, Ete-
nim ubi quis citatur ad aliquem actum, ſi ille actus
14 † aliter agitur in qualitate uel ſubſtantia, quam
fuerit dictum in citatione, uidetur factus parte
non citata, & clam. l. aut qui aliter, & ibi no. Bart.
quod ui aut clam.

15 ¶ Octauò perhemptoria citatio † & ſententia
contra minores indefenſos fuerunt ipſo iure nul
læ. l. acta. §. fin. l. contra pupillum de re iud. l. cum
& minores. C. ſi aduerſ. rem iud. & quamuis con-
tra Pupillũ & minorum ualeat ſnia de mittendo
in poſſeſſionem ex primo decreto. l. hæc aũt. §. fin.
ex quib. cau. in poſſ. ea, & minor indefenſus patia
tur ſecundum decretum. l. ſi minor de bo. aucto.
iud. poſſ. glo. d. l. cum & minores, tamen hic non
agitur de primo aut ſecundo decreto, & rõ quare
minor indefenſus patiatur ſm decretum eſt, quia
hmôi interloquutoria habens uim diffinitiuæ fer
tur ſolũ ꝯ indefenſum. Bald. & Caſt. in d. l. cum &
minores, ſnia aũt de qua agitur, fertur ẽt contra
defenſos: Ideoq; in minorem indefenſum ferri
nõ põt. l. ſi præſes quaſi deſertam C. quo. & quan.
iud. Bald. & Caſtr. d. l. cum & minores, & quo ad
primum decretum comparente Reo, & oblata fi-
deiuſſione de iudicio ſiſti, immiſſus dẽt recedere
16 d. l. hæc autẽ. §. fin. & tam † in poſſeſſorio, quàm
in pe-

in petitorio minor se defendendo non habet legi-
timam personam standi in iudicio l.momentaneæ
ubi Castren.in princ.Bald.numero.5.C.qui legit.
person. Tandem à sententia auditoris, in qua
concessit nuncium petitori. potest appellari, Bal.
consil.210.incip. Punctus infrascripti consilij in
17 ultimis uerbis lib.5.in nouis, Unde † attentata
pendente tempore ad appellandum sunt nulla c.
non solùm de appell.in 6.l.prima, & ibi not.Bar.
nil no.pen.appel. Dec.in l.1.in prin.C.de bo.poss.
sec.tab.etiam si iudicialiter & iudicis auctoritate
attentata fuerant, ut asseruere plures, quos re-
fert Dec.consil.200.circa prin. & uiam attentati
exponit idest nullitatis.Abb.in cap.bonæ numero
9.uersic.potest addi 14.differentia de appell.quod
remedium attentatorum potest deduci etiam per
uiam exceptionis & replicationis. Philipp.Franc.
in cap.dilecti numero 9.de appell.& cùm senten-
tia nunquam fuerit inthimata Rangonis, hacte-
nus non cœpit currere tempus ad appellandum,
Ultimò dùm lis non fuerit contestata (ut supra di
ximus) nullo iure negari potest, quin facta mis-
18 sione super reali, reus † absens infra annum su-
per possessione audiatur, & refusis præstita satis-
datione de iudicio sisti illi possessio restituatur l.si
quis emptionis §. penult.C. de præscript.30.an.c.
quoniam frequenter §.in alijs, ut lit.non contest.
gloss.magn.in fin.in l.consentaneum C.quomo.&
quan.Iu.Salyc.in auct.en.& qui iurat numero.22.
uersic.& ideo sto cum Iaco.C.de bon.aucto.uir.
poss.ubi scripsit si creditor sit missus in possessio-
nem antequam lis sit contestata, uel quasi in hyp
pothecaria, Is contra quem facta est immissio, si
ue sit debitor siue extraneus ueniens infra annum
recuperat possessionem modò restituat xepensas,
& quando reus est absens ante litem contestatam
non habet locum nisi materia primi & secundi de
creti, Barth.d.l.consentaneum num.15.uersic.ter
tius casus, & quo ad primum præstita satisdatio-
ne & refusis expensis possessio restituitur (ut su-
pra diximus) immò possent Rāgoni præstita dun
taxat fideiussione de iudicio sisti reuocare immis-
sionem allegando se non fuisse contumaces, & po
steà discutere de uiribus contumaciæ c.cum ue-
nissent ubi Abb.in princ.& num.6.de eo qui mit.
in possess. Post oppositam nullitatem contra pro-
cessum, sententiam, & associationem & relatas
specialiter causas nullitatis addendū uidetur qua-
tenus processus sententia & immissio seu associa-
tio ualidæ essent aduersus eas concedendam esse
restitutionem in integrum, attenta enormi læsio-
ne & minori ætate & per consequenter petere mi
nores in integrum restitui, concludendo quòd re
stitutione sic concessa imponatur silentium hære-
dibus Bibilani super exceptione sententiæ & dif-
finitiuè pronuncietur Rangonos non esse mole-
standos, sed manutenendos in sua possessione ut
docet Alex.in l.nam & si §.si minor numero 5.de
Iureiur.offerendo incontinenti probare læsionem,
quæ restitutio omninò concedi debet l. prima de
19 mino. Nam & minor † aduersus primum decre
tum restituitur l.si minor quasi contumax de mi-
no.in qua restitutione probat se læsum eo ipso
quòd fuit contumax.Barth.in l.si finita §.si fortè
de damn.infect.Item restituitur aduersus secun-
dum decretum gloss.d.l.si minor de bo.aucto.iud.
possid.Et minor quando egit & succubuit restitui
tur aduersus sententiā in possessorio latā.Baldus
20 in dicta l.momentaneæ numero 6. Et cum † re-
stitutio in integrū peti possit duobus modis prin
cipaliter uel per modum contradictionis Barth.d.
l.nam & si posteà §.si minor de iureiu.In re præ-
senti restitutio dicetur peti incidenter, & per mo
dum contradictionis replicando contra exceptio-
nem sententiæ modo quo supra ex Alex.diximus,
& Barth.in d.§.si minor quem sequuntur Castren.
Alex.& Ias.censuit restitutionem, quando peti-
tur incidenter debere peti coram eo iudice coram
quò principaliter posset peti, Et licèt regulariter
non admittatur libellus alternatiuus uel condi-
cionalis, Tamen in re præsenti admitteretur li-
bellus, in quo peteretur processum sententiam
& associationem declarari nullam, & inquātum
ualida esset aduersus eam concedi restitutionem
in integrum, attenta enormi læsione & minori
ætate c.constitutus ubi no. Abb. nume. 19.de re-
stit.in integrum; Ideoque multò magis admitte-
retur replicatio, in qua dicetur processus senten-
tiam, & associationem nullam, & quatenus ua-
lida sit aduersus eam minores restituendos, in qua
petitione restitutionis debet contineri minores
non solùm læsos, sed etiam enormiter læsos ob
ea, quæ traddit Abb.in c. cum ex literis numero
primo, de restitu.in integ.Et ad tutiorem caute-
lam erit expediens ut procurator habeat speciale
mandatum ad petendam restitutionem in inte-
grum l.illud in fin.de minor.Licèt & cùm petatur
incidenter sufficiat mandatum generale, Abb.c.
coram numero 4.de restitut.in integrum: quibus
autem probationibus læsio probari debeat, trad-
21 dunt Doct.in d.§.si minor. Et † restitutionis in
integrum petitio impedit executionem sententiæ,
& ea pendente nihil potest inuocari contra peten
tem restitui l.prima C.in integr.rest.post Bald.in l.
si causa in 3.not.C.de transact.& restitutione con
cessa reducitur quis ad eum statum in quo erat an
te læsionem l.quòd si minor §.restitutio, & ibi no.
Barth.de minor.Barth.l.interdum num.de cond.
indeb. ¶ Quòd si attingenda erunt merita causæ
uel ad docendum de læsione, aut de iniusticia au
ditoris & de non iure hæredum Babilani.¶ Con-
siderandum erit primò an contractus uenditio-
nis factus inter Rolandum & Babillanum uigore
cuius actum fuit, possit aliqua ratione dici nul-
lus, ut quia in eo non fuerint. Seruata requisita
in literis regijs. Item an aliqua ratione dici possit
Rolandum non fuisse in mora adimplendi contra
ctum uenditionis, & ideò non fuisse commissam
aliquam obligationem ad interesse, sicque nec
obligationem bonorū, quæ pro obseruatione con-
tractus, & pro interesse in casum non impletæ
uenditionis obligata fuere, & uidendum an ad fa
uores Rolandi adduci possit illud, quod scripsit
Ias.in l.si ex legati numero 14.in 5.fall.de uerbo.
22 oblig.dum † expressam in cōtractu non interpel-
lare nec constituere in mora quando contrahen-
tes

Rangoni haberent domicilium in terr. Parmæ, & maximè in loco Rochæ blancæ: Cæterùm ſi conſideremus impoſſibile eſt quòd tàm breui tempore nuncius potuerit diligenter inquirere, an Rangoni haberent domicilium in agro parmenſi, & præcipuè in loco Rochæ blancæ, qua de re ſicuti
7 ſententia † tàm breui tempore lata quòd impoſſibile ſit iudicem uidiſſe acta, eſt ipſo iure nulla, Batth. in l. prolatam in fin. C. de ſenten. cum his quæ accumulat Iaſ. in l. iudices C. de iud. quod procedit etiam in interlocutoria Alex. conſil. 53. nu. 6. lib. primo, Ita & huiuſmodi relatio nulla, ſuper qua cùm fundatus ſit totus proceſſus, ſequitur, quòd ipſo iure ſit nullus. ¶ Tertiò ſtatutum requirit quòd citatio fiat in tribus locis ſuper ſcallis ueteris pollatij, & alterius pallatij, & ſub ueteri pallatio, ſed in proceſſu ſunt multæ commiſſiones de citando ad ſcallas utriuſque pallatij ſolùm, & multæ relationes, & inter alias relatio citationis perhemptoriæ nuntij referentis ſe citaſſe ad ſcallas pallatij: Iccircò quaſi non ſeruata for
8 ma ſtatuti proceſſus nullus; Nam in dubio † forma à iure, & à ſtatuto traddita cenſetur ſubſtantialis & de eſſentia actus. Bald. in l. comparitio-
9 nes in. 3. oppoſ. numero 5. C. de fid. inſt. † & actus non ſeruata forma ſtatuti eſt nullus, Baldus in l. ambiguitates numero 3. Alex. numero ſecundo C. de teſtam. Et licèt quò ad commiſſionem iudicis poſſet dici pro ea præſumi, pro nuncio tamen nõ præſumitur niſi quatenus uerba relationis exprimunt. Bat. d. §. prætor nu. 14. Abb. c. cum cauſam nu. 8. de do. & contum. Præter id ꝙ nec pro iudice præſumitur quo ad rectitudinem proceſſus niſi quantitas ex actis appareat c. quoniam contra de probat. & citatio nunquam præſumitur. Bald. in auth. ſi quis in aliquo nu. 9. & nu. 10. uerſi. ſed hic quæritur. C. de eden. Abba. c. ad reprimendum circa fin. de offic. ord.

10 Quartò de † ſubſtantia iudicij requiritur litis conteſtatio, Glo. & Doct. in l. prolatam. C. de ſenten. in iudicio autem de quo agitur nulla interuenit litis conteſtatio: cum Rangoni nũquam comparuerint, & ſimili argumentatione ad annullandum proceſſum utitur Alexand. conſi. 2. numero
11 10. libr. 5. Tria enim † ſunt neceſſaria, vt contra abſentem ſententia proferri poſſit quòd lis fuerit conteſtata, quòd pars inſtet & ex actio appareat abſentem condemnandum Iaſ. l. properandum. §. ſinautem reus numero primo. C. de iudic. & licèt contumax haberi debeat pro confitente uel negante in ſui præiudicium, Tamen per contumatiam lis non conteſtatur, c. 1. ubi Abba. nu. 5. ut lit. non conteſt. Abb. cap. pen. num. 27. de iuram. calum. & ſi diceretur miſſionem fuiſſe factam non uigore ſententiæ ſed ob contumatiam nulla præcedente litis conteſtatione iuxta titulum de eo qui mit. in poſſ. Rñdetur, ergo refuſis expenſis & præſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti, Immiſſio reuocanda erit. l. ſi emptionis. §. pen. C. de præſcr. trig. anno. de quo latius infrà, & licèt diceretur actores intẽtaſſe exequutionem pacti de ingrediendo, in qua vř ſufficere ſummaria cognitio, tñ cum debitum nõ eſſet liquidandum, neceſſaria erat litis conteſtatio contra Rangonos, quæ etiã requiritur contra ipſum debitorẽ, qñ debitum tpe contractus nõ fuit liquidum. Bar. in d. l. creditores nu. 15.

12 ¶ Quintò ſententia † auditoris fuit lata nemine inſtante, ideo ipſo iure nulla Bart. in l. 2. nu. 2. C. ut quæ de ad. & alij, quos recenſet Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem nu. 5. C. de iudic. Item fuit lata contra Rangonos quaſi contumaces, ſed hi non poterant dici contumaces cum nemo eorum contumatiam accuſauerit. Bar. in l. conſentaneum circa fin. C. quo. & quan. Iud. & contra contumaces non potuit procedi, niſi altera parte inſtante. Bar. in authen. ei qui in fi. C. de temp. app.

¶ Sextò (quia uidentur hæredes Babilani egiſſe & petijſſe uigore pacti de ingrediendo) quando quis intentat coram iudice ius ſibi competens ex pacto de ingrediendo &c. debet tertius poſſeſſor omninò citari, & præcedere ſaltem ſummaria cognitio. Bartho. d. l. creditores num. 26. & ſuper
13 † ſummaria cognitione debet per iudicem ferri ſententia declaratoria, Petr. de Anchar. conſi. 132. num. 3. Nam ſi debet ferri ſententia declaratoria, cùm petitur exequutio ſententiæ. Legis uel canonis. c. cum ſecũdum leges de hæretic. in ſexto multò fortius debet ferri ubi petitur exequutio ex cõuentione partium: Anchar. ubi ſupra. Præterea iſta uerba concedimus nuncium ſapiunt executionem, ſed exequutio concedi fierive non potuit de iure, niſi præcedente ſententia declaratoria l. ſi cũ nulla de re iud. l. prima, & fin. C. de exeq. rei iud.

¶ Septimò Rangoni fuere citati ad uidendum pronunciari, & ad uidendum intentionem iudicis in cauſa contra eos mota, non autem fuerunt citati ad uidendum exequi intentionem Iudicis & concedi nuncium actoribus: qua de re cum Iudex non pronunciauerit nec dixerit, ſed exequutus fuerit, intentionem ſuam, quaſi non citatis Rangonis factum uidetur ipſo iure nullum, Et ubi quis citatur ad aliquem actum, ſi ille actus
14 † aliter agitur in qualitate uel ſubſtantia, quam fuerit dictum in citatione, uidetur factus parte non citata, & clam. l. aut qui aliter, & ibi no. Bart. quod ui aut clam.

15 ¶ Octauò perhemptoria citatio † & ſententia contra minores indefenſos fuerunt ipſo iure nullæ. l. acta. §. fin. l. contra pupillum de re iud. l. cum & minores. C. ſi aduerſ. rem iud. & quamuis contra Pupillũ & minorum ualeat ſñia de mittendo in poſſeſſionem ex primo decreto. l. hæc aũt. §. fin. ex quib. cau. in poſſ. ea, & minor indefenſus patiatur ſecundum decretum. l. ſi minor de bo. aucto. Iud. poſſ. glo. d. l. cum & minores, tamen hic non agitur de primo aut ſecundo decreto, & rõ quare minor indefenſus patiatur ſm decretum eſt, quia hmõi interloquutoria habens uim diffinitiuæ fertur ſolũ ꝯ indefenſum. Bald. & Caſt. in d. l. cum & minores, ſñia aũt de qua agitur, fertur ẽt contra defenſos: Ideoq; in minorem indefenſum ferri nõ põt. l. ſi præſes quaſi deſertam C. quo. & quan. Iud. Bald. & Caſtr. d. l. cum & minores, & quo ad primum decretum comparente Reo, & oblata fideiuſſione de iudicio ſiſti, immiſſus dẽt recedere
16 d. l. hæc autẽ. §. fin. & tam † in poſſeſſorio, quàm in pe-

in petitorio minor se desendendo non habet legi-
timam personam standi in iudicio l.momentaneæ
ubi Castren.in princ.Bald.numero.5.C.qui legit.
person. Tandem à sententia auditoris, in qua
concessit nuncium petitori. potest appellari, Bal.
consil. 210.incip. Punctus infrascripti consilij in
17 ultimis uerbis lib.5.in nouis, Vnde † attentata
pendente tempore ad appellandum sunt nulla c.
non solùm de appell.in 6.l.prima, & ibi not.Bar.
nil no.pen.appel. Dec.in l.1.in prin.C.de bo.poss.
sec.tab.etiam si iudicialiter & iudicis auctoritate
attentata fuerant, ut asseruere plures, quos re-
fert Dec.consil.200.circa prin. & uiam attentati
exponit idest nullitatis.Abb.in cap.bonæ numero
9.uersic.potest addi 14.differentia de appell.quod
remedium attentatorum potest deduci etiam per
uiam exceptionis & replicationis. Philipp.Franc.
in cap.dilecti numero 9.de appell.& cùm senten-
tia nunquam fuerit intimata Rangonis, hacte-
nus non cœpit currere tempus ad appellandum,
Vltimò dùm lis non fuerit contestata(ut supra di
ximus) nullo iure negari potest, quin facta mis-
18 sione super reali, reus † absens infra annum su-
per possessione audiatur, & refusis præstita satis-
datione de iudicio sisti illi possessio restituatur l.si
quis emptionis §. penult.C. de præscript.30.an.c.
quoniam frequenter §.in alijs, ut lit.non contest.
gloss.magn.in fin.in l.consentaneum C.quomo.&
quan.Iu.Salyc.in aucten.& qui iurat numero.22.
uersic.& ideo sto cum Iaco.C.de bon.aucto.iur.
poss.ubi scripsit si creditor sit missus in. possessio-
nem antequam lis sit contestata, uel quasi in hyp
pothecaria, Is contra quem facta est immissio, si
ue sit debitor siue extraneus ueniens infra annum
recuperat possessionem modò restituat xepensas,
& quando reus est absens ante litem contestatam
non habet locum nisi materia primi & secundi de
creti, Barth.d.l.consentaneum num.15.uersic.ter
tius casus, & quo ad primum præstita satisdatio-
ne & refusis expensis possessio restituitur (ut su-
pra diximus) immò possent Rãgoni præstita dun
taxat fideiussione de iudicio sisti reuocare immis-
sionem allegando se non fuisse contumaces, & po
steà discutere de uiribus contumaciæ c.cum ue-
nissent ubi Abb.in princ.& num.6.de eo qui mit.
in possess. Post oppositam nullitatem contra pro-
cessum, sententiam, & associationem & relatas
specialiter causas nullitatis addendũ uidetur qua-
tenus processus sententia & immissio seu associa-
tio ualidæ essent aduersus eas concedendam esse
restitutionem in integrum, attenta enormi læsio-
ne & minori ætate & per consequenter petere mi
nores in integrum restitui, concludendo quòd re
stitutione sic concessa imponatur silentium hære-
dibus Bibilani super exceptione sententiæ & dif-
finitiuè pronuncietur Rangonos non esse mole-
standos, sed manutenendos in sua possessione ut
docet Alex.in l.nam & si §.si minor numero 5.de
Iureiur.offerendo inconuenienti probare læsionem,
quæ restitutio omninò concedi debet l. prima de
19 mino. Nam & minor † aduersus primum decre
tum restituitur l.si minor quasi contumax de mi-
no.in qua restitutione probat se læsum eo ipso
quòd fuit contumax.Barth.in l.si finita §.si fortè
de damn.infect.Item restituitur aduersus secun-
dum decretum gloss.d.l.si minor de bo.aucto.iud.
possid.Et minor quando egit & succubuit restitui
tur aduersus sententiã in possessorio latã.Baldus
20 in dicta l.momentaneæ numero 6. Et cum † re-
stitutio in integrũ peti possit, duobus modis prin
cipaliter uel per modum contradictionis Barth.d.
l.nam & si posteà §.si minor de iureiu.In re præ-
senti restiturio dicetur peti incidenter, & per mo
dum contradictionis replicando contra exceptio-
nem sententiæ modo quo supra ex Alex.diximus,
& Barth.in d.§.si minor quem sequuntur Castren.
Alex.& Ias.censuit restitutionem, quando peti-
tur incidenter debere peti coram eo iudice coram
quò principaliter posset peti, Et licèt regulariter
non admittatur libellus alternatiuus uel condi-
cionalis, Tamen in re præsenti admitteretur li-
bellus, in quo peteretur processum sententiam
& associationem declarari nullam, & inquãtum
ualida esset aduersus eam concedi restitutionem
in integrum, attenta enormi læsione & minori
ætate c.constitutus ubi no. Abb. nume. 19.de re-
stit.in integrum; Ideoque multò magis admitte-
retur replicatio, in qua dicetur processus senten-
tiam, & associationem nullam, & quatenus ua-
lida sit aduersus eam minores restituendos, in qua
petitione restitutionis debet contineri minores
non solùm læsos, sed etiam enormiter læsos ob
ea, quæ traddit Abb.in c. cum ex literis numero
primo, de restitu.in integ.Et ad tutiorem caute-
lam erit expediens ut procurator habeat speciale
mandatum ad petendam restitutionem in inte-
grum l.illud in fin.de minor.Licèt & cùm petatur
incidenter sufficiat mandatum generale, Abb.c.
coram numero 4.de restitut.in integrum: quibus
autem probationibus læsio probari debeat, trad-
21 dunt Doct.in d.§.si minor. Et † restitutionis in
integrum petitio impedit executionem sententiæ,
& ea pendente nihil potest innocari contra peten
tem restitui l.prima C.in integr.rest.post Bald.in l.
si causa in 3.not.C.de transact.& restitutione con
cessa reducitur quis ad eum statum in quo erat an
te læsionem l.quòd si minor §.restitutio, & ibi no.
Barth.de minor.Barth.l.interdum num.de cond.
indeb. ¶ Quòd si attingenda erunt merita causæ
uel ad docendum de læsione, aut de iniusticia au
ditoris & de nõ iure hæredum Babilani.¶ Con-
siderandum erit primò an contractus uenditio-
nis factus inter Rolandum & Babillanum uigore
cuius actum fuit, possit aliqua ratione dici nul-
lus, ut quia in eo non fuerint. Seruata requisita
in literis regijs. Item an aliqua ratione dici possit
Rolandum non fuisse in mora adimplendi contra
ctum uenditionis, & ideò non fuisse commissam
aliquam obligationem ad interesse, sicque nec
obligationem bonorũ, quæ pro obseruatione con-
tractus, & pro interesse in casum non impletæ
uenditionis obligata fuere, & uidendum an ad fa
uores Rolandi adduci possit illud, quod scripsit
Ias.in l.si ex legati numero 14.in 5.fall.de uerbo.
22 oblig.dum † expressam in cõtractu non interpel-
lare nec constituere in mora quando contrahen-
tes

tes ſunt diuerſi fori, & quòd cenſuit Bartho. in l. item illa numero 11. de conſtit. pecun. ſi ſolutio debebat fieri Florentiæ in die Paſcatis, quo die non probat Reus ſe fuiſſe Florentiæ ad ſoluẽdum, nec actor probat ſe fuiſſe ad recipienddm, non eſſe probatam moram; Item an dici poſſit neceſſarium fuiſſe ut emptor reſiduum prætij offerret iuxtà l. Iul. §. offerri de actio. emp. & an ad rem conueniat quod tradit Barth. in d. l. Item illa numero 9. & quæ per ſcrib. in l. quod te ſi cett. pet. dum edocent quomodo & ex quib. cauſ. quis excuſetur à mora, & præcipuè quæ ibi ſcripſit Iaſ. numero. 8. & an allegari poſſit illud quod dixit Baldus in l. acceptam numero 11. C. de uſut. Iaſ. in d. l. quòd te numero 9. in non liquidis moram non committi niſi per Iudicem declaratũ ſit debitum; Item conſiderandum cum multa ſint quæ non ueniunt in generali obligatione, & multa quæ obligari non poſſunt, An in præſenti caſu aliqua ratione dici poſſit bona de quibus agitur uel non potuiſſe obligari, uel non fuiſſe comprehenſa in generali obligatione omnium bonorum. Poſt hæc ſaluis præmiſſis facile demonſtrabitur omni in caſu hæredes, hæredes Babillani nullo iure & abſque actione egiſſe. Etenim ipſi intentarunt iudicium & petitionem uigore conſtituti uel pacti de ingrediendo propria auctoritate appoſitorum in inſtrumento, & in generali bonorum obligatione, ſed quò ad conſtitutum nullum ſuper eo fieri poteſt fundamentum. Primò quia licet Babillanus poſſediſſet mediante perſona Rolandi, tamen huiuſmodi
23 † poſſeſſio non tranſiuit ad hæredes Babillani abſque noua appræhenſione l. cũ hæredes in prin. de acquir. poſſ. l. qui uniuerſas §. quòd per colonum eo. titu. Secundò quia cum mortuo Rolando Babillanus & illius hæredes neglexerint adipiſci poſſeſſionem & facere ut hæredes Rolandi conſtituerent ſe nomine eorum poſſidere, omnem poſſeſſionem amiſſerunt, l. ſi de eo. §. ſi fortè collonus de acquir. poſſeſſ. ubi gloſſ. & Barth. numero
24 3. & 4. & poſſeſſio amiſſa fuit † etiam ex curſu tanti temporis, ex quo cauſatur obliuio l. furtum §. cum fundum de uſucap. l. peregrè de acquir. poſſ. Tertiò quia cum poſſeſſio bonorum Rolandi peruenerit in Fiſcum, deinde in Barbaram, denuo in fiſcum, poſtremò in maritum & filios Barbaræ quorum nemo poſſedit nomine Babillani; Is cuius nomine Rolandus poſſidebat poſſeſſione priuatus fuit l. ſi collonus l. cum fundum de ui, & ui arm. Et ſi diceretur competere hæredibus Babillani conditionem ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.

¶ Reſpondetur primò ſiue dicamus Rolandum deſijſſe poſſidere per mortem Bald. & Ang. in dicta l. fin. aſſeuerant ubi moritur is, qui alieno nomine poſſidebat non procedere l. illius diſpoſitionem, ſed ius antiquum de quo in dicta l. ſi de eo. §. primo ſiue dicamus Rolandum deſijſſe poſſidere, quia fuit deiectus & ſpoliatus omnibus bonis à Pontefice omnes interpræpres conſentiunt dicta l. fin. locum ſibi non uendicare, Glo. Cyn. Bartho. Baldus Ang. Salyc. Caſtren. ibi, Adhæc cum iam lapſi ſint triginta anni quòd Rolandus non poſſedit, ſed poſſederunt uariæ perſonæ alio nomine quam Babillani amplius d. l. remedium allegari nequit l. omnes C. de præſcri. trigin. an. Rober. Maran. in ſuo tract. de ord. Iud. in 4. par. diſtin. 7. numero 51.

¶ Secundò reſpondetur ex proceſſu apparere, quòd hæredes Babillani non intentarunt conditionem d. l. præcipuè ſi uideatur quæ tradit Odofred. in dicta l. fin. dum edocet modum libellandi & deducendi in iudicio remedium illius legis
25 quò ad pactum † de ingrediendo ut illud poſſit exequi contra tertium poſſeſſorem, duo requiruntur primò quòd debitum tempore contractus fuerit liquidum Bartho. dicta l. creditores numero 24. uerſic. ſi uerò tale pactum, & Barbat. ibi in addi. uidetur uelle quòd inſtrumentum non liquidum contra principalem non poſſit liquidari contra tertium poſſeſſorẽ; Secundò requiritur quòd notorium ſit, uel à iudice declaretur poſſeſſorem habere cauſam à debitore. Barth. d. numero. 24. uerſic. aduerte tamen, In re autem præſenti cum bona fuerint obligata à Rolando pro obſeruatione contractus, & ſic pro intereſſe emptoris in caſum non adimpletæ uenditionis iux. l. primam in princ. de actio. empt. clarum quòd tempore contractus debitum non erat liquidum, Item clarum non eſſe notorium nec à iudice declaratum, nec ab hæredibus Babillani allegatum fuiſſe Rangonos habere cauſam à Rolando, & licèt Bartho. in dicta l. creditores aſſerat prædicta non requiri, quando in inſtrumento debitor conſtituit ſe poſſidere nomine creditoris, Tamen cum re præſenti nulla ſit poſſeſſio apud hæredes Babillani, & Bar. fundet dictum ſuum ex eo quia ſtante clauſula conſtituti creditor dicitur poſſidere, & ſic magis defendere ſuam, quam occupare alienam poſſeſſionem, quaſi ceſſante ratione Bartho. ceſſat dictum eius, Prætereà quæ ſcribuntur de clauſula conſtituti loquuntur quo ad ſingularem ſucceſſorem debitoris; Ideoque ſi Rangoni prætenderent ſe nec uniuerſales nec ſingulares ſucceſſores Rolandi, prædicta nihil ad rem. Quod ſi attenderetur ſententia Mart. Iacob. Butrig. & Salyc. numero 19. in dicta l. creditores aſſertium pactum de ingrediendo indiſtinctè non poſſe exerceri contra ſingularem ſucceſſorem, res eſſet clarior, & rationes quibus mouetur Salyc. ad rem noſtram facerent. Ad hæc hypotheca bonorum Rolandi
26 ſublata uidetur præſcriptione, Iuri † enim hypothecæ præſcribitur ſpacio longi temporis à quocunque poſſidente, præterquam à debitore, uel eius hæredes l. prima & 2. C. ſi. aduer. credi. præſcrip. op. ubi Barth. ita in compendium redigit; Ideòque Barbara & Rangoni qui bona fide poſſederunt ſpacio longi temporis præſcripſerunt contra Babillanum & eius hæredes, & licèt Rangoni habuiſſent titulum à Rolando, tamen cùm ipſi ignorarent contractus & hypothecas à Rolando factas ſpacio 30. annorum contra hypothecam præſcripſere l. cũ notiſſimi §. ſed & illud C. de præſcrip. 30. an. Neq; quò ad præſcriptionẽ contra ius hypothecæ uendicat ſibi locũ diſpoſitio Auten. malæ fidei C. de præſcri. lon. temp. q̃ loquitur in præſcriptione dñij, & non habet locũ in præſcriptione

ptione simplicis hypothecæ, Ang. & Castren.ibi, Alex.in l.Pomp.§.cum quis numero 15.de acqui. possess. Item dicta Auctén. procedit solù in immediato successore Castren.ibidem num.3.in 4.limi. Qua de re cùm præscriptione extinctum sit ius reale hypothecæ, extinctum quoque fuit constitutum & pactum de ingrediendo, nam cùm constitutum sit accessorium ad hypothecam extincto principali corruit accessorium, & cum pactum de ingrediendo sit ad executionē iuris realis hypothecæ. Bartho.dicta l.creditores num. extincto iure hypothecæ non potest considerari. exequutio illius quod non est. Nam & auctoritas uendendi pignus à lege uel pactione creditori concessum perit, extincta per præscriptionem hypotheca. Baldus in l.si à creditore in secundo not.C. de actio.& oblig.Sed & illud aduertendum quomodo in instrumento stet pactum de ingrediendo, Etenim si in eo simpliciter cōtinetur ut possint ingredi, nec exprimitur ut possint possidere persistendo in possessione incurrerent pœnas l.si quis in tantam C.un.ui & ædicti Diui Marci de
27 quo in l.extat quòd me.cau.aliud † enim est ingredi possessionem, aliud possidere l.tertia §.fin. de acquir.possess.l.secunda per hæred.& hoc edocuit Barth.in d.l.creditores nume.5.& numero 27.Negusan.in tract.de pign.in 5.mem.5.par.nu. 10. Quòd si hæredes Babillani liberam possessionem nacti essent ad eo quòd Rāgoni non possent prætendere aliquam possessionem possent petere se restitui & reintegrari ad possessionem bonorum à qua absque culpa sua cecidere, & contra exceptionem sententiæ opponere de nullitate, & quatenus ualida esset petere restitutionem in integrum (ut supra diximus), & si diceretur spoliatum uigore sententiæ iudicis iudicialiter procedentis non debere restitui, priusquam super exceptis adhibeatur causæ cognitio l.iustè possidet de acquir. possess.gloss.c. præsentium 7.q.prima.

¶ Respondetur primò quòad remedium attentatorum huiusmodi exceptionem nihil obstare, etenim attentata etiam iudicialiter & iudicis auctoritate in primis debent reuocari, ut asseruere plures relati per Dec.consil.200.circa princ.Item obtenta restitutione in integrum adduci non pos-
28 se nam per † integrum restitutionem quis restituitur ad eum statum in quo erat ante læsionem l.quòd si minor §.restitutio de mino.

¶ Secundò respondetur prædicta non procedere ubi decretum uel sententia Iudicis est inualida. Nam Rom.consil.158.num.6.Soc.in d.l.iustè nu. 8.dixerunt adeptam possessionem ex decreto iudicio minus ritè, seu non solenniter interposito dici uiolentum possessorem & eius possessionem confirmari non posse auctoritate prætoris spoliato instante ut possessio sibi restituatur, & idem Soc.consil.18.nu.20. & Abb.in c.cum causa nu.
29 4.de off.deleg.inquit sicuti potest peti † restitutio contra spoliationem factam per priuatum, ita etiam contra spoliationem factam auctoritate iudicium non ritè procedentium, & Felin.in c.dilectus el primo de rescrip.in 2.fall.scripsit ubi iudex processit iudicialiter & notoriè constat de nullitate uel iniustitia spoliatum uigore sententiæ restituendum. Dec.quoque in l.fin nu.35.C. de ædictis Diui Adr. Toll.inquit spoliatum auctoritate iudicis ante omnia debere restitui, quando Iudex procedit ordine non seruato allegat Host. & Anchar.licèt ipse Dec.in consilijs aliter quandoque uisus fuerit loqui, & ad hoc nonnulla accumulat Rip.in l.naturaliter §.nihil commune numero 60.de acquir.possess. Neque obstare uidentur ea, quæ traddit Negus.in tract.de pigno.in 2.memb. 3.par.num.20.ad demonstrandum eum, qui adeptus fuit tenutam in aliqua re sibi hypothecata, in qua concedenda fuit processum inordinatè, & minus solemniter, adeo quòd tenuta fuit nulla uel saltem annullanda, posse uti retentione ob hypothecam. Nam indubitanter ego crediderim Negusantium minus rectè sensisse, aliàs enim corruerent ea quæ communiter asseruere Scriben.spoliatum uigore sententiæ uel decreti inualidi restituendum nulla admissa exceptione, etiam quæ in continenti probetur quod si non admittitur contra spoliatum uigore sententiæ inualidæ, exceptio dominij quod longè potentius est quam hypotheca multominus admitti debet exceptio hypothecæ, & contra Negus.decidunt Bald.nu.26. Salyc. num.26.q.12.in d.authen.& qui iurat asserentes immissum contra offerentem satisdationem & expensas, ac recuperare uolentem non posse dicere se uelle retinere ab hypothecam, & assignant rationem quia non fuit immissus eo iure, & possessionis causam sibi mutare nequit, & arbitror Negus.illa inseruisse in suo tractatu quia in causa uel sua, uel amici ita consuluerat, & cum haberet contrarium consultorem Carolum Ruyn.fuit habitus recursus ad Dec.ut Dec.tueretur opinionem Negus.ut patet in consil.Dec.449.qui tamen in eo consilio facit potissimum fundamentū in eo quòd causa erat talis in qua uigore statutorum procedendum erat sola facti ueritate inspecta, & consi. Ruyn.quod fecit in eadem causa est lib.5.consil. 102.ubi nu.10.inquit tenutam nullam non posse confirmari ad hoc ut quis excludatur à possessorio recuperandæ.

¶ Sed quicquid sit, rationes quibus mouetur Negus.ad rem non faciunt, & primò gloss.& Bal. in l.fundus qui L.ucij Titij de rescind.uend.loquūtur in terminis longè diuersis à casu nostro; nempè ubi debitū erat liquidū per cōmunem consensum, & confessionem debitoris, ut inquit Bal. ibi in 3.not.Nam Lucius Titius offerebat se paratū soluere, ut dr in tex.& ad hoc conuenit, quod scripsit Bar.in l.is cuius si ser.uend.& Aret.in l.3. §.fin.de acquir.poss.si reus cōpareat infra annum in actione reali uel personali ante fm decretum, & confiteatur debitum, non esse reuocandam tenutam nisi soluat, & quod dixit Bal.in l.fin nu.3. uersic.sed contra est C.de non num.in casu d.l.fin, restitutionē ante oīa non fieri, quia reus fatebatur debitum, aliàs ante oīa esset restituendus, & cùm in dicta l. fūdus qui uēditio rescinderetur nō solùm ob defectus solemnitatis, sed etiam quia Lucius Titius erat paratus soluere, ideò quousq; soluerit, & sic adimpleuerit potiisimā causam rescinden-

ſcindendi uenditionem, fundus illi reſtitui non debet. Minus ad rem facit quod ſec. adducit Neguſ. 5. text. in l. ſi non ſortem §. ſi centum de cond. indeb. & quod ſcripſit Caſtren. in l. petenti in fin. de pigno. actio. Etenim loquuntur in caſu quo res debitoris peruenit ad creditorem de uoluntate & facto debitoris tradentis animo extinguendi debitum, & transferendi rem in creditorem, & ita tradit Bar. & alij in d. §. ſi centum, & clarius Bart. in l. ſi nō inducta C. in quib. cau. pigno. Taci. cōtr.

30 Et quamuis factum † iudicis cenſeatur factum partis, id tamen procedit quando iudex rectè & ritè proceſſit Bar. in l. meminerint C. un. ui. Iaſ. d. l. iuſtè nu. 20. Tertiò non obſtat quò ad rem noſtrã quòd ex Specul. ſcripſit Bar. in l. 3. §. fin. de acquir. poſſ. primò quia Caſt. ibi dici alios reprobare. Specu. & ipſe illud reſtringere uidetur quando per euidentiam facti, uel per confeſſionem aduerſarij conſtat de iure immiſſi, licèt deinde in fin. Caſtren. uideatur ſequi Specul. & de dicto Spec. & Bar. dubitat Rom. ibi, & contra Bar. pugnat deciſio. Bald. num. 26. Salyc. num. 26. in d. auctẽ. & qui iurat quam ſuperius retulimus, & rationes quas ibi recenſent Bald. & Salyc. militant ẽt eo caſu quo in continenti offeratur probatio hypothecæ, & ſi uera eſſet ſententia Specul. & Bar. eluſoria redderetur diſpoſitio d. l. ſi quis emptionis §. penult. & c. quoniam frequenter §. in alijs ut litè non conteſtata, & uana eſſet deciſio Salyc. in d. authen. & qui iurat nu. 22. ſuperius relata, ſemper enim poſſet immiſſus dicere ſe uelle retinere iure hypothecæ, & offerre probationes, & nullo caſu ommiſſio reuocari poſſet, Secundò quia licet Alex. in d. §. fin. ſequatur Specul. & Bar. ſententiam, mouetur tamen ea ſola ratione, quia poſſeſſio peruenit ad immiſſum ex iuſta cauſa. ſ. contumacia aduerſarij, & quia ille qui repetit cedit à poſſeſſione culpa ſua. ſ. propter contumaciam. Verum in præſenti caſu præter cæteras nullitates, præſuppoſita inualiditate citationis perhemptoriæ contra minores indefenſos l. contra pupillum de re iud. & ſententiæ l. acta §. fin. eo. tit. non poſſunt dici Rangonos cecidiſſe à poſſeſſione culpa ſua, nec poſſeſſionẽ perueniſſe ad hæredes Babillani ex iuſta cauſa. Tertiò quia loquitur Bar. qñ quis immiſſus eſt legitimè, & Iuris ordine ſeruato. Ad quartũ quod adducit Neguſ. de ſpoliato auctoritate iudicis, reſponſio apparet ex ſuperius adductis, Neque Doctrina q̃ ipſe excogitauit ad edocendum quando iudex dicatur iudicialiter procedere ratione uel auctoritate probatur, immò interpræter paſſim di-

31 cunt iudicem † non procedere iudicialiter ſed ut priuatum qñ procedit ſine cauſæ cognitione. Feli. c. eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 30. de cōſt. uel qñ procedit non ritè ideſt iuris ordine non ſeruato Abb. c. cum cauſam nu. 4. Dec. in 4. no. de offic. delega. Felin. in c. dilectus el primo circa princ. in prima fall. de reſcrip. Neq; tradita per Bar. in l. meminerint C. unde ui nu. 8. tuentur ſententiam Neguſantij Bar. enim cũ loquitur de ingrediente poſſeſſionem uigore ſententiæ inualidæ non diſtinguit, ſed indiſtinctè uult ingredientem incidere pœnas illius conſtitutionis, ubi uerò facit differentiã, an quis ingrediatur propria auctoritate ex iudicis per miſſione, an uero aſſociatus à nuncio loquitur in iudice exequente, non autem in eo qui iudicauit; ſicque præſupponit præceſſiſſe ſententiam & rem iudicatam ualidam, ſed ſi exequutor exequatur minus ritè conſtituit differentiam, an quis aſſocietur à nuncio an non, Cum uerò ſententia iudicis, cuius uigore fit exequutio eſt nulla ut in caſu noſtro, locum ſibi non uendicat diſtinctio Bar. Ad hæc licèt Barth. uellet aſſociatũ à nuncio miſſo à iudice non incidere pœnas illius conſtitutionis, non tamen uult, quòd non teneatur recedere à poſſeſſione quam iniuſtè uel minus ritè occupauit, Neque uult quòd iudex dicatur iudicialiter procedere qñ concedit nuncium minus ritè & iuris ordine non ſeruato immò & hoc caſu uidetur iudicem procedere extraiudicialiter ut probant auctoritates Doct. præallegatæ. Vltimò non obſtant quæ dixere Ang. & Alex. in l. ſi finita in prin. de dam. infect. tenutam minus ordinatè datam ſi petatur reuocari, poſſe peti, ut de nouo detur uel ut confirmetur prima. Nam reſpondetur Ange. ſententiam aliorum auctoritatibus & rationibus facile diuelli poſſe. Nam Rom. ibi reprobat Angelum, & cautius eſſe ei, qui habuit tenutam nullam, non litigare ſuper nullitate inquit Imo. ibi, ſed petere tenutam de nouo, & Rom. conſil. 158. poſt relatas pro contraria parte rationes, quibus mouetur Alex. in d. l. ſi finita; Reſpondit im-

32 miſſionem † in poſſeſſionem factã per iudicem, & nullam, eſſe ante oĩa reuocandam, idque comprobat quinque optimis fundamentis. Idẽ etiam reſpondit Pet. de Anch. conſil. 192. & Baldus in l. prima circa princ. C. de carb. ædict. dixit tenutam inordinatè conceſſam infirmandam non confirmandam, & in l. fin. in 7. opp. nu. 22. C. de ædict. diui Adr. Toll. tenutam nulliter datam non obſtãtibus quibuſcunque exceptionibus reuocandam, & Soc. in d. l. iuſtè nu. 8. inquit poſſeſſionem minus ritè uel non ſolemniter conceſſam non poſſe confirmari ſpoliato inſtante, quòd poſſeſſio ſibi reſtituatur, & Bar. in l. 3. §. ſi ſub ea de bo. poſ. cōt. tab. uoluit immiſſionem poſſe confirmari ex alia cauſa, ſi prima fuit utilis, ſecus ſi innutilis, ex qua Bar. deciſione oſtenditur cum prima immiſſio fuerit innutilis, non etiam poſſe ex cauſa hypothecæ confirmari, & ſententiam Ang. non eſſe abſque dubio inquit Dec. in l. fin. nu. 35. C. de ædict. diui Adr. Toll. & contra illam ipſe arguit, & contra Ang. dicit tenere Rom. & latius Io. Baptiſtam de S. Seuer. in tract. ſuo de debitore fugit in. 14. q. principali. Prætereà Ang. ſententia non uidetur poſſe ſtare, nam oẽs conſentiunt quòd ubi tenuta petitur reuocari tanquam nulla, & ab aduerſario petitur confirmari uel de nouo concedi, iudex debeat iudicare ſuper nullitate, & cōdemnare eum, qui defendit tenutam: in expenſis; licèt tenutam de nouo dandam iudicaturus ſit. In quo apertè mihi ſentire uidentur ꝙ tenuta nulla non debeat confirmari, etenim declaratio nullitatis & condemnatio expenſarum confirmationi repugnant. Quo ſtante licèt pars aduerſa adduceret tale quid propter quod uideatur tenutã de nouo dandam;

huiuſmo-

huiusmodi tamen exceptio non debet admitti contra agentem ad recuperandam possessionem, contra quem non obstat exceptio dominij, nec exceptio dolo facis qui petis qđ restituturus es. Ideoque Perusini reprobarũt praticam Iacob.Butr.quæ est
33 eadẽ cũ prat. Angel.ea ratione quia, quod † nullum & inualidum est confirmari non potest l.obligari §.tutor de auct.tu.c.1.de confirm.ut. Et licèt Salyc.in d.l.fin.nu.2.C.de ædict. Di.Adr. conetur defendere Butr.tamẽ eius dicta nihil ualent, Nam dum primò dicit Iacob. Butr.non sensisse de confirmanda prima inutili, sed de secunda, quam de nouo petit dari, & cùm data fuerit cõfirmari, hoc cõcludit, quòd prima inutilis nullo modo sit confirmãda, (præter id ꝙ Ang.in d.l.si finita expresse loquitur de confirmatione primæ inualidæ, & ipse Butr.sensit de confirmatione primæ, ut apparet ex uerbis Alex.eum referentis in d.l.si finita num. 8.) Secundùm autem quod dixit Salyc.ad defendendum Butrig.nihil facit ad rem, quòd si prima tenuta inualida non debet confirmari, sequitur necessario quòd contra eum, qui petit tenutam reuocari, & se reintegrari ad possessionem rei suæ, non admittatur nec audiri possit, uolens cumulare petitionem nouæ tenutæ. Nam contra eum qui agit possessorio recuperandæ possessionis, non auditur quisque uolens cumulare petitorium uel possessorium adipiscendæ uel retinendæ possessionis Bar.in l.naturaliter §.nihil commune nu.27.
34 ubi dixit si possessorium † recuperandæ sit intentatum, non posse ab aduersario cumulari petitoriũ Bal.in l.incerti in 11.q.nu.17.qui uoluit agentem possessorio recuperandæ non posse reconueniri possessorio retinendæ uel adipiscendæ, comprobat Ias.d.§.nihil commune nu.152.& iure decisum est conuentũ possessorio recuperandæ non esse audiendum aduersus petentem restitutionem nisi super alia spoliatione c.fin.de ord.cognit.ubi Doct.Spec.in titu.de petit.& possess.& spolia. in princ.numero primo.

CASVS IIII.

§ Cùm ædificaretur super loco ecclesiæ fuit ad instantiam Prælati per iudicem nũtiarum nouum opus operarijs, & illi cuius mandato opus fiebat. Petit prælatus demoliri opus factum spreta nunciatione opponitur nunciationem remissam fuisse à procuratore prælati. Remissio probatur duntaxat per operarios quibus fuit nouum opus nunciatum. Quæritur an huiusmodi remissio probetur per operarios, & ubi probetur an ob eam tueri se possit is qui ædificauit. Qui propter dictam remissionem quidam procuratori dedisse siue remisisse prætendit.

SVMMARIVM.

1 *Operari quibus fuit denuntiatum nouum opus non sunt idonei testes in illa re.*
2 *Socius delicti non est idoneus testis pro socio.*
3 *Legatarius quare sit idoneus testis pro testamento.*
4 *Procurator ut remißionem facere potuerit duo requiruntur.*
5 *Procurator gñalis ciuitatis reip.et eccl.quid poßit.*

1 Operarij, † quibus factum fuerat pœnale præceptũ, ne edificarent nullo iure uidentur idonei testes ad probandum remissionem. Tùm quia nemo est idoneus testis in causa propria l.omnibus C.de testib.Cumq; ex huiusmodi remissione operarij sentiant commodum euitationis pœnæ, causa dicitur eorum propria l.1.§.in propria, qñ app.sit, tum quia ipsi sunt socij criminis,s.spreti peccati, à iudice facti, & so-
2 cius † delicti non est idoneus testis pro socio l.quoniam C.de testib.etiam in causa ciuili, quando sperant lucrum, uel timeant damnum ex huiusmodi societate, Ias.ibi nu.4.Nec quicquam fa-
3 cere uidetur, quòd legatarius † sit idoneus testis pro testamento, Nam si uerum est, quod Bar.tradit nu.4.in fin.& nu.5.in l.dictãtibus C.de testam. Illud permissum fuit propter magnũ numerum testium, qui requiritur in testamẽto, & ideò si esset testamentum quod probaretur solùm per duos testes, putauit Bar.legatarios in testes non esse recipiendos. Item legatarius põt esse testis, qñ adest scriptura testamẽti, secus si scriptura deesset, Abb. in c.insuper nu.9.uersic.breuiter de testib.& legatarius admittitur in testem, quia eius persona fuit approbata à testatore, qui rogauit illũ in testem, Bal.in l.si municipes quod cuiusque uniuers.& à legatario ad testes iudiciarios non licet arguere. Bal.in l.omnibus nu.1.C.de testib.ubi etiam uult testem iudiciarium de cuius commodo in consequentiam agitur non esse idoneum testem, sed & præsupposito, sine ueri præiudicio, testes pro-
4 bare remissionem, tamen ut procurator † remissionem facere potuerit duo requiruntur. Primum quòd procurator fuerit specialiter constitutus ad nunciandum. Secundum quòd remissio fiat accepta satisdatione de demoliendo Bar.in l.cum procurator in princ.nu.1.de op.no.nunc.& Castr.qui summan.illum tex.inquit, qui habet mandatum ad nunciandũ, intelligitur etiam habere mandatum ad remittendũ accepta satisdatione, & idem Castren.nu.2.uer.in ea ibi, & uidetur uult procuratorem ad nunciandum ita demum posse remittere qñ cæpit satisdationẽ de demolien. Accedat, quòd procurator ad nunciandum uidetur posse remissionem facere solùm qñ ipse nuntiauit quasi ius ex nunciatione sibi quæsitum fuerit Castr.in d.l.cum procurator nu.1.uersic.in gloss.quæ incipit Aliàs &c.de quo uidetur tex.in d.l.cum procurator §.fin.ubi Castr.dicit tex.in prin.illius l.uolentem procuratorem posse facere remissionẽ procedere, qñ procurator ipse nuntiauit, Tex.uerò in d.§.fin.qñ dominus nunciauit, & ideò procuratorem facientem remissionem teneri cauere de rato, & idem Castren.in l.de pupillo §.qui procuratorio nu 3.inquit procuratorem, qui remittit uel prosequitur nunciationem factam per dominum teneri cauere de rato: secus si ipse nunciauit, & in nunciatione de mandato docuit. Tandem si pro-
5 curator † generalis ciuitatis non põt concedere licentiam ædificandi in loca ciuitatis l.prohibere §.plane, ꝙ ui aut clam, neq; in mandato generali rei publicæ compræhenditur facultas alienandi.
Bar.

ibi, multo minus in mādato generali eccleſiæ ſeu prælati debet comprehendi facultas alienandi bona eccleſiæ, neq; generalis procurator eccleſiæ, uel prælati debet poſſe concedere licentiam ædificandi in loco eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *Teſtificans ſuper eo quod ad eum pertinet non eſt idoneus teſtis.*
2. *Remiſsio uoluntaria non poteſt fieri a procuratore et quę ſit uoluntaria remiſsio.*
3. *Procurator non poteſt abſque ſpetiali mandato remittere ius domini,*
4. *Procurator ad nunciandum quomodo poßit facere remiſsionem, & num. 6.*
5. *In mandato ad lites uel ad agendum non uenit facultas recipiendi ſolutionem & liberandi debitores.*
7. *Remiſsio ſemper dicitur gratuita ubi non eſt accepta ſatiſdatio.*

CASVS V.

Neque obſtant duo, quæ iudex opponere uidetur. Primum non agi in præſenti iudicio de aliquo operariorum commodo uel incommodo; Secundum, huiuſmodi remiſſionem tanquam factā aliquo accepto uel reiecto & ſic non gratuitā potuiſſe fieri à procuratore etiam non accepta ſatiſdatione de moliendo nam. Quò ad primum cùm ex ſtatutis, operarij, qui edificant contra prohibitionem ſibi factam, incurrant pœnam. Item cùm factum fuerit operarijs præceptum ne edificarent ſub pœna excommunicationis, negari non poteſt, quin ex ſnīa, qua declararetur remiſſionem nunciationis factam fuiſſe; operarij immediatè ſentiant cōmodum euitationis pœnæ ſtatutariæ, & pœnæ cōminatæ à iudice, & ſic teſtimoniū eorū ſit repellendū. Felin. in c.inſuper nu.17.de teſtib. Item negari nō pōt, quin ubi remiſſio facta non ſit, non reſultet opprobriū excōmunicationis & aliarū pœnarū operarijs, quaſi contra ordines, & præcepta iudicis ædificauerint, pp quod ipſi non ſunt idonei teſtes. Alex.conſil.86.nu.16.lib.2. hinc Dec.conſil. 256.nu.7.reſpondit adminiſtratorē non eſſe idoneum teſtem in actu, in quo agitur de reprehenſione uitanda; Item negari non pōt, quin operarij deponentes factam fuiſſe remiſſionē, dicantur agere de ſe exonerando, quo caſu non ſunt idonei teſtes, ut poſt alios quos recēſet, tradit Alex. conſil.159.nu.8.lib.6. Nec obſtat, ꝙ in præſenti iudicio non agatur de pœna infligenda operarijs, Etenim neq; in caſu quo reſpondit Alex.d.conſil. 159.agebatur de puniendo Antonium illum, cuius teſtimoniū non eſſe idoneū contendit, Alex. quaſi fuerit ſocius criminis, & tractet de ſe exonerando, & in fortioribus terminis Bar.in l.deferre nu.2.uerſi.exemplū ego uolo probare &c.Gemin.in c.Romana in fin.de teſtib.in 6.ſcripſerūt, ſi ego dico te mihi teneri ad centū, & id probo per Titium, qui dicit ſe tibi portaſſe centum, quos ſibi dedit mandato, tuo, Titiū quaſi teſtificetur ſu
1 per † eo quod ad eū pertinet, non eſſe idoneū teſtem; & tñ loquitur Bar.& Gemin.in caſu, quo non agebatur contra Titiū, ſed contra te, & Bald. in l.dictantibus nu.3.C.de teſtam.dixit ad probandum quem eſſe uſurarium non eſſe idoneum teſtem Titium, qui dicat eum ſibi mutuaſſe ſub uſuris, quia habet commodum ex hmōi probatione cùm poſſit deinde repetere uſuras, & tñ in q.Bal. nullum pendere præſupponitur iudiciū cū Titio, aut agi de uſuris Titio reſtituēdis. Quò ad ſm, ad demonſtrandē remiſſionē nūciationis abſq; ſatiſdatione nō poſſe fieri à procuratore, ēt ꝙ aliquid acciperet uel retineret ꝓ remiſſione plura ſe offerūt. Primò Caſt.in d.l.cum procurator nu.1.uerſi. ſecundū aliam lect.indiſtinctè uult remiſſionem
2 uoluntariam non poſſe fieri à procuratore, ſed remiſſio nulla accepta ſatiſdatione ſemper dicitur uoluntaria, licèt aliquid pro ea acciperetur: Dominus.n.aut procurator ad illam arctari non poteſt, & Caſtren.ibidem arguit ab ordinaria poteſtate procuratoris ad poteſtatem faciendi remiſſio-
3 nem, ſed procurator † non poteſt abſque ſpeciali mandato remittere ius dominij etiam aliquo accepto, neq; tranſigere l.mandato generali de procur.Abb.in c.petitio nu.1.de procur. quæ tamen tranſactio non fit niſi aliquo dato uel retēto. Item Caſtr.in d.l.nu.2.uerſic.in ea ibi uult procuratorem ad nunciandum poſſe facere remiſſionem recepta ſatiſdatione, quia dominus ipſe ſi nunciaſſet, neceſſe haberet remittere oblata ſatiſdatione l.prætor §.deinde eo.tit.& ideò mādando ut nunciet cenſetur etiam mandare ut remittat accepta ſatiſdatione.Glo.quoque 2.in d.l.cum procur.&
4 Bar.nu.1.uerſi.ter.lect.dicunt † procuratorem ad nunciandum poſſe facere remiſſionem accepta ſatiſdatione quia id pendet ex primo mandato ad nunciandum,& Iaſ.nu.4.inquit procuratorem ad nunciandum poſſe facere remiſſionē accepta ſatiſdatione, quia id uenit in neceſſariam conſequentiam, Verùm licèt remiſſio quæ fit accepta ſatiſdatione ueniat in neceſſariam cōſequentiam mandati ad nunciandum, uel pendeat ab eo l.de pupillo §.ſi is cui l.prætor ait §.deinde de ope.no. nunc. nullo tamen iure dici poteſt remiſſionem, quæ fit abſque ſatiſdatione aliquo accepto uel retento uenire in neceſſariam conſequentiam mandati ad nunciandum, nam nec mandato ad petendum, comprehenditur facultas tranſigendi, quod fieri non poteſt, niſi aliquo accepto uel
5 retento. Et in mandato ad lites, † uel ad agendum non uenit facultas recipiendi ſolutionem, & liberandi debitores l.hoc iure de ſolutio.neque remittendi exceptiones ſaltem perhemptorias, Bartholus in l.ſi quis delegauerit de nouat. Bartholus quoque in dicta l.cum procur. numero primo uerſiculo & hæc ſatiſdatio, inquit remiſ-
6 ſionem † accepta ſatiſdatione poſſe fieri à procuratore, quia huiuſmodi remiſſio ſuccedit loco remiſſionis, quæ fit à lege, de qua in dicta l. de pupillo §.ſi is cui; Sed hæc ratio non poteſt uendicare ſibi locū in remiſſione, quæ fit abſque ſatiſda-

satisdatione, etiam aliquo dato, uel retento, cùm lex ob aliud, quod detur, quàm ob satisdationem, remissionem nunquam faciat: & Iason. in dicta lege cum procurat. §. fin. inquit, aut procurator uult facere gratuitam remissionem, & non potest aut facere uult remissionem mediante satisdatione, & potest, si habeat mandatum ad nunciandū, & sic uidetur Iason. considerare tanquam opposita remissionem gratuitam, & remissionem acce-
7 pta fideiussione, & uelle quòd remissio † semper dicatur gratuita, ubi non est accepta satisdatio. Et si uera esset opinio D. Iudicis, quòd remissionem absque satisdatione posset facere procurator aliquo accepto, uel retento, sequeretur, quòd etiā procurator accepto uno aureo posset remittere, uidetur absurdum & contra omnia iura. Et prædicta eò magis procedere debent in procuratore prælati, qui nullo modo potest concedere licentiam ædificandi in loco ecclesiæ, ut aliàs diximus.

CASVS VI.

¶ Antonius habet prædium contiguum uiæ publicæ, in quod recipit ex uia publica opere manufacto aquas pluuiales, & aliter decurrentes, causa percipiendi maiores redditus ex eo. Aquæ ex illius prædio exinde fluentes prædio uicini nocent; petit uicinus, ut Antonius auertat aquas ex suo prædio defluentes, ne agro uicini noceant. Respondet Antonius, si aquæ ex prædio suo defluentes uicino nocent, debere eum prouedere quominus noceant.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Aqua si naturaliter decurrit ex uia publica in fundum alicuius, & inde noceat uicino non potest uicinus contra illum agere.*

2 *Aqua an si opere, & arte ita recipiatur publica, ut noceat uicino ipse uicinus contra illum qui recipit agere possit.*

3 *Inferior locus superiori per quæ seruit.*

4 *Prodesse unusquisque sibi non prohibetur dum tamē alij non noceat.*

1 SI aqua † naturaliter decurrit ex uia publica in fundum Antonii, & ex fundo Antonii in fundum uicini absque ullo opere manufacto Antonii: contra Antonium agi non potest. l. 1. §. 1. & §. idem aiunt, & §. in summa de aqua pluu. arcen. semper enim ea est seruitus inferiorum prædiorum, ut natura profluentem aquā excipiant, d. l. 1. §. sed & si uicinus, & §. fin. Cæterùm si Antonius aquas pluuiales, & alias per uiā publicam decurrentes recipit in proprium fun-
2 dum opere † manufacto, & arte sua; Res uidetur anceps & dubia propter diuersos tex. qui diuersa uelle uidentur. Et primo contra Antonium nullo modo agi posse uidetur, cum aquas in fundum suum recipiat causa reddendi fundum pinguiorem, & maiores fructus percipiendi. l. 1. §. de eo. §. labeo. §. idem Sabinus, & §. in summa de aq. pluu. arc. ubi dicitur ob ea quæ fiunt causa percipiendorum fructuum agi nō posse, ut aqua arceatur, sed ita demum agi posse si non colendi agri causa q̄d fiat quod uicino obsit: idem uidetur probari in d. l. 1. §. denique, & in l. fluminum. §. fin. cum leg. sequ. de dam. inf. ubi, si ego fodiens in fundo meo uicini fontem auerterim nullo modo agi potest contra me, nec quidem de dolo, si non animo nocendi id feci, sed meliorem fundum meum faciendi, ex quo uidetur, quòd nec econtra si recipio, & retineo aquam in fundo meo non animo nocendi uicino, sed meliorem fundum meum faciendi, & aqua exinde fluens noceat uicino, contra me, nec quidem de dolo agi possit. Et pro hac sententia uī casus in l. apud Trebat. §. sed si uicinus eo. ti. ubi quis habebat hortum, quem solebat certo anni tpe irrigare fecit illic pratum, & assidua irrigatione cœpit nocere uicino censuit Ofilius, ut cōprobauit Vlp. eum neq; damni infecti, neq; aquæ pluuiæ arcendæ actione teneri. Ego tn̄ in contrariā snīam facilius inclinor Antonium .s. teneri ad arcendum aquas, quominus fundo uicini obsint, si absq; receptione, & retētione aquarum in fundo suo illum colere potest, ad quod in primis mouet
3 me tex. in l. 2. de aq. plu. arc. ubi dicitur † tria esse in summa per quæ inferior locus superiori seruit, legem. i. pactū, seu conuentionem, naturam, & loci uetustatem. i. p̄scriptionē, sed in ꝓposita specie uicinus non tenetur recipere aquas ex fundo Antonii defluētes, neq; ex conuentione aliqua, neq; ex natura loci, cū aquæ naturaliter non ita fluūt, sed ope Antonii, neq; ex p̄scriptione cū in facto nō p̄supponatur Antoniū p̄scripsisse hanc seruitutem: idem ꝓbat tex. in d. l. 1. §. item sciendū ubi dr̄ inferiori aduersus superiorē competere actionē illā ne aliter aquā mittat, quā solet natura fluere, sed Antonius facit aliter aquam in fundū uicini defluere, quam natura flueret. Ad hæc uidetur casus, in d. l. 1. §. idem aiunt aquam ubi dicitur aquam pluuiam in suo retinere, uel superfluentem ex uicini fundo in suum deriuare omnibus ius esse, dūmodo opus in alieno non faciat, & assignat rationem
4 prodesse enim † unusquisque sibi non prohibetur, dum tamen alii non noceat. Hoc clarius probatur ex tex. in dicta lege prima, §. sed & si quis arare ubi dicitur, quòd si quis arare, & serere possit etiam sine sulcis aquariis, si quid ex his faciat, & uicino obsit teneri, licet agri colendi causa id faciat, per quem text. necessariò concluditur, si Antonius potest aliter colere fundum, teneri, si aqua quam in suo fundo retinet in uicini fundo defluendo illi nocet, & per hunc text. tollitur primum fundamentum pro contraria opinione factum, ob ea. s. quæ fiunt causa percipiendorum fructuum, & agri colendi, agi non posse ut aqua arceatur, dicta lege prima, §. de eo, cum aliis superius allegatis. Id enim limitatur per dictum §. sed & si quis ut procedat quando fundus aliter coli non potest, & ita illa iura sumant Bart. & Castrens. in d. §. de eo. Pro quo facit quod legitur in dicta lege prima, §. sed & fossas, scilicet sic debere

quem meliorem agrum ſuum facere, ne uicini deteriorem faciat, confirmatur ex tex. in dicta lege prima. §. ſed & apud ubi non licet plantare ſalices, uel alias arbores, ſi ob eas aqua reſtagnans noceat uicino, & ex eo, quòd in eadem lege ſed ſi uicinus in fin. traditur ſi ob opus à uicino ſublatum aqua uehementius profluat in fundum uicini aquæ pluuiæ arcendæ contra eum agi poſſe, & pro eadem opinione ualde urget tex. in l. 2. §. fin. de aq. plu. arcen. ubi dicitur ſi fundus tuus ſeruiat uicino, & ideo aquam recipiat, ceſſare aquæ pluuiæ arcendæ actionem, ſi tamen non ultra modum noceat: Et ſic uult text. quòd licet fundus debeat ſeruitutem aquæ recipiendæ uicino, ſi tamen aqua ſupra modum noceat, agi poſſe, ut aqua arceatur. Præterea ſi ille qui aquam, quam in fundum ſuum naturaliter recipere tenebatur opere manufacto excludit, & ob id aqua uicino obſit: tenetur actione aquæ pluuiæ arc. l. 1. §. Neratius de aq. plu. arc. ubi Bal. Cæpol. de ſeruit. ruſt. præd. in tit. de ſerui. aquæductus, numero 75. Ergo & ille, qui opere manufacto recipit, & retinet aquam in fundo ſuo aliter, quàm naturaliter deflueret, & nocet uicino, teneri debet actione aquæ pluuiæ arcendæ. Et pro hac ſententia in terminis decidere uidetur Cepol. in d. tit. de ſeruit. aquæduct. num. 77. in prima fall. ubi id, quod legimus fundum inferiorem teneri recipere aquam peruenientem ex fundo ſuperiori, d. l. 1. §. ſed & ſi uicinus, & §. denique limitat. niſi opere manufacto per ſuperiorem aqua detinetur in fundum inferiorem, quæ ita non flueret ſi opus factum non eſſet: & faciunt, quæ tradit idem Cepol. in d. titu. num. 83. nec me mouent, quæ contrarium ſuadere uidentur, & ad primum ob ea, ſcilicet quæ fructuum percipiendorum cauſa fiunt agi non poſſe, ut aqua arceatur ſuperius fuit reſponſum. Ad ſecundum ſi ego fodiens in fundo meo uicini fontē auerterim nullo modo agi poſſe contra me, nec quidem de dolo, d. l. 1. §. denique. l. fluminum, §. final. de dam. infect. Reſpondetur, quòd in dictis legibus nihil fit, nec quicquam immittitur in alieno, ſed in propoſita ſpecie aqua dicitur immitti in fundum alienum, cum naturaliter in illum non defluat. In ſuo enim hactenus licet facere, quatenus in alienum nihil immittatur. l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſeru. uendic. & ita ad aliud propoſitum inquiunt Gloſ. & Bartol. in dicta lege fluminum. §. fin. & Gloſ. in d. §. Ariſto. & ſicut in d. §. Ariſto. ex ſuperiore ædificio non licet immittere aquam, uel quid aliud in inferiora, ſi nulla eſt conſtituta ſeruitus, Ita nec è fundo ſuperiori debet licere immittere aquam in inferiorem, ſi nulla eſt conſtituta ſeruitus, nec aqua ita naturaliter defluit, nec temporis uetuſtas id ſuadet. dicta lege ſecunda, de aqua pluuia arcenda. Ad textum in lege apud Trebatium. §. ſi uicinus de aqua pluuia arcenda, ubi uidetur caſus pro Antonio. Reſpondetur iccirco in eo textum uicinum, qui aſſidua irrigatione obeſt uicino, non teneri ulla actione, quia debebatur ſibi ſeruitus, nam ſi nulla ſeruitus ſibi fuiſſet debita, agi contra eum potuiſſet, glo. & Angel. ibi.

CASVS VII.

¶Ex allegationibus ſeries facti, & qualitas probationum facile dignoſci poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis quando quis dicatur agere.*
2 *Poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis rei corporalis nō poteſt ſuper eadem re cum petitorio cumulari.*
3 *Poſſeſſio continua dicitur probata probatis extremitatibus.*
4 *Poſſeſſio auctoris, & ſucceſſoris continuata præſumitur.*
5 *In iudicio poſſeſſorio quis debeat obtinere.*
6 *Veriſimiliora quæ dicantur.*
7 *Titulus probatur ex inſtrumento uenditionis, & emptionis.*
8 *Actus poſſeſſorios iure familiaritatis quando quis non dicitur feciſſe.*
9 *Titulus qui habetur à non domino quando dicatur iuſtus.*
10 *Probatio tituli contra aduerſarium quando prodeſt.*
11 *Proteſtatio contraria facto multipliciter intelligibili non tollitur per contrarium factum imò declarat quomodo factum ſequens intelligi debeat.*
12 *Diuiſio ſine ſcriptura ſeruanda eſt.*
13 *Dominia non conuentionibus, ſed traditionibus, aut uſucapionibus regulariter acquiruntur.*
14 *Diuiſio quæ ſit ipſo iure nulla, & quæ præſumatur legitima.*
15 *Pupillus ſi hæreditatem ſibi debitam longo tempore poſſederit præſumitur tutore auctore adiuiſſe.*

INter Bartolameum & Laurentium agitur poſſeſſorium iudicium retinendæ poſſeſſionis, Etenim Laurentius in libello dicit ſe turbari & moleſtari à Bartolameo in poſſeſſione loci de quo agitur, & petit eum cogi ad ceſſandum ab inquietatione, & ſic cum quaſi turbatus agat contra turbantem dicitur agere
1 † poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis. Bart. l. 1. §. interdictum nu. 5. uti poſſid. quod datur pro tuendo poſſeſſore l. 1. uti poſſid. & competit etiam ei, qui prohibetur ædificare in ſuo. lege ſi uoo. §. hoc interdictum eodem titulo. Neque hic uidetur diſceptari de proprietate, nàm præter id quòd
2 † poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis rei corporalis non poteſt ſuper eadem re cum petitorio cumulari. Barthol. in lege naturaliter. §. nihil commune numero 22. & comprobarunt poſteriores de acquir. poſſeſſ. Laurentius in ſua replicatione dicit ſe nolle cumulare poſſeſſorium cum aliquibus ex aduerſo deductis: Iccirco in præſenti iudicio is obtinere debet, qui melius de poſſeſſione ſua probauit, conſideratis autem dictis teſtium ab utraque parte productorum, uidetur indubitatum Bartolameum melius de poſſeſſione edocuiſſe, cùm probauerit Baſſianū qui uendidit Ghiſono, & Ghiſonū à quo ipſe cauſā habuit,

habuit,& seipsum successiue possedisse locum de quo agitur,& actus possessorios factos fuisse,scien
3 te & non contradicente Laurentio, † & probaris extremitatibus probata dicitur continua possessio Bartholamæi,& auctorum suorum.Bart.l. celsus,num.20.de usucap.Bald.in l. testium, nu. 23. C.de testib.in l.fin.num.34.C. ædictione tollenda diui Adriani.Præter id,quod possessio auctoris,&
4 † successoris continuata præsumitur. Bart.in lege Pomp.§.fin.de acquir. possess. & per eum qui in præteritum possedit,continuata possessio præsumitur.Bart.in d.l.celsus,& in l.siue possidetis,ubi eius posteriores,C.de probat. Bartholamæus quoque ea omnia probauit, quæ, data probationum paritate, obtinere faciunt in huiusmodi possessorio iudicio; quæ explicat tex.& Doct.in cap. licet causam de probat.Et primo in huiusmodi iudicio
5 † cæteris paribus obtinet, qui possessionem suam probat per plures testes.Bar.l.si duo uti possid.nu mero 4. Secundò, uictoriam causat qualitas depositionis testium:etenim dicta uerisimiliora præ feruntur.c.præterea,ubi Abb.de testib.l.3. §. 1. de
6 testib.& inter alia uerisimiliora † sunt,quæ magis naturæ negocii conueniunt.l.ob carmen.§.fin. uer. sed quòd naturæ negocii,Bal.in l.testium, nu. 21. C.de testib.Tertiò,in huiusmodi possessorio obtinere debet,qui ceteris parib. probat de antiquiori possessione d.c.licet causam, Bart. in d.l.si duo, num.4.Doct.omnes in d.c.licet, Rip.in cap. cum ecclesia,num.23.de cau. poss. & propr. Quarto, data paritate probationum uictoriam parat probatio tituli,d.cap.licet causam.Bar.d.l.si duo, nu. 4. Abb.in cap.ueniens,nu.8.de præscript.& alii plures quos refert Felyn.in d.cap.licet causam,nu. 9.uersic.quarta causa.Dec.num.9.uers.4.cæteris. Sed Bartholamæus probauit possessionem suam per plures testes.Item illius testes deponunt uerisimiliora, cùm magis naturæ negocii conueniat, Bartholamæum,qui ex duabus, seu tribus partib. cohæret loco, de quo agitur, possedisse, & actus possessorios in eo fecisse, quàm Laurentium : qui non solum ab aliqua parte illi nō cohæret,sed mul tum ab eo distat.Item probauit antiquiorem possessionem;cum probauerit eos, à quibus ipse cau-
7 sam habuit possedisse.Item ex instrumento † uenditionis,& emptionis probatur titulus.Nam empta domo cum certis confinibus, quicquid intra confines continetur uidetur emptum.l.si fines agri.C. de euict. & ibi exprimunt Bald. & Ang. & Bal.in cap. 1.de cap.qui cur.uend.num.3.& intra confines enumeratos in instrumento uéditionis continetur locus, de quo agitur: & licet testes probantes possessionem Bartholamæi, & auctorū eius deponant de diuersis actibus possidendi, tamen probant possessionem, neq; dici possunt singulares gl.l.ob carmen,§.fin.de testib. Alex. cons. 3.col. pen. uol.3. Laurentius quoque cum non probauerit se possidere tempore turbationis,& litis contestationis, obtinere nullo modo potest, Bart.l.1.§.fin.num.5.uti possid.Neque dici potest possessionem Bartholamæi fuisset clandestinam, etenim præter id, quod habet titulum, probauit antiquiorem possessionem, & actus possessorios factos fuisse sciente,& non contradicente Laurentio.l.clam possidere in princ.de acquir. poss. Bald. in l.non ignorabit,num.3.C.ad exhib.Possessio autem Laurentii, si quæ fuisset probata præsumeretur clandestina,cum constet de antiquiori possessione aduersarii, nec probatum sit actus possessorios factos fuisse sciente Bartholamæo,d.cap.licet causam, ubi late Felyn.nu.9.Bar.l.1.§.fi. uti possi. & ideo tanquam clàm ab aduersario possederit, huiusmodi possessio illi prodesse nullo modo potest.l.1.§.fin.uti possid. Minus quoque obstat si dicatur actus possessorios factos fuisse à Bartholamæo,& eius auctoribus iure familiaritatis, & iccircò ex illis non acquisitam possessionem.l. qui iure familiaritatis cum his quæ ibi tradunt Doct. de acquir.poss. Nam respondetur auctorem Bartholamæi fecisse actus qui non solent fieri iure familiaritatis,scilicet ædificium diruendo,& materiam illius uendendo,sciente, & non contradicēte Laurentio. Quò autem ad Bartholamæum re-
8 spondetur, † ubi quis facit actus possessorios etiā in re aliena, tanquam utens iure proprio acquirit possessionem, nec dicitur fecisse iure familiaritatis.Innoc.in cap.bonæ.2.de postul.prælat. in prin. Cast.in d.l.qui iure familiaritatis, sed cum auctor Bartholamæi emisset locum illum, ipse & Bartholamæus præsumuntur fecisse actus possessoris tāquam utentes iure proprio. Ex qualitate etiam actuum qui non solent conuenire nisi homini qui utatur iure suo, cognoscitur an quis fecerit tanquam utens iure proprio.Innoc.in d.c. bonæ. Nō quoque Laurentio prodest,si dicatur cum constet de titulo Laurentii ex diuisionibus probatis per testes titulum posteriorem Bartholamæi iniustum esse,nec non & iniustam possessionem. Etenim respondetur primò testes non probare diuisionem ut demonstrarunt alii qui in causa consuluerunt. Secundò respondetur ex tex.in l. 1.§.huius autem uti possi. fieri posse ut alter possessor sit dominus non sit, alter quidem dominus sit, possessor non sit,& disceptantem de retinenda possessione non excludi exceptione dominii, etiam ea quam quis se incontinenti probaturum offert,aliàs sequeretur quòd licet domino pro arbitrio suo molestare legitimum possessorem contra omnia iura præcipue l.si quis in tantam .C. unde ui, ut censuete Gl.Bar.in l.si de eo.§.fin.nu.2.de acq.poss. Bart.in fin.Castr.nu.14. qui dicit omnes ita tenere in l. si de ui de iud. Abb.in c.in literis,nu.27.de restitut.
9 spol. Tertio rñdetur † titulū dici iustum ēr eum,q hī à non dño, dūmodo pbeat usucapiédi cōdōnē, l.1.l.3.iunct.gl.in uer.ex iusta causa de publicia. c. si diligenti cum gl.in uers.iustus titulus de pscrip. & ex eo adipisci iustā possessionem,cū pbeat usucapiendi conditionē, & sine iusta possessione nō pcedat usucap.l.sine possessione de usuc.§. furtiue, Iust.de re diuis.Dñii aūt pbō in possessorio retinēdæ possessionis in hoc solū pficit,ut data paritate pbōnū pbās de dño obtineat.Bar.in d.l.si duo in h.Quinimò Bal.in l.ord.n.10.C.de rei uéd.scrip sit si unus pbat de possessione sua p plures testes, etsi nō p plures saltē p digniores,uel si pbat de antiquori possess. obtinere dēt in possessorio retinēdæ

S 2 possess.

poſſeſ. non obſtan. q̃ aduerſarius de titulo ſuo pro
10 bauerit. Tunc enim (inquit ipſe) prodeſt† probatio tituli, quando in cæteris probationes ſunt pares, & idem cenſere Bart. in d. l. ſi duo. Fel. & Dec. in d. c. licet cauſam, qui tradentes ea quę in poſſeſſorio retinendæ uictoriam cauſant: Probationem tituli poſtponunt probationi poſſeſſionis per plures, uel per digniores teſtes, probationi teſtium dicentium uerisimiliora, & probationi antiquiori poſſeſſionis. Iudicem autem mouere non debet, quod à Laurentio petitur etiam ſuper petitorio pronunciari, ea ratione quòd nõnulla eorum quæ in libello narrantur, reſpiciant petitorium iudicium, & cum in fine libelli adſit clauſula ſuper quibus omnibus, & ſingulis petit ius, & iuſtitiam miniſtrari &c. quæ operatur ut non ſolùm libelli concluſio, ſed etiam narratio attendatur, & ſuper ea probationes induci, & ſententia ferri poſſit. Abb. cap. cum dilectus, num. 52. de ord. cognit. & alii quos referunt, & ſequuntur Iaſon. num. 191. Rip. num. 199. in d. §. nihil commune. Iaſ. num. 6. Dec. nume. 5. in l. petens. C. de pact. quod non uidetur ſublatum per proteſtationem à Laurentio factam, quòd non intendebat cumulare poſſeſſorium &c. Immò ea proteſtatio per probationes ſuper proprietate factas tanquam per contrarium factum ſublata. Etenim reſpondetur primo clauſulam petens ius, & iuſtitiã, &c. nihil operari ubi reſultaret contrarietas, ut ex Alex. tradidit Dec. in d. l. petens, num. 5. In præſenti autem caſu ſi illa clauſula effectum ſuum operaretur reſultaret contrarietas, quòd ſcilicet Laurentius pro re corporali intentaſſet & petitorium, & poſſeſſorium, quod fieri non poteſt. Secundo, reſpondetur obſtare proteſtationem Laurentii, quòd non intendebat cumulare poſſeſſorium &c. quæ non fuit ſublata per probationes factas ſuper proprietate, tum q̃a aliter tolli non potuit, quàm per cumulationem poſſeſſorii, & petitorii, quæ cumulatio in noſtro caſu reprobata eſt. Tum quia probationes ſuper proprietate ad duplicem effectum fieri potuere, ad colorandum, ſcilicet poſſeſſorium, & ad hoc ut ſuper petitorio diſputaretur: cæterum proteſtatio
11 † contraria facto multipliciter intelligibili nõ tollitur per cõtrarium factum. Imò declarat quomodo factum ſequens intelligi debeat. Bart. in l. non ſolum. §. morte, num. 18. Iaſon. num. 14. uerſic. 3: limit. de op. no. nuncia. Rip. in c. cum M. num. 96.
12 de conſtit. Ad hæc † etſi diuiſio ſine ſcriptura ſeruanda ſit, l. non ideo. C. fam. hercisc. Cum tamen diuiſionem conuentione factam poſſeſſio quò ad locum, de quo agitur, ſequuta non ſit, Dominium ex ea acquiri non potuit. l. ſi diuiſionem. C. famil. hercisc. gloſ. fin. in d. l. non ideo, gloſ. Bart. num. 2. Caſtren. num. 4. in l. cum ſolus de uſucap. Alexan.
13 conſil. 187. num. 4. uolum. 6. & regulariter † dominia non conuentionibus, ſed traditionibus, aut uſucapionibus acquiruntur, l. traditionibus. C. de pactis, quinimmò nec actio ex ſimplici diuiſionũ conuentione parari potuit. l. diuiſionis placitum de pact. & ibi not. Bald. diuiſionem ſolo uerbo fieri non poſſe. Allegatæ quoque diuiſiones dicerentur factæ cum pupillo, uel ſaltem minore, qui bona communia abſque iudicis decreto diuidere non poſſunt. l. non ſolum. l. pen. C. de præd. min.
14 adeò ut ipſo iure† nulla ſit extraiudicialis diuiſio facta de rebus, quæ abſque decreto alienari nequeunt. Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. Sed cum per longum tempus circiter uiginti annos, auctor Bartholamæi poſt allegatas diuiſiones poſſederit domum pro diuiſo, præſumitur inter eum, & fratrem facta legitima diuiſio, & ei locum, de quo agitur obueniſſe. Glo. Bal. Caſtr. in l. pen. C. cõmuni diuid. & ſolennitates debitas, ut iudicis decretum interueniſſe. l. ſi filius. C. de pet. hæred. nam & iure digeſtorum in agnoſcenda bo. poſſeſſione requirebatur iudicis decretum. l. 3. §. cauſa cognita de bo. poſſ. & tamen ex diuturnitate temporis illud præſumebatur. l. qui in aliena in princ. uerſ. ſed ſi non adierit, & ibi no. Bar. de acquir. hæred. & ſi pu
15 pillus † hæreditatem ſibi debitam longo tempore poſſederit præſumitur tutore auctore adiuiſſe Bar. in l. gerit in fin. de acq. hær. & ad hoc poſſent adduci quæ congerit Felyn. in cap. illud nu. 5. de præſumpt. Iaſ. poſt alios in l. ſciendum, num. 18. de uerbor. obligatio. in l. ſi certis annis, nume. 17. C. de pact.

CASVS VIII.

¶ Iulius habuit à Principe uerbalem inueſtituram in feudum de bonis expreſſis in inueſtitura, quæ bona Princeps quandoque poſſederat, ob id Iulius intentauit poſſeſſorium iudicium adipiſcẽdæ poſſeſſionis contra Annibalem poſſidentem dicta bona, opponitur huiuſmodi poſſeſſorium à Iulio intentari non potuiſſe.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium adipiſcendæ quibus detur.*
2 *Dominium per inueſtituram uerbalem, neque poſſeſſio in inueſtitum. & num. 7.*
3 *Facilius conceditur retentio quam noua petitio.*
4 *Emptor ante traditam ſibi poſſesſionem non poteſt impedire ne tertius in poſſesſionem mittatur.*
5 *Emptor ante traditam ſibi poſſesſionem non poteſt agere contra ſurripientem rem emptam.*
6 *Effectus uerbalis inueſtituræ.*

IN propoſita quæſtione Afflict. deciſione 299. cenſuit habenti uerbalem inueſtituram competere poſſeſſorium adipiſcendæ contra poſſeſſores, quod tamen nec lege, nec ratione probat. Ego autem contra-
1 rium uerius eſſe arbitror, nam † poſſeſſorium adipiſcendæ his ſolum datur, in quos ſine traditione translatum eſt dominium, ut per ſucceſſionem titulo uniuerſali. Baldus in lege incerti numero duodecimo. C. de interdict. & ob id exceptio dominii excludit agentem huiuſmodi poſſeſſorio. Caſtrenſ. in lege ſi de ui. num. 13. de iudic. Baldus in dicta l. incerti, num. 17. præcipuè

cipuè quando probatio est in prompta. Bald. in l.
constat. C. quo. bon. Verum Doct. omnes in titulo
quid sit inuestitura in princ. fatentur per inuesti-
2 turam † uerbalem non transferri dominium, neq;
possessionem in inuestitum, & si uerum est, quod
dixit Bartol. in l. secunda quo. bo. s. possessorium
non dari, ubi non datur petitorium : cum ob in-
uestituram uerbalem inuestito non detur contra
tertium possessorem petitorium. s. utilis rei uendi
catio. Isern. in §. rei de inuest. de re alien. facta, non
ei debet dari possessorium, & ad hoc uidetur text.
in l. prima. §. qui superfitiem de superf. ubi dici-
tur uisum est utilius proponere hoc interdictum,
& actionem in rem polliceri, & sic præsupponit
tex. ei cui datur possessorium illud, dari necessario
etiam rei uendicationem : & cui non datur actio
in rem non dari possessorium illud, & si dicamus
possessorium illud esse adipiscendæ possessionis,
quasi nondum esset facta traditio, ut inquit glos.
ibi in uer. actiones suas, res per illum tex. decidi-
tur contra sententiam Afflict. quòd si dicamus
possessorium illud esse retinendæ possessionis per
tex. in §. proponitur ea. l. tex. fortius repugnat Af-
flict. Nam si superficiarius cui uendita, uel locata
est superficies, & qui non dissimilis uidetur feuda
tario, non habet possessorium retinendæ contra
tertium prohibentem, contra quem non habet a-
ctionem in rem, multo minus habere debet posses
3 sorium adipiscendæ : † Facilius enim conceditur
retentio, quàm noua petitio. l. per retentionem.
C. de usur. Idem suadet tex. in d. §. qui superficiẽ,
ubi licet superficiario detur interdictum illud cõ-
tra dominum prohibentem, non tamen datur
contra tertium prohibentem, sed dominus cogi-
tur cedere actiones. Ad hæc sicuti emphyteuta in-
uestitus ab ecclesia non potest ante traditionem
agere contra tertium, nisi actiones cedantur ab ec
clesia. Spec. in titulo de locat. §. postquam uers. si
autem emphyteuta, qui non distinguit inter peti-
torium, & possessorium, ita nec uasallus inuesti-
tus uerbo debet posse agere petitorio, uel possesso
rio contra tertium, nisi actiones sibi cedantur à do
mino, & qui dominus non potest cedere possesso
rium adipiscendæ, cum id ei non competeret, at-
tento quod quandoque habuit possessionem bo-
norum. §. adipiscendæ. Inst. de interd. Præterea in-
terdicta adipiscendæ possessionis enumerantur in
§. adipiscendæ. Inst. de interd. inter quæ non con-
numeratur possessorium aliquod competens ua-
sallo, uel emphyteutæ inuestito ante traditionem,
& omnia interdicta possessoria ultra generale no
men, scilicet adipiscendæ, retinendæ, & recuperan
dæ possessionis habent speciale nomen ut unde ui
quorum bonorum, quorum legatorum Saluia-
num interdictum, quæ in diuersis casibus compe-
tunt, vnde si datur possessorium adipiscendæ ne-
cesse est, ut illud habeat speciale nomen, scilicet
quorum bonorum, uel aliud simile. Nam iura ubi
cunque nolunt dari possessorium interdictum adi
piscendæ, retinendæ uel recuperandæ possessio-
nis, exprimunt specialius nomen ut unde ui quo
rum bonorum uti possidetis &c. & ob id inserti
fuerunt in corpore iuris speciales tituli cuiuslibet
interdicti possessorii, & quando Iureconsulti asse-
runt dari utile interdictum, exprimunt specialiu
nomen, ut utile interdictum Saluianum, l. 1. d
Saluia. interd. uel utile interdictum quorum bo
norum gl. l. 1. C. quo. bon. sicuti & quando uolun
dari actionem personalem exprimunt speciale no
men ex locato, ex empto, & similes. Qua de re in
corpore iuris distincti fuere tituli cõtractuum, ex
quibus speciales actiones oriuntur. Verùm si con
sideremus omnia possessoria adipiscendæ posses-
sionis, quæ recensentur in §. adipiscendæ. Instit. de
ĩterd. & quorũ tituli inserti sunt in corpore iuris,
nullum ex eis potest conuenire illi, qui habuit in-
uestituram uerbalem præcipuè cõtra tertium pos
sessorem : nam interdictum quorum bonorum,
cuius exemplo fortassis Afflict. in d. decis. dixit hu
iusmodi inuestito dari possessorium adipiscendæ,
nec directum, nec utile cõpetere potest habenti in
uestituram uerbalem, nam præter alia illud datur
uniuersali successori, & ad uniuersitatem dũtaxat
bonorum. Item datur post additam hæreditatem,
uel agnitam bonorum possessionẽ, & sic post do-
minium in hæredem translatum. Item datur solũ
contra possidentes pro herede, uel possessore, l. 1.
quo. bo. l. 1. & 2. C. quo. bo. Accedat quòd si uera
esset Afflicti sententia, sequeretur, quòd si post pri
mam inuestituram uerbalem, & sic post acquisi-
tum inuestito possessorium adipiscendæ domi-
nus inuestiret secundũ qui apprehenderet corpo-
ralem possessionẽ primus inuestitus, cui iam erat
acquisitum posses soriũ adipiscendæ, & quod sibi
absq; facto suo auferri non potuit : intentare pos-
set hmõi possessorium contra secundũ, cuius con
trariũ scripsit Isern. in d. c. 1. nu. 3. quid sit Inuest.
ubi Affl. nu. 11. Isern. in §. si facta in prin. si de feu.
fuer. contr. Iac. de S. Georg. in sua inuest. feud. in
4 uers. inuestiuit c. prio. Et si emptor † ante tradditã
sibi possessionem non potest pro suo interesse im
pedire, ne tertius in possessionem mittatur, Bal. in
d. c. 1. quid sit inuest. nu. 3. multominus uerbo in-
uestitus post adeptã per aliũ possessionẽ debet pos
se contra eũ intentare possessoriũ adipiscendæ, fa-
cilius. n. impediri debet missio in possessionem, q̃
5 facta reuocari, & si † emptor non potest agere con
tra eum qui post emptionem ante tradditam pos-
sessionem surripuit rem uenditam, l. eum qui de
fur. l. q; sæpe §. si res de contr. emp. l. lectos cum l.
seq. de pericul. & com. rei uend. neque agere inter
dicto quòd ui aut clàm contra eum qui ante uen-
ditionem uel rem sibi tradditam fecit opus clàm
in re empta. l. is qui. §. si posteà quòd ui aut clàm,
multominus inuestitus uerbo ante tradditionem
debet posse intentare possessorium contra eum,
qui tempore inuestituræ possidebat, Et si Prin-
ceps qui aliquando possedit non poterat intenta-
re possessorium adipiscendæ contra possessorem
§. adipiscendę. Inst. de interd. Impossibile est, quòd
illud in inuestitum transferre per quascunq; clau
sulas potuerit. l. nemo plus, de reg. Iu. Hinc Bald.
& posteriores in tit. quid sit inuestitura, dum edo
6 cent, quos effectus † pariat inuestitura uerbalis,
dicunt per eam dari licẽtiam inuestito, ut apphẽ-
dere possit possessionẽ feudi propria auctoritatẽ

& in §. fin. de no.fo. fidel. per illum tex. aſſerunt operari ut inueſtitus poſſit agere contra dominũ ad traditionem feudi, & Iacob. de ſancto Georg. in d.uet. inueſtiuit dum recenſet effectus inueſtituræ uerbalis, non alios refert, quàm prædictos duos: neque in locis quibus Doct. explicant uires abuſiuæ ſeu uerbalis inueſtituræ, ut in d. tit. quid ſit Inueſtit. & in c. 1. de contr. inueſt. & in d. §. fin. de no. for. fidel. reperio aliquem qui ſcripſerit abuſiuam inueſtituram parere inueſtito poſſeſſorium adipiſcendæ contra quoſque excepto Afflict. in d.cap. 1. de contr. inueſt. num. 28. Verum Doctor. quos allegat, id non dicunt. Nam Bald. in cap. cũ quis de reſt. ſpol. in princ. & in rub. de cau. prop. num. 13. & in l. ea lege, numer. 10. C. de cond. ob. cau. loquitur in caſu ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem, & ſic in ſucceſſione uniuerſali, in qua datur regulariter poſſeſſorium adipiſcendæ etiam circunſcripto ſtatuto, l. 1. quo bo. & Afflict. in d. deciſ. uidetur in hoc fuiſſe deceptus: Nam ex his quæ traduntur per Doct. de ficta poſſeſſione translata per ſtatutum in hæredem credidit poſſe argumentari ad inueſtituram uerbalem: quod fieri de iure non poteſt, tum quia hæres ẽt ante ſtatutum poterat intentare poſſeſſorium adipiſcendæ, at inueſtitus non poteſt agere ad traditionem præterquam contra dominum, tum quia per ſucceſſionem uniuerſalem transfertur ipſo iure dominium, quod non fit per inueſtituram uerbalem, & quamuis lex quandoque transferat poſſeſſionem ipſo iure ut in caſu l. raptores. C. de epiſcopis, & clericis. Principem, tamen licet ſit lex animata, impoſſibile eſt transferre abſque traditione poſſeſſionem rei, quæ erat apud alium, & quamuis Bald. in cap. ceterum de iud. ſcripſerit
7 inueſtitura † uerbalem operari, ut inueſtitus poſſit agere utili interdicto adipiſcendæ. Tamen dictum Bald. uel non eſt uerum per ſupradicta, uel neceſſario intelligendum, ut poſſit agere contra inueſtientem, quòd poſt factam inueſtituram tenetur tradere poſſeſſionem. §. ſi facta in titulo ſi de feu. fue. contr. §. fin. in tit. de no. for. fid. non autem poteſt procedere contra tertium, præcipue qui non poterat conueniri ab inueſtiente huiuſmodi poſſeſſorio.

CASVS IX.

¶ Antonius uendidit fundum Iulio, cum nollet conficere inſtrumentum uenditionis: Iulius mouit litem petens ſibi confici inſtrumentum; quo iudicio pendente orta eſt inter eos lis ſuper poſſeſſione fundi, aſſerente utroque ſe poſſidere.

¶ Quæritur an pendente iudicio ſuper poſſeſſione ſuperſederi debeat in cauſa confectionis inſtrumenti iuxta. l. ordinarii, C. de rei uend.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium retinendæ quando poſſit intentari poſt intentatum poſſeſſorium.*

2 *Poſſeſſorium cur prius expediri debeat concurrentibus ſimul poſſeſſorio, & petitorio.*

3 *Emptor poſt traditam ſibi rem uenditam poteſt petere ſibi confici inſtrumentum ad æternam rei memoriam.*

Superſedendum non uidetur in cauſa confectionis inſtrumẽti, etenim in ea non agitur rei uendicatione ad fundum, quo caſu non poſſunt concurrere iudicium rei uendicationis, & poſſeſſorii retinendæ, ſed prius terminari debet poſſeſſorium d. l. ordinarii. C. de rei uend. nec etiam agitur ad traditionem rei uenditæ, ſed ad confectionem inſtrumenti, quæ poteſt peti ẽt poſt traditionem factam, & Bart. in l. naturaliter §. nihil commune de acquir. poſſeſſ. num. 19. quẽ communiter approbarunt poſteriores, dixit, ubi
1 petitorium † & poſſeſſorium retinendæ proponuntur diuerſis reſpectibus, ut in exemplis ibi traditis per eum, poſt intentatum petitorium poſſe intentari poſſeſſorium retinendæ, & ſuper utroq; procedi, & poſſeſſorium † retinendæ prius decidi
2 debet, quàm petitorium, ut ſciatur quis debeat eſſe actor, & quis reus in petitorio. §. commodum. Inſt. de interd. Bart. in d. l. ordinarii, n. 1. Caſtr. n. 1. quod non poteſt conſiderari in propoſito caſu, nã ſiue Antonius, ſiue Iulius poſſideat, ſemper Iulius in iudicio confectionis inſtrumẽti partes actoris ſuſtinebit, & ubicunque petitorium recipit fomẽtum à poſſeſſione, & poteſt exerceri à poſſeſſore ſemper concurrit cum poſſeſſorio retinendæ. Ideoque iudicium fam. herciſ. exerceri poteſt cum huiuſmodi poſſeſſorio. Bald. in d. l. ordinarii, n. 6.
3 ſed emptor † poſt traditam ſibi rem uenditam poteſt petere ſibi confici inſtrumentum ad æternam rei memoriam, l. ſicut datam. C. de lib. cau. Bart. in l. ex ea parte in princ. de uerb. oblig. Ad hæc ſi conſideremus regulas quæ impediunt concurſum petitorii, & poſſeſſorii quas recenſet Bart. in d. §. nihil commune, num. 15. nulla earum in præſenti caſu conſiderari poteſt: Nam contraria non ſunt emptorem poſſidere, & petere ſibi confici inſtrumentum uenditionis ad æternam rei memoriam, licet contraria ſint aſſerere ſe poſſidere, & uendicare fundum, quod præſupponit reum poſſidere. Item petendo confici inſtrumentum non cenſetur Iulius renuntiare poſſeſſioni, licèt agens ad fundum rei uendicatione, cenſeatur renuntiare poſſeſſioni.

CASVS XX.

¶ Pendente iudicio corãm iudice ad ſignum equi inter Hieronymum, & Iulium ſuper poſſeſſione prædii. Hieronymus adiuit alium iudicem, & oſtenſo inſtrumento, in quo Iulius aliàs dederat licentiam Hieronymo apprehendendi poſſeſſionem propria auctoritate, obtinuit à iudice nuntium, qui aſſiſteret illi intranti poſſeſſionem: Iulius petit aſſociationem, & immiſſionem reuocari, opponitur eam (licèt indebitè conceſſam) confirmari debere ex eo; quod ſcribit Bart. in l. creditores in 5. quæſt. C. de pign.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Immissio concessa parte non citata, quando possit confirmari, & quando non.*

2 *Vngere pacti uigore de ingrediendo non potest quis ingredi parte resistente de facto.*

Possessio non uidetur confirmari posse Hieronymo, nam Bart. in l. creditores in 5. q. C. de pignor.
1 uult immissionem † concessam parte non citata posse confirmari, quãdo immissus poterat propria auctoritate intrare, sed ubi immissus non poterat ingredi propria auctoritate, immissio concessa parte non citata non solùm non est confirmanda, sed immissus incidit in pœnam l. meminerint C. un. ui. Verùm in præsenti casu postquàm res fuerat in iudicium deducta, non poterat Hieronymus propria auctoritate uigore alicuius pacti intrare, Bal. in l. 2. in 10. q. C. de seruit. in l. æde nu. 13. C. loca. in l. 1. nu. 2. C. de exec. rei iud. Dec. consil. 400. nu. 9. uers. quartò respondetur, Afflict. decis. 131. & si uigore huiusmo di auctoritatis seu pacti de ingrediendo non po-
2 test † quis ingredi parte resistente de facto. Barto. & alii in d. l. creditores, non etiam uidetur posse intrare parte resistente de iure, & medio iudicis. Adhæc Ang. Imol. Alex. nu. 9. Ias. num. 9. in l. à diuo Pio, §. si super rebus de re iud. edocuerunt practicam si quis suspicetur executionem sententiæ fieri in rebus à se possessis. quod protestetur uicto ri: quòd in his rebus non procedatur ad executionem, neque fiat aliqua nouitas, quia sunt suæ, uel à se possessæ, & si executio fieret pendente huiusmodi protestatione erit nulla, & contrariò imperio reuocanda. Vnde multo magis uidetur reuocanda immissio, seu associatio, aut assistentia concessa post motum coràm iudice iudicium super possessione. Accedat quòd non obstante licentia concessa Hieronymo potuisse uidetur ante apprehensionem per Hieronymum factam Iulius possessionem retinere, & impedire, ne Hieronymus illam apprehenderet, ut in non dissimili casu tradunt Ang. & Alex. in l. hæres cum debuerat ad Trebellianum.

CASVS XI.

¶ Cum Iulianus uellet facere opus quoddam ut extraheret aquas à flumine, Laurentius prætendens se esse in possessione extrahẽdi dictas aquas, obtinuit illi fieri præceptum à prætore, ne opus faceret: Iulianus excipiendo contra præceptum, dedit lõgam scripturam, in qua deduxit iura aquarum ad antecessores suos spectare, & nunc ad se spectare, & esse in possessione extrahendi illas, & petiit inhibitorium reuocari & suæ indemnitati prouideri, Replicauit Laurentius super possessione in primis cognoscendum, & deducta per Iulianum quatenus petitorium respicerent non posse cum possessorio cumulari. Iudex uisitato loco ordinauit insistendum in præcepto, & statuit Iuliano terminum duorum mensium ad probandum quicquid uoluit circa allegatam per eum possessionem, & per eum deducta. Iulianus statim dedit capitula, quæ partim petitorium respiciebant, partim possessorium. Opposuit Laurentius procedi non posse nisi data legitimæ petitione. Item capitula petitorium respicere, quod non intendebat cumulari cum possessorio, & causam possessorii prius expediendam. Iudex admisit capitula cum clausula, quòd quant. respiciebant petitorium intelligerentur admissa ad colorandum possessoriũ, adiectis his uerbis, intentatum pro parte Iuliani tantum: Ordinatio illa fuit acceptata à Iuliano, & à Laurentio. In processu Laurentius semper opposuit nolle cumulari petitorium cum possessorio, dedit capitula, quæ iudex admisit cum eadem clausula qua admiserat capitula Iuliani; Iudex tandem pronunciauit ad fauores Laurentii in possessorio, & ad fauores Iuliani in petitorio.

¶ Quæritur an potuerit super petitorio pronunciare? & exhibetur copia totius processus.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium retinendę quando possit cumulari cum petitorio.*

2 *Agens possessorio summario non potest reconueniri petitorio.*

3 *Agenti interdicto retinendæ non obstat exceptio.*

4 *In possessorio retinendæ licet uterque dicatur actor, & reus tamen qui primo prouocat dicitur actor.*

5 *Verbum indiffinitè positum, & neutraliter comprehendit solum ea quæ sunt eiusdem qualitatis cuius sunt illa quæ fuerunt expressa.*

6 *Copula, &, quibus modis possit stare.*

7 *Verba quantumcunque generalia restringantur ad habilia.*

8 *Iudex non præsumitur uoluisse facere, quòd non poterat.*

9 *Prætor potest suam interlocutoriam interpretari, & declarare.*

10 *Acta ordinatoria iudicij quomodo non prosunt in alia instantia.*

11 *Acta probatoria nocẽt, uel prosunt iis solum quibus nocet, uel prodest sententia.*

12 *Actor si intentauerit iudicium communi diuidundo reus interdictum uti possidetis, super quo prius sit cognoscendum.*

13 *Protestationibus qui non contradicit illis consentire uidetur.*

14 *Interlocutoria à partibus acceptata facit ius inter illas.*

15 *Sententia super non deductis, uel non petitis in iudicio est nulla, & num. 19.*

16 *Sententia non debet contra quenquam ferri nisi sit conuictus, uel confessus.*

17 *Res non potest ratione incidentis probationis dominii adiudicari probanti.*

18 *Sententia est nulla ubi iudex non dat copiam se defendendi reo.*

Licet

1 LIcèt io iutibus † incorporalibus a-
ctor poſſit poſſeſſorium retinendę
poſſeſſionis cumulare cum petito
rio. Bart. in l. naturaliter. §. nihil cō
mune in prima combin. de acqui.
poſseſ. Tamen quando actor propoſuit poſſeſſo-
rinm retinendæ, reus oon uidetur poſſe propone
re petitorinm, & facere, ut innito actore ſuper eo
cognoſcatur ante deciſam poſſeſſionis cauſam.
Bar. in d. §. nihil cõmune in 5. combin. ubi loqui-
tur indiſtinctè, neqne diſtinguit io tet corporalia,
& incorporalia, & hoc caſu inquit poſſe intelligi,
l. incerti. C. de interdict. Et quaodo poſſeſſorium
ab uno, & petitorium ab alio proponitur, non di-
citur cumulatio, ſed mutua peotio, & reconuẽtio.
Bal. in l. incerti, num. 23. C. de interd. Sed agens
2 poſſeſſorio † ſummario non poteſt reconueniri
petitorio. Innoc. in cap. 1. on. 3. nerſ. item non ha-
bet locum reconuentio de mut. pet. Bart. in l. natu
raliter, §. nihil commune num. 38. Bal. io d. l. incer
3 ti, num. 21. Ad hæc † agenti interdicto retinen-
dæ non obſtat exceptio dominii. Bart. io l. ſi de ui
to ſi. Caſtr. num. 14. de iud. Bart. io d. §. nihil com-
muoe nu. 3. comprobarunt alii, qnos refert Rip.
ibi num. 98. Verùm ſi connentus poſſeſſorio re-
tioeodæ poſſet proponere petitorium, & reconue
nire actorem, exceptio dominii ſemper obſtaret
agenti interdicto tetinendæ: nam cauſa petitorũ
& poſſeſſorii ſimul eſſent terminandæ ſecundum
naturam mutuarum petitionum. Vnde cum Lau-
rentius intentauerit poſſeſſorium retinendæ poſ-
ſeſſionis non potuit peritorio teconueniri, neque
Iulianus potuit ullo inuito teclamante propone-
re petitorium, ſaltem nt ſimul cognoſceretur, &
terminaretur. Et quamuis Card. in clem. 1. num. 6
in fin. de cauſ. poſſ. & propric: dicat ſi actor ioten
tat poſſeſſorium retinendæ poſſe ſuſtineri ut recō
uentatur de proprietate per cap. audita de reſtit.
ſpoliat. Tamen contra Card. è diametro pugnant,
quæ ſcripſere Innoc. Bart. & Bald. ſuperius allega
ti, & tex. in d. c. audita non probat dictum Card.
Etenim io eo tex. N. moleſtabat. T. gerendo ſe pro
cletico, & canonico eccleſiæ, & T. agebat contra
eum interdicto uti poſſidetis, & probabat de eius
poſſeſſione, & ad diſcolorandam poſſeſſionem.
N. allegabat eum abiuraſse beneficium, oon autẽ
dicitur in eo tex. quòd poſtquam. T. egerat interdi
cto uti poſſidetis. N. intentauerit petitorium, & ſu
per petitorio fuerit admiſsus, minusque dictum
Card. probat tex. in cap. licet cauſam de probat. in
illo enim actum fuerat ſolùm interdicto uti poſſi
detis, ut dicitur in fi. tex. & tituli allegabantur ad
colorandam poſseſſionem, Doct. ibi, & Card. ſen-
tentia poſſet forraſſis procedere ſi teconueniens
ſuper proprietate fateatur agentem ſuper poſſeſ-
ſorio retinendæ poſſidere, & ſuper poſseſſione no
lit contendere, uel non prætendat poſseſſionis, &
proprietatis cauſam debere ſimul & unica ſenteo
tia terminari ſecuodum reconuentionis naturã,
aliàs eſset in facultate dominorum turbare legiti-
mos poſseſsores, & ſi conueniantur pro turbatio
ne eos reconuenire ſuper proprietate, & nõ prius
terminaretur cauſa turbationis, quàm proprieta-
4 tis. Et quamuis in † poſſeſsorio retinendæ poſseſ-
ſionis quilibet litigantium actoris, & rei perſonã
ſuſtineat, §. pen. Inſtit. de interd. l. 3. §. hoc ioterdi-
ctum duplex uti poſſit. Tamen is, qui primo pro-
uocat, dicitur actor, l. io tribus de iudic. præcipue
quò ad ordinationem iudicii, Bald. io l. noo cogẽ-
dum. §. fin. de proc. & is, qui principaliter defen-
dit ſe à iudicio contra ipſum cœpto, licet in conſe-
quentiam petat manuteneri in poſseſſione, dici-
tur rei oon actoris partes ſuſtinere, Bartol. io l. de
pupillo, §. ſi procur. de op. no. nunc. Caſtren. in ea.
l. §. qui remiſſiooem. Neq; obſtat ſi diceretnr per
iudicem ordinatum fuiſse, ut cognoſceretur etiã
ſuper petitorio, cum in cooſirmatiooe inhibitorii
ſtatuerit terminum Iuliano ad probandum quic-
quid uoluerit circa allegatam per eum poſseſſio-
nem, & per eum deducta. Etenim nerba illa, & per
eum deducta, intelligi debent de deductis circa
poſseſſionem, ſeu poſseſſionis retentionem: nam
5 cum uerbum illud, deducta, ſit indiffinitè † poſi-
tum, & neutraliter comprehendere nidetur ſolũ
ea deducta, quæ ſunt eiuſdem qualitatis, cuins
ſuot illa, quæ fuerunt expreſſa. l. fi. §. fi. de trit. uio.
ubi oot. Bart. & ſic de his quæ poſseſſionem attin
6 gunt. Cumque copula, &, † poſſit ſtare extenſiue
ſecundum ordinariam oaturam copulæ, & decla-
ratiue, ſeu expoſitiue, gl. in §. primæ ſi quidem in
authent. de nup. & in dubio capi debeat ea inter-
pretatio, per quam diſpoſitio caret uitio, Bartol.
in l. 1. §. nunciatio, num. 25. de op. no. nuoc. & uer
ba ſimpliciter prolata reſtringantur ad id, quod
eſt rationis, l. quamuis de in ius uoc. Bal. io auth.
ingreſſi io prima oppoſ. C. de ſacroſ. eccl. & uerba
7 quantumcunque † generalia reſtringantur ad ha-
bilia. l. ut gradatim, §. 1. de munet. & honor. & de
beant ioterpretari in eum caſum, qui de iure pro-
cedere poteſt. l. Gallus. §. quidam recte ubi oo. Bal.
8 in 3. notab. de lib. & poſthum. & index † non præ-
ſumatur uoluiſse facere id, qnod non poterat, l.
Lucius, §. imperator ad municip. & ante deciſum
poſseſsorium à Laurentio intentatum non potue
rit Iulianus deducere concernentia petitorium,
ad finem ut ſuper his pronunciaretur, ſed dunta-
xat ad colorandum poſseſsionem. Terminus ad
probandum circa poſseſsionem, & deducta per
Iulianum, uel reſtringendus ad deducta circa poſ-
ſeſsionem, copulaque, &, interpretanda, ut ſtet de
claratiue, uel ubi comprehendat deducta circa pe
titorium, intelligendus quòad effectum coloran-
9 di poſseſsorium. Præterea prætor potuit ſuã † io-
terlocutoriam interpretari & declarare, gloſ. Bart.
num. 4. Bald. oum. 9. in l. 2. C. de ſentent. ex breui.
recit. ac etiam reuocare. l. quod iuſſit de re iud. &
inuitis partibus, Bart. ibi in 7. quæſt. & multo ma
gis ignorantibus, l. qui poteſt inuitis de reg. iuris.
Cumque deinde capitula Iuliani quatenus con-
cernerent petitorium, admiſerit ad finem coloran
di poſseſsorium, adiectis his uerbis intentatum
pro parte Iuliani tantum, cenſetur primam inter-
locutoriam, & præcipuè in uerbis illis per eum
deducta, declarauiſse, ut ſcilicet intelligeretur de
deductis circa poſseſsionem, & ubi uerba illa in-
terpretari poſſent de deductis circa proprietatẽ,

tamen

tamen cum dominium allegari, & terminus ad probandum circa illud assignari potuerit ad duplicem effectum, scilicet ad colorandum possessorium, & adhoc ut super proprietate cognosceretur, uerba primę ordinationis declarantur per subsequentem interlocutoriam, per quam capitula respicientia dominium admittuntur ad effectum colorandi possessionem, ut scilicet & terminus ad probandum deducta circa dominium, intelligatur ad finem colorandi possessionem, uel per secundam intelligitur prætor reuocauisse præcedētem, Bart. in l. cum procurator §. fin. nu. 6. de op. no. nunt. Neque dici posse uidetur iudicium per Laurentium intentatum fuisse terminatum per ordinationem prætoris, qua ordinauit insistendū in inhibitorio, & statuit terminū Iuliano ad probandum, & Iulianum deinde tanquam actorem nouum iudicium incæpisse. Etenim cum Laurentius intentauerit possessorium retinendæ possessionis, & iudex statuerit terminum aduersario ad probandum circa possessionem, non potest dici terminata causa possessorii à Laurentio deducti, præcipuè cum ex processu uideatur constare Iulianum non nouam incæpisse causam, sed à Laurentio cæptam prosecutum fuisse. Sed & si causa possessorii per Laurentium intentati, fuisset terminata per prætoris ordinationem, qua statuit insistendum in præcepto, & Iulianus nouum iudicium deinde incæpisset; sententia tamen super petitorio fuit nulla ex tribus. Primò nulla præcessit petitio, & secundum ciuitatis statuta in causis etiam summariis requiritur qualis qualis petitio, quæ scribatur in actis coram iudice competenti præsente uel citato reo, aut eius procuratore, neque dici potest scripturam datam in primo iudicio per Iulianum, dum contra inhibitorium excipiebat loco petitionis succedere; nam & si in primo iudicio illa scriptura data fuisset pro petitione, Tamen in secundo iudicio non potuit super ea

10 fieri sententia nam acta ordinatorii † iudicii, ut citatio, libelli datio, litis contestatio non prosunt in alia instantia. etiam inter easdem personas, quo ad effectus respicientes instantiam siue perfectos, ut quod dilatoriæ amplius opponi non possint, siue futuros, ut quòd ex his possit ad diffinitiuam perueniri Bar. in l. cum lite mortua nu. 4. iud. sol. ma. in l. 2. nu. 12. C. de eden. Ideoque super libello dato in una instantia, non potest ferri sententia, in alia instantia. etiam inter easdem personas, & si ue

11 rum est, quòd † acta probatoria noceant & prosint his solùm quibus nocet uel prodest sententia Bart. in l. sæpe in fin. de re iudic. Castrens. in d. l. 2. nu. 13. Alex. nu. 26. C. de eden. multo minus acta ordinatoria facta in primo iudicio nocere aut prodesse possunt Iuliano, cui in secundo iudicio non prodest neque nocet sententia in primo iudicio lata, & eò magis ea scriptura non potest uim libelli aut petitionis in alio iudicio habere, cum non fuerit renouata eo modo quo docuit Bar. in l. si ante nu. 6. iud. sol. Felin. in c. uenerabilis num. 12. de iud. Immò illa scriptura ad aliquem finem Iuliano prodesse non potest, cùm non fuerit in secundo iudicio producta Bar. in d. §. nihil commune nu. 32. Alex. in l. 2. in fin. C. de eden, Ripp. d. §. nihil cōmune nu. 175. Secundo sententia super petitorio fuit inualida, nam & si Iulianus potuisset à principio petitorium cum possessorio cumulare, iuxta ea quæ scripsit Barth. in d. §. nihil commune in 1. combin. Laurentio tamen possessorium deducente, & potestante ut super eo solo cognosceretur, non potuit Iulianus inuito Laurentio petitorium prosequi, nam tradita per Barth. in d. 1. combin. procedunt solùm quando actor deducit petitoriū & possessorium, Reus uerò nihil, ubi uerò etiam Reus possessorium intentet super eo instāte Reo prius cognoscendum. l. incerti & ibi gl. in uer. orta. C. de interd. quæ generaliter & indistinctè loquuntur, & eo casu uendicant sibi locum tradita per Barth. in d. §. nihil commune in 6. combin. ubi non distinguendo inter corporalia & incorporalia uult prius super possessorio cognoscendū, & uolenti prosequi petitorium cum possessorio obstare ordinis rationem. d. l. incerti, hinc glo. in d. l. incerti in uer. orta quam Bar. alleg. in d. 6. com

12 bin. censuit quòd si actor † intentauerit iudiciū communi diuidundo, quod est petitorium, & reus deduxit interdictum uti possidetis prius super interdicto cognoscendum comprobat Bald. ibi nu. 24. si possessorium ante litem contestatam deducatur, & d. glo. esse singularem dicit apostil. ibi, qua de re cùm quò ad cumulationem petitorii & possessorii retinendæ æquiparentur iura incorporalia, & corporalia qn̄ deducitur petitoriū fa. her. uel communi diuidundo, Bal. in l. ordinarii nu. 6. C. de rei uendic. Sicuti si post intentatum huiusmodi petitorium, quod cum possessorio retinendæ etiam super re corporali cumulari poterat Reus interdictum uti possidetis deducat, super possessorio prius est cognoscendum, ita si post intētatum petitorium super iure incorporali quod cum interdicto retinēdæ poterat cumulari, Reus possessoriū huiusmodi proponat super eo instante Reo in primis uidetur procedendum & pronuntiandum, & si à pari procedunt actor & reus. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. neque debet actori licere, quod Reo non permittitur. l. non debet de reg. iur. & actor qui egit confessoria potest deducere possessorium retinendæ, & suspendere petitorium. Bar. in d. §. nihil commune in 1. combin. in 3. membr. & clarius Ias. ibi, & est text. in l. cum fundum §. fin. de ui & ui arm. in c. pastoralis de cau. poss. & propr. Reus quoque debet posse deducendo possessorium retinendæ suspendere petitorium ab aduersario intentatum. Cumque exceptio dominii non obstet intentandi interdictum retinende possessionis, si postquam Reus qui turbatus fuerat in possessione, & contra illum actū fuerat petitorio & possessorio retinendæ deduxisset possessorium, & super eo solo procedi petiisset actor posset inuito reo prosequi petitorium, exceptio dominii obstaret, & liceret dominis legitimos turbare possessores, & agendo contra eos petitorio simul & possessorio impedire, ut nō prius super possessione legitimi possessoris & turbatione illata, quàm super dominio cognoscatur. Cūq.

13 Iulianus non cōtradixerit † protestationibus Laurentii

rentũ de non cumulando petitorium cum poſſeſſorio illis conſenſiſſe, uidetur gl. in l. ſi fideiuſſ. in prin. in uer. recuſare. ff. qui ſatiſd. cog. cum proteſtatio tendat non ad obligãdum Iulianum, ſed ad tollendum ius ſi quod habebat cumulandi à principio petitorium cum poſſeſſorio retinendę, Ang. Caſtr. & Alex. in d. l. ſi fideiuſſor. Et quamuis contra prædictam argumentationem uideatur obſtare quod ſcripſit Bal. in d. l. ord. n. 13. Si petitorium ab vno, & poſſeſſorium ab altero intentetur, ſup eo prius cognoſcendum quod abſorbet alterum, & quod tradit Saly. in d. l. incerti, nu. 8. uer. aut nõ vtrunque ab uno tantum, & uerſ. ubi aũt contrarietas ſi ſuper iure incorporali petitorium ab uno & poſſeſſoriũ retinẽdæ ab altero deducatur ſuper utroq; cognoſcendum, & quod dixit Abb. in c. audita nu. 8. de reſtit. ſpoliat. ſi poſtq̃ actor egerat petitorio reus deducat interdictũ uti poſſideris per modũ actionis, erunt duæ mutuæ petitiones, neq; petitorium excludetur per interdictum, & ſi reus proponat interdictum per uiam exceptionis non debet admitti, quia priuilegium petitorii ſuſpenſiuum non eſt tributum interdicto uti poſſidetis, tamen tradita per Abb. & Salyc. à iure uidentur aliena. Etenim aut agens petitorio non aſſerit ſe poſſidere, ſed fatetur aduerſarium poſſidere, & tũc ſuper poſſeſſione non eſt litigandnm, aut aſſerit ſe poſſidere, & negat aduerſarium poſſidere, & eo caſu uidetur deciſum cauſam poſſeſſorii prius expediendum d. l. ordin. d. l. inc. §. retin. Inſt. de interd. Idque conuenit æquitati, ne detur occaſio dominis turbare legitimos poſſeſſores, & agendo poſtea petitorio efficere ut non prius ſuper iniuſta turbatione, quàm ſuper dñio cognoſcatur, & Apoſt. ad Bal. in d. l. ord. nu. 13. dicit melius ſentire Bar. in d. §. nihil commune in 4. combin. Tertio nullitas ſententiæ ſuper petitorio oſtenditur, etenim & ſi Iulianus utrunque iudicium petitorii, & poſſeſſorii cumulare, & ſimul proſequi potuiſſet, tamẽ cũ iudex probationes partium reſpicientes petitoriũ admiſerit adiectis his uerbis ad colorandum poſſeſſorium intentatũ pro parte Iuliani tantum, non potuit ſuper dominio pronunciare, tum quia ex

14 hmõi interlocutoria, quæ † cum fuerit à partibus acceptata facit ius inter illas, oſtenditur poſſeſſorium tm̃ fuiſſe à Iuliano intentatum, & declaratur uel uerbũ deducta poſitum in ꝓcedenti interlocutoria, uel ad quem finem admiſſa fuerint reſpiciẽtia petitorium, & aſſignatus fuerit terminus Iuliano ad probandum circa poſſeſſionem, & per eum

15 deducta, & ſententia † ſuper non deductis in iudicio, uel non petitis eſt nulla. l. ut fundus comm. diuid. l. fi. C. de fid. lib. Tum quia iudex & partes potuerunt petitorium ſuſpendere ubi fuiſſet deductum, & per interloquutoriam admiſſionis capitulorum ſuſpenſum fuiſſet, & ſententia lata ſuper petitorio poſt eius ſuſpẽſionem eſt nulla, Bellam.

16 deciſ. 98. tũ quia † ſententia non debet cõtra quẽquam ferri niſi conuictus ſit, uel confeſſus. c. nos in quenquã, 2. q. 1. Laurentius aũt non fuit confeſſus, neque dici poteſt conuictus, ꝙ aquæ iura Iuliano ſpectent, cum Iulianus non poſſit dici ſuper dñio quicquam probauiſſe ad finem obtinendi ſententiam ſuper eo attento tenore admiſſionis ꝓ

17 bationum, & ratione † incidentis probationis dominii quæ fit ad iuſtificandum, ſeu colorandũ poſſeſſionem non poteſt res adiudicari probanti. Bal. in d. l. ordin. nu. 11. allegat rõnem quia ꝓbões factæ in poſſeſſorio non excludunt petitorium. l. 1. C. ſi de mom. poſſ. l. fin. C. qui legit perſ. Tum quia licet controuertant Doct. an ualeat ſententia condemnatoria nulla data dilatione ad probandũ. Tũ

18 ubi iudex † non dat copiã ſe defendendi Reo ſententia eſt nulla. Abb. in c. eccleſiæ S. Mariæ nu. 12. uerſ. q̃nque fertur ſñia contra citatum de conſtit. Cumq; capitula Laurentii reſpicientia petitorium non fuerint admiſſa niſi ad finem colorandi poſſeſſorium clariſſimè conſtat Laurentio non fuiſſe datam copiam defendendi ſe in petitorio. Alia. n. probatio requiritur ubi dñium deducitur ad colorandum poſſeſſionem, alia ubi deducitur ut ſuper eo cognoſcatur Bellam. deciſ. 99. quemadmodum aliud eſt intẽtare petitorium, aliud iuſtificare poſſeſſorium ex tit. gl. in clem. 1. in gl. fi. de cau. prop. & poſſ. Cumq; ordinatio prætoris facta in capitu-

19 lorum admiſſione fuerit † acceptata à Iuliano, & Laurentio non poteſt ulterius dici nulla, nam & ubi inualida fuiſſet ſaltem in uim pacti, & contractus, ualuiſſet gl. in l. 2. C. com. utr. iud. Bart. in l. 1. C. qui pro iuriſd. & ubi etiam non fuiſset expreſsè acceptata tamen partes non reclamando cenſerentur illi tacite conſenſiſse, neque contra eam ulterius audiri poſsunt l. fin. quan. app. ſit. l. ab eo. C. quo. & quand. iud.

CASVS XII.

¶ Iulia conuenit Franchinum ad conficiendum inſtrumentum uenditionis prædii, quod ſibi à Franchino uenditum aſſerebat. Pendente iudicio orta fuit lis inter Iuliam, & Franchinum ſuper poſſeſſione prætendentibus ambobus ſe poſſidere, iudex auocauit ad ſe poſseſſionem, partes auocationi tacite acquieuerunt; iudex deinde aſſignato utrique parti termino ad probandum, & factis probationibus ſeruatis ſeruandis declarauit Iuliã manutenendam in poſseſſione, illiq. poſseſſionẽ relaxauit, appellatum fuit ab hmõi ſentẽtia, iudex appellationis pronuntiauit iudicem indebitè, ac iniuſtè relaxauiſse poſseſſionem Iuliæ, & Franchinum reintegrãdum ad poſseſſionem, quæ ſententia fuit per alium iudicem confirmata, & executa. Iulia deinde cępit proſequi coràm ordinario iudicium confectionis inſtrumenti. Opponitur à Franchino illam non poſse audiri, niſi prius reſtitutis fructibus, expenſis, damnis, & intereſse.

¶ Quæritur quid iuris, & exhibẽtur proceſsus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus à iudice ſuo quando reſtitui poſsit, & quando non.*

2 *Iudex procedendo iudicialiter non dicitur aliquem ſpoliare, & contra ipſum non poteſt agi poſſeſſorio.*

3 *Spolia*

3 *Spoliatum ante omnia esse restituendum in quibus casibus fallit.*

4 *Processum inordinatum non potest ulterius impugnare qui contra illum non reclamat.*

5 *Spolij exceptio quando repellit actorem, & num. 6. ac 7.*

8 *Ex uerbis sententiæ non arguitur nisi quatenus ex his necessario infertur.*

9 *Requisita ut is qui non spoliauit, neque spoliari mandauit teneatur tanquam spoliator.*

10 *In contractibus id, quod non est gestum nomine meo possum habere ratum in mei præiudicium secus est in delictis.*

IN re ptoposita nullum nidetur al-
legari posse spolium, saltem nt an-
te omnia restituatur: nam spolia-
1 tus † à iudice suo ante appellatio-
nem seruato iuris ordine non resti
tuitur, nisi appellauerit, uel nisi ex aliqua causa, pp
quam soleat concedi in integrum testiturio, & túc
restituitur postquã constiterit de iniusta spoliatio
ne, Spec. in tit. de pet. & poss. §. qnª in 2. col. & spo
liatus à iudice suo iuris ordine sernato non resti-
tuitur ante oẽm cognitioné, Host. in sum. de restit.
spol. nu. a. ner. qñ facienda sit restitutio, & spolia-
tus à iudice in iudicio si tanq̃ uiolenter eiectus pe
tat restõnem, non debet ante omnia restitui, sed
prius debet inquiri causa priuationis, ut si inue-
niatur q iure priuauerit, confirmetur, aliàs infir
metur, Gem. in c. pñtium 7. q. 1. in fi. & contra iudi
cem spoliantem non possunt impetrari literæ in
forma cõi, sicut cõtra priuatum, sed opottet q fiat
mentio de causa ammonitionis, qnia iudex proce
2 dendo † iudicialiter non dicitur aliquem spolia-
re, ideo contra eum non competit iudicium pos-
sessorium, Abb. in c. dil. el 1. nu. 4. de rescript. Hac
rõne gl. in d. c. pñtium in fi. Abb. in c. cũ causa, nu.
4. de off. del. dixerunt contra iudicem, qui proce-
dendo iudicialiter, priuat aliqué possessione, non
posse agi possessorio. s. ut ante oẽm cognõnem fiat 2
restõ, Host. & Gem. ubi supra, & cõtra iniuste spo-
liatum à iudice admittitur exceptio dñii, ut sensis-
se vr Innoc. in c. super nu. 5. uer. exceptio de ren. &
aperte scripserunt Ang. in l. si quis ad se fund. C. ad
l. Iul. de ui, Afflict. decis. 7. nu. 3. Vnde si regula q
3 † spoliatus ante omnia est restituendus, non pro-
cedit in agente spoliato à iudice in iudicio, multo
minus vr procedere in excipiẽte spoliato à iudice.
Spoliatus. n. agens ad restõnem est ante omnia re-
stituendus in multis casibus, in quibus excipiens
de spolio non est ante omnia restituendus, c. 1. de
rest. spol. in 6. Et q̃uis auocatio possessionis facta
fuerit parte non citata, tñ si iudex potest ob timo-
rem scandalorum procedere ad possessionis seque
strationem ẽt parte non citata, Bald. in l. nullus. C.
de sum. Trin. in l. ord. nu. 9. C. de re. uend. Abb. in
c. 2. nu. 12. de seq. poss. &c. non dicitur tunc infer-
re uim, & perinde est ac si iudicialiter processisset
Abb. in c. conquer. nu. 7. de rest. spol. Et omni in ca
su Franchinus non reclamando contra auocatio-
nem, vr illi cõsensisse, l. si. quan. app. sit, l. ab eo. C.
quo. & quã. iu. l. si filiusf. absente ad Mac. & vr tex.
in c. 2. de acc. in 6. ubi pñs; & non reclamans con-
4 tra † processum inordinatũ, nõ potest illũ ulterius
impugnare, ex eo q ordo iuris non sit seruatus, &
Gem. ibi circa fi. no. q taciturnitas partiũ in iudi-
cio habet uim renũciationis exceptionum dilato-
riarũ eis competentium, & si spoliatus, qui cõsen-
sit aduersario probanti sup proprietate, nõ potest
petere, ut ante omnia restituatur. c. 1. de rest. spol.
ẽt q tacite consenserit Bar. in l. si quis ad se fun. C.
ad l. Iul. de ui, multo minus is, qui auocationi pos
sessionis tacite consensit, debet posse agendo, uel
excipiẽdo dicere se tanq̃ p auocationem spoliatũ,
ante omnia restituendum. Et quamuis iudicatum
fuerit iudicẽ iniuste relaxauisse Iuliæ possessioné,
non tñ ob id fuit pronnnciatũ spoliauisse, aut Frã-
chinum spoliatum fuisse: nam ex facto iudicis in-
iusto non causatur spolium, & uerba sñiæ qtũs
mandant Franchinum reintegrari, debent interp̃-
tari de reintegratione quæ concedi debet priuatis
à iudice possessione iniuste, qui nõ hñt priuilegia
spoliatis à iure concessa. Præterea si quod spolium
subesse dici posset, illud fuisset factũ nõ à Iulia, sed
5 à iudice. Verũ spolii † exceptio repellit actorem in
ciuilib. qñ excipitur de spolio cõmisso ab agente,
non aũt si excipiatur de spolio cõmisso à Tertio, c.
1. §. 1. de rest. spol. in 6. & hmõi exceptio non uẽdi-
cat sibi locũ contra Tertiũ, ad qué peruenerunt bo
na, quib. reus fuit spoliatus, Frãc. in d. c. 1. in princ.
n. 4. ver. de exp. aũt Gem. ibi. col. 3. vers. sed quid si
reus, & actor ita demũ exceptione spolii repellit,
qñ spoliauit reũ per uim ablatiuã, uel expulsiuam
de quib. in c. cũ ad sedem de rest. spol. Frã. in d. c. 1.
§. illũ n. 2. in fi. Gem. ubi s̃. Et licet quis dolose ré
6 † alterius occupet, contra eũ non competit exce-
ptio spolii nisi spoliauerit, uel spoliari mandaue-
rit, aut spolium ratum habuerit. Inn. in c. cũ dil. n.
1. in fi. de or. cog. & nisi possit cõueniri interdicto
vnde ui, uel actione bonoꝝ raptoꝝ. Inn. ubi s̃. Ge.
ubi s̃. Franc. in d. c. 1. in prin. n. 4. Et interdicto vn-
de ui agi põt solùm contra eum ipsum, qui uim fe
cit, l. cũ à te de ui, & ui ar. & actione bonoꝝ rapto
rum tenetur is dũtaxat, q per uim damnũ dedit. l.
2. in pr. ui bo. rap. neq; sufficit dedisse damnũ clã,
d. l. 2. §. damnũ eo. tit. & q̃uis Inn. in d. c. cũ dil. n. 4.
afferat exceptioné spolii cõpetere spoliato, cui cõ-
petit interdictũ, uel cõditio ex. c. sæpe de rest. spol.
siue ex ll. q̃ sunt in tit. C. vn. ui, siue ex iurib. aliis q̃
restõnem possessionis præcipiũt, & idem uelle ui-
deatur Gemin. in c. reintegr. 3. q. 1. circa med. Cal.
in c. super spol. in 4. q. de or. cog. Tñ eorum sñiam
late refellit Abb. in d. c. cũ dil. n. 12. cũprobat Affl.
dec. 19. n. 3. & 7. & omni in casu Cald. sñia si intel
ligeretur gñaliter, ut. s. contra quoscũq; datur ali-
quod remedium ad recuperandã possessioné, con-
tra eos ẽt detur exceptio spolii, esset contra tex. in
d. c. 1. de rest. spol. in 6. Nã contra tertium possidẽ-
tem, qui non spoliauit, põt spoliatus agere ad pos
sessionis restõnem, uel condõne, c. sæpe de rest. spo.
uel d. can. reint. & tñ contra tertium non põt op-
poni exceptio spolii ab alio facti, ut in eo tex. & tra
dunt Cast. Alex. & Ias. in l. si te bonis, C. de in. del.
7 Ad hæc cũ † possessio existens penes iudicé, fuerit
cum causæ cognitione relaxata Iuliæ, contra illam
non

non poteſt dari exceptio ſpolii. Nam Innoc. in d.c. cum dil. n. 1. in fi. ſcripſit, ſi quis incontinenti poſt uim ſibi factam, uim faciat, uel a auctoritate iudicis rite procedentis non competere contra eum exceptionem ſpolii, ſicuti neque interdictum: & ſi iudex iudicialiter procedens, & priuans aliquem poſſeſſione, non dicitur ſpoliare, neque actione, aut exceptione ſpolii tenetur, multo minus pars, cui iudex in iudicio cū cauſæ cognitione auditis, & diſcuſſis iuribus partium relaxat poſſeſſionem penes ipſum iudicem exiſtentem, dici poteſt ſpoliare, aut actione, uel exceptione ſpolii teneri, & eo magis cùm non propria auctoritate, ſed à iudicis nuncio aſſociata poſſeſſionem intrauerit argumē to eorum, quæ tradit Bar. in l. meminerint, nn. 8. C. unde ui. Neque mouet me quod deciſum fuerit per duas ſententias Franchinum eſſe reintegrādum: nam ex hoc non fuit deciſum Iuliam ſpo-
8 liaſſe. Etenim ex uerbis† ſniæ nō arguitur niſi quatenus ex his neceſſario inferatur .l. ſi iudex de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. Bar. in l. Iul. n. 5. de cond. ind. & ex eo ꝙ quis fuerit cōdemnatus ad reſtitutionem, uel reintegrationem poſſeſſionis non infertur neceſſario ut ſpoliauerit, cum tertius poſſidens, qui non ſpoliauit, poſſit quandoque condēnari ad reſtitutionem poſſeſſionis, imò cum iudicatum fuerit iudicem indebite relaxauiſſe poſſeſſionem, uidetur etiam pronuntiatum Ioliam non priuauiſſe Franchinum poſſeſſione, argū. l. Pomp. §. ſed ſi is de proc. l. ſi inter de excep. rei iudic. Non ēt obſtat, ſi diceretur Iuliam habuiſſe ratū ſpoliū à iudice factum, accipiendo poſſeſſionem ab eo. Nā reſpondetur primo iudicem non poſſe dici ſpoliaſſe. Secundo, Iuliam accipiēdo a ſpoliatore poſt aliquod tempus poſſeſſionē tanquam ſuam, & in qua prætendebat fuiſſe ante anocationē non poſſe dici ratificaſſe aliquod ſpolium, & eò minus cum poſſeſſionem, præcedente cauſæ cognitione, & partibus auditis, & iuris ordine ſeruato accepit. Tertiò, Iuliam non potuiſſe ratificare ſpolium nō ſuo nomine factum, ſaltē ut ipſa tanq̄ ſpoliatrix cōueniri, aut exceptione repelli poſſit, gl. & Bart. in l. t. §. ſed & cum quis in fi. de ui, & ui arm. & ad hoc
9 ut† is, qui nō ſpoliauit, neq; ſpoliari mandauit, teneatur tanq̄ ſpoliator, tria requiruntur, ꝙ ſpoliū ſit ſuo nomine factum, quod illud ratū habebat, & ꝙ habebat ratum tanq̄ geſtum ſuo nomine, gl. in d. §. ſed & cum quis, Rip. in l. naturaliter n. 51.
10 de acq. poſſ. & licet in contractib. †id ꝙ nō eſt geſtum nomine meo poſſim hr̄e ratum in mei præiudiciū: Tñ ſecus eſt in delictis. Bald. q rōnē aſſignat, in l. non ideo minus, num. 25. C. de accuſat. & c.

CASVS XIII.

¶ Aliàs in anno 1488. 27. Oct. Illuſt. Ioannes Galeaz Maria Sfortia Mediolani Dux minor cū auctoritate Ludouici Mariæ eius gubernatoris, & patrui fecit donationē inter uiuos Ioāni Iacobo Vincemalæ ꝓ ſe, & filiis ac deſcendentib. maſculis ex linea maſcul. uſq; in ꝑpetuum de datio, ſeu conuētione ac reddītu ſuper datio beſtiarū externarū, Placētiæ ſolito exigi ꝑ comitē Petrū del Verme, & ad cameram ꝑ eius mortē deuoluto, cū clauſula trāſlationis dñii, & poſſeſſionis: & cū clauſula, ꝙ ipſe Ioannes Iacobus dcm̄ datiū, conuentionē, ac redditū hēat, teneat, & poſſideat queadmodū comes Petrus tenebat, & poſſidebat, q Io. Iacobus decedens reliqt Rodulphū, & Angelū filios, ac Leonē ex Ioāne filio nepotē. Poſt mortē Io. Iacobi Rodulphus ſolus noīe ſuo, & conſortū exigit redditū annuū librarū 490. ab his, qui datia Placētiæ à principe cōduxerāt, ultima erectio q̄ exhibet, eſt de anno 1517. quo tpe ciuitas Placētiæ à Gallis tenebat. De anno 1521 ciuitas Placentiæ puenit in dñium Sedis Apoſtol. Clemēs Pōtif. de anno 1524. in remunerationē pecuniarū, quas ciues erogauerāt in milites defendētes ciuitatē ꝑ eius breue aboleuit datiū doanæ, & cōceſſit cōitati Placētiæ, ꝙ ipſa poſſet exigere datiū de beſtiis, & aīalib. exeuntib. territoriū Placeñ. ꝓ ſatisfaciendo ciuib. hn̄tib. emolumēta, ſeu uēditiones ſup datiis introitus portarū nō extinctis in ipſa ciuitate habitañ. &c. De anno 1528. deceſſit Rodulphus relicto Io. Iacobo eius filio, ſed q pris hæreditatē repudiauit, deceſſit deinde Angelus inſtituto hrēde ꝑ̄rio Ioā. Iacobo, q patrui hæreditatē adiuit. Breue Clem. fuit in anno 1535. ꝑ Paulū iij. cōfirmatū; ſicq. dicta ciuitas ad bn̄ficiū particulariū ciuium, q habebāt dictas uēditiones ſup datiis introitus porcarū, abiode citra mediāte dicto titulo datiū beſtiarū exeūtiū territoriū Placeñ. locauit & pecunias inter ciues diſtribui fecit, ex qb. tñ pecuniis cōitas nullū cōmodū ſentit, cū nihil apud eā remaneat. Annis ꝑ̄teritis ꝑ̄fari Leo, & Io. Iacob⁹ dederunt libellū contra cōitatē Placeñ. quaſi ipſa poſſideat datiū, ſup quo ipſi ꝑ̄tendūt hr̄e ius annui redditus, & qa libellus vr̄ dubius petitoriū ne, an poſſeſſoriū recuperādæ, an utroq; in eo deducat.

¶ Quæſitum fuit, an Vincemalis competat ius contra cōmunitatem uel in petitorio, uel in poſſeſſorio recuperandæ, & exhibentur proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps donans redditum alicuius rei quam poſtea transfert in alium de illa re conuenitur.*
2 *Verbum unum reſtringitur, ſeu declaratur ab alio.*
3 *Natura ſermonis copulatiui requirit ueritatem omnium.*
4 *Sequentia recipiunt interpretationem à præcedentibus.*
5 *Dominium, & proprietas dicitur etiam iuris annui redditus.*
6 *Præſcriptio longi temporis in datijs contra priuatos ſufficit.*
7 *Bona fides in quibus caſibus præſumatur.*
8 *Emphyteutica res ſi perueniat ad tertium præſcribitur contra directum dominum ſpatio longi tēporis.*
9 *Auth. malæ fidei. C. de præſcrip. long. temp. in quibus non habet locum.*
10 *Mala fides anteceſſoris non afficit ſucceſſorem in prælatura.*
11 *Iura incorporalia amittuntur ex ſolo non uſu per decem annos.*
12 *Ad præſcribendam liberationem ab aliquo iure quid ſufficiat.*
13 *Interdictum unde ui quibus detur.*

14 *Actio*

14 *Actio in rem scriptam cur sic nominetur.*
15 *Actio in rem scriptam non transit in singularem successorem.*
16 *Fideicommissarius non potest agere ob damnum datum hæredi antequam hæreditas sibi restituatur.*
17 *Hæres potest agere ad recuperandam possessionem qua testator fuerat priuatus.*
18 *Spoliari a possessione percipiendi quis dicatur.*
19 *Dominium aut possessio ex solis instrumentis locationum non probatur nisi probetur etiam pensionum perceptio.*
20 *Solutione annuæ pensionis probatur soluentem habuisse ab eo cui soluitur et proprietatem esse eiusdē.*
21 *incertitudo quæ impedit acquisitionem possessionis.*
22 *Possessorio recuperandæ contra quos agitur possit pro annuis redditibus.*
23. *Locatori datur contra tertium ad rem ipsam possessorium non tamen ad pensionem.*
24 *Possessorium ad annuas pensiones ut dari possit quid saltem sit necessarium.*
25 *Lapsu triginta annorum aufertur omne remedium omne possessorium aufertur lapsu 30. ann.*
26 *Remedium canonis reintegrandæ durare triginta an. quomodo intelligitur.*
27 *Ius adeundi durare 30. ann. quomodo intelligitur.*
28 *Indefinita extinctio æquipollet uniuersali.*
29 *Verbum sanctissimo, competit solum dignitati pontificali.*
30 *Concessio facta sub nomine Romani pontificis intelligi debet de dignitate & non de nomine.*
31 *Dictio dummodo quid importet & quę sit natura modi.*
32 *Dispositio noua fit quando aliquid additur uel diminuitur in dispositione.*
33 *Datia sunt de ragalibus neque super eis quicquam a priuato exigi potest absque speciali concessione.*
34 *Priuilegia excipientis de spolio competunt contra solum spoliantem.*
35 *Tertius possidens potest impedire executionem siue sit dominus & possessor siue possessor tantum.*

COntra Vincemalas quò ad petito-
rium primò obstare uidetur, cum
donatio sit non de datio, sed de
1 redditu super datio, princeps † po-
tuit datim in communitatem trans
lato non communitas, sed princeps ad annuum
redditum conueniri debuit, l.Caius, l. liberto in
princip.iunc.glo.de an.leg.l.fin.in fin. de contrah.
empt.l.fundi iunc.glos.in uersi.posse de usufr. leg.
neque alia actio contra communitatem compete-
re potest quàm hypothecaria Castr.consi.333. lib.
1.in nouis, quæ non potest, ut ex libello patet,
dici intentata, neque intentari potuit nisi prius
excusso principe seu fisco. Et licèt uerba donatio-
nis dicant de datio seu conuentione ac redditu su
per datio, tamen uel super donatione tanquam
incerta non potest fieri fundamentum, cum pro-
batum non fuerit quòd comes Petrus esset solitus
exigere, Barth.in l.si sic.§. primo.de leg.primo, in
l.legaui de lib.leg.Spec.Angel.& Alex. quos refert
& sequitur Ias.in l.tertia. §. incertum num. 12. de
acquirenda possess. Rip.lib.Respons. secundo ca-
pit.24. uel si donationis uerba fuerunt declarata
ab effectu iuxta id quod tradit Bart. in l.cætera. §.
sed si parauerit de leg. 1. donatio fuit non de da-
tio, sed de redditu super datio præcipuè cum ob
alternatiuam, seu electio esset donatoris l. plerun
que de iur.dot. Videmus & alibi sæpe, quòd unū
2 † uerbum restringitur, seu declaratur ab alio;
nam in l.& si adieci pro soc. uerbum quæstus po-
situm post uerbum lucri restringit uerbum lucri
quod præcedit, & in l.legata secundo responso de
supp. leg.uerbum, suppellectilem, restringitur a
uerbis subsequentibus, & in l.cum delanionis.§.
quidam de fund. instr. Verba ita, ut possedi, re-
stringuntur a uerbis subsequentibus, & in l. si cū
fundum de uerb.signifi. Verba illa, ius fundi dete-
rius factum non esse, restringunt uerba præceden-
tia, uti optimus maximusque esset, quibus sunt
apposita: cumque leges prædictæ loquantur in
3 sermone copulatiuo, cuius natura † requirit ueri-
tatem omnium, l. si hæredi plures de cond.instit.
faciliùs prædicta restrictio admitti debet in sermo
ne alternatiuo, cuius sufficit alterum partem esse
uerum: præterea sicuti incompatibilia sunt lega-
re fundum & usumfructum eiusdem, l. si Titio
fundus de usufr.leg.ita incompatibilia uidentur
legare, uel donare datium, & redditum super eo-
dem datio. Vnde si in legato fundi & usufructus
eiusdem coniuncta resoluitur in disiunctam, &
unum duntaxat, scilicet uel fundus uel usufru-
ctus eius debetur d. l.si Titio multò magis in do-
natione non coniunctim, sed disiunctim facta de
datio seu redditu, super datio unum duntaxat de-
beri potest, & licèt in eodem instrumento quan-
doque copulatiuè dicatur datium redditum & in-
tratam, tamen copula debet resolui disiunctam.
Tum ex ratione d.l.si Titio. Tum quia sequentia
4 † recipiunt interpretationem à præcedentibus, l.si
seruus plurium.§.fi.de leg.1.& quanuis ubi lega-
tur fundus uel usufructus eiusdem, electio sit in
dubio legatarij l.Lucio de leg. 2. In contractibus ta
men electio est debitoris, Bart. d.l.Lucio, adhæc si
quando legatur certa pars redditus, uel certa quā
titas ex redditu non censetur cōstitutum ius usus-
fructus, l.defuncta.§.Sempronio de usufr. glos.l.si
quis ita eo. ti. Bar.in d.l.fundi, multò minus quan
do donatur certa quantitas ex redditu datij, uel
super datio censeri potest translatum ius dominij
in datio, licèt constitutum sit ius hypothecæ, Bart.
in l.codicillis.§.instituto de leg. 2. Neq; ob ea uer-
ba, cum translatione dominij & possessionis, &
ob alia, ita ꝙ ipse Iacobus, & eius filij & ut supra
ipsum datium, conuentionem, redditum & intra-
tam teneant & possideant, quēadmodum comes
Petrus tenebat & possidebat, posita in instrumen
to donationis dici potest donatum fuisse datium.
5 Primùm, quia dominium † & proprietas dicitur
etiam iuris annui redditus capitu. querelam in fi.
de electio.& possessio uel quasi dicitur annui red-
ditus, quando præstatur ex aliqua re certa, &
pro eo datur possessorium iudicium, Cynus in l.
si certis annis ad fin. C. de pact. Abb. in capitu.
querelam nume. 12. de electio. consil. 23. circa
princip. lib. secundo, Affl.ct. decis. 295. num. 8.

Secundùm, quia in inſtrumento donationis non
dicitur ſimpliciter teneat & poſſideat, ſed relati-
uè, ſ. prout comes Petrus tenebat. Ideoq; cũ non
coſtet quõ comes Petrus teneret & poſſideret, ſ.
an datium, an uerò redditum: ſuper datio hmõi
clauſula interpretanda eſt de illa poſſeſſione, quæ
deinde fuit tranſlata in Vincemalas, ſ. exigendi an
nuum redditum ſuper datio rationibus ſupradi-
ctis &c. Cumq; dictio illa, ſeu, non poſſit ſtare au
gumentatiuè, eſt enim poſita poſt uerbum datiũ,
quod eſt pinguis q̃ uerbum ſequens vr̃ ſtare expo
ſitiuè pro id eſt ut in l. 2. in priu. ad leg. Aquil. ibi
quadrupedum uel pecudum, & in l. ubi pactum
iuncta glo. in uerſi. uel tranſactio C. de tranſact. &
in c. 1. §. uerum ibi principe ſeu domino tempora
li de ſta. reg. in 6. Et omni in caſu cum Vincemalis
nunquam fuerit tradita poſſeſſio alicuius datij,
& ſic nõ appareat donationem aliquam datij ſor-
titam fuiſſe effectum. l. traditionibus C. de pact.
fruſtra allegatur donatio datij cõtra tertium poſ-
ſeſſorem, contra quem non tranſit obligatio per-
ſonalis cauſata ex donatione d. l. fin. in fin. de con-
trah. empt. Secundò obſtare vr̃ præſcriptio qua-
driennij, iuncta conceſſione Clem. pont. in qua
interuenerunt omnia, quæ requiruntur ut diſpo-
ſitio l. benè à Zenone C. de quadrien. præſcript. lo
cum ſibi uendicare poſſit, quæ recenſet Felin. in c.
quæ in eccleſiarum nu. 34. de conſti. Franc. Balb.
in tract. præſcrip. in ſecunda parte 5. par. q. 8. con
ceſſio fuit facta à non recognoſcente ſuperiorem
exiſtente in poſſeſſione datij, de datio tanquam
proprio concedentis ſubſecuta traditio, bona fi-
des communitatis, & in qua præſcriptione nõ re-
quiritur, ut princeps de plenitudine poteſtatis uẽ
diderit uel donauerit, Felin. in d. c. quæ in eccleſia
6 rum nu. 39. Obſtat quoq; præſcriptio † longi tem
poris, q̃ in datijs ꝯ priuatos ſufficit l. ſi publicanus
§. fin. ubi Bal. l. licitatio. §. earum ubi Bart. & Caſtr.
de publica. Bald. in c. 2. nu. 3. quæ ſint reg. Nã poſ-
ſeſſionem fitentur aduerſarij, de titulo conſtat,
7 bona fides † præſumitur primò ex titulo, Bart. in
l. celſus nu. 17. de uſucap. Secundò propter aucto
ritatem ſuperioris Bal. in l. 1. nu. 23. C. de fur. Ter-
tiò, quia agitur de præſcribenda libertate, Abb. in
c. ſi diligenti nu. 21. de præſcript. præcipuè cum
per ſex annos antequam eccleſia haberet datium,
Vincemalæ nihil exegiſſent: & ad hoc conuenit
8 quod legimus ſi res † emphytheutica perueniat
ad tertiũ præſcribi ꝯ directum dominium ſpatio
longi tpis, ut poſt alios ſcripſit Fran. Balb. in tract.
præſcr. in 4. par. 4. part. q. 8. & in terminis noſtris
ſcilicet ſingularẽ ſucceſſorem ad quem peruenit
res, ſuper qua erat aſſignata annua penſio, uel allo
catus cenſus, p̃ſcribere longo tpe nõ actioni perſo
nali, ſed iuri reali, idẽ Bal. in d. trac. in 4. par. 4. par.
princ. q. 5. & clarius in 7. q. num. 4. Neq; dici põt
Clementẽ fuiſſe in mala fide, eamq; nocere ſingu
lari ſucceſſori in p̃ſcriptione longi tpis iuxta auth.
malæ fidei C. de præſcrip. long. temp. nã pontifex
facilè ignorare potuit factũ alterius. ſ. donationẽ
factam Vincemalis, & cum iura ſup datio non
poſſint à priuato teneri abſq; ſpeciali conceſſione
ueriſimiliter credere datiũ Doanæ ad ipſum libe-
rè pertinere: & eo magis cum Vincemalæ nunq̃
fuerint in poſſeſſione datij, ſed fiſcus ſemper poſ-
ſederit, cuius conductores Vincemalis annuã pen
ſionem perſoluebant, neq; appareat Vincemalas
unquam interpellaſſe põtificem ſeu pontificium
fiſcum, & quia ubi agitur de præſcribenda liberta
te communiter tenetur, quòd præſumatur bona
fides, quia præſcribens habet iuris pręſumptionẽ
pro ſe, debuit enim credere rem eſſe talem, qualis
naturaliter eſt, ut ex Cyn. tradit Abb. in d. c. ſi dili-
genti nu. 21. Adhæc diſpoſitio d. auth. malæ fidei
9 † non habet locum, ubi uerus dominus ſit ius ſuũ
& alienationem factam (ut dicitur) in eo tex. neq;
in mediato ſucceſſore Barth. in l. Pompon. §. cum
quis nu. 11. de acq. poſſ. Caſtren. in d. authen. in 4.
limita. neq; in præſcribente contra actionem Cy.
in d. authen. Aret. in §. furtiuè in 11. limit. Inſtitu.
de uſucap. Item procedit ſolum ubi præſcribitur
contra dominum non ſi contra debitorem haben
tem rem hypothecatam Angel. & Caſtren. ubi ſu
pra, Aret. in d. §. furtiuè. in 8. limit. Alexan. d. §. cũ
quis nume. 13. Neque ſi contra ſolutionem cen-
ſus aut penſionis Balb. in d. tract. in 5. par. 4. part.
princi. quæſtio. 7. In re autem præſenti ceſſatum
eſt ab exactione dominantibus gallis, quibus ſuc-
ceſſit Leo X. Leoni Adrianus, Adriano Clemens,
10 præter id quòd mala † fides anteceſſoris non af-
ficit ſucceſſorem in prælatura, Abb. c. 2. nume. 8.
de præſcr. Iaſo. l. Pompo. §. cum quis nume. 27. de
acquiren. poſſeſſi. Et agitur de præſcriptione iuris
& actionis, dominiumq; datij non erat Vincema
lorum licèt poſſet dici quòd haberent illud obli-
gatum pro annua penſione ſecundum Barth. in l.
fundus de ann. leg. & agitur de præſcrip. contra ſo
11 lutionem annuæ præſtationis. Præterea iura † in-
corporalia ut ius percipiendi annuam penſionẽ,
amittuntur ex ſolo non uſu per decem annos l. ſi
partem quẽad. ſeruus amittit. l. corruptionem. C.
de uſufru. Obſtat etiam p̃ſcriptio longiſſimi tpis,
etenim non apparet Vincemalas quicquam exe-
giſſe ab anno. 1518. quo tpe Placentia ſuberat gal
lis, de ann. 1521. peruenit in dominium eccleſiæ,
ita ꝙ poſt expulſos gallos, in quibus ſi fuit aliqua
mala fides, ea non trãſiuit in Leonem decimũ, de-
curſi fuerunt anni 31. quo tpe tollitur omne ius,
ac omnis actio, & licèt cõitas non poſſederit da-
tium per triginta annos, tñ tpa poſſeſſionis eccle
ſiæ & cõitatis iungi debent iuxta l. Pomponius. §.
cum quis de acquir. poſſeſſio. præter id quòd ad
12 præſcribendam † liberationem ab aliquo iure uel
actione non requiritur in pręſcribente quaſi poſ-
ſeſſio, ſed ſufficit negligentia non utentis, uel nõ
petentis. Barth. in l. ſicut in fin. Bar. nu. 6. in 2. lect.
C. de præſcrip. 30. ann. & præſcriptio longiſſimi
temporis currit ex ſola negligentia non petentis,
Iaſ. in l. petens nume. 19. C. de pact. Tertiò obſtat,
quia datum ſuper quo Vincemalis donatus fuit
annuus redditus, fuit extinctum, neque à com-
munitate poſſidetur ut infra latius deducetur.
Quò uerò ad poſſeſſionem recuperandæ pluri-
ma actoribus obſtant. Primò ipſi non probaue-
runt ſe aut eos, quorum ſunt hæredes, fuiſſe in
poſſeſſione aliqua datij, uel exigendi redditum

ex da-

ex datio: nam si petent reintegrari tanquam hæredes Ioan.Iacobi primi acquirentis malè agunt. Primò quia nõ fuit probatum de aliqua eius possessione.Secundò quia non probauerunt se hæredes dicti Ioan. Iacobi, imò non potuerunt esse hæredes eius, neque ex testamento eius,cum nullum appareat testamentum, neque ab intestato: cum ut ipsi fatentur in actis non essent nati neq; concepti tempore mortis eius,l.si Titius de suis. & leg. quinimo non etiam probauerunt se esse ex descendentibus dicti Io.Iacobi,præter id quòd possessorium huiusmodi non potuit competere descendentibus etiam uocatis uigore primæ concessionis,nisi sint hæredes eius,qui asseritur possedisse l.qui ita §.si damnum ad Trebell. & infra dicentr: si uerò petunt reintegrari ad possessionem,in qua probarunt fuisse Rodulphum nunm ex filijs Ioan.Iacobi agere non possunt: nam siue
13 consideremus † interdictum unde ui,siue remedium canonis reintegran. 3.quæst. 1. expressum est dari eiectis & spoliatis, uel qui ob iniustas causas possessionem amiserunt,l.1.§.primo,de ui & ui arm.& in d.c.reintegranda uel eorum hæredibus d.l.prima §. hoc interdictum hæredi, &c. Nec quicquam facit, quòd possessorium huiusmodi dicatur in rem scriptum, ideoque transire debeat in singularem successorem,ut censuit Soc. in l.rem quæ à nobis de acquiren. possess. Socin. Iun.consi.34.lib. 3.& uidetur casus in l.si tertius
14 §.si prius de plu.arc.etenim† actio dicitur in rem scripta,quia datur contra quemcunque possessorem.l.metum §.si.& ibi glo.quòd met. caus. Iaso. in §.omnium nu.6.in §.quædam nu.21, instit. de actio. nõ autem dicitur in rem scripta quia detur singulari successori,uel alij nõ hæredi. Hinc actio quòd metus causa, quæ est in rem scripta §.fin.datur duntaxat passo metum uel eius hæredi l. si ui C.quod met.caus.& si quid factum fuit ui aut clã in fundo meo, propter quod competat mihi in-
15 terdictum quòd ui aut clàm quod est in rem† scriptum, glos.in l.3.§. est autem de exhiben. si fundum uendidero non transit in emptorem interdictum illud pro opere facto l.is qui §. si postea ꝙ ui aut clam & regulariter pro damnis datis antequam res transferatur in singularem successorẽ, non datur actio etiam in rẽ scripta singulari successori,l.fin.ubi not.Bart.arb. fur. cæs.l.si seruum de iniur.Bart.in d.l.si tertius §.si prius nu.6.cæterum asseritum spolium fuit factum antequam ius aliquid translatum esset in actores,& in terminis uidetur tex.in l.eum qui in l. si uendidero de fur. ubi si res uendita surripiatur antequam dominiũ per traditionem sit trãslatum in emptorem, actio fuerit quæ datur domino, non transit in emptorem,cuius exemplo & actio quæ datur ad recuperandum possessionem, quæ datur ratione possessionis & spolij non debet dari singulari successori,si auctor possessione fuit priuatus antequam illa in singularem successorem transiret, & sicut si res quam uenditor tenebatur præstare emptori, ut surripiatur, antequam illam præstet, actio ob uiolentam surreptionem non datur emptori,l.si ea res de actio.empt.Ita si Rodulphus fuit spoliatus uiribus, quæ post mortẽ tenebatur restituere filio,actio ob spolium non debet dari filio,sed hæ
16 redi: & sicuti fideicommissarius † nõ potest agere ob damnum datum hæredi,antequam hæreditas sibi restituatur, d.l.qui ita §.si damnum eadẽ ratione uocatus uigore concessionis non potest agere ad spolium commissum contra antecessorem,& antequam ius sibi esset delatum. Accedat quòd in d. §.si prius singularis successor habet actionem pluuiæ arcendæ non eadem in specie quæ competebat uenditori, illa enim fuit extincta per uenditionem, ut inquit ibi Castren.sed habet actionem pluuiæ arcendæ eandem in genere ex eo quia actio illa datur ratione dominij ut exprimit text.quòd cum reperiatur penes singulã rem successorem produxit nouam actionem, ut edocuit Bart.in eo tex. Possessorium uerò recuperandæ oritur ex possessione & spolio, quæ possessio cum nunquam fuerit in actoribus,non potest in eo considerari materia habilis ad producendum possessorium recuperandæ. Cumque
17 † hæres Rodulphi possit agere ad recuperandam possessionem, quæ Rodulphos asseritur spoliatus l.1.§. hoc interdictum de ui & ui arm. Si etiã filius non hæres posset agere duobus, eadem actio insolidum competeret,& quibus erronea ui detur Socin. sententia in d. l.rem quæ nobis & Soc.Iun.d.consi.34.& rectius sensisse Rip.in cap. sæpe numero 26.de restitu.spoliat.præter id quòd cum Soc. in d. l. loquatur de eo successore, qui prætendit causam & titulum à spoliato, & mettitur ius suum à iure causato in personam auctoris: in quibus terminis etiam loquitur text.in d. §.si prius,decisio Soc.nõ facit ad rem præsentem, in qua actores non prætendunt causam à Rodulpho,neque propriè dici possunt eius successores, Bald.in l.diuortio colum.fin.uersicu.item contra de pigno.&c solu.matr.si uerò actores petunt reintegrari ad possessionem in qua asserunt fuisse Angelum Ioannem Antonium & Leonem malè agunt cum nõ sit probatum Angelum filium primi Ioannis Iacobi, cuius Angeli Ioan. Iacobus actor asserit se hæredem Leonum & Ioannem Antonium nunquam fuisse in possessione percipiendi: nam licèt Rodulphos & quidam alij nomine eorum exegissent,& possessio per socium retineri possit l.communis seruus in princ. de acqu. possessi.tamen eis acquiri non potuit per quemquam possessio absque ratihabitione l. communis seruus §.fin.de acquir. poss.quinimo si assertum spolium fuit factum antequã Angelus Leo & Io.Antonius ratum habuisset remedium recuperandæ illis uel eorum hæredibus cõpetere non potest, Abb.in c.cum uenissent nu. 6.de restitut. spolia. Alex.in l.ꝗ meo in princ.de acquiren. possess.num.5.Dec.qui multa adducit consilio.248. Secundò non probarũt spolium aliquod, etenim Abb. in c.querelam nu.2.uersic.quod intellige.ex
18 Inn. dixit quem † spoliari possessione percipiendi ita demum si pensio fuit petita, & debitor recusauit non propter impotẽtiam, sed propter nõ uolũtatem;sed nusꝗ apparet ꝙ Galli aut eccle.uel eorũ fiscus fuerit interpellatus ad pensionẽ præ-

T 2 standam;

ſtandam; ideoque Vincemalæ uidentur cecidiſſe à quaſi poſſeſsione eorum negligentia neq; illis poſſeſſorium recuperandæ competit, ut in terminis ualde ſimilibus tradit Soc. in l. rem quæ a nobis num. 8. in 9. q. 2. q. de acquiren. poſſ. conſ. 286. col. 8. Tertiò non probarunt communitatem poſ-
19 ſidere datium, etenim ex ſolis inſtrumentis † locationum non probatur dominium aut poſſeſsio cap. inter dilectos de fid. inſtru. niſi probetur etiam penſionum perceptio, Barth. in l. qui uniuerſas, quod per colonum de acq. poſſ. Cumque pecuniæ quæ exiguntur ab agētibus communitatis ſtatim numerentur particularibus perſonis, neque communitas aliquod commodum ſentiat, non poteſt dici fructus datij à communitate percipi l. ſi pro patre. §. uerſum de in rem uerſi. l. item eorum. §. ꝙ ſi actor, quòd cuiuſque uniuerſ. Quartò Vincemalæ petunt reintegrari aut ad poſſeſsionem datij, aut poſſeſsionem exigēdi annuum redditum ſuper datio, ſi ad poſſeſsionem datij malè agunt cum non probauerint de aliqua poſſeſsione datij, ſed duntaxat de poſſeſsione exigendi annuum redditū ſuper datio, ex qua non infertur ad poſſeſsionem
20 datij, & quanuis ex ſolutione † annuæ penſionis probetur ſoluentem habuiſſe ab eo cui ſoluitur, & proprietatem eſſe eiuſdem, Bal. in l. iudicia nu. 2. uerſi. ſecundum exemplum C. de rei uendic. & etiam probetur ſoluentem poſſediſſe nomine eius cui ſoluitur, Bald. in l. malè agitur nume. ſecundo, uerſic. no. diligenter &c. C. de præſcript. triginta ann. tamen cùm ex deductis & probatis per actores conſtet eos qui ſoluerunt, conduxiſſe datium a fiſco, & tanquam fiſci conductores illud exigiſſe, & ſic nomine fiſci tenuiſſe, & fiſcum fuiſſe in poſſeſsione datij non procedit allegata probatio ſiue præſumptio, Barth. in l. qui uniuerſas. §. ſi colonus l. quamuis. §. ſi conductor de acq. poſſeſsio. præterea ubi etiam perceptio annuæ pecuniæ probaret poſſeſſionem datij, tamen non poſſet dici probata poſſeſſio certæ partis datij, ideoque nec de aliqua poſſeſſione l. 3. §. incertam de acquir. poſſeſs. etenim cum non conſtet quantum
21 comes Petrus eſſet ſolitus exigere, huiuſmodi † incertitudo impediuit acquiſitionem poſſeſsionis Barth. in l. ſic. §. primo, in fin. de leg. primo, in l. legaui de lib. lega. Item ob exactionem certæ quantitatis ſuper datio non infertur ad poſſeſſionem alicuius certæ partis datij; nam in fortioribus terminis Barth. in l. ſecunda. C. quan. & quib quar. pars &c. lib. 10. dixit ſi filius pro ſua legitima apprehendat poſſeſſionem bonorum patris nullius partis quærit poſſeſſionem quia legitima eſt incerta ratione loci, quia pro indiuiſo & ratione quotæ. propter incertitudinem æris alieni comprobarunt Iaſ. & alij per eum relati d. §. incertam num. & Barth. conſi. 74. incip. Petrus uendidit Bertæ in caſu quo quidam uendiderat certo pretio ſtaria tria clauſuræ a quocunque latere emptor uoluerit & conſtituit ſe tenere nomine emptoris, poſtea emit fructus certorum annorum dictæ clauſuræ, & ſic emptor exegit certam pecuniæ quantitatem pro fructibus, reſpondit ob prædicta ante factam illetionem nullam poſſeſsionem tranſlatam in emptorem propter incertitudinem per text. in dicto. §. incertam. Quòd ſi agunt ad recuperationem poſſeſſionis exigendi annuam pecuniam ex redditu datii malè quoque agunt: nam
22 licèt † pro annuis redditibus agi poſsit poſſeſſorio recuperandæ, id tamen procedit ſolùm contra eos, qui ſoliti ſunt ſoluere, non autem contra tertium poſſeſsorem, qui nunquam ſoluit, nam in illo non procedit id, quod dixit Abb. in capit. querelam numero 14. uerſicu. ex prædictis de elect. ſi tu pro certa re ſoluebas mihi omni anno penſionem, & nunc denegas ſoluere, poſſum ágere poſſeſſorio; neque id quod ſcripſerunt Innocen. & Abb. ibi eum, qui ſolitus eſt ſoluere, ſi denegat cenſeri ſpoliare poſſeſſorem, hinc Innocen. ubi ſupra, numero quarto, uerſiculo & non ſolùm contra eum &c. inquit actionem ad recuperandam poſſeſsionem annuæ penſionis competere non ſolùm contra eum, qui ſubtraxit, ſed etiam contra eum, qui ſubtractionem ratam habuit uel mandauit, & de tertio poſſeſſore rei, ſuper qua præſtabatur annua penſio nihil dicit, imò alibi legimus ſi extraneus poſſideat rem emphyteuticam, ob quam dominus ſolitus eſt exigere ab emphyteuta annuum canonem, dominum poſſe alio remedio agere contra poſſeſſorem, quàm rei uendicatione ad rem, Speculat. in titulo, de locat. §. nunc aliqua quæſtione 56. Bartho. in l. fina. C. de iur. emphyteut. Et quamuis ſi conductor tradat alteri poſſeſsionem rei conductæ
¶ Pater habens duos filios fecit mandatum generale cum libera in procuratorem ad tractandũ matrimonium inter unum ex filijs & Lauiniam: & ad illud firmandum cum illis pactis, & conditionibus quibus concordare poterit, & ad fauendum qualscunque promissiones opportunas, uel necessarias. Procurator firmauit matrimonium, & accepit promissionem scutorum octomille pro dote, & promisit sponsæ scutos mille pro donatione propter nuptias. Pater contracto matrimonio recepit dotem nurus: quo mortuo cum filius uellet in primis deducere dotem uxoris: item donationem propter nuptias. Alter ex filiis dixit promissionem donationis propter nuptias à procuratore fieri non potuisse, & omni in casu nullam 1 deductionem ratione huiusmodi donationis fieri debere nunc, cum nondum uenerit casus restituendi illam. 2

¶ Quæritur quid iuris, & exhibetur instrumẽtũ mandati, necnon & instrumentum dotis, & donationis propter nuptias. 3

SVMMARIVM.

1 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*

2 *In mandato generali ea maximè comprehenduntur quæ solita sunt.*

3 *Concesso aliquo omnia uidentur concessa sine quibus id ex*

id explicari non potest, & cum quibus actus facilius expeditur.
4 *Procurator ad aliquam rem potest in contractu illius rei apponere consueta.*
5 *Donatio propter nuptias est contractus diuersus à simplici donatione.*
6 *Nemo in necessitatibus liberalis dicitur.*
7 *Mandatum cum libera, & quòd possit facere idem, quòd ipse dominus idem est.*
8 *Dos & donatio propter nuptias iure communi nomine, & substantia non differunt, & equis passibus ambulant.*
9 *Donatio propter nuptias debet esse apud eum apud quem sunt onera matrimonij.*
10 *Frater ueniens ad successionem patris unà cum fratre tenetur conferre donationem propter nuptias, quam pro eo patet in ipsius uxorem contulit.*

1 CVm uerba† deberent intelligi secundum subiectam materiam, l. si uno in princ. ubi Bart. locat. l. si stipulatus de usur. Verba mandati ad tractandum matrimonium: item ad illud firmandum cum illis pactis, & conditionibus, quibus concordare poterit, & propterea faciendum quascunque promissiones, & obligationes necessarias, & opportunas intelligi debere uidentur de promissionibus, & obligationibus, quę respicient matrimonium, uel eius cōnexa, aut dependentia, & præcipue dotis constitutionem, quę secundum communiter accidentia infirmando matrimonio interuenire solet. Nam in mandato
2 † generali ea maximè comprehenduntur quæ solita sunt, l. uel vniuersorum de pign. act. l. quòd si nollit, §. quia assidua de edil. edic. & ubi sermo uariis modis interpretari potest, is sensus accipitur qui rei gerendæ aptior est, l. quoties idem sermo
3 de reg. iur. Et cum concesso aliquo, † omnia uideantur concessa, sine quibus id explicari non potest, l. 2. de iurisdict. om. iud. & omnia quæ ex eo sequuntur, l. quoties. C. de iud. l. ad rem, l. ad legatum de procurat. & ea cum quibus actus facilius expeditur, l. penultima de usufruct. Cumque dos donationem propter nuptias mereatur, authent. dos data. C. de donat. ante nupt. & ubi uxor constituit dotem, maritus donationem propter nuptias constituere teneatur, lege ex morte, & auth. æqualitas. C. de pac. conu. intelligitur factum mandatum faciendi promissiones, & obligationes pro donatione propter nuptias, quæ est necessaria, uel saltem opportuna ad contrahendum matrimonium, & dotem constituendam, & licet glos. in d. authent. æqualitas dicat dispositionem illius tex, à consuetudine sublatam: id tamen intelligitur ubi apparet de consuetudine contraria iuri communi, aliàs uendicat sibi locum iuris communis dispositio, Abb. c. fin. nu. 12. de donat. inter uir. & ux. & consuetudo cum sit facti probari debet, glos. in l. 1. C. quæ sit lon. consue. ubi not. Bald. Et dato, quòd in aliquo consuetudo contraria esset iuri cōmuni in eo solum, in quo appareret de contraria consuetudine, discedendum à iure communi in aliis nequaquam Bar. l. 1. §. hoc interdicto de itin. actuque priu. Quod si in loco esset consuetudo cōstituendi donationem propter nuptias, res esset
4 magis indubitata. Nam & procurator † constitutus simpliciter ad uendendum rem, potest in cōtractu uenditionis apponere pacta etiam pœnalia, si consueta sunt apponi, Bald. & Ang. in l. bene à Zenone, C. de quadr. præscr. & oratores habentes simpliciter mandatum ad faciendum pacem, possunt apponere pœnas contrauenienti: quia id ex consuetudine solitum est, Ab. in c. 2. de prec. & hoc exornari posset ex his, quæ accumulat Iason. in l. certi conditio, §. si nummos si cer. pet. in l. ut liberis, C. de coll. Fel. in c. cum M. de constit. Nec obstat si dicatur procuratorem habentem generale mandatum etiam cum libera non posse donare, l. filiusfam. in princ. de donat. l. contra iuris ciuilis, §. fin. de pact. ubi latè Ias. post alios. Nam respondetur hic non agi de donatione mera, sed de dona
5 tione propter nuptias, quæ † est specialis contractus diuersus à simplici donatione, & in quo requisita in donatione nequaquā requiruntur. Authen. eo decursum. C. de donat. ante nup. Et quæ cum fiat ob causam, non est proprie donatio, l. 1. in fi. l. Attilius Regulus de don. sed potius quædā permutatio, Rip. l. si unquam, nu. 25. C. de reuoc. donat. præcipue cum etiam contineat utilitatem donantis, qui donat, ut contrahat matrimonium, & dotem recipiat Rip. d. l. si unquam, num. 26. & ex ea habito respectu ad dotem, resultare uidetur contractus ab utraque parte obligationis, Do ut des, uel facio, ut facias, de quibus in l. naturalis de præscr. uer. & fiat ex necessitate legis uolentis constitui donationem propter nuptias, ubi dos consti
6 tuta est, d. authen. dos data; nemoque † in necessitatibus liberalis existat, l. rem legatam de adim. leg. Adhæc cum procurator habuerit mandatum
7 generale cum libera, † idem enim importat cum libera, & quòd possit facere idem quod ipse dominus, Bald. in l. si procur. C. de procur. Dec. consil. 402. nu. 9. potuisse uidetur facere donationē propter nuptias, quemadmodum potest facere pactū de non petendo ob causam, l. rescriptum. §. fin. & ibi not. Alex. & Ias. de pact. & donare, ubi subest iusta causa, d. l. filiusfam. de donat. Ias. d. l. contra iuris, §. fin. nu. 7. Quò ad aliam exceptionem clarum uidetur donationem propter nuptias fuisse purā, sed restitutionis promissionem fuisse collatam in diem incertam. qui licet nondum uenerit, tamen marito dos & donatio propter nuptias sunt assignandæ: etenim restitutio de qua in instrumento solum respicit casum soluti matrimonii, & ideo ubi matrimonium durat, res permanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus de cond. ob
8 caus. Iure autem † communi dos & donatio propter nuptias nomine, & substantia non differant, & æquis passibus ambulent, l. cum multæ, C. de don. an. nup. & quamuis dominium donationis propter nuptias sit in dominio uxoris Auth. res q̄ C. com. de leg. gl. in auth. donationem. C. de iu. do. sicut & res dotalis est in dominio mariti. l. doce ancillam. C. de rei uend. Tamen maritus non tenetur actualiter tradere uxori donationem propter nuptias, gl. §. fin. in auth. de non elig. sec. nub. imò

usus

uſusfructus dictæ donationis eſt mariti, glo. in §. eſt & aliud. Inſtit. de donat. Abb. c. fin. num. 12. de donat. in 6. & ux. & donatio ptopter nuptias ſub ijcitur oneribus matrimonii ſicut & dos Abb. in c. per ueſtras num. 12. de donat. int. uir. & uxo. Ideoque cum dominium donationis propter nuptias ſit uxoris, ſed uſusfructus mariti, & cum do
9 natio † propter nuptias debeat deſeruire oneribus matrimonii, apud eum eſſe debent, apud quē ſunt onera matrimonii argumento l. ſi is qui §. ibi dos de iur. dot. Quamobrem quouſque pater ſuſtinuit onera matrimonii filii, iuſtè apud eum fuere dos & donatio propter nuptias, nunc autem cum filius mortuo patre onera matrimonii ſuſtineat apud eum dos & donatio propter nuptias eſſe debent. Illud tamen aduertendum, quòd fra-
10 ter † ueniens ad ſucceſſionem patris unà cum fratre, tenetur conferre donationem propter nuptias quam pro eo pater in ipſius uxorem contulit, l. ut liberis C. de coll. ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento ſuccedatur, niſi pater expreſſe prohibuerit collationem, authen. ex teſtamento C. de collat. quæ collatio ſit in hunc modum, ſcilicet ſi promiſſa tantùm eſt donatio propter nuptias, debet facere liberari fratrem pro portione hæreditaria l. 2. C. de coll. ſi uerò ſoluta eſt, tanto minus debet accipere l. dotis. C. eo. tit.

CASVS XII.

Antonius cuius Ferrarienſis & Patauinus, bona in utroque territorio habens, contraxit Ferrariæ matrimonium, cum Leonora, à qua accepit inter alia in dotem bona quædam æſtimata poſita in territorio Ferrariæ, illam duxit Patauium, ubi ambo uſque ad mortem habitauerunt, & defuncti ſunt, Antonius primò, Leonora poſt.

¶Quæritur, ſi agatur de reſtitutione dotis, quæ ſtatuta ſint attendenda, & an Leonora, quæ mortuo uiro uidua continuauit habitationis domicilium Patauii, ligata fuerit ſtatutis Patauii? & maximè quodam ſtatuto prohibente mulierem diſponere de dote in præiudicium filiorum: cùm Ferrariæ in hoc res remaneret in terminis iuris communis?

SVMMARIVM.

1 *Mulier quandiu nupta eſt dicitur incola ciuitatis mariti.*
2 *Vidua dicitur eſſe in matrimonio mariti, & retinet mariti domicilium, & ibi debet dotem exigere ſecundum ſtatuta illius loci.*
3 *Vbi forum quis ſortitur ibidem ſtatutis ligatur.*
4 *Prohibitio comprehendens ſubditum etiam extra territorium facientem.*
5 *Res ſine matrimonio eſſe nequit.*
6 *Vbi concurrunt locus originis, & locus habitationis locus domicilij habitationis attendendus in primis uidetur.*
7 *Domicilia duo ut quis habeat requiritur æqualis habitatio in utroque loco.*
8 *Bona in dotem data æſtimata efficiunt maritum debitorem tantum quantitatis.*

1 Mulier † quādiu nupta eſt dicitur incola ciuitatis mariti, lege fin. §. idem reſcripſerunt mulierem ad municip. & eiuſdem ciuis, Barth. ibi poſt gloſ. in lege ciues C. de incol. libro 10. & ſortitur forum atque dignitates ex perſona uiri lege fin. C. de incol. libro decimo, lege mulieres C. de dignit. libro 12. & amittit domicilium originis quò ad ea, propter quæ ſubtraheretur à ſeruitiis mariti, ideo non poteſt uocari ad munera, uel iudicia, Barthol. dicta §. idem reſcripſerunt, Alexand. in lege cum quædam puella in princ. numero quarto,
2 de iuriſd. omn. Et uidua † dicitur eſſe in matrimonio mariti lege fin. C. de bo. mater. §. ſoluto in authen. de nupt. & retinet domicilium mariti lege filii §. uidua ad municip. & priuilegia quæ uiuente eo habebat, lege quotiens C. de priuil. Schol. libro 12.. lege cum te C. de nupt. & exigere debet dotem in loco ubi uir habuit domicilium lege exigere de iudic. & circa dotem exigendam, & ea quæ poſt contractum matrimonium eueniunt, attendūtur ſtatuta domicilii mariti, Barthol. dicta lege exigere, Barthol. & poſteriores in lege cunctor C. de ſumm. trin. Felin. in capitulo primo, de ſponſa in ſecunda concluſ. etiam ſi cauſa ageretur alibi. quàm in domicilio mariti, ut in loco originis propriæ uel paternæ, uel etiam in communi patria, Comen. conſilio 72. & text. in dicta lege exigere domicilium, intelligitur de domicilio habitationis, Alexand. dicta lege cum quædam puella numero 11. Iaſon. dicta lege cunctos numero 25. in prima, lect.
3 † & ubi forum, quis ſortitur, ibidem ſtatutis ligatur, ut ex. Innoc. & aliis pleriſque tradit Dec. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 6. de conſt. in c. 2. nu. 27. de iudic. Ex quibus in propoſita ſpecie concludi uidetur Leonoram, quæ à marito Patauium tranſducta fuit, & Patauii uidua uſque ad mortem permanſit, forum & ciuitatem ex perſona uiri ſortitam Patauii fuiſſe, & uſque ad mortem retinuiſſe, & ſtatutis Patauii ligatam fuiſſe, & dotem ab ea, uel eius hæredibus Patauii, petendam, & circa dotem exigendam & ea, quæ poſt contractum matrimonium euenerunt, ſtatuta Patauii attendenda licet Ferrariæ cauſa agitaretur. Neque obſtat quòd contractus donationis dotis, qui obſtante ſtatuto patauino aſſeritur inualidus Mediolani factus fuerit, etenim cùm ſtatutum inhabilem reddat mulierem, & prohibeat diſponi de re, ideſt dote, & huiuſmodi prohibitio ſit inducta fauore filiorum
4 † comprehendit ſubditum etiam extra territoriū facientem, & extenditur ad bona ubicunq; poſita Bar. d. l. cunctos populos nu. 32. & ſequuntur poſteriores ibi Ale. conſ. 41. li. 5. & alii relati per Dec. in l. fi. de iuriſd. omn. iud. nu. 13. Icciroo Ro. conſ. 39. rñdit ſtante ſtat. Regii ꝓhibēte mar. legare uxori, ſi uir leget uxori, licet alibi teſtetur, & alibi ſita ſint bona, nō ualere legatū. Nec ēt obſtat ꝙ ſtatutū cū loquatur de dote uideatur intelligēdū in nupta

dos

5 dos † enim sine matrimonio esse nequit l. 3. C. de iur. dot. etenim d. l. 3. procedit solùm, ubi matrimonium nunquam fuit contractum: secus ubi matrimonium fuit contractum, licèt deinde solutum ut uidere est ex rub. ex l. 2. sol. ma. ex l. etiam de fun. dota. Qua de re statutum, de quo agitur, uiduam comprehendere tradidere Bal. Cast. Ias. Dec. in l. 1. C. un. uir & uxor, Cast. Alex. Soc. Rip. in rub. solut. matri. quorum sententia in casu præsenti maximè procedit, quo Leonora dotem non exegerat. Cæterùm difficultatem magnam facit, ut erat etiam ciuis Ferrariensis, & Ferrariæ partem bonorum suorum & domicilium habebat, & Ferrariæ contractum fuit matrimonium, & data dos, quo casu non uidetur habere locum dispositio d. l. exigere, imò locus contracti matrimonij & eius statuta inspicienda, Castr. in d. l. exigere, Fel. in d. c. r. de spon. nu. 28. Dec. consi. 283. nu. 9. & eo magis cum bona in dotem data in territorio Ferrariensi sita sint, quo casu non procedere dispositionem d. l. exigere asseruerunt plures relati per Dec. d. consi. 283. nu. 11. ad quod conuenit quod scripsit Abb. in c. dilectus filius 2. de rescript. ubi quis habet duo domicilia, licèt unum sit principalius altero, attendi minus principale, si in eò bona de quibus agitur, sita sunt: comprobat Dec. d. num. 11. Respondere posse uidetur quòd & si Cast. uelit maritum posse conueniri in loco contractus ad dotis restitutionē, quando alia ratione sortitur ibi forum, & sicquòd maritus non eximatur a foro, in quo ante contractum poterat conueniri, non tamen uult, quòd circa dotem & eius lucrum attendi debeant statuta loci contractus, in quo alia ratione, quàm contractus poterat conueniri. Item uult mulierem posse conuenire maritum in loco contractus, non autē quòd mulier teneatur in dicto loco conuenire, argum. l. non quicquid de iudic. quamuis Fel. absque lege & ratione prædicta dubitando affirmet, & si Castr. & Fel. dictum intelligatur, ut si uir in loco matrimonij contracti haberet domicilium originis, uel alia ratione sortiretur forum in loco autē ad quem uxor ducta fuit, & in quo uidua periit, domicilium habitationis quò ad lucra dotis, & alia dotem respicientia attendi debeant statuta loci contractus minus rectè sensisse uidentur: tum quia & hoc casu militat ratio tex. in d. l. exigere, & alia scilicet quia in eum locum uidetur collata so-

6 lutio: tum quia † ubi concurrunt locus originis, & locus habitationis; locus domicilij habitationis in primis attendendus uidetur, Alex. in d. l. cū quædam puella in prin. nu. 11. & latius consi. 100. lib. 3. iq. ci. ex inspectione statuti, Ias. in d. l. cunctos nu. 25. in 1. lect. & latius in l. si arrogatur de adop. nu. 48. & scripta per Alex. d. cōs. 100. decidere uidentur rem præsentē; nam præsupponit ciuē Florētinum, qui Florentiæ forum sortiebatur, sed domiciliū habitationis Bononiæ habebat cōtraxisse matrimonium cum Florentina, eamq; Bononiā duxisse, si agatur de dote restituenda, ex pluribus ostendit statuta Bononiæ attendenda, & si intelligatur Cast. & Fel. sententia in eo, qui habebat duo domi-

7 cilia habitationis, ut sentire uidetur Fel. tamen † ut quis habeat duo domicilia, requiritur æqualis habitatio in utroq; loco, l. Labeo, l. assumptio. §. iuris pendentibus ad muni. quod difficile est l. eius. §. Celsus ad municip. In re aūt præsenti præsupponitur uirū tempore cōtracti matrimonij, & post usq; ad mortē habitasse Patauij, & licèt uir tēpore contracti matrimonij habuisset duo domicilia, tamen cum post contractum matrimonium ipse & uxor unum tm̄ continuasset, & in eo ambo perierint, illud solùm ur debere attendi rationibus prædictis, & quia dispositio d. l. exigere est fundata super præsumptione, quia uxor ad domiciliū uiri itura erat, ut exprimit tex. & quia in eū locum ur collata solutio, Ang. & Cast. ibi, & actus qui sequitur declarat intentionem præcedentē. §. pauonum instit. de re. diui. l. sed & Iulia. §. proinde ad macedon. Bart. in l. cætera. §. sed si paranerit nu. 3. de leg. 1. Prætereà quod scripsit Cast. in d. l. exigere, ur intelligendū, quando matrimonium dissoluitur in loco cōtractus, ut ibidem sensit Ang. & ipse Castr. dum allegat l. si uxor eo. tit. & dum dicit, q; poterit conueniri etiā tempore legationis, sicq; præsupponit casum dotis restituendæ euenire durante legatione, Fel. etiam in d. c. 1. fundat decisionem suam super d. Bald. in l. hæres absens de iud. qui nihil dicit de hoc, & idem Fel. dubitat de suo dicto. Neq; prædictis obstat, q; bona in dotem data sint in territo-

8 rio Ferrariæ sita, etenim † cum data fuerint æstimata, maritus eorum dominium consecutus quātitatis ueluti precij debitor factus est, l. quotiens C. de iu. dot. & sic perinde habendum, ac si de quātitate Leonoræ debita ageretur, negari tamen non potest, quin res habeat difficultatem maximam.

CASVS XIII.

¶ Petrus promisit dare Iuliam sororem in uxorē Honufrio, cui & notario stipulāti nomine sororis promisit dotem certæ quantitatis: cōtracto matrimoniū cū muliere Honufrius decessit. Iulia secūdò nupsit Frācisco, publicata fuere bona Petri; mulier petiā fisco dotem a fratre promissam Honufrio primo cōiugi, & sibi. Ex parte fisci duo opponūtur. Primò nō cōstare mulierē contraxisse matrimoniū cum Honofrio, & ideo resolutā esse conditionē, sub qua frater promisit dotē. Secundò opponitur, mulieri nullā actionē aduersus fiscū fratris successorem cōpetere, sed debere contra Honofrij hæredes agere. ¶ Quæritur quid iuris?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quibus probari posit.*
2 *Affine quando possint uel non possint esse testes.*
3 *Testis pro uxore fratris uiuentis nullus potest esse secus tamen est si efficiatur uidua.*
4 *Promissione fratris dotem promittentis uidetur ipso iure pacta mulieri actio.*
5 *Paria sunt dare dotem & promittere.*
6 *Pater & frater tenentur dotare filiam & sororem.*
7 *Promissione dotis facta à fratre inducitur absoluta donatio.*
8 *Bona transeunt in fiscum cum onere suo.*
9 *Soluto matrimonio dominium quarumcunque rerum dotalium et actiones ipso iure transeunt in uxorem.*

FIſcus uidetur teneri ad dotem Iuliæ exſoluendam, quam frater, cuius bona fuere publicata, promiſit: etenim ex teſtibus productis probatum uidetur matrimonium inter Iuliam & Honofrium, & primò tres teſtes
1 † primi deponunt Honofrium & Iuliam ſemper ſe inuicem habuiſſe ut coniuges, & pro talibus ab omnibus tentos fuiſſe, & de hoc famam publicam inter uicinos fuiſſe. Ex quibus uidetur adeo probatum matrimonium, quod onus probandi contrarium transfertur in reum, Innocen. in c.ueniens numero 4. de uerb. ſign. Bartho. in l. ſi uxor §. ſi ea de adult. Felin. in c. illud num. 12. de præſump. & præſertim concurrente dotis inſtrumento, ut uidetur caſus in d.c. illud in fin. Nam & Bald. in cap. ſeries, numero quarto, de teſt. cenſuit ex inſtrumento dotis probari matrimonium præſumptiuè, dummodo faciat mentionem de matrimonio contracto uel contrahendo, Felin. dicto cap. illud nume. 5. Sed & cæteri teſtes ſecundò & tertiò producti id probant, cum deponant ſe fuiſſe præſentes eo tempore quo matrimonium per uerba de præſenti contractum fuit ſecundum eccleſiæ ordinem cum aurei annuli impoſitione, qui ſunt conteſtes, & alter de alterius præſentia teſtatur. Nec obſtat, quòd duo uel tres ſint affines: nam hactenus ſupereſt ſufficiens numerus.
2 Præterea licèt affines † in cauſa criminali non admittantur, & ideo nec uideantur admittendi in cauſa matrimoniali, Dec. conſi. 133. quia & ipſa eſt magni præiudicij, cũ tractetur de ſtatu perſonæ, Caſtren. Alex. Iaſ. in l. 3. de iureiur. Nos tamen non ſumus in cauſa matrimoniali, nec agitur de perſonæ alicuius ſtatu, nec quiſquam inuitus aſſeritur in coniugem, ſed eſt cauſa merè pecuniaria, in qua affines ſunt idonei teſtes, Specu. in tit. de teſtib. §. 1. uerſic. in ciuili uerò, & uerſi. ſed nunquid agnati Bart. in l. qui teſtamento de teſta. Caſtren. in l. fin. C. de probat. licèt incidenter probandum ſit matrimonium, quod incidenter in iudicio deductum facilius probari debere uidetur, ſicuti & dominium in iudicio incidenter deductum, Bartho. l. pen. de cond. inſt. Affines etiam quandoque admittuntur in cauſa matrimoniali: Specu. in titu. de teſt. §. 1. uerſi. quartò fallit. Præterea ſuſpitio, quæ poſſet oriri ex affinitate, purgatur per alios teſtes, ut ex Angel. tradit Dec. d. conſ. 133. Tandem ſi affinis non eſt intra gradum, in quo non cogitur teſtimonium dicere contra affinem de quo in l. lege Iulia de teſt. 3. q. c. ſi teſtes uerſicu. lege Iulia. Poteſt etiam pro affini teſtimonium dicere, Abba. c. cum oporteat numero. 3. de accuſ. Vltimus & penultimus teſtis licet fuerit affinis Iuliæ, tamen diſſoluta eſt affinitas per mortem Honofrij. l. cui eorum §. affinitates, ubi Bart. de poſtul. quo caſu Bald. in d. §. affinitatis ubi di-
3 xit, licèt † quis non poſſit eſſe teſtis pro uxore fratris uiuentis: ſecus tamen ſi efficiatur uidua, & ut alios effectus ceſſare recenſet, Iaſ. in l. ſicut autem de re iud. Vnde cum de matrimonio conſtet, uidetur etiam conſtare ius irreuocabile fuiſſe quæſitũ Iuliæ ex promiſſione l. 1. §. accedit C. de re. ux. act. & quia contracto matrimonio ſecuta eſt cauſa, propter quam dos fuit promiſſa l. ſi donaturus de cond. ob cauſ. Sed & mulier contra fiſcum obtinere debuit, licèt nullum fuiſſet matrimonium contractũm cum Honofrio, nam quamuis reſoluta fuiſſet promiſſio quò ad fratrem Iuliæ, & Honofrium, l. ſi extraneus de cond. cau. dat. Tamen quò ad fratrem & Iuliam quò ad effectus qui reſpiciũt fauorem mulieris, licèt matrimonium non ſit ſecutum, conſeruatur mulier in iure dotis quæſitæ l. 2. §. fin. de priuileg. cred. Nam (Præter id ꝙ notarius ſtipulatus eſt pro muliere) ex promiſſione
4 † fratris dotem promittentis, uidetur ipſo iure parta mulieri actio, l. 1. §. accedit C. de rei ux. actio. ubi extraneus dans dotem, cenſetur mulieri in totum donare, non autem ius aliquid ſibi reſeruaſ-
5 ſe, & cum paria † ſint dare dotem & promittere l. fin. C. de do. promiſſ. l. fin. C. ad l. Falcid. tex. ille loquens in dante procedere uidetur etiam in promittente, glo. Bar. & Bald. ibi, Dec. conſi. 35. nu. 4. uerſi. & in propoſito &c. & ſpeciale eſt in dote, ut ex contractu inter alios celebrato mulieri abſenti in dote data uel promiſſa ius quæratur d. §. accedit. l. fin. in prin. C. de iu. do. Barth. conſi. 123. incip. factũm tale, Dec. d. conſi. 35. nu. 1. & in huiuſmodi tacita donatione nõ requiritur partis pſentia, Barr. in l. ſi creditores in fin. Alex. in l. 2. nu. 5. Iaſ. num. 5. C. de pact. Caſtren. in l. ſi cum dotem in princ. num. 6. Alex. nu. 15. ſolu. matr. Nec obſtat, ꝙ ſi ſecutum non fuiſſet matrimonium, reſoluta fuiſſet dotis promiſſio facta à fratre tanquã extraneo, Barth. in l. ſi cum dotem in prin. num. 7. ſolu. matri. Dec. d. conſi. 35. nu. 5. §. præſtantiſſime
6 doctor. Nam reſpondetur, ſicut pater † tenetur dotare filiam l. qui liberos re ri. nup. d. l. fin. C. de do. promiſ. Ita etiam frater tenetur dotare ſororẽ ex eodẽ patre natã, l. cum plures §. penul. de admin. tut. Bart. in l. 1. num. 12. Alex. nu. 23. & ibi ſequuntur poſteriores ſolu. matr. & multo magis in caſu noſtro, cum ex ſtatutis loci fœminæ non ſuccedant, ſed debeant dotari. Vnde ſicut ſi pater det, uel promittat dotem pro filia, inducitur abſoluta donatio, ſiue ſequatur matrimonium, ſiue nõ d. l. fin. C. de do. prom. l. ex morte C. de pact. conuen. Iaſ. in l. fratre, à fratre nu. 44. uerſiculo quarta fallen. de conditio. indebit. ea ſola ratione, quia pater tenebatur filiam dotare, Decius in dicto conſilio 35. numero tertio, uerſiculo nec prædictæ concluſioni, & clarius numero ſexto, & numero
7 nono. Ita etiam ſi frater, † qui tenetur dotare ſororem, & iure communi & municipali det uel promittat dotem pro ſorore, induci debet abſoluta donatio. Qua de re cum frater teneretur ad dotem promiſſam, & obligatione legali, & ſtatutorum loci debitam, fiſcus, qui ſucceſſit in locum fratris, ad eandem teneri debet, bona
8 enim tranſeunt in fiſcum cum onere ſuo, l. prima, C. in pen. ſi ſc. cred. præfer. libr. undecimo, l. recuſare §. ſed ſi fiſco ad Trebellia. latè Ripa. in l. ex facta §. ex facto numero quinto, ad Trebellian. Nec dotem promiſſam hæres, uel alius ſucceſſor fratris minuere uel mutare poſſet, l. ſi ego §. ſi res C. de iu. do. Auth. ſed quãuis C. de rei

uxo.

ux.actio. quæ iura licèt loquantur in dote data, etiam procedunt in dote promissa, Iaso. in l. filiam legatorum C. de leg. nume. 4. Dec. dicto consi. 35. num. 4. & nu. 8. & etiam quòd frater ipse potuisset minuere, non tamen possunt successores, Dec. d. consi. 35. num. 5. uersi. postremo, & nu. 8. uersi. postremo dato. Adhæc licèt Iulia uiuo Honofrio nullam habuisset actionem contra fratrem: mortuo tamen Honofrio agere potest contra fratrē, uel illius successores. Nam hæredes Honofrij nō tenentur restituere dotem Petro fratri, sed mulieri, Bald. d. §. accedit nu. primo, sed dotem restituere non tenetur, quam non receperunt, & satis est ꝙ actio, quæ Honofrio aduersus fratrem uxoris competebat, restituatur mulieri, & licèt non appareat de aliqua cessione facta mulieri ab hæredibus mariti, tamen ipso iure translata est actio in mulierem, nam soluto matrimonio dominium
9 † quarumcunque rerum dotalium, & actiones ipso iure transeunt in uxorem, l. in rebus C. de iu. do. Rip. l. 1. nu. 36. solu. matrim.

SUMMARIUM.

1 *Mulier si dedit dotem nec sibi fuit constituta donatio propter nuptias facto diuortio non potest petere eam sibi constitui ut lucretur.*

2 *Dotem constitutam tenere etiam quod non constituatur donatio propter nuptias.*

3 *Vxor quando poßit uel non poßit lucrari donationem propter nuptias.*

CASUS XIIII.

Ex proposito themate duæ oriuntur quæstiones. Prima, an constituta dote à parte mulieris, intelligatur etiam constituta donatio propter nuptias ex parte uiri. Secunda, an mulier, quæ licèt constituerit, & promiserit dotem certæ quantitatis uiro, non tamen eam soluit, uel numerauit, mortuo marito debeat lucrari donationem propter nuptias. Circa primam gl. in authen. dos data, uersi. exactio. C. de donat. an.
1 nup. asseruit, si mulier † dedit dotem, nec fuit sibi constituta donatio facto diuortio non posse petere eam sibi constitui, ut lucretur, ad quod uidetur. tex. in l. cum multæ §. si igitur C. de donat. propter nupt. qui præsupponit dotem constitui absq; donationem propter nuptias, sed deinde posse maritum facere donationē propter nuptias, quod facere superuacuum foret, si dicta donatio esset ipso iure constituta. Idem sensit glo. in auth. æqua
2 litas C. de pac. conu. quæ uult dotem † constitutam tenere, etiam quòd constituatur donatio propter nuptias, quòd si donatio propter nuptias non intelligitur constituta ipso iure, licèt sit constituta dos, indubitatum est mulierem donationem aliquam propter nuptias lucrari non posse. Sed quòd constitúta dote ex parte mulieris, sit etiam constituta donatio propter nuptias ipso iure ex parte uiri, uolucre Azo & gl. 1. in fin. & Cy. in auth. dos data C. de donat. ante nupt. Barth. in authen. de æq. do. in prin. num. 4. & in l. si constante in princ. nume. 76. solu. matr. & uidetur uerior sententia, quæ tamen uidetur procedere duntaxat in dote data, in qua loquitur text. in d. authen. dos data, Azo & alij supra allegati. Quò ad secundam & si mulieri, quæ dotem promisit, sit expres-
3 se facta donatio propter nuptias, tamen † si dotem constitutam non soluit, donationem propter nuptias lucrari non potest, & si soluit dotem pro parte, pro ea tantum parte lucrari debet donationem in authen. de non elig. sec. nub. §. fin. in auth. sed quæ C. de pact. conuen. in §. fin. in authenti. ut exact. inst. do. & in authen. dos data C. de donat. ante. nup.

CASUS XV.

¶ Liuia plura habens bona, nupsit Marco Antonio, cui partem bonorum in dotem dedit, Marcus Antonius cum uxore cohabitans fructus etiā ex bonis uxoris non dotalibus percepit. Idem una cum uxore uendidit nonnulla bona dotalia: item quædam ex bonis uxoris non dotalibus, & ambo scilicet uir & uxo. pretium recepisse fuerunt confessi. Mortuo Marco Antonio super duobus contenditur. Primùm, an fructus bonorum non dotalium durante matrimonio percepti, sint uxori per hæredes mariti restituendi. Secundum, an prætium redactum ex uenditionibus bonorum sit integrum uxori restituendum.

Quæritur quid iuris.

SUMMARIUM.

1 *Fructus rerum non dotalium quando, & quomodo restituendi sint uxori ab hæredibus mariti.*

2 *Fructus naturales & industriales qui sint.*

3 *Vxor de bonis dotalibus uenditis à marito & uxore censetur recepiße dimidiam pretij.*

4 *Maritus & uxor si simul uendant quid iuris erit.*

5 *Pater & filius si simul confiteantur recepiße dotem quilibet tenetur pro dimidia.*

Circa primum res deciditur per Bar. & Alex. qui multorum opiniones recensent, in l. pen. ad l. Falc. Alex.
1 consi. 4. lib. 1. consi. 63. libr. 2. † si fructus fuerunt per maritum percepti contra uoluntatem uxoris, hæredes ad eorū restitutionem teneri, si uerò uoluntate uxoris, ac extant deberi mulieri, ꝙ si cōsumpti sunt fructus industriales non esse uxori restituendos, naturales uerò magnos sic, quatenus maritus ex eis factus est locupletior. quinimò text. in l. pen. C. de pact. conu. uī uelle, ꝙ maritus possit indistinctè conuertere in cōes usus ipsius, ac uxoris redditus bonorum parafrenalium, & idem ēt quò ad naturales sentire uidetur Alexand. in d. l. pen. nu. 3. & 4. & in d. consi. 63. num. 7. & Prat. Pap. in for. libr. quo mulier agit ad dotem in uersi. tanquam bona numero. 6. qui dixit maritum non teneri ad restitutionem fructuum naturalium, si de uoluntate expresse, uel tacita uxoris essent in promiscuum usum conuersi, in quo tamen quò ad na-

turales nonnulli contrarium ſcripſere. Qui autem
2 dicantur † fructus naturales, & qui induſtriales tradit Barth. in l. ex diuerſo de rei uendic. Bald. in l. pro oneribus. C. de iu. dot. & ex dictis eorum colligitur, fructus naturales dici, quos natura nulla, aut modica hominis induſtria producit, ut poma & ſimilia. Circa ſecundum quò ad bo-
3 na dotalia uendita † per maritum & uxorem, qui confeſſi fuerunt recepiſſe pretium Caſtrenſ. in l. reos. §. cum in tabulis de duo. reis, dixit mulierem cenſeri recepiſſe dimidiam pretij, ideo pro ea quantitate illi dotem repetenti obſtare exceptionem, comprobauit Bald. in l. mater numero undecimo. C. de rei uendicat. Contrarium cenſuere Bald. & Salyc. in authentic. ſi qua mulier. C. ad Velleia. & plures alij eâ potiſſimum ratione, quia dos non poteſt conſtare matrimonio reſtitui uxori, niſi in caſibus, de quibus per glo. & Doctor. in l. ſecunda, ſoluto matrimon. & extra hos caſus reſtituendo maritus non liberatur. Quò uero ad alia bona, quæ erant propria uxoris obſtare abſque dubio uidetur uxori exceptio. Primò, quia ratio prædicta ſcilicet maritum non poſſe conſtante matrimonio reſtituere dotem, & ſi eam reſtituat non liberari, præterquam in caſibus de quibus in l. ſecunda, in princip. ſoluto matrimo. non uendicat ſibi locum in bonis non dotalibus. Secundò, quia ſicuti ſi maritus & uxor ſimul donēt rem, quæ erat in totum mariti, cenſetur maritus conſenſiſſe, ut etiam pro parte uxoris dominium transferatur, Bald. in l. ſi laqueat C. de inoff. donat. Alexand. in l. ſi conſtante. §. ſi uxor ſuluto ma-
4 trimon. Ita † & ſi maritus & uxor ſimul uendant, cenſetur uxor conſenſiſſe, ut etiam pro parte mariti fiat uenditio, quò caſu ſolùm ſupereſt ſibi actio ad pretium ſecundum ramen tradita per Barthol. in l. quæ dotis ſoluto matrimonio. Tertiò uidetur caſus in dicta l. reos. §. cum in tabulis. Neque obſtat ſi diceretur præſumi pecuniam totam ad maritum perueniſſe, niſi contrarium probetur iuxta authenti. ſi qua mulier. C. ad Velleian. Nam reſpondetur primò textum illum non loqui in marito alienante bona uxoris, ſed in marito obligante ſe creditori, cui mulier conſentit. Secundò ſi pretium ex uenditionibus redactum, fuit expenſum in communes uſus, præſumi ad utrumque, ſcilicet maritum & uxorem proueniſſe, glo. in l. uir uxori. §. fin. ad Velleian. Tertiò ſi mulier & maritus cum iuramento renunciauerunt omni legum auxilio, mulier beneficium dicta authenti. allegare non poteſt, Bald. in l. antiquæ in fin. C. ad Velleian. Caſtren. in dicta authen. ſi qua mulier num. 2. Adhoc facit, quod in fortioribus terminis ſcripſere Bald. & Imol. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur ſoluto matrim. Si
5 pater † & filius ſimul confiteantur recepiſſe dotem, quemlibet teneri pro dimidia, & regulariter ubi plures ſe principaliter obligant, & ſi pecunia peruenit ad unum ſolum, is tamen qui dicit pecuniam ad alium perueniſſe, tenetur id probare Barthol. in l. in duobus. §. ubi duo in 7. q. de duo. reis, Caſtrenſ. in dicta l. uir uxori §. fina. cuius exemplo & is qui ex duobus reis credendi, ut duobus uenditoribus dicit pecuniam totam ad alterum perueniſſe, id tenetur probare: argueте enim licet a reis debendi ad reos credendi Bartho. in l. reos num. 9. de duob. reis.

CASVS XVI.

¶ Antonius promiſit genero pro dote filiæ, ſcutos nouem mille, quorum tres mille numerauit, alios ſex mille promiſit ſoluere illinc ad annos ſex, & promiſit pro alimentis filiæ, & oneribus matrimonij à genero ſuſtinendis ſoluere interim quotannis genero ſcutos tercentum, incipiendo primam ſolutionem illinc ad duos annos: ante completos dictos duos annos deceſſit mulier, & maritus uigore ſtatutorum lucratus fuit dotem; deinde & ipſe poſt aliquot annos deceſſit, & in teſtamento legauit Iulio creditum dotis.

¶ Quæritur, an pro tempore decurſo poſt mortem mulieris maritus uel eius hæres aut legatarius poſſint petere tercentum aureos annuos durante tempore dictorum ſex annorum, & in facto præſupponendum, quòd maritus non erat ſolitus negotiari.

SVMMARIVM.

1 *Maritus quando poſſit certum quid annuum promiſſum pro dote petere & num. 2.*
3 *Vſuræ ſunt promiſſæ de iure ciuili.*
4 *Diſpoſitio tex. in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. ut locum ſibi uendicet tria ſunt neceſſaria.*
5 *Ceſſante cauſa & ratione finali debet ceſſare effectus conſumandus.*

VAriæ ſunt doctorum ſententiæ, an licita ſit conuentio, qua generdat dilationem ſocero ad dotem filiæ ſoluendum, & ſocer promittit certum quid annum genero durante dilatione: uerùm cuicumque ſententiæ adhæreamus, quò ad rem præſentem maritus uel eius hæredes uſuras aliquas ſeu intereſſe annum promiſſum petere non poſſe uidentur, nam ſi ſequamur opinionem Io. Andreæ in c. ſalubriter de uſur. quā ſecuti fuerunt Card. & Ant. de Butr. ibi, Soc. conſ. 129. Laur. Rodulph. in tract. de uſur. q. 53. refert expedita, ꝙ ſi adhæreamus ſententiæ Abbatis ibi-
1 dem aſſerentis maritum † poſſe certum quid annuum promiſſum, donec ſoluatur ei dos, petere; ita demum ſi ſolitus ſit negotiari uel ponere pecuniam apud mercatorē, quod comprobat Alex. cōſ. 141. nu. 9. li. 5. Res pariter erit expedita. Cùm maritus non eſſet ſolitus negotiari, uel ponere pecuniā penes mercatorē, ꝙ ſi uera eſt ſententia Barr. in l. in inſulam. §. uſuras ſol. ma. ut c. ſ. licita ſit huiuſmodi conuentio, & maritus certum quid annuū promiſſum poſſit petere non ut uſuras, ſed ut intereſſe. i. quatenus expendit in uxore: quod etiam uoluere Caſtr. in d. §. uſuras, Bal. & Ang. in l. genero. §. non tantum, de neg. geſt. & alij quos refert & ſequitur Alex. in d. §. uſuris qui atteſtatur id cōiter teneri, & cōprobauit conſ. 119. nu. 4. Idemq; cenſuit

ſuit Bal. Nouellus in trac.de dot.in 7.par. 1.part. priuil.tertio, ubi concludit maritum poſſe uſuras promiſſas pro dote non ſoluta petere, quatenus non excedant onera matrimonij: Cum in re propoſita mortua uxore antequam ueniret tempus ſoluendi aliquas uſuras, ſeu certum quid annuũ maritus non poſſit dicere uel allegare aliquid expendidiſſe pro uxore mortua, uel onera matrimonij aſcendere ad ſummam annuam promiſſam, ſequitur neceſſariò quòd neque uſuras aliquas ut intereſſe poſſit petere: quòd ſi etiam ſequẽda eſſet ſententia Alexandrini conſi. 108. Cant. conſil. 179. Ambroſ. de Vignate in tract. de uſur. numero decimo quarto, aſſerentium conuentionem
2 † prædictam ualere ſolum in caſu, quo nulla data ſit ſocero dilatio ad ſoluendum, cum in præſenti caſu data ſit ſocero dilatio ad ſoluendum, res eſſet contra maritum deciſa. Adhæc doctores magis communiter aſſeruerunt huiuſmodi conuentionem eſſe licitam ob rationem text. & glo. in d. c. ſalubriter, ſcilicet quia huiuſmodi promiſſio uſurarum eſt ex cauſa oneroſa, & propter onera matrimonij, quæ maritus ſuſtinet: unde ubi non adſunt onera matrimonij, ibi non poteſt locum ſibi uendicare prædicta communis opinio, quod ex alijs ſuadetur. Nam & licèt de iure ciuili uſuræ
3 † eſſent permiſſæ, tamen maritus, cui promiſſæ erant uſuræ dotis, à ſocero conſequi non poterat uſuras dotis non ſolutæ, niſi ſuſtineret onera matrimonij l. in inſulam §. uſuras, & ibi in Summario not. Bart. Bald. Ange. & Caſtren. Et ad hoc
4 ut diſpoſitio text. † in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. locum ſibi uendicaret, tria erant neceſſaria ſcilicet, promiſſio dotis, contractio matrimononij, & ſuſtentatio onerum matrimonij, Bald. in d. §. præterea in princ. uerſicu. nam tria &c. Alexand. conſi. 73. num. 9. lib. 5. Vnde & ad hoc ut hodie uſuræ ſeu certum quid annuum promiſſum pro dote nõ ſoluta peti poſſint, eadem tria debent eſſe neceſſaria, & ſi ſocer mortua filia promiſiſſet uſuras, ſeu certum quid annuum marito danti dilationem ad ſoluẽdum dotem promiſſam, quã maritus uigore ſtatuti fuerat lucratus, proculdubio huiuſmodi conuentio eſſet illicita, ideoque extingui deberet cum peruenerit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt l. exiſtimo in fin. princ. l. pluribus §. & ſi placeat de uerb. obliga. præcipuè cum promiſſio & eius effectus nondum eſſet cõſumatus, quia filia deceſſit antequam ſoluerentur, & etiam antequam ueniret tempus ſoluendi uſuras, Bart. in d. §. item ceſſante cauſa & ratione
5 finali, † probatur quam promiſſio huiuſmodi uſurarum eſt ualida, ceſſat effectus conſumandus l. 2. §. fi. & ibi Barth. de donat. & ſic ceſſante cauſa & ratione ſuſtentationis onerum, ceſſare debet effectus conſumandus, id eſt ſolutio uſurarum pro tempore futuro, & eo magis quia in re propoſita uſuræ ſiue quid annuum fuit promiſſum expreſsè pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, & ſic ratio finalis promiſſionis eſt ſuſtentatio onerum matrimonij. Tandem Bald. in rub. C. de uſur. numero quinto, Specu. & Feder. de Sen. quos refert Alexand. in d. §. uſur. ſcripſerunt, ſi maritus, qui petere poterat uſuras dotis non ſolutæ, accipit pecuniam ab amico, & ei cedit creditum dotale, ceſſionarius non poterit petere uſuras, quia in ceſſionario ceſſat ratio extorquendæ uſuræ, ſcilicet onera matrimonij, & Abb. in d. c. ſalubriter numero 4. dixit diſpoſitionem illius text. nolentis fructus fundi dati pignori pro dote, non eſſe imputandos in ſortem, non procedere in hærede, qui non ſuſtinet onera matrimonij: ideo in re propoſita nullo iure hæres mariti, uel is, cui creditum dotale relictum eſt, petere poſſe uidetur annuos ſcutos tercentum promiſſos marito.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IN MAT. VLT. VOLVNTATVM,

Excell. I.V.D.D. Petri Antonij Angussolæ, Liber Sextus,

CASVS I.

TEstator in testamento ita dixit, Instituo hæredẽ Iulium filium meũ, & post eum, illius filios masculos. Iulius adiuit patris hæreditatem. § Quæritur, an intelligatur grauatus restituere hæreditatẽ filijs ipsius post mortem suam,

SVMMARIVM.

1 *Dictio hæc & post eum instituo quem sensum habeat & num.8.& 9.*

2 *Cognatis relinquere idem est quod relinquere cognationi & tamen primo admissi non grauantur alijs restituere.*

3 *Dictio hæc deficientibus propinquis quomodo sit interpretanda.*

4 *Declaratio uerborum l.hæredes mei §.fi.ad senatusc. Trebell.*

5 *Verbum instituo non simul honorat & grauat.*

6 *Verbum instituo relatum ad filium & ad filios filijs quid operetur .*

7 *Verbum instituo est dilectum & ciuile.*

CIrca propositam quæstionem doctores diuersimodè cõsuluerunt: nemo tamen sententiam suam lege, uel concludenti ratione probare uidetur. Ego uerius esse arbitror, filium filij instituti esse uocatũ duntaxat per uulgarem substitutionem: hæredemq; filiũ post aditam hæreditatem non esse aliquo onere restitutionis grauatum. Id enim in primis suadet text.
1 in l.fin.C.de uerb.signifi.ibi, ut † post eos, & liberti ueniant &c.nam in eo tex. propinqui post consequutum legatum non intelliguntur grauati restituere libertis. Verũ liberti admissis propinquis sunt exclusi, quod etiam sensit Cast.ibi, nu.6.& 7. Idẽ ꝓbat tex.in l.j.§.post suos, & in l.2. in prin. & §.1.de suis & legit.qui text.quatenus dicunt post suos uocari consanguineos, & post ꝯsang. uocari agnatos; interpretant̃.i.si suus uel consanguineus non extabat tpe mortis, uel non succedet; & nullo modo significare possunt, ut sui post aditã hæreditatem teneantur restituere consanguineis, uel consanguinei agnatis; eandem sententiam comprobat tex, in l.cum ita, §.in fideicõmisso, de lega. 2.in uerbis illis post eos omnes extinctos &c.quæ uerba secundum uerum sensum (quicquid ibi scripserit Castrensis) interpretanda uidentur, ut alij quàm nominati admittantur: ita demum si nominati moriantur, antequam cedat dies legati, uel fideicõmissi, & sic censentur uulgariter substituti nominatis, non autem per fideicõmiss. Comens. ibi, nu.4.uersi.hoc uidete, & uersic.item uidistis, & in l.peto §.fratre nu.4.in repet.de leg.2. Cõprobat Soc.in l.si cognatis nu.17.de reb.dub.Apostil. ad consi. Alex.26. nu.13.libr.3.qui sensus ad d.§. in fideicõmisso comprobari uidetur ex eo, ꝙ text. ille uult post nominatos admitti eos solum, qui erant de familia testatoris, tempore quo is moritur. Verum si nominati intelligerentur post eorũ mortem, grauati restituere sequentibus, admitterentur etiam hi, qui non erant de familia tempore mortis testatoris, dummodo sint de familia tempore euenientis conditionis, & sic mortis nominatorum. l.interuenit de leg.præstan. Idemque
2 cõfirmat text.in l.si cognatis de reb.dub.ubi † idẽ est relinquere cognatis, & relinquere cognationi, & tamen hi, qui primò sunt admissi ad legatum relictum cognatis, non intelliguntur grauati restituere sequentibus: imò aliquo semel admisso, cæteri censentur exclusi Socin. ibi numero 15. in in fin.uersi.sed ista omnia. Et prædictam interpretationem suadet etiam text.in dicta l.fin.C.de uerb.signifi.ubi ad fideicommissum relictum familiæ, uocantur personæ ibi enumeratæ, & tamen in eo textu is, qui primò fuit admissus, non censetur grauatus restituere sequentibus, ut su-
3 pra fuit dictum; & uerbum, † deficientibus propinquis, in eo textu interpretandum est: id est, si deficiant antequam ad fideicommissum admittantur. Legimus & alibi, scilicet in l.hæredes mei §.fin.ad Trebellian.uerba illa, deficiente
4 † gradu nepotum, interpretari, id est, si deficiant nepotes antequam fideicommissum, consequantur, & in l.si Titius & Seius de hæred. institu. Verba, alteroque eorum mortuo, significare si mortuus fuerit ante adeptam hæreditatem. Adhæc in proposito casu filium institutum non censeri post aditam hæreditatem grauatum aliquo onere restitutionis, comprobari posse uidetur pluribus rationibus. Primò impossibile
5 uidetur, quòd idem uerbum, s.instituo † hono-

ret

ret filium, & eundem fideicommisso grauet; & licèt quandoque legamus institutionem, & uulgarem substitutionem posse unico uerbo fieri, Castren. in l. Gallus §. quidam rectè de lib. & posthu. nu. 7. non tamen unico uerbo potest fieri institutio, & fideicommissaria substitutio: & quanuis Castren. in d. §. quidam rectè nu. 9. uelit, si testator instituat fratrem & eius liberos, liberos censeri substitutos fratri, etiam per fideicommissum eius: tamen sententia communiter reprobatur, ut aliàs sæpius ostendi. Secundò, idem uer-
6 bum † instituo, relatum ad filium & filios filij, debet omnes eodem iure, s. uel directo, uel obliquo uocare, l. iam hoc iure de uulga. l. 2. C. de impub. Tertiò, substitutio debet potius interpretari, ut sit directa, quàm ut sit obliqua, si pater de testam. in 6. & ut facta fuerit de nepotibus iuxta consilium Galli, de quo in l. Gallus §. 1. de lib. &
7 posthu. Quartò, uerbũ instituo, † est directum ciuile, unde cum possit importare directam substitutionem filio nolente, uel non ualente succedere, nullo modo potest trahi ad fideicõmissum l. uerbis ciuilibus de uulga. Quinto, si testator dicat, Titium instituo, Iulium substituo; uulgaris tantùm substitutio inducitur, l. uxorem §. Seium de legato. 3. l. Lucius §. filiam ad Trebellian. Bartho. in l. Centurio nume. 31. de uulga. & faciliùs si dicat filium instituo, nepotem substituo,
8 dicta l. Gallus §. 1. Vnde † & si dicatur filium, & post eum nepotem instituo: nepos censeri debet dumtaxat uulgariter substitutus. Nam cum uulgaris substitutio dicatur secunda institutio, & substitutus uulgariter dicatur institutus in 2. gradu l. 1. in princ. de uulg. testator dicendo filium meum, & post eum, ipsius filios instituo, aliud noluisse uidetur, quàm facere primam & secundam institutionem, siue primum & secundum gradum institutionis, & sic instituere filium, & substituere filios filij. Neque obstat, si dicatur uerbum post importare tractum temporis, & sic fideicommissariam substitutionem inducere Bart.
9 in l. centurio nu. 32. de uulg. † Nam respondetur primò, uerbum post in casu præsenti licèt denotet ordinem successiuum, non tamen significare tractum temporis inter institutionem filij, & institutionem filiorum suorum, ut probant textus superius allegati, & max. in l. fin. C. de uerb. signif. ubi uerba illa post eos, & liberti ueniunt, non significant tractum aliquod temporis inter propinquos & libertos, & in l. 1. §. post suos, & in l. 2. in prin. ubi uerbum post non denotat tractum temporis inter suos & consanguineos, neque inter consanguineos & agnatos. Secundò, ubi dictio post significaret tractum temporis, respondetur, quòd & si ad hoc ut inducatur fideicommissaria substitutio; requirantur uerba denotantia tractum temporis, ut dixit Bartho. in dicta l. centurio, non tamen omnia uerba, quæ possunt significare tractum temporis, inducunt. fideicommissariam substitutionem, nam uerbum, gradatim, non importat fideicommissum l. prima §. gradatim un. cogn. & uerba ordine successiuo nõ important necessariò fideicõmissariam substitutionẽ: sed qñq; inducũt solũ uulgarẽ, Cast. & posteriores in l. Gallus §. quidã rectè de lib. & post.

CASVS II.

¶ Gabriel legitimauit Ioannem Mariam filium naturalem, adiecta in legitimatione clausula, salua ultima uoluntate patris. Decedens instituit hæredem uniuersalem Ioannem Andream; Ioannem Mariam instituit in quibusdam bonis: quæ possunt esse duodecima pars bonorum suorum; & quandocunque decederet sine filijs, uoluit illa peruenire in Ioannem Andream. Mortuo Gabriele, decessit Ioannes Maria sine filijs, instituto hærede extraneo. Ioannes Andreas agit ad fideicommissum ex testamento Gabrielis. Opponit hæres Ioannis Mariæ, quanuis Io. Maria nullam in bonis patris petere potuisset legitimam, potuisse tamen bona relicta pro legitima retinere: idemque hæredi illius licere, ob id, quod respondit Dec. consi. 257. s. filium legitimatũ cum clausula ut ex testamẽto non succedat nisi in partibus, & portionibus, quæ patri uidebuntur, si hæres instituatur, & fideicõmisso post mortem suam grauetur: licèt nullam legitimam petere potuisset, postquam tamen hæres institutus fuit posse eam retinere. Quæsitum fuit quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Onus fideicõmissi a b ipso usque principio successionẽ afficit & tantominus relictum uidetur.*
2 *Plus dicitur non solum re sed qualitate & causa, & nume. 11.*
3 *Testator ubicunque potest alio testamento extinguere quod primo reliquit alicui potest eundem fideicommisso grauare.*
4 *Pater non tenetur quicquam relinquere filio legitimato hoc modo salua ultima uoluntate.*
5 *Miles potest priuare filium etiam in legitima & numero. 12.*
6 *Legitimatus qua conditione non possit succedere ab intestato patri suo.*
7 *Retentio & acquisitio quando eodem modo impeditur.*
8 *Testator uidetur cogitare illud quod lex disponit.*
9 *Priuatio præsupponit habitum.*
10 *Filio relinquatur minus legitima & an relictis filio adijciatur aliquid onus, differt.*

PRædictam Decij sententiam refellit Alciatus in rubr. de lib. & posthu. ex eo, quia onus † fideicommissi
1 ab ipso usque principio successionem afficit; ut tantominus relictum uideatur, l. 1. §. si hæres percepto fundo ad Trebell. Ideoque aduersus uoluntatem defuncti succedere uidetur qui plus capit, quàm sibi sit re
2 lictũ, & plus non solùm dicitur re, † sed etiam qualitate, & causa, §. plus autem Instit. de act. & is, qui non potest petere, non potest etiam retinere l. amplius non peti rem rat. hab. sicut & qui rei dominus non est, & ideo eam uendicare non

potest

poteſt contra agentem publiciana, licèt agens do minus non ſit, excipere non poteſt l.pen.l.fin.de publicia. Ego quoque non rectè conſuluiſſe Decium arbitror, ſi generaliter intelligatur, ubicumque legitimatio limitata eſt, ut non ſuccedat niſi in eo, quod patri placuerit, uel cum ſimili clauſula. Etenim pater poſt inſtitutum filiū ita legitimatum poteſt, aliud teſtamentum condendo, & alios inſtituendo, irritum omnino reddere inſtitutionem, & relictum filio ita legitimato factum, ut fatetur Decius ibi, & clariùs cõſi.264.

3 Verùm † ubicunq; teſtator poteſt alia ultima uoluntate extingnere, ſeu extingui facere id, quod alicui teſtamento dari iuſſit: poteſt ét eundem fideicommiſſo grauare, & in fideicommiſſo uenit omne id, quod teſtamento reliquit l.quidam teſtamento §.fin.de leg.1.l.ſi fundum per fideicommiſſum §.fin.de leg.1.iunctis his quæ tradunt Accurſ.Bart.& Iaſ.in d.§.fin.Caſtren.nu.9.Iaſ.num.16.in l.cohæredi §.cum filiæ de uulg.aſſerentes, quòd ſicuti pater per ſubſtitutionem pupillarem poteſt auferre hæreditatem, ac etiam legitimam filij hæredibus filij: ita põt eos per fideicommiſſum grauare etiam in legitima filij,& in fideicõmiſſo ab hærede pupilli filij relicto, comprehen-

4 ditur ét filij legitima. Secundò cum pater † non teneatur quicquam relinquere filio ita legitimato: negari non poteſt, quin filius ita legitimatus hæres inſtitutus habeat omnia teſtatoris iudicio, non autem legis prouidentia. Ideo per fideicommiſſum in omnibus per patrem grauari poteſt, & in fideicommiſſo ab eo relicto omnia includuntur l.ſi arrogator de adoptio l.ſed ſi ſic de lega.3. Tertiò, ſententia Decij ſi generaliter intelligatur, ut propoſitæ quæſtioni conuenire poſſit; repugnat uerbis einſdem: in l.precibus nu.24.uerſic.

5 ſed in milite C.de impub.ubi inquit, cum † miles poſſet priuare filium etiam legitima iur.cod.l. fin.C.de inoff.teſtam.in fideicommiſſo iniuncto ſimpliciter à milite, includi ét legitimam ex natura uniuerſalis relicti, nec conſiderari fauorem retentionis; quia non agitur de iure abſolutè quæſito, ſed eſt ius reuocabiliter quæſitum ex uoluntate teſtatoris, quæ totum facit: quibus accedat quod ſcripſere Alex.conſil.187.Curt.ſen.cõſi.73. nu.6.uerſic.cum igitur &c.Mart.Lauden.in trac. de legitim. nu.65.ſ. legitimatum cum clauſula,

6 † quòd ex teſtamento ſuccedat duntaxat in partibus, prout patri placuerit; non ſuccedere ab inteſtato. Legitima autem eſt quota eius, quod quis ab inteſtato eſt habiturus l.Pamp.§.quarta de ino. teſtam. Authen.noniſſima C.eo.tit.& debetur his ſolùm, qui ab inteſtato ſuccedunt, Bald.in l.maximum uitium nu.22.C.de lib.præter. Neque Decij ſententiam tuetur id, quod reſpondit Bened.Cap. conſil.19.nam per ſtatutum, quo cauebatur mulierem non poſſe uenire ad ſucceſſionem, nec impugnare teſtamentum contra uoluntatem teſtatoris; data fuit patri poteſtas priuandi filiam legitima, ſolùm quando prætextu legitimæ filia uellet impugnare teſtamentum patris: ubi uerò filia poteſt conſequi legitimam, abſque eo, quòd impugnaret teſtamentum patris: res remanet in diſpoſitione iuris communis arg.l.ſi extraneus de cond.ob cau.& ſic obligatio relinquendi, aut dimittendi dictam legitimam durat.ubi filia poteſt eam conſequi abſque eo, quòd impugnet teſtamentum patris, prout quando fuit inſtituta, & poſt mortem grauata. Capræ quoque ſentẽtia fundatur maximè ſuper eo, quòd filia erat prohibita petere legitimam contra filios, nepotes & alios de familia teſtatoris; & in eo caſu filia, ſeu illius hæredes non uolebant retinere legitimam contra filios inſtitutos: cum nulli ſupereſſent, ſed contra eccleſiam, cui bona erant reſtituenda. Et ſic uoluit Capra non eſſe prohibitas filiæ hæredes retinere legitimam, non ea ſola ratione, quòd prohibitus petere non prohibeatur retinere; ſed etiam quia non adeſſent requiſita à ſtatuto: aliàs minus rectè ſenſiſſet Capra: etenim ubi acquiſitio procedit ſolùm ex teſtatoris iudicio, & non ex

7 aliqua neceſſitate legis † eadem facilitate impeditur retentio & acquiſitio d.l.quidam teſtamento §.fin. Minuſque pro opinione Decij facit, quòd pater inſtituendo eum ut filium, tractauerit ut filium, ita ét ſubſtituerit ei ut filio, & ſic ut poſſet deducere ea, quæ filij deducere ſolent: quia teſta-

8 tor † uidetur cogitare illud, quod lex diſponit, Bald.in l.præcibus in ult.charr.C.de imp.& ideo non præſumatur filium in legitima grauaſſe; nam ad hoc reſpondet ipſemet Decius in d.l.præcibus nu.24.Soc.in l.centurio nu.31.de uulg.ſ.in fideicommiſſo iniuncto à patre filio inſtituto, includi etiam legitimam. Lex enim deducit onus dicti fideicommiſſi de legitima, l.quoniam de prioribus C.de inoff.teſtam.quod non eſſet, niſi fideicommiſſum cenſeretur iniunctum etiam in legi-

9 tima.† Priuatio enim præſupponit habitum l.decem de uerb.oblig. Sed & ſi uera eſſent tradita per Decium, ad rem facere non uidentur. Nam ut inquit ipſe in caſu ſuo legitimatio ſolùm erat limitata ad effectum ut querela tollatur, & teſtamentum impugnari non poſſit: & in caſu Capræ & Decij ubi filia & filius poterant conſequi legitimam, abſque eo quòd impugnaret teſtamentum, ſtatutum non loquebatur, nec legitimatio limitata reperitur, & ideo res in terminis iuris remanent ut ſcilicet pater teneatur relinquere, aut dimittere legitimam: ſed legitimatio de qua agitur non eſt limitata ad effectum ſolùm ut teſtamentum per querelam infringatur, ſed indiſtinctè limitata eſt, ut ſalua ſit Gabrielis ultima uoluntas: quod intelligitur non ſolùm, ut teſtamentum non rumpatur; ſed etiã ut omnino eius uoluntas ad effectum producatur, & ut legitima aliqua retineri non poſſit, quæ contra uoluntatem teſtatoris deducitur,& retinetur in teſtamento Pagani c.Raynaldus in fiu.de teſtam.Rip.in l. centurio nu.48.de uulg. Præterea in caſu Decij legitimatio erat ſolùm limitata caſu, quo relinqueretur filio legitimato minus legitima in quantitate, ut patet ex uerbis legitimationis, ut ſuccedat in partibus & portionibus, prout patri placuerit, & ſi minus legitima relinqui contingat, non admittatur ad ſupplementum legitimæ, nec quere-

10 la inofficioſi agere poſſit. Longè aũt differunt † an filio

filio relinquatur minus legitima in quantitate, quo casu olim dabatur querela, sed per l.omnimodo C.de inoff.testam.inductum fuit, ut non possit agi querela, sed ad supplementum legitimæ: an adijciatur aliquod onus aut aliqua conditio relictis filio: quo casu non habebat locum supplerio d.l.omnimodo nec querela, & ideo per l. quoniam in prioribus ad id prouisum fuit, ut huiusmodi onera & conditiones reijciantur ipso iure de legitima. Bald.& posteriores in d.l.quoniam in prioribus, & præter id quòd uerba legitimationis in partibus & portionibus &c. & si minus legitima &c.respiciunt solùm quantitatem in casu Decij nullo modo dici potest legitimationem limitatam etiam respectu qualitatis, cum esset limitata solùm ad effectum (ut inquit ipse) ne supplementū legitimæ peteretur, aut querela inofficiosi agerętur. Cæterùm ubi adijciatur bonis relictis filio onus, conditio aut dilano nec potest agi ad supplementum, nec querela intentari. Et licèt

11 aliàs æquipareotur † plus aut minus quantitate tempore aut modo, §.plus Instit.de actio.non tamen licet extendere legem, aut aliam dispositionem uolentem posse relinqui filio minus legitima in quantitate ad casum, quo loquitur minus tempore modo aut qualitate, d.l.omnimodo Bald.Castr.& Ias.in d.l.quoniam in prioribus: & si hoc casu tantùm locutus fuit Decius, prædicta ratiocinatio uidetur facere melius pro illo, quàm ea quæ ipse adducit. In re autem præsenti legitima tio indistinctè limitata fuit, tam respectu qualitatis, quàm quanotatis: dum in ea dicitur, salua ultima uoluntate. Etenim doctores in d.l.quoniam in prioribus præsupponunt legem limitantem, aut tollentem indistinctè successionem operari, & ubi relinquitur minus legitima in quantitate, & ubi relinquitur minus qualitate. Tandem loquitur Decius, quando filius est institutus hæres uniuersalis, & fundat se inter alia ex his quæ tradidere Ange.& Alex.in l.precibus in glo.

12 no.C.de imp.asserentes, licèt † miles iure codicis possit grauare per fideicommissum filiū etiam in legitima, in dubio non intelligi grauasse in legitima: ex quo arguere uoluit, quòd & in casu suo, licèt pater potuerit priuare, uel et grauare filium in legitima, non tamen in dubio debet intelligi grauare. Cæterùm præter id quòd contra Ang.& Alex.sententiam tenuere plerique summæ auctoritatis, Barth.in d.l.precibus nu.8.Dec. nu.24. Soc.d.l.centurio nu.31. hoc rei præsenti non conuenit. Siquidem ubi apparet militem uoluisse grauare filium etiam in legitima in fideicōmisso iure codicis: comprehenditur ēt filij legitima, secundum receptissimam sententiam. Ias.in d.l.precibus nu.17. Dec.nu.24. Rip.post alios in l.centurio nu.45. Cumque testator reliquerit filio ita legitimato minus legitima, uel solam legitimam, & eum fideicommisso conditionali grauauerit, apparet clara illius uoluntas uolentis grauare filium etiam in legitima: & ipse sicut miles potuit illum legitima priuare. Cumque testator in stituendo eum in minori quantitate, quàm sit legitima, fideicommisso grauando, & adijciendo conditionem, quòd casu quo ultra bona sibi legata, moueret aliquam litem hæredi, esset priuatus bonis sibi legatis, & omni beneficio sui testamenti, non tractauerit eum, ut filium: qui non potest priuari legitima; imò dēt habere integram legitimā, & absque onere uidetur, quòd nec eum ut filium grauare, aut eum legitimam aliquam retinere uoluerit; cum alioqui inutile fuisset grauamen, & conditio priuationis in testamento apposita, quod testatorem facere uoluisse non est præsumēdū l. Titia cum testam. §.1 l.meuius in prin. de leg. 2.Alex.l.si domus in princ.nu.5.de.lega.1

CASVS III.

¶ Antonius fuit institutus hæres uniuersalis à patre cū onere soluendi singulo anno libras duas mille imperialium Francisco filio testatoris, & fratri hæredis instituto, & eius filijs masculis: Aliàs in dictis libris duabus mille fuit institutus, & tacitatus Franciscus. Petit Franciscus à fratre, ut caueat sibi de soluendo annuo legato iuxta dispositionem l.1.& per tot.tit.ut leg.no. cauea. Aliàs petit se mitti in possessionem bonorum, quæ fuerant testatoris per tit.ut in poss.leg.seu. fideicommissorum seruandorum causa esse liceat.

Quæritur, an ad cautionem præstandam iure cogi possit Antonius à fratre.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cuiuscunque sit dignitatis & quarumcunque facultatum cogitur cauere legati nomine cum limitatione.*

2 *Extensio correctorijs neque ex identitate neque ex maioritate rationis licita est.*

3 *Lex noua disponens super uno ex æquiparatis in materia in qua æquiparantur intelligitur disponere etiam super alio & nu.5.*

4 *Lex quando dicitur correctoria & quando limitatoria.*

6 *Auth.sed cum testator C.ad l.falc.limitatur secundum dispositionem l.iubemus §.in supradictis C.ad Trebell.*

7 *Hæres institutus in re certa quando habetur loco legatarij, & quando loco heredis.& 8.*

Videtur Antonium non teneri cauere fratri, de præstando, sua die, annuo legato: licèt enim hæres

1 † cuiuscunque sit dignitatis, & quarumcunque facultatum, cogatur satisdare l.1.§.1.ut lega.nom.cau.siue legatum seu fideicommissum sit purum, siue ex die certa, siue sub conditione; l.hæc stipulatio §o.tit.id tamen à Zenone imp.limitatum fuit, ut filij primi gradus, præsertim quando sunt astricti legato uel fideicommisso præstando fratri, non teneatur satisdare de legato præstando: l.iubemus §.in supra dictis C.ad. Trebell.& tradunt ibi Bartho.Castr Odofr.in figuratione casus, & in text.in uersi.unde noto, & sal.in primis uerbis Gloss.& Odofr.in l.cum Archimedoram in fin.C.ut in possess.lega. gloss.

gloſſ. in authen. contra rogatus in uerbo exponet C. ad Trebell. & ibidem Barth. & clariùs Odofr. in 2. col. in uerſic. uel dicas uerius, & quanuis textus in d. l. iubemus, loquatur in fideicommiſſo conditionali, tamen in materia cautionis legatorum præſtandæ æquiparantur legatum & fideicommiſſum purum, uel ex die, uel conditionale, d. l. hæc ſtipulatio cum l. ſeq. Præterea licèt relictum factum Franciſco pro primo anno ſit purum, proſequentibus tamen eſt conditionale: adeò ut, moriente Franciſco ſine filijs maſculis, non tranſmitteretur ad hæredes l. ſi in annos de ann. leg. Neque obſtat ſi dicatur tex. in d. l. iubemus loqui in fideicommiſſo uniuerſali, quando s. frater tenetur reſtituere hæreditatem, uel illius partem fratri: ſed hic agi de relicto particulari, quod licèt ſit relictum titulo inſtitutionis, cum tamen ſit de rebus habetur loco legati, l. quotiens C. de hær. inſtit. Ideo d. l. iubemus cũ ſit correctoria iuris antiqui diſponentis generaliter fructus iudicio teſtatoris perceptos in trebellianicam imputari l. in fideicommiſſariam ad Trebell. & quenuis hæredem cogi cauere de legatis præſtãdis l. 1. in prin. ut leg. no. &c. & loquatur in fideicommiſſis uel legatis uniuerſalibus non debere extendi ad relicta particularia, cùm imp. in fin. illius l. prohibear extenſionẽ, & cum in correctorijs † neque ex identitate, neque ex maioritate rationis non ſit licita extenſio gloſſ. & Doct. in authen. quas actiones C. de ſacroſ. eccl. & multominus cùm magis fauorabilia uideantur fideicommiſſa & legata uniuerſalia, quàm partitularia: etenim fideicommiſſarius uniuerſalis cogit hæredem etiam inuitum adire l. quia poterat ad Trebell. Particularis uerò minimè l. nã quod §. fin. eo. tit. l. ſi quis omiſſ. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. & in quartam, quæ detrahitur contra fideicommiſſarium uniuerſalem imputantur accepta quocunque titulo: in quartam uerò quæ detrahitur de fideicommiſſis particularibus, imputantur ea ſolũ quæ iure hæreditario capiuntur l. in quartam ad l. Falcid. Reſpondetur enim in materia cautionis legatorum ſeu fideicommiſſorum præſtandæ æquiparari legatum ſeu fideicommiſſum uniuerſale legato ſeu fideicommiſſo particulari d. l. hæc ſtipulatio, d. l. cum Archimedoram, ideo legem † nouam diſponentem ſuper uno ex æquiparatis in materia, in qua æquiparantur, intelligi diſponere etiam ſuper alio l. ſi quis ſeruo perſuaſerit cum gloſſ. C. de fur. & ſer. corr. iunct. l. ut tantum de ſeruo corr. Neque uerum uidetur d. l. iubemus eſſe correctoriam. † Lex enim dicitur correctoria, quando corrigit in totum uel in parte l. antiquam, ſed quando non corrigit, ſed diſponit non procedere in certo caſu non dicitur correctoria ſed limitatoria, ut poſt Doct. in l. ſi cõſtante in princ. ſol. matr. apertius declarat Pontanus in l. ſciendum nu. 45. de leg. 1. & in limitatorijs licita eſt extẽſio ex identitate rationis, præcipuè in his, quæ à lege ueteri æquiparantur c. cum dilecta ubi not. Abb. de confir. ut. uel inut. latè poſt alios Rip. in l. ſi conſtante nu. 78. ſol. matr. Et ubi eſſet correctoria lex † tamen noua corrigens in uno ex æquiparatis in materia, in qua æquiparantur, intelligitur corrigere & in alio Iaſ. authen. quas actiones nu. 29. C. de ſacroſ. eccl. Iaſ. in l. 2. nu. 52. Rip. num. 21. de leg. 1. Rip. d. l. ſi conſtante nu. 69. Neque obſtat, quòd imperator in d. l. in fin. prohibeat illam extendi: nam ſecundum Caſtrenſem in prin. d. l. iubemus, finis illius l. refertur ad ipſos liberos grauatos, ut non habeat locum niſi in liberis primi gradus, & ideo extendit ipſe tex. dicentem in trebellianicam fructus non imputari: quando filius eſt grauatus reſtituere fratri uel filio, ut ẽt procedat ſi ſit grauatus reſtituere extraneo ſequuntur plurimi, quos refert & comprobat Rip. in l. in fideicommiſſariam nu. 29. ad Trebell. Maior enim ratio diſtat, ut filij ſint priuilegiati, quãdo ſunt grauati reſtituere extraneo, quam cum fratribus uel filijs grauantur reſtituere: & textus ille dum inquit, quæ diximus de quatta retinẽda non per redditus, ſed per ipſas res hæreditarias, & de ſatiſdatione fideicommiſſorum concedenda non oportere produci ulterius quàm in his perſonis & caſibus, quorum eſt facta mentio. Verbum illud, & caſibus, refertur ſolùm ad id, quod dixerat de ſatiſdatione fideicommiſſorum concedenda, quam dixerat concedendam in duobus caſibus, ut non concedatur contra filios primi gradus, ultra illos duos caſus, ut exponit Odofr. ibi, quando. ſ. teſtator uoluit ſatiſdari. uel quando pater rogatus reſtituere filio tranſit ad ſecunda uota, & exponere concedenda pro remittenda eſt exponere album in nigrum: & ſi fideicommiſſario uniuerſali iura magis fauent (ut ſupra fuit dictũ) & hæreditates honeſtiore titulo, & pleniore honore tribuuntur, l. filium §. ſed ſi poſtio de leg. præſtan. ſequitur quòd ſi frater nõ tenetur cauere fratri pro fideicommiſſo uniuerſali multominus teneatur pro particulari. Vltimò ſecundum communem ſentẽtiam per † d. l. iubemus diſponẽtem filium rogatum reſtituere hæreditatem fratri, non computare fructus in quartam, etiam iubente teſtatore, limitantur & reſtringitur diſpoſitio authen. Sed cum teſtator C. ad l. Falcid. diſponentis teſtatorem poſſe prohibere falcidiàm; & ſecundum communem etiam trebellianicam, ut non procedat in liberis primi gradus: quibus teſtator non poteſt prohibere trebellianicã ſecundum ſententiam Bald. Caſtr. Sal. & aliorum, quos refert & ſequitur Iaſ. in d. l. Marcellus nu. 53. Dec. conſi. 81. nu. 3. in 1. Rip. nu 52. de leg. 1. Si ergo per d. l. iubemus, quatenus loquitur de detractione quartæ trebellianicæ fienda de rebus hæreditarijs, licèt loquatur in fideicommiſſo uniuerſali; tamen limitatur & reſtringitur l. poſterior. ſ. d. authen. Sed cum teſtator, quæ loquitur de falcidia, quæ detrahitur de ſingularibus legatis, ut non procedat in liberis primi gradus. Quantò magis per d. l. iubemus dum uult in fideicommiſſo debendo à filio primi gradus fratri, ceſſare cautionem legatorum ſoluendorum; debent reſtringi & limitari iura antiqua diſponentia, hæredem cogi cauere legatarijs, & fideicommiſſarijs de ſoluendis legatis uel fideicommiſſis; ut. s. non procedant in liberis primi gradus, grauatis fideicommiſſo ſiue particulari, ſiue uniuerſali debendo fratri, uel filijs

lijs suis. Præter id quòd Franciscus non uidetur
7 in totum legatarius: etenim licèt † quo ad actiones hæreditarias hæres institutus in re certa habeatur loco legatarij d.l.quotiens C.de hæred.instit.in multis tamen habetur loco hæredis. Nam hærede uniuersali repudiante ipse in totum succedet l.1.§.si ex fundo de hær.instit.& ideo Barth.in d.l.quotiens, & in l.ex facto de hær.instit.dicit,
8 quòd institutus † in re certa non est, neque hæres uniuersalis, neque legatarius. Sed est tertia species, quæ appellatur institutus in re certa, sequuti fuere communiter alij ibi. Et licèt text.in d.l.Liu bemus §.1.loquatur de satisdatione seruandorum fideicommissorum, intelligitur tamen de satisdatione de præstandis fideicommissis, adueniente die uel conditione Odofr.& alij ibi.

CASVS IIII.

¶ Augustinus solutus ex Iulia soluta suscepit filiam. Augustino mortuo, Iulia aliā filiam ex presbytero sacerdote suscepit: quam hæredem uniuersalem instituit, nulla facta mentione de filia ex Augustino suscepta.

¶ Quæritur, an aliquo remedio filia ex Augustino possit quicquam ex bonis maternis consequi, quæ ascendunt ualorem scutorum duomille.

SVMMARIVM.

1 *Præterito matris uel maternæ lineæ habetur pro exheredatione hoc alias secus nunc.*
2 *Filius uel filia naturalis licet non contra patris potest tamen contra matris testamentum uenire.*
3 *Filia ex presbytero dicitur incestuosa, & talis non possunt succedere etiam matri.*
4 *Parens tenentur alere filios spurios ex æquitates canonica, limit.nu.5.*
6 *Filiæ spuriæ si aliquid detur per dote illud non poterit transmitti ad haeredes.*

1 PRæterito matris, † uel maternæ lineæ olim habebatur pro exhæredatione §.fin.Instit.de exhæred.lib.& filijs à matre præteritis dabatur querela l.filiam l.cum filium C.de inoff.testam. Hodie autem præteritio matris sine causa facta reddit testamentum ipso iure nullum §.aliud quoq; in authen.ut cum de appell.cogn.
2 Et licèt filius, † uel filia naturales non possint uenire contra testamentum patris, gloss.& Barth.l.1.in princ.de bon.possess.contratab. Possint tamen uenire contra testamentum matris l.si suspecta §.1.de inoff.testam.gloss.& Doct.in l.si qua illustris C.ad Orfic.Barth.d.l.1.de bon.possess.contratab. Vnde si filia naturalis fuit à matre præterita absque causa, uidetur testamentum esse nullum, & filiæ competere ius dicendi testamentum nullum, uel ei dari querelam, si expressa aliqua causa fuit præterita; & posse uidetur tota matris bona petere à filia ex presbytero hærede scripta:
3 Nam filia † ex presbytero dicitur incestuosa, Glo. Bald.& Castren.in l.2.C.de episc.& cleric.& filij nati ex coitu damnato, ut incestuosi, non possunt succedere ēt matri: Authen.ex complexu C.de incest.nup.Gloss.& Docto.in §.nouissimè Instit.de Orfic.& de filio uel filia ex presbytero tradunt Gloss.& Abb.nu.13.in c.tanta, in c.per uenerabilem nu.32.extra, qui filij sint legit.Abb.in c.cum haberet nu.2.de eo, qui duxit in matr.&c.Gloss. & Barth.in §.fin.in auth.qui mo.na.eff.sui Barth. in l.fin.circa princ.de his quib.ut indig.Bald.clarius in l.eam quam nu.25.C.de fideic. Et relicta huiusmodi filijs remanent apud uenientes ab intestato: l.1.ubi Bald.& l.2.C.de natu.lib.l.non intelligitur in princ.de iu.fisc.Barth.in l.hæreditas nu.1.Bald.nu.6.C.de his qui ut indig.& filia ex Augustino, quæ est naturalis, & nata ex coitu à lege non damnato, ab intestato matri succedit §.uulgo Instit.de success.cognat. Cæterùm cum ex
4 æquitate † canonica, parentes teneantur alere filios spurios, c.cum haberet ubi Abb.nu.5.qui fil. sint legit.& pater uel mater possint relinquere filios spurio usque ad quātitatem sufficientem pro alimentis; uel filiæ pro dote, Bart.in auth.ex complexu C.de incest.nup.in d.l.fi.de his qui ut indig. nu.7.Sequuntur multi, quos refert.& comprobat Dec.in c.ecclesia sanctæ Mariæ nu.30.de constit.Videtur, quòd relictū à matre filiæ ex presbytero ualeat usque ad quantitatē sufficientem pro alimentis: & licèt Doctores superius allegati loquantur, quando relinquitur spurius, expressè pro alimentis, uel pro dote: tamen si in testamento matris adest illa clausula ualeat, omni meliori modo &c.uidetur ualere pro alimentis usque ad quantitatem sufficientem pro eis, ut relictum sustineatur omni meliori modo, quo potest, Bald. tamen in d.authen.ex complexu censuit id, quod dicitur parentes debere alere filios spurios, pro-
5 cedere † in spurijs simpliciter, non in incestuosis. Sed & si ualeret relictū filiæ ex presbytero usque ad quantitatem alimentorum, mortua filia non transiret ad hæredes etiam filios, non ratione proprietatis, in qua non ualet relictum, nec ratione ususfructus pro alimentis: quia cum uita finiuntur l.cum hi §.si uni de transact.Bal.in l.eā quam nu.41.C.de fideicom.imò Abb.in consil.115.lib.
6 2.defendere conatur, quòd si detur, † uel legetur aliquid filiæ spuriæ pro dote, mortua filia non transmittitur ad heredes filiæ, ēt si sint filij ipsius.

CASVS V.

¶ Testator institutis duobus filijs, & Ludouico nepote ex filio præmortuo, eos inuicem substituit, casu quo aliquis eorum decederet sine filijs masculis: & mandauit fœminas ex se per lineam masculinam descendentes condecenter dotari. Nepos post aui mortem dedit dotem duabus sororibus, & multis annis post decessit sine filijs masculis. Hæres nepotis in restitutione fideicommissi uult detrahere dotes à nepote sororibus datas. Fideicommissarius uerò prætendit dotes esse cum fructibus compensandas.

¶ Quæritur, quid iuris: & exhibetur copia testamenti.

Summa-

SVMMARIVM.

1 *Legata ſimpliciter relicta eximuntur de fideicommiſſo uniuerſali & quomodo.*
2 *Filius grauatus fideicōmiſſo quod non cenſetur grauatus reſtituere.*
3 *Hæres grauatus ultra uires hæreditarias quod deeſt ſupplet ex fructibus iudicio teſtatoris perceptis.*
4 *Lex mulier §. cum proponeretur quid diſponat.*
5 *Debitum pro dote nunquam cenſetur fuiſſe in fideicommiſſo.*
6 *Teſtator grauando hæredem ultra uires cenſetur etiam grauare de fructibus.*
7 *Hæredem non lucrari fructus pendente conditione fideicommiſſi exorbitat à iure.*
8 *Legatis boni & ſubſtantia teſtatoris intelligere debemus deducto ære alieno.*
9 *Fructus percepti poſt mortem teſtatoris non dicuntur res hæreditariæ.*
10 *Fructus non debent compenſari in legitima.*

Siue conſideremus legatum dotis fa
ctum à teſtatore omnibus eius de
ſcendentibus fœminis, ſiue conſi
deremus eundem iure obligatum
fuiſſe ad dotandas deſcendentes;
crediderim dotes ſolutas è fideicommiſſo dedu-
1 cendas: nam quo ad primum legata † ſimpliciter
relicta eximuntur de fideicommiſſo uniuerſali,
tanquam ſpecies à genere, & tanquam pars à to-
to, & remanet fideicommiſſum in reſiduo: l. qui
quadraginta & ibi no. Caſtren. nu. 2. & nu. 4. ad
Trebell. & ſicuti dos data, uel promiſſa filiæ non
cadit in uniuerſale fideicōmiſſum l. à filia in prin.
ad Trebell. ita nec cadere debet dos filiæ uel nepti
2 legata: & ſi filius grauatus † fideicommiſſo, nun
quam cenſetur grauatus reſtituere id, in quo offi
cio iudicis tenetur dotare filias, Barth. in d. l. à fi-
lia multò minus poteſt cenſeri grauatus ad reſti-
tuendum id, in quo ex teſtatoris expreſſa diſpoſi-
tione tenebatur dotare ſorores: maximè in repræ
ſenti, qua teſtator diſpoſuit, quòd bona hæredis
decedentis abſque deſcendentibus maſculis, ua-
dant ad dotandum quamlibet deſcendentem il-
lius fœminam uſque ad concurrentem quantita-
tem. Reſiduum autem perueniat in deſcenden-
tes ſuos maſculos: ex quo uerbo reſiduum appa-
ret noluiſſe teſtatorem in fideicommiſſo compre-
hendi niſi quòd ultra dotes ſupereſſe poſſet, ut
in ſimilimo caſu dixit. Barth. in l. Marcellus §. qui
3 dam liberis in fin. ad Trebell. Et licèt † hæres gra-
uatus ultra uires hæreditarias, id, quod deeſt;
ſupplere debeat ex fructibus iudicio teſtatoris per
ceptis l. ita tamen §. hæres ex aſſe ad Trebell. ubi
Barth. Caſtr. & Alex. ita in compendium redigunt
& not. ibidem Alex. nu. 3. uerſi. item not. & nu. 4.
uerſi. item not. quòd licèt hæres &c. in quibus ter
minis loquuntur textus in l. cum pater §. Titio de
leg. 2. in l. quod de bonis §. quod auus ad leg. Fal-
cid. in l. filiusfam. §. apud Marcellum de leg. 1. in
l. imperator §. ſi centum, & §. cū quidam de leg. 2.
& in l. ſcribit Celſus ad Trebell. non tamen iure
cautum reperitur, quòd ubi legata, & fideicom-
miſſa non excedunt uires hæreditatis, teneatur
hæres ſoluere legata non annua ex fructibus, uel
fructus cum legatis ſolutis compenſare, neque
etiam poteſt dici iura dicentia hæredē grauatum
primò deducere quod ſibi debetur l. irritum l. in
imponenda C. ad l. Fal. l. ſi debitor ad leg. Falcid. de
clarari per alia iura de ſuppletione ex fructibus lo
quentia. Nam prima procedunt ſiue hæres graua
tur ultra uires hæreditatis ſiue non, ſecunda au-
tem ſolùm quando hæres grauatur, ultra uires hæ
reditatis. Caſtren. quoq; in l. deducta §. qui poſt.
cā ſi. ad trebell. inquit hr̄es non retinet quod ſol-
uit pro uſuris, ſed compenſat cū fructibus, quod
autem pro ſorte ſic, & ubi legatorum & æris alie
ni petitio præuenit fideicommiſſi reſtitutionem
non teneri hæredem reſtituere niſi quod ſupereſt
deductis legatis & debitis, & ſicuti ſorores Ludo
uici etiam nuptæ ſi non fuiſſent dotatæ uel ab alio
quam ab hr̄de Aui dotem habuiſſent, poſſent pe-
tere dotem ab Auo legatā l. cum pater §. pater cer-
tam ubi not. Bal. de leg. 2. Iaſ. in l. hmōi §. cum pa-
ter nu 23. de leg. primo, Ita & Ludouicus qui ſol-
uit dotem legatā ab Auo, potuit ſemper deducere
ex hæreditate Aui quantū ſoluit ꝑ dotis legatis, &
illud ius ad hæredē tranſmiſit l. quanq̄ C. ad l. Fal-
cid. & in ſimilimo caſu poſt gloſſ. tradit Bald. in au
then. contra qui rogatus nu. 9. C. trebell. & cū dos
fuerit legata non poteſt allegari † tex. in l. mulier 4
§. cum proponeretur ad Trebell. qui non habet lo
cum, quādo dos eſt data uel promiſſa, ſed ſolùm
quando filia uolebat ſe dotare de bonis ſubiectis
fideicommiſſo Caſtren. in l. à filiæ in prin. num. 2.
circa fin. ad trebel. quod etiam uoluit gloſſ. in d. §.
cum proponeretur. Quòd ſi conſideremus dotes,
tanquam æs alienum teſtatoris, qui illas dotare
tenebatur, Deciſum eſt à Caſtr. in d. l. deducta §.
qui poſt cauſa ſi. Alex. nu. 2. uer. pone hæres & hæ
redem grauatum fideicommiſſo ſi ſoluit æs alie-
num teſtatoris, eueniente conditione fideicom.
non teneri compenſare fructus iudicio teſtatoris
perceptos, cum ære alieno teſtatoris exſoluto, &
uidetur caſus in eo tex. Nam ſi hæres compenſat
fructus cum uſuris, ergo non cum ſorte ſoluta,
& ſi hæres coactus ſoluere ſortem non poteſt reti
nere uſuras ſortis ſolutæ, ergo ſortem ipſam reti
nere poteſt quod comprobatur. & licèt Barth. in
l. fi. de uſufr. leg. cenſuerit uſufructuarū omnium
bonorū teneri ad onus æris alieni, Id tn̄ à poſterio
ribus ferè omnibus reprobatū fuit, quos recenſet
Iaſ. in l. 1. in prin. in 2. lect. nu. 12. ad Trebell. quo-
rum opinio tueri non poſſet ſi hæres regulariter
teneret cōpenſare fructus cū ære alieno ſoluto, &
ad hoc vn̄r tex. in l. 1. & 2. C. ad Trebell. quæ iura
indiſtinctè loquentia non poſſunt recipere inter-
prætationem à ff. loquentibus ſolùm quando hæ-
res grauatur ultra uires, & cum teſtator eos qui
decederent poſt pupillarē ætatē grauauerit reſti-
tuere bona ipſius teſtatoris, ex fideicōm. deduci-
5 tur æs alienū & † debitū ꝑ dote nunq̄ cenſet fuiſ-
ſe in fideicōm. d. §. cū proponeret, nec me mouent
ea q̄ in ꝯrium adducunt ad demonſtrandū æs alie
nūm cōpenſari cū fructibus, Nàm tex. in l. lucius
§. q̄ marito de leg. 2. loquitur ubi teſtator legat hæ-
reditatem

reditatem alterius quæ ad se peruenerat. Quod legatum licet dicatur particulare l. cogi. §. sed. si miles ad Trebell. in eo tamen cõpræhenduntur fructus ab ipso testatore percepti non consumpti, nec in separato habiti l. cum pater. §. filia de lega. secundo & multo magis percepti tempore testamenti, qui augent hæreditatem Castren. ibi, fructus autem ex quibus solutum est æs alienum, cum fuerint uersi in utilitatem hæreditatis non uidentur consumpti, nec habiti in separato ab hæreditate. In re autem præsenti in fideicommisso non comprehendebantur fructus aliqui etiam extantes ab hærede percepti. l. quod his uerbis de leg. 3. l. in fideicommissariam. l. mulier. §. si hæres l. hærede mei in prin. ad Trebell. Ideo compensatio de qua in d. §. quæ marito in ea considerari nequit. Eodem quoque modo respondetur ad tex. in l. cum filius §. lucio de leg. 2. quem Castr. ita in compendium redigit ad illum cui legatur uniuersitas iuris pertinent commoda & incommoda quæ reperiuntur durare, ideoque licèt Bar. in d. §. quæ marito dicat creditores dimissos de fructibus non uenire in computatione non loquitur simpliciter, sed addit in legato hæreditatis, sicque decisionis illius text. non est ratio, quia fructus debeant regulariter cõpensari cum ære alieno soluto, sed quia in legato de quo in eo tex. comprehendebantur etiam fructus non consumpti, qui cum uersi essent. in utilitatem hæreditatis censentur durare, Et cum, ut supra dixi, id quod dicitur in l. quod de bonis. §. ꝙ auus & aliis supra allegatis. s. fructus perceptos p̃ grauatum extinguere proprium creditum ipsius, procedat ubi hæres grauatur ultra uires hæreditatis, nam cum hæres possit grauari etiam restituere fructus. l. in fideicommissariam ad Trebell. testator

6 † grauando hæredem ultra uires censetur etiam grauare in fructibus d. l. imperator. §. si centum uel mandare ut fructus compenset cum debito. d. §. ꝙ auus, ad præsentem casum allegari non possunt, & maximè legis quæ loquuntur de eo, qđ debetur ipsi hæredi grauato. Cum arguere non liceat a credito hæredis ad creditum extranei d. l. Imperator. §. si centum, ubi legatarius agnoscens legatum tenetur ad rem propriam etiam maioris ualoris, non tamen tenetur ad alienam, quam pretio legato redimere non potest, gl. ibi in uers. propriam idem probat tex. in l. sed si non seruus ad l. falc. in l. generaliter. §. si quis alienum de fideicommiss. liber. in §. 1. inst. de sing. reb. per fideicommiss. relict. & tex. in l. unum ex familia. §. si tem de leg. 2. & cum

7 hæredem † non lucrari fructus pendente conditione fideicommissi perceptos exorbitet à iure d. l. in fideicommissariam & aliis supra allegatis non debet extendi ultra casus a iure expressos l. si uerò, §.

8 de uiro sol. matr. Præcipuè cum legamus bona † & substantiam testatoris intelligi deducto ære alieno, & æs alienum soluendum esse ex bonis hæreditatis l. fin. §. sin autem æs alienum. C. de bo. quæ lib. fructus autem post mortem testatoris percepti

9 † non dicuntur res hæreditariæ. l. iubemus in prin. C. ad treb. Castren. in l. Pamp. §. unde si quis, num. secundo, de inoff. testam. Et si fructus percepti ab hærede pendente conditione fideicommissi non compensantur cum expensis melioramentorum factorum ad perpetuam rei utilitatem l. domos ubi Castren. num. 4. de lega. 1. multominus debent compensari cum expensis factis in soluendo ære alieno, ad quod magis arctatur hæres, q̃ ad melioraméta. Et si uerũ est unũ quod præsupponi vr in loco esse statutũ, ꝙ stantibus masculis, fœminæ non succedant, sed debeant dotari, quo casu Dos nõ dẽt esse minor legitima. Sal. in auth res q̃ in 2. no. & alij relati per Ias. nu. 28. C. com. de leg. cum

10 Dos succedat loco legitimæ, & in legitima † fructus non debeant compensari, si sorores non habuerunt in dotem plus q̃ esset eorũ legitima, etiam ꝙ ipse percepissent fructus non imputarent in dotem, neq; haberet locum tex. in d. §. cum proponeretur, qui procedit solùm quando filia uult dotem detrahere ultra legitimam, & in eo ꝙ detrahit ultra legitimam, Alex. ibi num. 3.

CASVS VI.

¶ Alexander instituto hærede uniuersali filio infante, uxori legauit p hæc uerba, uolo ꝙ uxor mea sit & esse debeat domina & usufructuaria omniũ bonorum meorũ donec & quousq; filius meus excesserit ætatẽ annorum 14. ẽt ꝙ interim ad secundas nuptias transiret; & paulo post eidem legauit per hæc uerba. Itẽ saluis p̃missis uolo, ꝙ uxor mea donec & quousq; filius meus excesserit ætatẽ annorũ 14. si casta & honesta uixerit, uel alias ad secũda uota, ut supra transierit habeat & hr̃e debeat ut supra plenũ uerũ & integrũ usumfructũ oĩum bonorũ meorũ, & casu quo d. filius meus ætatem anno. 14. excesserit eo in casu dictã uxorem meam uiduã non existentem priuo & priuatã esse uolo dicto usufructu dictorũ bonorũ meorũ, & mando illi dari per hæredem meũ dotẽ & iura dotis suæ, filius decessit in infantili ætate post mortem patris.

¶ Quæritur an usufructus uxori relictus sit extinctus: & ubi non sit extinctus usq; ad quod tempus duret. & exhibetur Copia Testamenti.

SVMMARIVM.

1 *Testator si leget usumfructum uxori donec filius peruenerit ad 14. ann. quid iuris si ante moriatur filius.*
2 *Verba hæc donec filius meus excesserit 14. annum quid inducant.*
3 *Conditio apposita legato fauore filij facto si propter casum deficiat deficit & legatum.*
4 *Actus & eius resolutio a pari procedunt.*
5 *Legatum quando censetur factum sub contraria conditione. & nu. 8.*
6 *Legatum quando transmitti potest ad hæredem, & quando non.*
7 *Conditio negatiua dicitur impleta quamprimum certum est conditionem affirmatiuã impleri non posse.*
9 *Participia quæ non ponuntur absolutè sed reguntur sicuti alij casus quid importent.*
10 *Verba hæc donec uxor morata fuerit cum filijs quid importent.*
11 *Vsufructum uxori cum liberis relictum mortuis filiis integrum habet ipsa uxor.*

PRobanda ueritate præſentis quæſtionis: Duo diſcutienda ſunt, Primũ, an uſusfructus legatus per hæc uerba, lego uxori meæ uſumfructum plenum &c. omnium bonorũ meorum donec & quouſq; filius meus exceſſerit decimum quartũ annum, filio in pupillari ætate moriente, extinguatur, an duret uſq; ad tempus quo filius exceſiſſet decimum quartum annum, an uero uſq; ad uitam mulieris extendatur. Secundum præſuppoſito uſumfructum durare debere uſque ad tempus quo filius exceſiſſet decimum quartũ annum, an in præſenti caſu ex aliquibus alijs in teſtamento ſcriptis dici poſſit, uel extinctum eſſe uſumfructum morte filij uel ad uitam uxoris extenſum. Circa primum res deciſa uidetur per tex. in l. ambiguitatem. C. de uſufr. in princ. iunctis his quæ dando exemplum ad illum tex. dixere Odoſ. Cyn. Bal. Saly. Caſtren. Fulgo. qui clarius cæteris lo-
1 quitur, ſi teſtator † leget uſumfructum mulieri donec filius peruenerit ad 14. annos, filio, antequam perueniat ad decimum quartum annum moriente, uſusfructus durat uſq; ad id tempus, quo filius ad 14. annum peruenisset, Idem tradunt Caſtren. nu. 4. Iaſ. in prin. in l. ſi cui. §. hoc legatum de leg. 1.
2 & ratio eſt (ut dicunt ipſi) quia uerba illa † donec filius meus exceſſerit decimũ quartum annum, quæ reſpiciunt extinctionem uſusfructus, inducunt diem non conditionem extinctioni uſusfructus. Cæterum circunſcriptis auctoritatib. de ſtricto iure defendi poſſe uidetur uſumfructum modo prædicto lagatum, morte filij impuberis ad uitam uxoris extenſum fuiſſe. Nam clarum eſt legatũ uſusfructus eſſe purum, non conditionale ut fatentur omnes in d. l. ambiguitatem, Caſt. conſil. 451. in 1. & dictiones illæ donec & quouſq; cum ſint appoſitæ ad limitandum uſumfructum legatum, ut uſque ad pubertatem filij duraret, non inducunt conditionem ſuſpenſiuam legati, ſed pariunt conditionem extinctiuam legati, ſicque faciunt conditionalem extinctionem uſusfructus, Bartho. in l. prima, numero decimo quinto in tertio membro de condito. & demonſtr. & eſt tex. & ibi no. Odofre. in l. 4. de ſeruit. cum adiectæ ſint dic incertæ, l. ſi dies quando dies leg. ced. ubi dicitur dies incerta eſt ueluti cum pubes erit, quæ habetur pro conditione l. dies incertus de cond. & demonſtr. Et uerba illa donec filius meus exceſſerit 14. annũ in ducere conditionem non diẽ extinctioni uſusfructus probatur in l. ſi Titio qñ dies leg. ced. in l. ſi ita ſcriptum de man. teſt. in l. ſi cui. §. hoc legatum de leg. 1. in l. non putabam de cond. & demonſt. quæ conditio cum euanuerit filio ante decimum quartum annum moriẽte, euanuit etiam extinctio uſusfructus? Et ulterius extingui non poteſt uiuente uſufructuaria ut eſt tex. in d. l. ambiguitatem. §. ſin autem, ubi uſusfructus relictus donec filius teſtatoris remanſerit in furore, uel reſipuerit filio antequam ad ſanam mẽtem reuertatur decedente uſusfructus ad uitam uſufructuarij extenditur, & quemadmodum ſi deceſſiſſet mater ante impletos à filio quattuordecim annos extinctus eſſet uſusfr. ita humanum eſt extẽdi ad uſufructuarij uitã ſi ante deceſſerit filius, uel conditio extinctionis defecerit, d. l. ambiguitatẽ in fin. cuius tex. deciſionẽ nõ ſolum de humanitate, ſed ẽt de ſtricto iure ꝓcedere oñdit Fulg. ibi,
3 & ſicuti † ꝯditio appoſita legato facto fauore filij ſi pp caſum deficiat, deficit & legatum l. illis libertis in fin. de cond. & demonſt. ita & conditio appoſita fauore filij extinctioni uſusfr. ſi morte filij deficiat, ceſſare dẽt extinctio uſusfr. & ſicuti legatum factum cũ Titius peruenerit ad 14. ann. annullatur & euaneſcit, Titio ante 14. annum decedente. d. l. ſi ita ſcriptum d. l. ſi Titio. Ita & extinctio uſusfructus appoſita à teſtatore cum filius exceſſerit 14. annũ, filio ante 14. annum moriente deficere & annullari, ſeu pro non appoſita haberi dẽt,
4 cum à pari procedant † actus & eius reſolutio l. ab emptione de pact. & licẽt. d. l. ſi ita ſcripum & aliæ ſuperius allegatæ loquantur ubi dies pubertatis apponitur cum dictione cũ, Idem tamen eſt, quòd in dictione donec, Bartho. d. l. prima, numero 16. de conditio. & demonſtratio. Bartho. quoq; in d. l. ſi cui. §. hoc legatũ de leg. 1. diſtinguit aut apponitur tps ſimpliciter & non facit conditionẽ, quia certum eſt euentum: aut apponit̃ cum aliquo euentu, ut certa alicuius ætate, & facit conditionem, quia dubiũ eſt de illo euentu, & Raph. Com. ibi inquit not. tps certæ ætatis honorati, & ſic ꝙ põt nõ uenire facere conditionẽ, Nec refert an tps certæ ætatis adijciatur honorato uel grauato ſm cõem Iaſ. d. §. hoc legatum quicqd ibi uoluerit Bar. & licet Doct. in d. ambiguitatẽ nitantur cõcordare illũ tex. in prin. cum iurib. præallegatis, eo ꝙ tex. in l. ambiguitatem loquatur in legato, cuius extinctioni ſit oppoſitum tps certe ætatis, at iura præallegata loquuntur ubi tps certæ ætatis adijcitur legato, Ex hoc non redditur ratio differentiæ, quare tps certæ ætatis facere debeat legatum conditionale, extinctionem uerò legati in diem, immò pugnat id quod legitur eiuſdem naturæ eſſe actum & reſolutionem eius d. l. ab emptione; Neq; uerba tex. in d. l ambiguitatem uidentur neceſſariò intelligenda, ut Docto. præallegati interpretantur, immo uerba tex. magis conueniũt exemplo quod ponunt ibi Accur. & Angel. quod longe diuerſum eſt à caſu noſtro, & his rationib. antequam uidiſſem Doct. præallegatos in d. l. ambiguitatem, tranſiui in eam ſententiam, ut legatum uſusfructus quaſi defecta conditione extinctionis perpetuò duraret, pro qua uidetur conſi. Caſtren. in fortioribus terminis conſ. 451. in principalem prædictum.

¶ Præſuppoſito tamen legatũ uſusfructus uxori donec filius exceſſerit decimũ quartum annũ, filio ante decimũ quartum annum moriente uſq; ad id tempus durare quo filius 14. annos expleuiſſet, à qua opinione propter tot auctoritates difficile eſſet diſcedere. Secundo diſcutiendum eſt, an in pſenti caſu ex alijs in teſtõ ſcriptis dici poſſit uſumfructum uel morte filij extinctũ uel uſq; ad uitã uxoris extẽſum, in quo crediderim uſumf. ad uitã uxoris ex alio capite deberi, Nam teſtator deinde ademit ſimpliciter uſumfructũ uxori ſub conditione ſi filius exceſſerit decimũ quartũ ann. ex quo

5 ex quo † censetur usumfructum sub cōtraria con
ditione, s. si filius non excedere decimum quartū
annū denuo simpliciter legare. l. si legatum purè
de adim. leg. l. aliquando de cood. & dem. quod le
gatum licet conditio ademptionis defecerit, tamē
consideratur tanq̄ conditinnale sub ea contraria
conditione non tanq̄ purum, d. l. si legatum, ubi
si legatum purè adimatur sub conditione uidetur
sub contraria conditione datum & ideo lagatario
6 † interim moriente oō transmittitur ad hæredes,
quod si consideretur tanq̄ purum trāsmitteretur
ad idem est text. in l. si post mortem. §. fin. de leg. r.
itaque in proposito casu usus fructus quasi etiam
postea simpliciter relictus sub conditione si filius
non excesserit decimom quartum annum, filio au
te r4. annum moriente fuit purificatus; Nam cō-
7 ditio † negatiua dicitur impleta q̄ primum cer-
tum est conditionem affirmatiuam impleri non
posse l. in illa. l. ita stipulatus magna de uerb. obli.
& ideo quasi purus & simplex ad uitam mulieris
debetur. Nam impleta conditione perinde est ac si
purè relictus fuisset. l. si pupillus de cond. instit. l.
sed si de sua. §. fin. de acquir. hæred. Et quo ad ca-
sum nostrum hoc in terminis asseruerunt Accur.
Dyn. Alber. Imol. Comen. Castren. Aret. Ang. Alex.
& Ias. in l. si mihi & tibi. §. in legatis deleg. 1. asse-
8 rentes si legatum † primò adimatur purè, secūdo
sub conditioue censeri denuò legatum sub cōtra-
ria conditione, & licèt nonnulli eorum distinxe-
rint, tamen quo ad terminos casus nostris omnes
consentiunt: ex quo & in re præsenti usus fructus
primò adeptus in diem, secundo sub conditione
censetur dennò sub contraria conditione, s. si fi-
lius nou excesserit. r4. annū legatus, sicq; ex poste
riori legato simplici & adimpleta conditione pu-
rificato perpetuò mulieri debetur, ad quod conue
nit quod scripsit Bar. in l. pater fam. nu. 4. de hære.
insti. Si testator aliquem institui, & eum sub con
ditione exhæredet in eodem testamento censetur
sub contraria conditione instituere: Ad hæc si le-
gatum adimatur sub alia & alia conditione nouis-
sima, ademptio est spectāda. d. §. in legatis, ex quo
& in nostro casu cum ademptio usus fructus sit
primò facta in diem, secundo sub conditione, se-
cunda adeptio ex qua inducitur, legatum sub con
traria cōditio spectanda, & licèt secūda ademptio
cōditionalis esset facta inconrinenti cum tñ fue-
rit facta sub commemoratione præcedentiū cum
illa dictione dicto usufructu &c. censetur facta
animo reuocandi præcedentem ademptionem io
diem. l. non ad ea de cond. & demon. & quamuis
esset facta absq; commemoratione præcedentiū,
tamen & ultima ademptio ualeret, ex qua induci
tur simplex legatum usus fructus sub contraria
conditione d. l. non ad ea, Alex. io d. §. in legatis.
Et omni in casu non potest negari cum usus fru-
ctus deberet resolui sub conditione si filius exces-
serit r4. annum quòd sub contraria conditione,
scilicet si non excesserit debebat durare, ut docet
Castren. io d. consi. 45 r. lib. r. mortuo ergo pupil-
lo conditio si excesserit defecit, & alia sub qua le-
gatum debebat durare, est facta necessaria & insal
libilis, & sic usus fructus perpetuus esse debet Ca-

stren. dicto consilio... Præterea cum legatum usus-
fructus sit purum, & ea uerba donec filius me-
us. &c. respiciant extinctionem usus fructus, Doc.
in d. l. ambiguitatem; dicendum necessariò extin
ctionem usus fructus fuisse ad diem, & sub condi-
tione ad diem, scilicet donec filius meus excesse-
rit. 14. annum. Qua de re cum sit certum mortuo
filio conditionem sub qua extingui debet usus fru
ctus euenire non posse, licet possit euenire dies
qua filius expleuisset r4. annum, defecta est &
euanuit extinctio usus fructus, isq; ad uitam mu-
lieris extensus fuit, d. l. ambiguitatem. §. sin autem
facit tex. in l. si quis ita hæres scriptus, iunctis his
quæ ibi discribit Angel. de acquir. hæred. in l. 4. §.
fin. de cond. & demonst. in l. in illa in l. hoc iure
de uerbo. oblig. Qua de re nos esse non primo sed
in secundo membro tex. in d. l. ambiguitatem, ubi
mortuo filio & defecta conditione usus fructus
ad uitam mulieris extenditur: Neque prædictis
obstant, ea uerba uiduam non existentem, etenim
non faciunt conditionem aliquam nam partici-
9 pia † quæ non ponuntur absolutè, sed regnntur
sicut alij casus si sunt præsentis uel præteriti tem-
poris non faciunt conditionem etiam tacitam,
Barthn. in l. r. nume. 35. de cond. & demonstra. &
testator priuando usufructu uxorem non uiduam
existentem, casu quo filius excesserit r4. annum
censetur sub contraria conditione legare uxori nō
uiduæ existenti. Accedat quòd testator circa finē
testamenti mandauit uxorem non moleſtari ali-
quo modo etiam occasione usus fructus per di-
ctum hæredem seu ut supra, quæ uerba seu ut su-
pra non possunt ad alium referri quam ad substi-
tutum, ex quo uidetur uoluisse ut usus fructus du
ret etiam post mortem filij quo erit admissus sub-
stitutus. Et legatum usus fructus per hæc uerba
lego uxori meæ usumfructum &c. donec filius
meus excesserit decimum quartum annum cum
sit purum (ut supra diximus) ex mente Docto. in
d. l. ambiguitatem, non potest hic considerari id
quod quandoq; legitur de conditione mixta defi
ciente ob casum. in l. iu testamento secunda de
condit. & demonstra. in l. prima. C. de leg. in l. an-
nua de ann. leg. nec quærendum an legatum fue-
rit factum fauore filij an legatarij, ut morte filij
non expiret, ut in Lillis libertis de conditio. & de-
monstratio. Nam Rapha. Cum. in d. l. illis libertis
uult tex. illum super quo fūdatur distinctio, an le
gatum sit factum fauore legatarij procedere in
legato conditionali & annuo solum, & conditio
illa morandi intelligitur ut quolibet anno quo
morabitur habeat legatur, & per mortem filij de-
ficiar pro annis sequentibus ubi filij fauore factū
est: si uero fieret unum legatum puta centum, si
legatarius morabitur cum filio, moriente filio exi
stit conditio legati, & debetur tunc legatum. l.
cum tale in princip. de cond. & demonst. & lega-
tum de quo supra, præter id quòd non fuit aliqua
mixta conditione suspensum, fuit etiam unicum,
damnns de usufruct. lega. sed ad tempus l. si pa-
ter. C. de usufr. Neque legato usus fructus de quo
agitur conueniunt quæ sæpe respondit Decius,
ut consilio 526. 537. & 621. ut clarè apparet,

ex dictis per Doct. in d.l. ambiguitatē, & Dec. ubi-
que loquit in legato cōditionali annuo, & in quo
10 conditio diuiditur, ſi quidē ea uerba donec † uxor
morata fuerit cū filiis, cū ſint appoſita ad inchoa-
tionē uſusfructus faciunt legatum conditionale.
Bar. d.l. 1. nu. 15. de cond. & demon. & dicitur an-
nuū legatum gl. l. ſi ita quis legauerit de cond. &
demon. & pro annis ſequentibus ſemper eſt con-
ditionale. l. ſi i ſingulos de an. leg. & initio cuiuſq;
anni cōditio legatarij inſpicit. l. cū in annos de an.
leg. & in eo cōditio illa morandi diuiditur. l. pater
ſeuerinā. §. fi. de cond. & demō. ubi no. Albe. ſi ma-
ritus leget uxori alimenta ſi ſtaret cū filiis, ſi no-
luit ſtare primo anno poteſt pęnitere, & ſtādo pro
annis ſequentibus percipere alimēta, & ſi legatus
eſſet uſusfruct. uxori ſimpliciter, itaq; eſſet unicū
legatum. d.l. dānas de uſufr. leg. ſub conditione ſi
morabitur cum filio, moriente filio impleretur
conditio d.l. cum tale in princ. Raph. Com. in d.
l. illis libertis; Ideoq; dicta p Dec. eo caſu non pro-
cederent, & ubicunq, unicū eſt legatum & una cō
ditio dato, φ mulier pluribus annis morata eſſet,
qñcunq; per eā ſtaret teneretur reſtituere fructus
etiam tēporis præteriti; Raph. Com. ibidem, ſicq;
ſcripta a Dec. procedere ſolū poſſunt in legatis cō-
ditionalib. annuis in quibus conditio diuiditur;
In caſibus quoq; quib. reſpondit Dec. legatū erat
ſub cōditione nulla die adiecta, quo caſu deficien
te conditione defuit legatū. Verùm ſi dies legato
cōditionali adiecta fuiſſet, non procederēt tradita
per Dec. nā dies omninò expectanda eſſet l. pu-
blius. §. Titia ubi not. Soc. l. ſi ita legatū ſit ubi no.
gl. & Bar. de cond. & demon. l. ſi ita ſcriptū de ma-
nū. Teſta. l. ex his uerbis. c. quando di. leg. ced. l. uxo
ri uſumfructū uile de uſuſ. leg. Et quāuis in legato
de quo agitur adiecta ſit cōdictio ſi mulier caſtè &
honeſtè uixerit uel ad ſecūda uota tranſiuerit. Tñ
cū ea nō ſit mixta, & talis q̄ morte filij deficiat, im
mò uxore ante mortē filij ſecūdò nubēte ſit purifi
cata, nō efficit ut in ea poſſit pcedere diſtinctio d.
l. illis libertis, uel tradita p Deciū in cōſiliis, & ea q̄
ſcripſit Dec. eo minus in legato de quo agit proce
dere poſſunt, cū nulla ratione dici poſſit factum fa
uore filij pcipuè ſi attendatur diſtinctio Caſt. in d.
l. illis libertis, nec mulier ſit grauata ſtare cū filio,
& alia plura ſint uxori legata; & pcipuè dos dupli
cata finito uſufructu q̄ non poſſunt dici fauore fi
lij relicta, neq; obſtat φ uſusfruct. ſit legatus mu-
lieri copulatiuè cū filio, q̄ copulatiua mortuo filio
uerificari non poſſit. Nā reſpondetur in legato
11 † uſusfruct. uxori cū liberis, mortuis liberis uxorē
habere integru uſumfructum. l. ſi mulieri cum li-
beris de uſuſr. accreſ. qui tex. expreſsè loquitur etiā
eo caſu, quo teſtator uoluit matrē ita frui, ut libe-
ros ſecum haberet fruētes, nec quicquā facit φ te-
ſtator mandauerit filiū alendum penes matrem,
Nā ex hoc conditio nulla fuit iniecta legato, & ad
plus inferri pōt, uel φ filius grauatus ſit alere ſe
13 etenim in uniuersali dispositione † dictio mea, uel meum non restringit uniuersale dispositum, unde si dono gregem includuntur etiam capita aliena, quæ sunt de numero gregis. Bal. in l. 1. num. 1. uers. ult. no. de sta. hom. sequitur Alex. in l. grege, in fi. de leg. 1. & in uniuersali dispositione dictio meum non solum denotat dominium, sed quidquid tenetur de facto ut si dicat testator lego omnia bona mea. l. cogi in prin. ad Trebell. uerba sunt Bal. in rub. C. de uerb. sig. nu. 5. Verum ubi legatur omnia bona, uel usus fructus omnium bonorum dispositio est magis uniuersalis, quàm generalis. Bart. in l. si ita, nu. 4. uers. uel uerius de au. & arg. le. Ideo uerbum meorum non restringit uniuersale legatum, & in eo includũtur etiam aliena, & quæ de facto à testatore tenebantur, & multo magis ea quæ sunt propria testatoris, licet alii sub conditione debita, & ex hoc tolli uidetur id, quod superius dicebatur per tex. in l. nuper de leg. 3. Nã text. ille procedit, ubi pronomen meũ adiicitur rei par ticulari. Bar. in l. quintus. §. arg. n. 10. de au. & ar. le. non autem ubi adiicitur uniuersali dispositioni, in qua nec restrictionem, nec taxationem inducit,

si uera sunt quę dixit Bald. in locis supra alleg. & idem sensit Bart. in d. l. si ita, n. 4. dum asseruit uniuersalem dispositionem non restringi ad ea, quæ sunt tempore testamenti, uerum trahi ad futura, & ex prædictis colligitur etiam responsio ad text. in l. qui habebat in princ. de leg. 3. ubi legans omnia prædia quæ possidet in Syria, non censetur legare ea quæ pignori acceperat, etenim eo in tex. pronomen mea erat appositum non in uniuersali, sed in generali dispositione, nam Bart. in d. l. si ita inquit dispositionem esse generalem, si duo omnes res meas, quæ sunt in tali uilla. In generali autem dispositione pronomen meum restringit. Bal. in d. l. 1. de stat. hom. & non ueniunt nisi propria, Bald. in d. rub. C. de uer. sig. qui loquitur in casu quo testator dixit lego omnes seruos meos, uel omnia podera mea, quod si ad prædictum fundamentum super uniuersali dispõnere diceretur, licet in legato gregis includantur etiam aliena capita, in solutione tamen legati non ueniunt capita aliena. l. 2. in fi. de rei uend. & tradit Ias. in l. si grege de leg. 1. num. 5. ideoq. nec in præstatione usus fructus omnium bonorũ testatoris uenire aliena, uel alii post mortem restituenda, nam quod post mortẽ testatoris est alii debitum, potest eo tempore alienũ dici. l. si pecuniam ubi gl. C. de neg. gest. l. si me & Ti

14 tium si cer. pet. † Respondetur, q̃ tamen s̃m Ias. in d. l. si grege, legato grege ueniunt in prestatione, & solutione etiam aliena capitã in casibus quibus legatum rei alienæ ualet. In re autẽ præsenti ex duobus legatum rei alienæ ualeret. Primo, quia factũ coniunctæ personæ. l. cum alienã, C. de leg. 2. quia de re hæredis in l. unum ex familia. §. si rem, uel debita hæredi, de qua idem iudicatur. Bar. d. §. si rem, & in l. cum filius. §. dominus de leg. 2. Et licet pro

15 nomen † meorum denotet dominium, uel quasi l. Quintus, §. argento. l. Quintus Mutius in princ. de au. & arg. leg. id tamen procedit quando adiicitur substantiuo generis subalterni, ut uestes meas uel argentum meum, Bar. in d. §. arg. n. 6. secus aũt si adiiciatur uniuersali dispositioni Bal. in d. rub. C. de uer. sig. nu. 5. præter id, quod res prohibita alienari dicitur pleno iure mea. Bal. in l. uol. C. de fid. Secundo, pro eadem sententia uidetur casus in l.

16 legata, §. fin. de supp. leg. ubi si testator † leget oẽm suam suppellectilem compræhenditur etiam aliena pignori accepta, quæ in usu testatoris uoluntate debitoris erat, quod si illud est in generali dispositione in qua pronomen meum restringit, multo magis in uniuersali legato, sub uerbo omnium bonorum meorum debent compræhẽdi ea quæ erãt testatoris, & quæ licet alteri post eius mortẽ essent restituenda. Tñ de uoluntate Theodori erant in usu Ioannis qui pẽdente conditione fideicõmissi dicitur percipere fructus ex iudicio testat. l. mul. §. hæres, uers. alia ad Trebel. Idẽ quoque suadet text. in l. cũ fil. §. dom. de leg. 2. ubi si testator leget fundum in quo ipse proprietatem, hæres usumfructũ habeat, hæres tenetur præstare fundum pleno iure non retento usufructu, ex quo uidetur, q̃ etsi testator leget usumfructum omnium bonorũ suorũ, inter quæ nonnulla sint debita hæredi, hæres teneatur præstare usumfructum illorum etiam, quæ

alias

aliàs futura erant propria ipſius. Et quemadmodum ſi teſtator leget rem in qua hæres habet partem in legato uenit etiam pars hæredis. Caſtr. in d. §. dominus, ita & legēdo uſumfructum omnium bonorum, inter quæ nonnulla erant debita hæredi, in legato comprehendi illa etiam debent. Etſi diceretur obſtare uerbum meum, ut dixere Barto. nu. 3. & poſteriores in l. ſerui electione. §. fi. de leg. 1. Reſpondetur illud, quòd ob uerbum meum aſſeruit Bart. ubi ſupra limitatur per eundem Barto. nu. 4. uerſ. item hæc lex ut non procedat ubi legato adiecta eſt dictio uniuerſalis totum uel omne, nam Bart. limitat tex. illum in quo aderat pronomen meum non procedere qñ teſtator dixit totū,
17 uel omne. Quarto cum † ancillæ ſuæ, uel ſerui in teſtū ſcribuntur, hi deſignari vñr quos paterfamil. ſeniorum ſuorum numero habuerit; idem in omnibus rebus quas ſuas quis legauerit. l. cum ancillæ cum l. ſeq. de leg. 3. ſed clarum uidetur, ꝙ Ioannes habuit bona de quorum uſufructu agitur in numero bonorum ſuorum, & cum bona quæ Ioānes erat prohibitus alienare, dicerentur pleno iure ſua, Bal. in l. uol. C. de fideic. in legato uſusfructus omnium bonorum ſuorum fuerunt comprehenſa. l. ſeruos in princ. de leg. 3. & prædicti tex. ſ. in d. l. cum ancillæ, & in d. l. ſeruos, qui loquunť in legato ſimplici, & indefinito ancillarū, uel ſeruoꝝ ſuoꝝ, fortius procedere debent ubi in legato adiecta eſt uniuerſalis dictio omniū ut in caſu propoſi
18 to. Neq; obſtat ꝙ † in uniuerſali obligatione oīum bonoꝝ non ueniant prohibita alienari. Bar. in l. codicillis. §. in ſtit. de leg. 2. & eadem rōne in uniuerſali uſufructu oīum bonoꝝ uenire non debeāt, æquiparātur. n. hypotheca, & uſusfructus cōſtō. l. fi. C. de reb. al. non al. nam rñdetur, ꝙ res prohibitæ alienari nō pñt hypothecari. d. l. fi. Bar. in l. in quorū de pig. Ideo non ueniunt in gñali, uel uniuerſali bonoꝝ obligatione, & eadem rōne non uenirent regulariter in uniuerſali uſufructu oīum bonoꝝ, inſtituto hærede alio, q̄ illo cuius fauore facta eſt
19 prohibitio. † Veꝝ prohibitus alienare ſi inſtituat eū qui in caſum alienationis ad fideicōmiſſum uocatur, pōt legare cui uelit bona prohibita alienari. l. filiusf. §. cū pater de leg. 1. & ſicuti Ioānes durāte eius uita poterat pſtare matri uſumfructū bonoꝝ prohibitoꝝ alienari, idem ēt poteſt poſt eius mortem ſi inſtituat hæredem eum, ad quem bona erāt peruentura durante eius uita. l. unum ex familia. §. ſed ſi fundum, uerſiculo quòd ſi talia de leg. 2. Bart. in l. peto, §. prædium in fin. eodem titulo, ideo cum inſtituto hærede eo ad quem bona erant peruentura, poſſit teſtator legare, & vſumfructum conſtituere in bonis prohibitis alienari. In uni-
20 uerſali legato † uſusfructus omnium bonorum comprehendi debent etiam prohibita alienari, quaſi ceſſet ratio propter quam in uniuerſali hypotheca non comprehenduntur: & ex his apparet quæſtionem eſſe dubiam, ego tamen in priorem ſententiæ inclino, quam ueriorem arbitror præcipuè ob quatuor fundamenta priori loco adducta, quibus non uidetur mihi poſſe reſpondeti.

CASVS XXI.

¶ Mater tutrix unà cum infantibus quorum nullus excedebat tres annos, adiuit hæreditatem patrui infantium, poſt infantiam pupilli unà cum tutrice illam repudiauerunt non petita reſtitutione in integrum.

¶ Quæritur an id facere potuerint, & ob huiuſmodi repudiationem ab oneribus hæreditariis ſe exemerint.

SVMMARIVM.

1 *Infans quando cum auctoritate tutoris poſſit adire hæreditatem.*

2 *Tutrix ſolo poteſt adire hæreditatem, quam infantes ubi exceſſerunt infantiam poſſunt auctore tutrice repudiare.*

3 *Bonorum poſſeſſio quomodo agnita nomine infantis per tutorem perfectè acquiratur infanti.*

4 *Differentia & conuenientia inter infantem, & furioſum quo ad tranſmiſſionem, uel aditionem hæreditatis.*

5 *Infans non prohibetur quin poſtea poſſit adire, uel repudiare hæreditatem, uel omiſſum, uel aditam à tutore.*

6 *Melius eſt intacta iura infantis ſeruari, quàm poſt uulneratam cauſam remedium quærere.*

7 *Puberes, & impuberes immiſcentes re hæreditati paternæ quomodo poſſint poſtea ab illa ſe abſtinere.*

ADitio facta ab infantibus uidetur fuiſſe nulla, licet enim quandoq;
1 legamus † infantem cum auctoritate tutoris poſſe hæreditatem adire. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo ad Trebell. Gloſ. & Doct. in l. pupillus ſi fari de acq. hæred. id tamen procedit in infante qui habeat aliquem intellectum, ut quia ſit ſex annorum Caſtr. in d. §. ſi pupillo in fin. & in l. potuit, num. 3. C. de iur. delib. Alex. in d. l. pupillus, nu. 5. & in l. bono-
2 rum, nu. 9. C. qui adm. & licet † ſola tutrix hæreditatem adiuiſſet, quod facere potuit. l. infantis, C. qui admitt. l. ſi infanti. C. de iu. del. infantes tamen ubi exceſſerunt infantiam tutrice auctore, potuiſſe uidentur illam repudiare. Nam Dec. in d. l. infantis, num. 6. uerſ. & iſta concluſio dixit id, quod di-
3 citur bonorum † poſſeſſionem agnitam nomine infantis per tutorem perfectè acquiri infanti, procedere ſolum quò ad effectum tranſmiſſionis aliàs inuito non acquiritur bonorum poſſeſſio. l. 3. §. inuito de bon. poſſeſſ. & tex. in d. l. infanti loquitur clare quò ad effectum tranſmiſſionis, & ſicuti furioſus ubi exceſſit furorem poteſt repudiare hæreditatem ipſi tempore furoris delatam, & per curatorem aditam. l. fin. §. ſin autem in furore, C. de cura. furio. Ita & infans ubi exceſſit infantiam debet poſſe vnà cum tutore repudiare hæreditatem per tutorem tempore infantiæ aditam, & licet dif-
4 ferentia ſit inter furioſum, & infantem, quando decedunt in infantia, uel furore quoad tranſmiſſionem hæreditatis eorum nomine per tutorem, ſeu

seu curatorem aditæ. Glo. & Doct. in d. l. infantis, tamen quando tutor, uel curator adiuit hæreditatem pro infante, uel furioso donec uiuunt, nulla inter eos est differentia. Ias. in d. l. infantis, num. 2. uers. secundus casus est, & furiosus, ac infans uñr. æquiparari quo ad quærendam illis hæreditatem, per patrem, uel tutorem, licet non quo ad transmissionem. Alex. in d. l. si infanti num. 6. & sicuti quamuis solus tutor petere possit bonorum possessionem delatam pupillo, tamen si pupillus postea uelit poterit repudiare, Fulg. in l. bonorũ nu. 2. uers. quare autem non possit. C. qui admitt. ita licèt solus tutor infantis possit adire tamen postea si uelit debet posse infans repudiare. Ad hæc sicuti
5 † negligentia patris & tutoris non adeuntis hæreditatem infanti delatam, non obest infanti, quominus ipse deinde adire illam possit, l. 1. de bon. pos. fur. ac infan. delat. ita & si tutor adeat nõ debet infanti nocere, quominus ipse illã deinde repudiare possit, & cum fauore infantis, ac eius hæredum fuerit inductum, ut tutor posset adire hæreditatẽ illi delatam, ut in d. l. seruo inuito, §. si pupillo, in uersiculo subueniendum, & in l. sancimus in principio. C. ad Trebellianũ, id non debet in eius odium retorqueri, ut scilicet inuitus etiam post infantiam cogatur esse hæres, & oneribus hæreditariis obligetur, nec quidquam facit si diceretur infantem post infantiam posse petere restitutionem in integrum aduersus aditionem tutoris, nam lon
6 ge † melius est, intacta iura infantis seruari, quàm post vulneratam causam remedium per restitutionem in integrum quærere, l. fin. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. Et licet gl. Bart. Castrens. Alex. & Ias. in l. impuberibus de acquiren. hæred. uelint, quòd si impubes adeat hæreditatem cum auctoritate curatoris, sit necessaria illi restitutio in integrum, tamen non loquuntur in infante, qui nullo modo adire potest, præter id, quod tex. in dicta lege impuberibus, & in lege necessariis eodem
7 titulo indistinctè uolunt impuberem † etiam postquam se immiscuerat hæreditati paternæ posse abstinere, puberem uero, si se immiscuerit non posse abstinere nisi per restitutionem in integrum, nec distinguunt, an immixtio facta fuerit cum tutoris uel curatoris auctoritate, an uero sine, & idem uelle uidetur textus in lege prima. C. si tu. uel cur. qui dum in iam facto pubere adeunte hæreditatem, & nolente postea repudiare, requirit peti restitutionem in integrum, præsupponere uidetur secus esse in impubere adeunte etiam cum tutoris auctoritate, nam textus ille positus sub rubrica si tut. uel cur. ut conueniat Rub. uidetur intelligendus de aditione facta cum interuentu tutoris, uel curatoris, ut uult Glo. ibi in uersiculo adultis, & idem uelle uidetur textus in lege ex contractu de re. iud. ubi textus dicit, Tutores post aditionem abstinuisse pupillum ab hæreditate paterna, nec facit mentionem de aliqua restitutione in integrum, & sic præsupponit id facere potuisse licet Gloss. & Doctor. ibi præsupponant pupillum abstinuisse per restitutionem in integrum.

C A S V S XXII.

¶ Bergontius condidit testamentum, in quo bona sua fideicommisso inter eius descendentes subiecit: Filii Bergontii unà cum matre tutrice (cum molestarentur ab Augustino asserente se creditorem magnæ summę pecuniarum uigore cuiusdã instrumenti) compromiserunt in duos nobiles, qui condemnauerunt pupillos ad quandam pecuniarum summam, & ad dandum pro illa insolutum bona quædam: Mortuis filiis Bergontii, nepotes ex eis petunt uigore testamenti auiti bona data in solutum Augustino.

¶ Quæritur, an id iure facere possint?

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissarij compromissum, & inde sequuta seruare tenentur. & num. 4.*
2 *Pactum alterius quando prodesse, & nocere potest alteri.*
3 *Solutiones, & liberationes ante restitutam hæreditatem factæ ab hærede rata sunt habenda.*
5 *Hæres grauatus fideicommisso tenetur de his solum in quibus commisit dolum, uel latam culpam.*
6 *Filius grauatus onere fideicommissi usque ad summam potest legitimæ alienare.*

AGentes ex fideicommisso auito repellendi uidentur, etenim filii Domini Bergontii potuerunt cum creditoribus paternis compromittere, sicuti potuerunt alia facere, quę concernunt administrationem hæreditatis: Fidei
1 commissariique compromissum † & inde sequuta seruare tenentur. l. cum hæreditas ex fideicommissi causa iuncta glos. & ibi adnotant Castrens. Ang. Ioan. Imol. & Alex. ad Trebell. sequitur Socy. in l. 1. nu. 6. C. de pact. & Io. Bapt. Perus. in tracta. de arbit. in secundo lib. cap. 16. in fin. Boer. deci. 175. in prima par. numero 6. quod comprobatur, nam
2 pactum † factum cum eo, qui iustè possidet hæreditatem, ut quia est institutus, sed grauatus de restituendo, uel est hæres institutus filio emancipato præterito, uel exhæredato, antequam testamentum rumpatur per querelam, uel contra tab. prodest & nocet ei ad quem deinde hæreditas pertinet. l. si post ubi not Castr. de constit. pec. Bar. in l. si tibi, §. cum possessor de pact. in l. si actionem. C.
3 de pact. Item solutiones † & liberationes ante restitutam hæreditatem factæ ab hærede omnino ratæ sunt habendæ. l. ante restitutum de solut. Quod in præsenti casu facilius procedere uidetur, nam compromissum fuit super asserto debito testatoris, de quo apparebat instrumento publico, ideoq. negari non potest quin bona fide fuerit factum,
4 transactio † autem (cui compromissum æquiparatur) facta bona fide, ut quando fit super re dubia ab his, qui liberam habẽt administrationem à domino, seu successoribus seruãda est in l. præses. C. de transact. ubi Doct. & tradit Dec. in l. pactum curatoris. C. de pact. Cumq. hæres † grauatus fideicõ-
5 misso teneatur de his solum in quibus commisit dolum,

dolum, uel latam culpam. l. mulier. §. ſed enim ad trebell. in re præſenti nec dolus nec lata culpa hæredum Borgoncii allegari poteſt, ſtante inſtromento facto inter Bergoncium, & Auguſtinum, & ad hoc conueniunt quæ congeſſit Paris. conſi. 25. nu. 28. lib. 2. ubi ex pluribus & auctoritatibus & rationibus aſſeuerat rem ſubiectam fideicõmiſſo, quæ non extat penes hæredem non eſſe reſtituendam nec uenire in reſtitutione fideicommiſſi uniuerſalis, ſi culpa non poſſit imputari hæredi, ꝙ illam diſtraxerit, & quod legimus ſi hæres ignorans rem fideicommiſſo ſuppoſitam, & ſic abſque dolo alienet, ab emptore auocari non poſſe, uerùm ſatis eſſe fideicommiſſario dari id, quod ad hæredem ob hmõi alienationem peruenit. l. fin. §. fi. de leg. 2. & quod traditur hæredem poſſe alienare in prçiudicium fideicommiſſarii, ſi neceſſitas famis, uel redẽptionis perſonæ ipſius hæredis urgeat, dummodo huiuſmodi neceſſitas non prouenerit ex dolo, uel culpa hæredis Bart. in l. quemadmodum nom. 6. C. de agr. & cen. lib. 11. Rom. in l. Marcellus, §. res quæ col. 2. ad Trebell. & alii relati per Iaſ. in auth. res quæ, nu. 20. C. com. de leg. Sed & illud uidetur non abſurde dici potuiſſe filiis Bergontii debitam
6 fuiſſe legitimam in bonis patris, & uſque ad ſummam legitimæ potuiſſe alienari, & primo alienata imputari in legitima, & licet deinde filii Bergõtii alienauiſſent ultra legitimam, Tamen reuocari ſolùm poſſunt illæ alienationes, quæ poſtremo factæ fuerunt, & ſic poſtquam alienata fuerat integra legitima, non autem illæ, quæ factę fuerunt antequam conſumpta eſſet integra legitima; Alioquin autem bonorum, de quibus agitur non poteſt non fuiſſe facta antequam legitima eſſet conſumpta.

CASVS XXIII.

¶ Antonius in teſtamento legauit conſortio miſericordiæ Mediolani omnes ſuas mercantias, & omnia eius credita, & grauauit legatarium nõoullis legatis, & inter alia ſoluere quotãnis Petro nepoti ex filio teſtatoris, & eius deſcendentibus florenos 300. in certis terminis, & uoluit ꝙ cõſortiũ teneretur infra ſex mẽſes à die mortis ſuę acceptare legatum cum proteſtatione de exequendo contenta in eius teſtamento, & ipſo conſortio non acceptante cum prædicta proteſtatione uoluit legatum mercium ſpectare officio pietatis pauperum Chriſti; Ipſo acceptãte cum prædicta proteſtatione de executione mãdando prædicta deſcripta, & ordinata utſupra, maxime reſpectu dictorum florenorum 300. Deinde inſtituit hæredem ꝑdictum Petrum, cui ẽt à legatario mercium legauerat florenos 300. annuos, & caſu quo decederet ſine liberis, uoluit hæreditatem peruenire in conſortiũ miſericordiæ ipſo acceptante prædictum legatum, & ipſo non acceptãte, in illos qui acceptauerint, hac lege, & conditione, ꝙ tenerentur ſingulo anno ſoluere Catherinæ florenos 300. Conſortium acceptauit legatum mercium cũ proteſtatione de exequendo contenta in teſtamento prout de iure, & non aliter. Deceſſit Petrus hæres abſque liberis, conſortium repudiare uult ſubſtitutionem, & illa repudiata prætendit non teneri ad ſolutionem florenorũ tercentum quotannis relictorũ Catherinę.
¶ Quæritur, an id iure facere, & ſolutionem annui legati Catherinæ facti repudiando fideicommiſſariam ſubſtitutionem factam Petro hæredi euitare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus cui etiam prælegata ſunt relicta poteſt conſequi legata, & repudiare hæreditatem idem de ſubſtituto.*
2 *Inſtitutus idemque ſibimet ſubſtitutus poteſt omittere inſtitutionem, & agnoſcere ſubſtitutionem, & non tenebitur ad relicta in inſtitutione.*
3 *Diſcreta ſunt iura legatarij, & eius qui ſubſtituitur hæredi uniuerſali quamuis ambo in eundem deueniant.*
4 *Vbi iura duarum perſonarum conſolidantur in perſona unius poteſt ille unus id, quod poterant illi duo.*
5 *Verba hac, cum hac lege, & conditione quid importent.*
6 *Teſtator cenſetur cogitare id, quod lex diſponit.*
7 *Teſtator ſi mandet ſolui omnia ſua debita, de quibus intelligendum ſit.*
8 *Promiſſio de non moleſtando uſufructuarium non comprehendit caſus quibus de iure poteſt moleſtari.*
9 *Proteſtatio de exequendo contenta in teſtamento, quid operatur.*
10 *Mandatum de non petendo in ultimis uoluntatibus intelligitur de iure non de facto.*
11 *Dictio ut ſupra facit relationem præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*
12 *Indefinita quando non æquipollet uniuerſali.*
13 *Verba debent intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur.*
14 *Verba ſunt intelligenda ſecundum qualitatem perſonæ ad quem referuntur.*
15 *Impugnans uoluntatem teſtatoris ab omni commodo teſtamenti eſt repellendus, quomodo intelligatur.*
16 *Legatarius non poteſt ultra uires ſui legati cogi ad ſolutionem relictorum à ſe.*
17 *Debitum creditori ſi legetur inutile eſt legatum.*
18 *Quando agi poſſit ad implendum modum.*

1 Traditum legimus hęredẽ inſtitutũ, cui ẽt ꝑlegata ſunt relicta, conſequi poſſe legatũ, & repudiare hæreditatem. l. qui filiab. §. fi. l. filio pater de leg. 1. l. apud Celſum. §. ſiquis ex uncia de excep. do. l. cum mſo. C. de leg. & legatarium qui filio teſtatoris ſubſtitutus fuerat poſſe acceptare legatum, & eueniente caſu ſubſtitutionis illam repudiare. Caſtrenſ. in l. qui patri, nu. 9. Alexã. nu. 10. de acquir. hæred. Alex. in l. quidam elogio, nu. 4. Iaſ. nu. 3. uerſ. nunc limita. C. de iur. delib. ac
2 hæredem eundemq́. ſubſtitutum poſſe omittere inſtitutionem, & agnoſcere ſubſtitutionem. l. 1. §. ſi proponatur ſi quis omiſſ. cau. teſtam. & omittendo inſtitutionem non teneri ad legata relicta à gradu

à gradu institutionis, ut post alios quos recenset tradit Ias. in l. licèt imperator, in fi. de leg. 1. quæ in proposita specie concludunt consortium, qui acceptauit legatum eueniente casu quo substitutum fuit hæredi posse repudiare substitutionē, & si repudiet nō teneri ad legata relicta a gradu substitutionis, quod & alia ratione suadetur, nam discreta
3 † sunt iura legatarij & eius, qui substituitur hæredi uniuersali, quamuis ambo in eandem personā deueniant, ut de tutore eodemq; legatario inquit Tex. in l. tutorem de his quib. ut indig. & ubi iura
4 † duarum personarum consolidantur in persona unius, potest ille unus id, quod poterant illi duo, attenta origine l. si mihi & tibi in prin. de leg. primo, ubi no. Barthol. in princi. Ias. in 4. no. num. 14. qua de re sicuti si uni fuisset factum legatum & alius hæredi sub conditione substitutus legatarius potuisset acceptare legatum, substitutus uerò hæredi repudiare substitutionem ita & licèt idem sit legatarius & hæredi sub conditione substitutus debet posse legatum acceptare, & eueniente conditione substitutionem illā repudiare, qua repudiata nulli dubium, φ non potest cogi ad implendum modum substitutioni adiectum: uerba enim
5 illa † cum hac lege & conditione inducunt modū l. ea conditione. C. de resc. uend. ubi Bal. l. meuia de ma. test. l. cum res ubi Bal. C. de don. cùm enim floreni essent soluendi Catherinæ post emolumentū substituto q̄situ, & postquā substitutio sortita est effectū, dr̄ modus non conditio. Bar. num. 1. in fin. Cast. nu. 3. in l. quibus diebus. §. fi. de cond. & demonst. Alex. consi. 102. in prin. lib. 1. Cumq; legatarius possit consequi legatum & repudiare substitutionem nisi testator expresserit, uel manifestissimè probetur intellexisse, aut euidens sit eius uoluntas, φ noluerit legatarium habere legatum nisi ēt substitutionem acceptet l. sed & si non l. quid ergo de leg. primo, in præsenti casu dici non potest testatorem expressisse, aut euidenter apparere, φ noluerint consortium habere legatum, nisi acceptaret substitutionem, cùm legatū fuerit purum, substitutio aūt conditionalis, qua etiā potissimum ratione licet testator uoluerit consortium ita demū admitti ad substitutionem si acceptasset legatum, non tn̄ inferri pōt, ut etiam uoluerit ita demū admitti ad legatum purum, si deinde acceptasset substitutionē conditionalē. Neq; obstat φ testator grauauit legatarium in acceptatione legati facere protestationem de exequendo contenta in testō, & cū indefinita æquipoleat uniuersali l. si pluribus, de leg. 2. perinde esse ac si grauasset ad exequendum omnia contenta in testamento, & sic ad acceptandum substitutionem & soluendum etiam relicta a gradu substitutionis: Nam respon
6 detur primò testatorē† censeri cogitare id, quod lex disponit, Bal. in l. præcibus, nu. 44. uers. nam &c. C. de impub. & in dubio disponere s̄m ius Bal. in l. cū patrē. C. de cond. inser. & alij relati per Dec. consi. 257. nu. 2. uer. & hoc idem cōfirmatur. Ideoq; uideri grauasse consortium ad faciendā protestationē de exequēdo illa q̄ de iure ex equi tenebatur, &
7 adhoc cōuenit quod legimus si testator †mandet solui omnia debita sua, intelligi de debitis ad quorum solutionem testator & hæres de iure cogi poterant, ideoq; non compræhendere debita præscripta uel alia quibus obstat excepiio. Castr. in l. si is §. Flauius nu. 2. de solutio. in l. si creditori, nu. 8. de leg. 1. Quæ Cast. decisio infert, ut licèt testator dixisset oia contenta in testamento, tamen cōprehensa fuissent ea duntaxat ad quæ legatarius de iure cogi
8 poterat: Et sicuti promissio † de non molestando usumfructuariū, uel fideicōmissariū non compræhendit casus quibus de iure pōt hæres illos molestare. Bal. in l. 1. nu. 13. C. de usufr. Ias. in l. actionem nu. 4. C. de procu. ad quod multa accumulat Fel. in c. causam q̄ nu. 19. de rescrip. & nonnulla in c. in p̄-
9 sentia, nu. 3. de probatio. Ita & protestatio† de exequendo contenta in testamento quā mandat fieri testator cōprehendere non debet casus quibus de iure fauens protestationem non tenetur exequi ad quod etiam conuenit, φ quandoque legimus mā-
10 datū de non petendo† in ultimis uoluntatibus intelligi de iure non de facto l. licèt ubi no. Bar. ut lega. no. caue. Cast. in l. mulier nu. 3. de cond. inst. Secundo respondetur, uerba illa de exequendo cōtēta in p̄nti meo testō declarari per inferiora, quibus testator mādando fieri huiusmodi protestationem per eos, quos substituebat consortio, inquit de exequutioni mandando p̄dicta descripta & ordinata, ut supra maximè respectu dictorū florenorū tercētū p̄dicti ualoris &c. singulo anno soluendorū per dictos terminos. Ex quibus uerbis apparere ur̄ testatorē uoluisse in p̄cedentibus cōprehendere duntaxat ea q̄ superius descripta & ordinata fuerāt, &
11 si diceretur dictionē †illā ut s̄ facere relationē præcedētium cum omnibus suis qualitatib. ut ex Bar. tradit Dec. consi. 182. nu. 3. & sic operari ut uerba illa prædicta descripta ordinata &c. referantur. ad
12 omnia cōtenta testamento. Respondetur † indefinitā non æquipollere uniuersali, ubi non est eadē ratio omnium contētorū sub uniuersali, ut ex Dy. scripsit Bar. in d. l. si plurib. in p̄senti aūt casu diuersam esse rōnē in relictis a cōsortio tamq̄ legatario, q. legatarius in acceptatione legati tenebat' facere protestationē & in relictis a cōsortio tamq̄ substituto sub cōditione hæredi ut ex supradictis apparet, iōq; indefinitā illā. s. cōtēta ī p̄nti meo testō uel non æquipollere uniuersali uel saltē dubiū esse an æquipolleāt. Quo stante quasi dubia p inferiora declarat. l. q filiab. in prin. de leg. 1. p̄ter id φ uerba illa p̄dicta descripta & ordinata non p̄nt referri ad oīa cōtenta in testō, sed duntaxat ad ea q̄ iā descripta & ordinata fuerāt. Nā queadmodū dictio supra scripta refert' solùm a p̄cedētia l. 1. §. hoc ædicto de postul. eodē modo ad præcedētia solùm referri debent uerba p̄dicta descripta &c. Accedat φ testator in specie uoluit ut fieret protestatio de exequēdo legatū dictorū florenorum tercentū, sub q̄bus uerbis non cōprehendunt' floreni legati Catherinę post mortē hæredis de q̄bus testator nundū dixerat, & sicuti testator in spē noīauit legatū florenorū p̄cedens, ita nominauisset subsequens si uoluisset cōsortiū ad illud oīno arctari. Tertiò respōdetur
13 † uerba debere intelligi s̄m naturā actus sup quo interponūtur. l. si uno loca l. si stipulatus de usur. & ob id ēt sunt impropriands Ias. in l. 1. num. 8. qui

ſatiſd.co.Ideóq; ſi locator promittat non expellere condutorem, promiſſio non ſe extendit ad caſus quib. conductor de iure pōt expelli ex natura ɔ̃ctus, ut ſi ceſſauerit à ſolutione pēſionis.l.ǫ̃ro.§. inter locatorem loca. cuius exemplo & proteſtatio de exequendo contenta in teſtamento fienda à legatario in acceptatione legati debet interpretari ſecundum naturam legatorum, & reſtringi ad onera iniuncta legato, & ad quæ acceptans legatū
14 cogi poterat, Item uerba † intelligenda ſunt ſm qualitatem perſonæ, ad quā referunt̃ l. plenum.§. equitij de uſu & habit. & pp id interpretantur ēt in caſum impromptiſſimum. Iaſ.l.1.§. bonorum, nu.21.ad trebel. Ideoq; & proteſta tio ad exequendo cōtenta in teſtamento, dēt interpretari ſm qualitatem perſonæ ad quam referuntur, ſ. legatarij, qui acceptando legatum, tenetur exequi ea ſola, q̃ legato ſunt iniuncta, & licèt deinde hr̃di ſit ſubſtitutus, & ab eo tanq̃ ſubſtituto legata relicta ſint poteſt ſubſtitutionem repudiare, qua repudiata cogi non pōt ad implendum modum ſubſtitutioni adiectum. Non ēt obſtat ſi diceretur conſortiū repudians ſubſtitutionem fideicōmiſſariam impu-
15 gnare † ſupremam teſtatoris uoluntatem, ideoq; ab oī cōmodo teſtamēti repellendum. l. ſi patroni §. qui fideicōmiſſariam uerſi. ſed nec illud ad Trebell. Nam r̃ndetur tex. in d.§. qui fideicōmiſſariam procedere ſolum quando per repudiationem hæredis teſtamētum oīno deſtruitur ut qñ ſolus eſt inſtitutus, quod repudiante (cum nemo ſit qui ex teſtō adire poſſit, (oīa in teſtamento contenta corruunt. Bar. in d.l. qui filiab. §. fin. Bart. circa fin. Caſ. & Iaſ. nu.12. in d.l. filio pater, quod in præſenti caſu nequit allegari cum iam pridē adita fuerit hr̃ditas & ſolu ta legata, neq;. n. ſi is, cui fideicōmiſſum conditionale eſt relictum, eueniente conditione illud repudiet, teſtamentū corruit, immò nec legata à ſubſtituto relicta, cum bona remaneant apud hæredem grauati cum ſuo onere l. 1. §. pro ſec. C. cadu. toll. Minus obſtare vr̃ ſi diceretur cum legatarius abſq; alia proteſtatione teneatur ad onera ſibi iniuncta, ſuperfluam & inutilem fore proteſtationem, quam teſtator fieri mādauit. Nam reſpon
16 detur primò cùm legatarius † non poſſit ultra uires ſui legati cogi ad ſolutionem relictorum à ſe iuxta. l. Imperator de leg.2. ad tollendam facultatē conſortio allegandi legatum mercium non ſufficere ad onerum ſolutionem, cum negocia merciū ſoleant eſſe ut plurimum implicita, teſtatorē mandaſſe hmōi proteſtationem fieri. Scundò r̃ndetur
17 quemadmodum ſi teſtator leget † creditori id, quod ei debet, legatum eſt inutile, & nihil operatur. l. ſi creditori de leg.1. Ita ſi mandet legatarium facere proteſtationem de exequendo ea, quæ tenebatur, proteſtatio eſt inutilis, & nihil operari dēt, & cum teſtator uoluerit fieri proteſtationē de exequēdo maximè reſpectu dictorum florenorū &c. ad quæ conſortium acceptans legatum abſq; alia proteſtatione cogi poterat, apparet eā uoluiſſe fieri proteſtationem ēt inutile. Cumq; onus ſoluēdi Catherinæ annuos florenos ſit adiectum nō legato, ſed ſubſtitutioni, & in uim modi ut ſ. diximus, non pōt dici florenos præſtari debere ab acceptante legatum, ēt q͛ non acceptet ſubſtitutionem, ete-
18 nim iure cautum non reperietur q͛ ad † implendū modum agi poſſit, niſi poſtque diſpoſitio, cui modus annexus eſt, ſortita eſt effectū, & niſi contra eum, qui diſpoſitionem modalem acceptauit, & ex ea emolumentum fuit conſequutus, ut patet ex his, quæ tradunt Bart. & poſteriores in d.l. quibus diebus.§. fin.

CASVS XXIIII.

¶ Poſt ſupraſcriptas allegationes Iudex mouit nonnulla dubia, quib. fuit reſponſum ut infra.

SVMMARIVM.

1 *Repudians hæreditatem non poßit conſequi legatum quando uerum ſit.*
2 *Verba teſtatoris intelligenda ſimpliciter non ſecundum quid, & prius non per poſterius.*
3 *Teſtator ſi dicat contentus ſis tali re pro omnibus quæ in teſtamento reliquis de quibus intelligatur.*
4 *Hæres poſtquam adijt ex inſtitutione nō poteſt quandoque repudiare ſubſtitutionem eueniente caſu ſubſtitutionis.*
5 *Ius accreſcendi non poteſt habere locum in legatario, neque obligatione, per aditionem hæreditatis contrahitur.*
6 *Verba hæc cū hac lege & conditione quid importēt.*
7 *Modus quid ſit.*
8 *Teſtator ſi dicat & pro parte tua ſis contentus centū aureis hæc ſunt retinēda de portione ſibi relicta.*
9 *Relatiuum quos cum eſt ſine copula reſtringit uel declarat præcedentia.*
10 *Vbi præcedit legatum ſimplex & ſequitur inſtitutio conditio adiecta inſtitutioni non cenſetur repetita in legato.*

1 Diſpoſitio. l. filio pater quatenus uult filium † qui repudiauit hr̃ditatem non poſſe conſequi legatum, quando apparet teſtatorem id uoluiſſe, uidetur procedere quando legatū & inſtitutio ſunt pura, & qñ hæres nō fuerat conſequutus legatum tpe quo repudiat hr̃dita tem, & hæres repudiās hæreditatē priuat̃ legato qñ maniſeſtiſſimè probat̃ teſtatorem id intellexiſſe, uel euidens ſit eius uolūtas. l. ſed ſi non aliàs. l. quid ergò de leg.1. q̃ manifeſta aut euidēs uolūtas in re pſenti: non apparet ex eo q͛ teſtator uoluerit legatariū promittere de exequendo cōtenta in teſtō: Nā ultra ea q̃ latè ſcripta ſunt ab alijs, ſ. uerba illa intelligenda de his q̃ legatarius tenebatur exequi & interpretanda ſm naturam legati & pſōnam legatarij in quē confert̃ diſpō, & oī in caſu referri duntaxat ad ea q̃ ſuperius cōtinent̃, idq; oñdi ex inferioribus uerbis teſtamenti quibus. ſ. legatario nō acceptāte legatū reli nquit̃ deputatis officio pauperū Xpi, ipſis acceptātib. cū pdicta ꝓteſtatione de executioni mādādo pdicta deſcripta, & ordinata &c neq; pſumitur teſtator uoluiſſe diuerſam ꝓteſtōnem fieri à deputatis offic. pauperū q̃ à ꝯſortio, Dr̃
2 uerba † teſtōris intelligēda ſimpl. nō ſm qd l. hoc legatum

legatum de leg. 3. & per prius non per posterius. l. hæc uerba ubi multa accumulat Ias. nume. 3. de uulg. & sic de his quæ simpliciter & purè contine bantur in testamento, & quæ legatario immediatè iniuncta erant, non autem de his quæ sub cōditione mortis filij, & à substituto relicta erant: & quemadmodum sit estator dixerit hæredi uel
3 legatario contentus sis † tali re, pro omnibus quæ intestamento reliqui, intelligitur de relictis purè, non aūt de his q̄ sub conditione mortis filij erant relictis. l. Paulo Chalimacco. §. Pompeus. de leg. 3. & de his quæ uniformiter erant relicta, Bart. in l. fideicōmissa §. si quis ita de leg. 3. Ita si inbeat legatarium in acceptatione legati promittere de exequendo contenta in testamēto, interpretari debet de contentis pure, & uniformiter non in casum mortis filij & difformiter: Præcipuè cum in re præsenti non adsint uerba gnālia uel uniuersalia, & cum subsit diuersa ratio indefinita non possit æquipolere uniuersali. Præterea cum clausula q̄ teneātur acceptare cum protestatione, de exequendo contenta in testō, sit posita pro executione testamenti non dēt ampliare dispōnem. Clem. 1. in fin. de præben. ubi Imol. not. in 2. not. neq; efficere ut legatarius teneatur ad ea ad q̄ alias nō tenebatur.

¶Quod uerò dicitur in l. sed si plures. §. filio, & quod ibi tradit Ias. in 2. no. non conueniunt rei de qua agitur, in qua legatum mobiliū, & hæreditas testatoris nō fuerunt simul iuncta, & nō uedicat sibi locū ratio illius tex. in his uerbis, iuncta. n.
4 cepit esse hēditas, & licet hæres † postquam adijt ex institutione non possit qnq; repudiare substitutionem eueniente casu substitutionis, ut in casu. l. qui patri de acq. hæred. l. quidam elogio. C. de iur. deliber. id tñ nō procedit in legatario, qui pōt indistincte acceptare legatū, & eueniente casu substitutionis illam repudiare. Castr. in l. qui patri nu.
5 9. de acq. hæred. In legatario † enim non pōt. habere locum ius accrescendi, de quo in d. l. qui pr̄i in fin. neq; obligatio q̄ per aditionem hēditatis contrahitur. Castr. ubi s. Neq; ꝫ consortium in re pñti adduci pōt quod traditur in l. neminē cum l. seq. de leg. 2. legatarium non posse alterū ex duob. legatis quod hēt onus annexum repudiare: Nā dispositio illius tex. procedit qn̄ interest hēdis pp falcidiam, aliàs si non fieret p̄iudicium hēdi in falcidia posset legatarius repudiare legatū serui. Castr. in d. l. neminem uersic. causa. l. duobus. Item tex. in d. l. neminem cum l. seq. loquuntur in duobus legatis, hic aūt agitur de legato & institutione seu substitutione, & decisum est in l. filio pater, in l. qui filiabus. §. fin. posse legatum acceptari, & hæreditatem repudiari, quæ leges loquuntur. in repudiante hæreditatem, ne oneribus hæreditarijs implicetur, ut exprimit tex. & Bal. in d. l. qui filiabus. §. fi. Inquit utilem esse decisionem illius tex. quia fortè hæreditas est multùm implicita. Neq; dici pōt onus annui legati Catherinæ relicti fuisse impositum legato mercium non substitutioni: nā ꝫnum ostendunt uerba testatoris, dū dr̄ substituo & nomino hēdes uniuersi. cum hac lege & conditione,
6 † nā uerba illa cū hac lege &c. idem important ac si dictū fuisset cū hoc onere, l. nihil, ubi Bartho. de

cōiun. cū eman. lib. & per ea iniungitur onus substitutioni, & illi quē confert substō. l. cū res. C. de donat. ubi ea uerba adiecta donationi onerāt donatariū ob donationē, & l. ea conditione. C. de cōtr. empt. ubi Bal. inquit, q̄ ita uerba sonāt q̄ pacta seruent, & onera subeantur: Cumq; dicta uerba inducāt modū Bal. in d. l. cū res, & in d. l. ea condōne
7 & modus† dicat̄ moderatio adiecta dispōni eum, qui honoratur aggrauās in tp̄s perfectæ dispōnis, Bar. in l. quib. §. Termilius nu. 1. de cond. & dem. necessario infertur, q̄ per ea iniungit̄ grauamen non legato iā ante facto sed substitutioni in casum quo sortiatur effectū. Et sicuti ea uerba adiecta legato in superiori parte testamenti, qua grauat con sortium ad soluendum mille ducentum florenos Catherinæ, operantur ut onus dicatur adiectum legato uel saltē respū legati merciū, ita & adiecta substitutioni operari dēnt, ut onus dicatur substōni, uel saltem r. substōnis adictū, etenim una pars testamenti, declarat aliam, & p̄cedentia declarāt sequentia. Et quis testator reliquerit eosdem florenos Cathe. quos reliquerat Petro, & substituit Catherinam Petro in d. legato, & sic transtulerit legatum à Petro in Catherinam, tñ non ex hoc inferri pōt, ut illud uoluerit esse onus legati mercium, tū quia legatum factum Petro moriente illo sine filijs extinctū fuit, & legatum factū Catherinæ fuit aliud & diuersum legatū, Tum quia testator transtulisse diceret legatum non solum ab uno legatario ad aliū, sed et ab eo, qui dare iussus erat, s. legatario merciū, ut alius, s. substitutus filio det. l. trāslatio de adim. leg. & licet substitutio non sortiretur effectum, tñ à legatario amplius deberi nō pōt l. & si transferant de adim. leg. Cumq; testator legauerit Cather. florenos annuos, illamq; tacitaue rit ut nihil aliud posset petere ab hēdibus Abiatici, neq; super bonis abiatico relinquendis censetur uoluisse florenos annuos peti ex boni Petro
8 relictis, quemadmodum & si testator† aliquo hēde instituto petierint, ut p parte sua sit contentus centum aureis, illa centum sunt retinenda de portione illi relicta. l. peto in prin. uersi. quid ergo de leg. 2. ubi uerba annui legati Catherinæ relicti essent dubia, an à legatario merciū ut legatario, an uerò ut ab hærede esset relictum, Iudicandum foret onus fuisse ut hēdi impositum. l. accepris in fi. ad leg. falcid. ubi Bar. l. si seruus. §. qui margaritam de leg. 1. Et cum in testamento dicatur, cum hac lege & conditione q̄ ipsi de dicto consortio quos nomino hæredes eo casu & non teneantur & de-
9 beantur &c. Illud relatiuum quos † cum sit sine copula restringit, uel declarat præcedentia, ut, s. hi teneantur ad legatum annuum Catherinæ quos hæredes nominat. Bar. in l. omnes populi in prin. de iustit. & iur. & eos duntaxat censetur testator grauare, qui erunt hæredes. l. qui plures de uulga.
10 in fin. & ubi † præcedit legatum simplex, & sequitur institutio, conditio adiecta institutioni non censetur repetita in legato l. filium ubi not. glo. & Bart. quan. di. leg. ced. Idem quando legatum fit ab uno gradu instituto ab alio Bartho. in l. ania de cond. & demonstr.

CASVS XXV.

¶ Antonius Beatrici uxori legauit per hæc uerba, lego Beatrici uxori usumfructum bonorũ meorum existentium in Valle Curoni, ita tamen ut dotem suam petere non possit: & si dotem petet uel exiget tunc & eo casu illam priuo, & priuatã esse uolo dicto legato ususfructus. Beatrix usumfructũ legatum per multos annos secundũ uiri testamentum percepit, illa mortua hæres eius petit dotem, quã Antonius Beatrici debuerat. Opponitur petere non posse saltem nisi prius restitutis uel compensans cum dote & interusurio dotis fructibus per Beatricem uigore legati perceptis.

¶ Quæritur quid iuris?

SVMMARIVM.

1 *Debitor legans creditori in dubio non censetur legare animo compensandi.*

2 *Testator cum non uult uxorem petere dotem a filiis inducitur fideicommissum liberationis.*

3 *Verba hæc ita tamen inducunt modum.*

4 *Qui non seruat conditionem appositam legato uidetur usq; a principio fuisse malæ fidei possessor, ideoq; ad fructus perceptos tenetur, & nu. 12.*

5 *Hæres hæredis petere non potest cum legamus prohibiti hærede petere.*

6 *Exceptio doli datur contra quoscunque successores excepto empto & eo qui emptoris uices sustinet.*

7 *Actiones personales dantur in heredes.*

8 *Legatarius contrafaciens modo uel illum non implens priuatur legato.*

9 *Verba ut nihil operentur quando tolleratur.*

10 *Causa quæ respicit fauorem legatarij non arctare legatum.*

11 *Casus omissus remanet in dispositione iuris cõmunis.*

1 Licèt debitor † legans creditori in dubio non censeatur legare aio compẽsandi l. creditorem de leg. 2. & in dubio legatũ uxori non intelligatur animo cõpensandi eũ dote l. 1. §. sciendũ. C. de rei ux. actio. tamen cum legato usufructu testator adiecerit, ita ut uxor dotem petere non possit: Clarum est Beatricẽ uel legato uel dote debuisse esse contentam d. §. sciendũ, & si post acceptum legatum egisset ad dotẽ exceptione repellendam fuisse l. tutor de lib. leg. l. 2. in fin. C. de his quæ sub. mo. nec etiam usuras dotis petere potuisse l. non solùm 2. §. 1. de lib. leg. Et cùm testator
2 † noluerit uxorem petere dotem a filiis inductum fuisse fideicommissum liberationis, & ideò filios agere potuisse contra Beatricẽ ut liberentur à dotis obligatione l. quod mihi de lib. leg. l. si creditoris. C. de fideicõ. Bar. in l. 4. §. nunc de effectu, nu. 2.
3 de lib. leg. & cùm ea uerba † ita tamen &c. inducant modum l. libertas. §. hac scriptura de manum. test. Bar. in l. quibus diebus. §. fi. nu. 4. de condit. & demon. Beatrix tenebatur cauere de modo implendo. d. l. quibus diebus. §. fi. & de restituendo legatũ cum fructibus, casu quo contrafecerit, Auth. cui relictũ. C. de ind. uidui. toll. uel accepto ferre dotẽ l. Mutianæ de cõd. & demon. & licet non cauerit, tamen ad modum implendum cogi poterat uel officio iudicis d. §. hac scriptura l. liberto. §. lucius de au. leg. ubi casus uel actione ex testamẽto d. l. 2. C. de is q̃ sub. mo. uel hæres poterat legatum repetere d. §. lucius l. quidam de usufr. leg. cum fructibus ac si oõ fuisset quicquã relictũ d. auth. cui relictũ.
4 is. n. qui oõ † seruat conditionẽ uel modum appositum legato vr̃ usq; a principio fuisse malæ fidei possessor. Ideoq; ad fructus pceptos & q̃ pcipi potuerunt teneatur, Bal. Cast. & Iaf. d. auth. cui relictũ & s peteretur dotẽ opponi pot exceptio doli mali d. l. tutor. d. l. 2. & q̃uis tex. in d. l. 2. in fi. dicat exceptionem cõpetere usq; ad quantitatem legati. Tõ cùm secundũ Cast. recipiat interpretationem secũdum distinctionem tradditã in l. imperator de leg. 2. & in casu præsenti quantitas cũ quantitate non conferatur, sed mulier accepto usufructu grauata sit nõ petere dotem, ut plurimùm consistentem in pdiis datis in dotem in extimatis, in totũ a dotis petitione repellenda vr̃, maximè cùm uideatur grauata uel dotẽ non petere, uel usumfructũ restituere. Cast. d. l. imperator. §. si centũ in fi. priuando. n. legato usufructus, vr̃ grauata, ut restituat argumento eotũ, quæ scripsere Bat. in l. paterfa. testamento de hær. inst. Cast. in l. 1. C. de his quæ pen. no. & cũ tex. in d. l. tutor minori ætatis speciali beneficio cõcedat, ut qđ legati cã percepit, restituere possit, diuersum maiorib. esse innuit, idem aũt importare vr̃, q̃ restituat legatũ, uel q̃ patiatur exceptionem
5 usq; ad quantitatẽ legati. Et cùm legamus † hærede petere prohibito, nec hæredem hæredis petere posse l. 2. l. si quis in testamẽto de lib. leg. Sicut Beatrix, quæ legatũ agnouerat, dotẽ exigere non poterat, ita nec hæres eius ad quẽ plus iuris, q̃ ipsa habebat, trãsferre non potuit, & licet pœna imposita a testatore Beatrici petenti dotẽ non transeat ad eius hæredes Bar. consi. 214. incipit Andreas Martini, post Bal. Alex. nu. 4. Iaf. nu. 3. in l. fi. C. de hære. inst. tamen exceptio de qua in d. l. tutor, & in d. l. 2. & d. l. imp. item actio ex testamento de qua in d. l. quod mihi, & d. l. 2. Item officium iudicis de quo in d. §. hac scriptura, & d. §. lucius, item repetitio legati ob non impletum modum de quo in d. §. lucius in d. l. quidam, & in d. authen. cui relictum etiam contra hæredes transire uideatur, exceptio
6 † enim doli datur contra quoscunq; successores excepto emptore, & eo, qui emptoris uices sustinet, l. apud celsum. §. si quis aũt ex causa de excep. dol.
7 & actiones † psonales in hæredes dant l. actionum genera in prin. iunct. gl. de act. & oblig. ut ex testõ actio est. §. nostra in uers. p actiones personales. Inst. de leg. & conditio. sine causa d. l. actionum genera in prin. §. appellamus inst. de actio. Neque obstat si dicatur cũ prouisio hominis faciat cessare prouisionẽ legis l. maritus. C. de procur. & unius inclusio alterius sit exclusio, l. cũ pcor de iud. & testator cẽseatur se cõformare cũ dispositione iuris. Bar. l. hæredes mei. §. cũ ita ad treb. testatorem imponẽdo pœnam uxori dotem petenti recessisse ab aliis remediis, eaq; hæredib. cõpetere noluisse, pcipuè cũ simul cum pœna concurrente nequeant; Non enim potest quis pœnã exigere & petere ut stetur conuentis,

conuentis, uel agentem exceptionem repellere.l.
rescriptū §.si pacto quo pœnā de pac.l.apud celsum
§.labeo de excep.do.l.cū proponas.C.de transa. &
testatorē per oppositionē pœnæ nonasse & sustu-
lisse legatum liberationis, uel obligationē de non
petendo dotē, & Beatrice dotē petente plegatum
liberationis transfusum esse in pœnā priuationis
usussfructus.l.1.§. item si ita ad leg.falc.l.1.de pœ.
leg.Bal.in l.1.nu.33.C.de his quæ pœn.uo. & præ-
cipuè sublatum esse officiū iudicis, quod tanquā
extraordinarium cum pœna concurrere nequit,
Bal.d.l.1.nu. 35. ideoq; cū Beatrici agenti ad do-
tem sola pœna obstaret, & pœna in hæredes non
transeat, nihil hæredibus Beatricis dotem petenti-
8 bus obstare. Nam rñdetur, cum de iure † legatar.
contrafaciens modo, uel illum non implens, pri-
uetur legato d.authen.cui relictū, & d.§.lucius ta
citè inerat, ut Beatrix dotē petens priuaret legato
usussfru. Qua de re illius expressio nihil dēt opari
9 l.3.de leg. 1. Et hoc casu tolleraſ ut uerba † quic-
quam non operentur, ut ex Io.And. scripsit Alex.
consi.33.lib.1.nu.9. & ubi conceditur quod iure
cōi competebat, uerba nihil operātur. Gēm.c.si Pa
pa.in priu.col.fi.de priuil.in 6.allegat tex.in c.quia
in causis de procur. Secundò rñdetur pœnam pri-
uationis appositam fuisse fauore filiorum, ideoq;
in eorū odiū retorqueri non posse. l. qd fauore C.
de leg.in damnum autem reflecteretur, si cætera
quæ contra matrem uel eius hæredem petentē do
tem cōpetebat, essent sublata, & simili casu tollera
tur, ut uerba potius nihil operentur. Ex Bald.Dec.
consi.232.in fin.ad quod cōuenit qd legimus cau
10 sam † quæ respicit fauorem legatarij non arctare
legatum l.3.ubi Bar.de adim.leg.& licet modus re
spiciens commodum legatarij non impleatur, ni-
hilominus legatum deberi.l. Titio cētum in prin.
de cond.& demon. Tertiò rñdetur, q licet testator
ademerit legatum Beatrici dotem petenti, tñ & of
ficio iudicis eam compelli ad implendum modū
& legatum, ab ea repeti potuisse.d.§.lucius, & ic-
circò etiam agentem exceptione repelli. Minus ob-
stare uidetur si dicatur Beatrici, si peteret dotem,
tunc & eo casu fuit imposita pœna, quæ dictio
tunc &c.denotat extremitatem tpis, quo dos pe-
teretur l.4.de cond.& demonst.& restringit dispo
sitionē ad expressa tm̄, ut ex aliorum sniam tradit
Dec.consi.227.nu.1.& cōsi.314.nu.5. Qua pro-
pter eum pœna incurratur solum tpe, quo dos pe
titur, pœna uerò loquatur de priuatione usussfru-
ctus tm̄, nec de fructib.perceptis ante petitionem
dotis quicq̄ disponat, nec adsit aliquod uerbū re-
trotrahens priuationem ad tempus testamenti, ut
dictio ex nūc dici nullo modo posse Beatricem si
dotem aliquo tpe petiisset, priuandam fuisse fru-
ctibus ante perceptis: Qua de re nec hæredē dotē
petentem in pœnam priuationis fructuū antea p
Beatricē perceptorum incidere debere, Rñdetur
etenim ex hac ratiocinatione quidē sequi ut Bea-
trix non fuerit priuata fructib. ante petitionē do-
tis perceptis, sed q fructib.ante percepti fuerint le
11 gati non rectè inferri, immò casum † eorum quasi
omissum remanere in dispositione iuris cōis.l.si
cū dotem in prin.sol.mat.l.si extraneus de cōd.ob.
cau.pcipuè in re nra, ne pœna priuationis apposi-
ta in fauorem filiorū reflectatur in dānum, & simi
li arg.ita rñdet Dec.consi.232.nu.8. qui latius lo-
quitur ad qd optimè conueniunt q ponit idē Dec.
in l.1.de off.eius, nu.37.& nu.47. Iure aūt cōi lega
12 tarius † ɔueniēs modo, retro declaratur priuatus,
& usq; à principio uř fuisse prædo, & tenetur resti
tuere legatum, & fructus ex eo perceptos d. auth.
cui relictum, ubi Bal.Cast.& Ias.& ubi quis graua
tur in plus q̄ accepit, hř ēt ratio fructuum d.l.Im-
perator.§.cum quidam de leg. 2. & in exceptione
de qua in d.l.2.C.de his quæ sub.mo. comprehen
di uidentur ēt fructus à legatio percepti.

CASVS XXVI.

¶ Antonius Lombardus ciuis Placentinus ha-
bēs filios masculos, sciēs nullos alios ultra ipsum
& eius filios esse de familia Lombardorum in ci-
uitate Placentiæ, nisi Christophorum & Ioannem
fratres, quos solos tanq̄ agnatos & ppinquos ha-
bebat & tractabat licèt nesciret quoto gradu sibi
esset coniuncti, instituit filios hæredes, illosq; in-
uicē substituit casu quo aliquis eorum decederet
sine filijs masc.& qñcumq; oēs decederent sine fi-
lijs & descendentib. masculis, uoluit bona sua nō
posse transire in fœminas nec in extraneos, sed re-
manere in agnatione, familia & casana illorum de
Lombardis. Decesserunt oēs filij testatoris absque
filijs masc.& sic uenit casus fideicōm. uocantis fa
miliam & agnationem illorum de Lombardis.

¶ Quæritur, an Christophorus & Ioannes ad
fideicommissum admitti debeant licet probare
non possint se esse saltem decimo gradu consan-
guinitatis testatori uel filijs coniunctos.

SVMMARIVM.

1 *Familia ubi in testamento uocatur uel prosapia qui censeantur iure uocati.*
2 *In fideicommissis sola uoluntas testatoris attenditur.*
3 *Mens testantis ex eius consuetudine colligitur.*
4 *Testator nō præsumitur facere substitutionem inanē.*
5 *Filius naturalis regulariter in feudo non succedit.*
6 *Dispositio quando in aliquo uerificari non potest interpretanda ut aliquo modo sustineatur.*
7 *Familiæ ubi aliquid relinquitur non uidetur necessarium probare gradum consanguinitatis. sed agenti sufficiat nomen illius familiæ.*
8 *Verbum familię latius pater quā uerbū propinquis.*

1 ET si alias † ubi in testō uocanſ familia agna-
tio, uel prosapia testatoris censeanſ uocati
hi dūtaxat, qui de iure ciuili succedere pos-
sunt, & sic qui sunt intra decimū gradū, & iō agen
tes ad fideic. probare tenerenſ gradū ɔsanguin.&
esse de propria linea testatoris, si uera sunt, q̄ latè
2 scribit Dec.in ɔsi.321.Tñ cū † in fideic.sola uolun
tas testatoris attendatur.l.in cōditionib. 1. locum
de cond.& demonstr. ēt q ex coniecturis colligiſ
l.cum proponebatur de leg. 2. Cumq; in propo-
sito casu testator & actores inuicem tractarent
se ut agnati, Cumq; testator sciret in ciuitate Pla-

centiæ non adeſſe alios ultra ipſum & eius filios qui nominarentur de lombardis q̃ agentes: uidetur poſſe dici in ſubſtitutione de qua agitur teſta
3 torem ſenſiſſe de illis, nam mens † teſtãtis ex eius conſuetudine colligitur. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. l. penul. in prin. ad adim. leg. & ea ſemper capienda eſt interpretatio, ne diſpoſitio reddatur
4 inutilis. l. quotiens la 2. de reb. dub. & teſtator † nõ præſumitur noluiſſe facere ſubſtitutionem innanem. l. Titia cum teſtamẽto. §. lucius de leg. 2. Bar. in l. cum ſeruus de leg. 1. & in terminis non diſſimilibus caſui noſtro uidetur tex. in l. fundus, qui de fun. inſtr. ubi in legato fundi cum inſtrumento quod regulariter intelligitur de inſtrumento teſtatoris, uenit etiam inſtrumentum coloni, quando teſtator in fundo nullum habuit inſtrum, & melior tex. in l. hæredibus. §. fin. ad trebellia. ubi conditio ſi ſine liberis intelligitur de naturalib. ex uerosimili mente teſtatoris quando grauatus naturales ſolum habere poteſt, & ad hoc conueniunt quod dixit Bal. in l. eam quam nu. 39. C. de fideicõmiſſ. Si Dux Sabaudiæ cõcedat feudum alicui pro ſe ac filijs procreatis & procreãdis, & omnes ſciebant illum non habere filium procreatum, niſi queadmodum naturalem, is ſuccedat in feudo, ex quo de alio non poteſt intelligi conceſſio Ducis, li
5 cèt † naturalis in feudo regulariter non ſuccedat, §. naturalis ſi de feu. fuer. contr. & ꝙ cenſuræ Bal. in prin. Iaſ. nu. 8. in l. ſi quis poſthumos in prin. de lib. & poſthum. in inſtitutione poſthumi cõprehẽdi ſpurium legitimatum & ad adoptiuũ, quando teſtator alios poſthumos habere non poterat, ut quia erat clericus in ſacris conſtitutus, & quod dixit Felin. in capit. primo, num. 7. & 8. de reſcript. licet in priuilegijs uerbum filijs non uerificetur,
6 in adoptiuis, Tamen ſi in alijs † non poſſet uerificari comprehendit etiam adoptiuos, & ea quæ ibi ad id accumulat, & quod in fortioribus terminis ex Ang. & Imo. tradit Alexan. in l. 2. in prin. de lib. & poſth. ſi lego equum morellum, & nullum habeam equum morellum ſed unum album duntaxat illum in legato uenire. Præterea ubi legatum
7 † uel fideicõmiſſum relinquitur familiæ nõ abſq; ratione dici poſſe uidetur non eſſe neceſſariũ probare gradum conſanguinitatis, ſed ſufficere quòd agens retineat nomen familiæ, & appelletur de illa familia per tex. in l. fin. C. de uerb. ſig. ubi ad relictum familiæ poſt parẽtes liberos & propinquos uocantur gener, nurus, & poſt eos liberti, & tamẽ cum libertis qui fuerant ſerui teſtatoris non uidetur ſubeſſe gradum aliquem conſanguinitatis, & quo ad libertos idem tradit text. in l. cum pater. §. fidei hæredem de leg. 2. & liberti ſequũtur conditionẽ, ciuitatemq́; manumittentis. l. 2. C. de municip. & orig. lib. 10. Vnde ſicuti cẽſentur uocati poſt alios liberti, quia retinent nomen familiæ q̃uis nõ ſint cõſanguinei ita & alij qui nomen familiæ retinẽt uideri dñt uocati licèt nõ ſint in aliquo gradu conſanguinitatis, Tradita aũt p Dec. vñr procedere qñ relinquitur propinquis uel proximiorib. tunc. n. cenſentur excluſi hi qui non ſunt propinqui, &
8 qđ uerbũ familiæ † latius pateat q̃ uerbũ propinquis apparet ex d. l. fin. & d. l. cũ pater. §. penul.

CASVS XXVII.

¶ Stat ſtatutum in ciuitate Laudæ, quòd frater coniunctus ex uno latere tantum ſuccedat fratri unà cum fratre utrinq; coniuncto: Item aliud ſtatutum ꝙ nulla aſcendẽs ſuccedat deſcendenti exiſtentib. agnatis intra quartum gradũ, niſi in uſufructu portionis quam de iure habitura erat. Ludouicus ciuis Placentinus habitãs Placentiæ, in qua in ſucceſſionib. attenditur ius cõe habens bona in territ. Placentiæ, & alia in territ. Laudæ, pro quib. ulteris erat allibratus in ciuitate Cremonæ, & cum ea onera ſoluebat, obijt relicta Maria ſecunda uxore, & duob. filijs ex ea. Item Cæſare filio ex prima uxore, poſt mortem patris, & aditam per filios hæreditatem deceſſit unus ex filijs ſecundi matrimonij Placentiæ.

¶ Quæritur in bonis exiſtentibus in territo. Laudenſi, quis ſuccedere debeat, an mater & frater utrinq; coniunctus attento iure communi, an uerò ambo fratres attentis ſtatutis Laudæ.

SVMMARIVM.

1 *Statuta illius territorij quo ad bona exiſtentia in aliquo territorio ſunt attendenda & quomodo.*

2 *Statuta loquentia in perſonam quo ad ſucceſſionem non comprehendunt forenſes etiam, quo ad bona ſita in territorio ſtatuentium & nu. 3.*

4 *Quo ad bona ſita in aliquo territorio ſunt attendenda ſtatuta illius loci.*

5 *Primogenitus qui non eſt de loco ſtatuentium non poteſt per ſtatutum habilitari.*

6 *Locus rerum querendarum inſpici debet.*

7 *Idem operatur oppoſita in oppoſito quod propoſitum in propoſito.*

8 *Forenſis non ſubiens onera beneficio ſtatuti admitti non ualet.*

SI præſupponamus Ludouicũ fuiſſe Laudenſem ſicq; & uxorem, q̃ do nec uidea exiſtit ſequitur forum uiri & filios eſſet Laudenſes, res non
1 habet dubium † quo ad bona exiſtentia in territ. Laudenſi, attendenda ſtatuta Laudæ, & fratrem conſanguineum ſuccedere unà cũ fratre utrinq́; coniuncto, & matrem exiſteñ. fratribus non ſuccedere præterq̃ in uſufrctu portionis, quam de iure communi habitura erat. Barth. in l. cunctos populos nu. 42. in 6. q. C. de ſum. trin. quẽ quo ad hoc poſteriores omnes ſequuntur. Quòd ſi Ludouicus uxor & filij nõ ſunt Laud. imò quo ad ciuitatẽ Laudæ forenſes, qõ anceps & dubia, Bar. in d. l. cunctos populos nu. 42. & 26. cenſuit
2 † ſtatuta loquẽtia in pſonam & habilitãtia uel inhabilitãtia ad ſuccedendũ ut talis ſuccedat uel nõ ſuccedat non cõprehendere forenſes ẽt quo ad bona in territ. ſtatuentiũ ſita, cõprobarunt Mart. Lauden. in trac. de primog. q. 29. Fran. de Ramp. inter cõſilia Cald. in tit. de teſtam. cõſi. 34. incip. ſtatuto Ferrarieñſi & in terminis ſtatuti Mediolan. excludentis matrẽ à ſucceſſione filij latè diſputat Sign. de Homod. cõſ. 167. & tandẽ concludit ſtatuto nõ obſtante matrem ſuccedere filio ẽt in bonis ſitis in terri-

in territorio Mediolani, idem in simili statuto ex-
cludente filiã, scripsit Anchar.consi. 169.in fin.
& in terminis casus nostri quo frater decessit in lo
co originis neq; habuit domiciliũ Laudæ traddit
Salycet.in d.l.cunctos nu. 14.uersi.si oerò iste lu-
canus, & s̃m prædictã Bar.s̃niam in casu ferè eo-
dem cũ præsenti, latè respondit Alex.consi.44.lib.
5.qui multas rationes & auctoritates adducit,
quæ omnes in proposita q.concludunt.statuta lau
dæ excludentia matrẽ à successione filij non com
præhendere matrẽ, quæ non est laudensis, & mul
to minus statuta excludentia frattem utrinq; con
ionctum à patre successionis & habilitantia fra-
trem consanguineum ad successionẽ fratris unà
cum fratre utrinq; coniuncto compræhendere fo
renses, quod ẽt comprobatur ex his quæ traddi-
dere Bar.& posteriores in d.l.cunctos populos in
3 3.q.asserentes statuta † habilitantia uel in habili-
tantia personam non cõpræhendere forenses arg.
l.1.in fin.de tut.& cur.da.ab his &c.& ex eo q̃ ex
Bal.dixit Anchar.in c.1.de const.q.12.uersi.est ta-
men dubium statutũ non posse habilitare uel in-
habilitare forensem etiam quo ad bona existentia
in terr.statuentium. Sed contrarium scilicet quo
4 ad † bona sita in terr.laudensi, attendenda esse sta
tuta laudæ uelle uidetur Bal.in d.l.cunctos nu.17.
qui t̃n cum alleget Bar.uidetur intelligendus s̃m
traddita per Bar.l.quando Baro ille erat anglicus,
& longobardus, & in terminis statuti excluden-
tis matrẽ Anchar.in c.1.q.12.uersi. qoæto iuxta
prædicta de q.tali statuto, ubi inquit etiam in fo-
rense quo ad successionem intestati indistinctè at
tendendum locum in quo bona sunt sita, quam
sen tentiam magis communem inquit Alex.consi
19.nu.7.lib.6.eamq; tenuisse Iac.de Ra.Cy.Guigl.
de Cun.& Rayn.eamdem sequitur Alber. Bru.in
tract. q̃ stantibus masculis &c. aroculo 6. in 1.
q.eamq; asserit communtier tenuisse antiquos, &
respondet ad ea quæ in contrarium adducuotur,
& ueram appellat [redacted] in add.ad d.consi.
Alex.44.dicens Alex.pessimè consuluisse secun-
dùm quam etiam consuluit Lud. Gozad. consil.
19.Hanc tamen sententiam Alber. Bru.ubi supra
nu.3.& nu.21.uult procedere duntaxat quando
is qui uult excludere, & beneficio statuti admitti,
est ciuis loci statuentium, aliàs si esset forensis
nec onera in loco statuentium, subiret, beneficio
staturorum uti non posset.Castren.in l.omnes po
puli de iu.& iur. idem sentire uidetur Signo.in d.
consi.167.col.pen.uersi.uenio ad tertium, ubi in
suo casu fundat se inter alia, quia.s.is qui nolebat
succedere propter statutum erat forensis, & col.
5 3.oersi.& 1.circa t.obi inquit primogenitũ † qui
non est de loco statuentium non posse per statu-
tum habilitari, ut in totum succedat, & re uera
in q.Anchar.io c.1.is, qui succedere uolebat bene
ficio statuti, erat ciuis loci statuentium: quæ Bru.
sententia si est uera proposita q.remanet absq; dif-
ficultate, utsupra fratte consanguineus forensis,
& qui noo subit onera cum ciuitate Laudæ, non
possit uti beneficio statuti excludentis matrem,
neque statuti admittentis illum unà cum fratre
utrinque coniuncto, & licet Soc.consi.192.uidea
tur respondisse patruũ forensem beneficio statuti
excludere matrem, Tamen in eo casu defunctus
habebat domiciliũ in loco statuti, super quo facit
pooissimom fundamentũ, præter id q̃ opinio Soc.
uidetur dubia, tum quia obstant d. Signor.supra
proxime allegata, tùm quia Soc.fundat se super de
cis.Bart.in d.l.cunctos populos q.7.uersi: sed pos-
set dubitari, qui loqoitur in casu quo non solùm
testator sed etiam filius qui sequitur originem pa
tris, erat Anglicus, q̃ non erat in casu Soc.qoo pa
truus ille non habebat domiciliũ Manoiæ.Præsup
posita tamen opinione anoiquorum Anch. [redacted] uera, (quod nunc oon affirmo) restrictio præ
dicta Bru.uidetur mihi summoperè dubia, nàm
tanones potissimæ qbus innititur opinio Anch.
6 & sequatium est, quia † inspici debet locus re-
rum acquirendarum Bal.in d.l.cunctos populos
nu.17.Et quia statutum non disponit de perso-
nis, sed de ipsis rebus, & sic quibuscunq; uerbis
loquatur ligat omnes quò ad res in sua ditione si
tas. [redacted].& Alb.Bru.ubi supra quæ ratio-
oes uendicant sibi locum siue ciuis siue forensis
sit ille, qui beneficio statuti succedere intendit, &
si statutom, quatenus excludit matrẽ oel frattem
otrinque coniunctum, excludit ẽt forenses s̃m
Anchar.& antiquos eam ratione quatenus inclu
dit frattem coniunctum ex ono latere tantum,
uel agnatos iuxta traddita per Bar.in l.1.§.uidẽdũ
nu.2.ad tertulia debet etiam includere forenses,
ut qui sentit commodum, sentiat etiam incom-
7 modum, & idem operetur † oppositum in oppo
sito, quod propositum in proposito cõtrariorum
eadem fit disciplina, In contentioso tamen iudi-
cio facilius obtineretur contra frattem consangui
neum, qui ex statutis laude innititur, tùm quia
contra illum stat Bar.& plurimorum aliorum de-
cisio, tùm quia cõtrariam Anchar.sententiam in
terminis restringit Albertus Brun.& idẽ uoluisse
8 uidetur Signor.ut supra forensis † non subiens
onera, beneficio statuti admitti non ualeat.

C A S V S XXVIII.

¶ Petrus & Angelus anno.1525.emerũt à Ioan
ne prædia quædam prætio scutorum octocentum,
quæ deinde locauerunt ad nouem annos oendito
ri, cum pacto q̃ quandocunq; durante locatione
placuerit Petro & Angelo arctare Ioannem ad re-
dimendum prædia eodem prætio quo empta fue
rant, facta prius interpellatione & denuntiatione
per mensem ante, ipse Ioannes teneretur facere re
demptionem. De anno.1528. Pet.condidit testa-
mentum, in quo instituto hærede uniuersali fra-
tre, legauit Angelo per hæc uerba: Item lego An
gelo ex scutis sexcentũ quos debeo habere à Ioao
ne scutos quattuorcentum, residuum qood est de
scutis ducentum per ipsum Angelum exigi uolo
& mando à dicto Ioanne, & dari & dispẽsari uo-
lo hoc modo uidelicet scutos uigintiquinq; uni-
cuique pedisequarum, scutos quinquaginta con
uentui sanctæ Mariæ de Nazareth, & alios scutos
centum in maritandis tot putellis, & reliquit An
gelum exequutorem testamenti, post oonnullos

annos

annos deceſſit Petrus Paulo ante fioltam locaöo
nem nulla facta declararione uolontatis neq; in-
thimatinne aut deoonciatione quòd uellet arcta-
re Ioannem ad redimendum; Angelus occupauit
prædia empta & locata, eaq; inſolidum ad ſe ſpe-
ctare contendit. ſ. dimidiã uigore empöonis, aliam
dimidiam nigore legaö prædicti &c.

1 ¶ Quæritur quid ioris, & an rectè ſenſerint hi
qui pluribus rationibus reſpondideruot ad Ange
lum prædia in totum ſpectare qoorum allegaöo-
nes exhibentur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi leget id quod titius debet deinde exigat debitum extinguitur legatum & nu. 8.*

2 *Conditio legati quæ erat poßibilis facto teſtatoris ſi fiat impoßibilis deficit legatum.*

3 *Ablatiuus abſolutus inducit conditionem quæ impleri debet in forma expreſſa.*

4 *Emptio rei propriæ non ſubſiſtit.*

5 *Acceptio in ſolutum æquiparatur emptioni.*

6 *Fictio non poteſt cadere ſuper impoßibili de iure.*

7 *Teſtator legando id quod ei debetur cenſetur legare actionem non rem debitam.*

IN caſu propoſito crediderim Ange
lum prædia pro portione quæ erãt
teſtatoris inioſtè deönere, Nam
ea ooo fuerunt ollo modo legata;
nec quicquam pro Angelo facit
quod exaduerſo dici uidetur teſtatorem legaſſe
prætium quod pro redemptione prædiorum de-
bebat Ioannes; ideòq; prædia quæ loco prætij re-
manſerunt pœnes teſtatorem legatario deberi.
Nam iure deffendi non poſſe uidetur teſtatorem
ſenſiſſe de pecunijs quas Ioannes debiturus erat
in caſum quo placuerit teſtatori & Angelo arcta-
re illom ad redimendum, tùm quia Ioannes illas
tempore teſtamenti non debeat argum. l. ſi ita de
au. & arg. & ad plus Ioannes nõ poterat dici quic
quam debere niſi ſub conditione, quæ nòn erant
omninò extitura l. ſi ita ſcripſiſſet de lega. 2. Tùm
qoia ſnmma legata non conuenit ſummæ quam
debiturus erat Ioannes in caſum prædictum argu
mento eorum quæ in non diſſimili caſu tradidit
Alex. in l. cum quo §. fin. ad leg. Falcid. & oerba il-
la quos habere debeo determinantia & demon-
ſtrantia ſcutos ſexcentum debent æqualiter illa de
terminare, ot ſupra iotelligantur de ſexcentũ ſcu-
tis eodem modo debiös, Neq; obſtare uidetur id
quod dicitor Ioannem aliud non debuiſſe; Primò
quia negatiua hæc cùm ſit fundamentum inten-
tionis legatarij ab illo probanda uidetur. Bart. &
poſteriores in l. in illa de conſtit. pecu. Secundò
quia cùm omni in caſu Ioannes noo eſſet debitu-
rus niſi ſcutos quattuorcentũ, ſicq; appareat te-
ſtatorem uoluiſſe facere legatũ inutile ſaltem pro
parte præſumi debet quod etiam io reliquo inuti
liter ooluerit legare, arguendo à parte ad totum.
l. quæ de tota de rei uendic. & à contextu eiuſdem
legati l. ſi ſeruus pluriom §. fin. de leg. 1. Præterea
dato ſine ueri præiudicio ꝙ expreſsè legatum fue-
rit, uel ſaltem in legato comprehenſum id quod
ſub conditione debeat ſeu debiturus erat Ioannes
Tamen cum defecerit condiöo, quia teſtator &
Angelus non uoluerunt arctare Ioannem ad redi
mendum, legatum fuit extinctum l. cum illud §.
1. quan. de leg. ced. l. prima in fin. de cond. & de-
1 monſtr. & quemadmodum ſi teſtator † leget id
qood Tiöus debet, deinde exigat debitum, extin-
guitur legatum l. ſi ſic §. 1. de leg. 1. l. non qnocun-
bue §. qui Caium eo. tit. niſi legatarius probet te-
ſtatorem aliud ſenſiſſe gloſſ. & Bar. in l. fideicõm.
§. ſi rem de leg. 3. Ita ſi noluerit implere conditio-
nem, ſub qua Tiöus erat debiturus, extingui de
bet legatum niſi legatarius probet teſtatorem
2 aliud ſenſiſſe, quemadmodum ſi † conditio lega-
ti quæ erat poſſibilis facto teſtatoris, fiat impoſſi
bilis, deficit legatum l. cum tale §. falſam conditio
nem de cond. & demonſtr. Ita ſi facto teſtatoris de
ficiat condiöo ſub qua Ioannes debitorus erat, de
ficere ẽt debet legatum eius quod Ioannes debet,
& ad hoc uidetur caſus in l. uideamos de liber.
leg. ubi legatarius quis dicitur propter ſpem, &
ſpe extincta extinguitur legatum. Neq; dici po-
teſt conditionem ſub qua Ioannes erat debitor
fuiſſe impletam, ex eo quod teſtator legando dica
tur uoluiſſe Ioannem arctari ad remedium, ete-
nim ad implendam conditionẽ requirebatur ꝙ &
teſtator & Angelus uellent arctare Ioannem ad re
dimendum, & ex uerbis pacti, & quia Ioannes
non uidetur potuiſſe inuitus cogi ad redimẽdum
partem ſolam. Bar. in l. ſi quis aliam in fin. prin. de
ſolut. in l. qui uſumfr. nu. 4. de uſufr. lega. Item ne
ceſſaria fuit declaratio uoluntatis, & inthimatio
ſeu denuntiatio per menſem aote, nam ablatiuus
3 † ille abſolutus. ſ. facta prios denunciaöone indu-
cit condiöonem, quæ impleri debet in forma ex
preſſa, & qua non impleta dici non poteſt eueniſ-
ſe condiöonem ſub qua Ioannes erat debitor. Ad
hæc ex huiuſmodi legato alia actio nõ potuit cõ-
petere legatario contra hẽdem q̃ ut cæderet actio
nes contra Ioannem l. ſi ſic §. 1. de leg. primo: nec
pecunias aliquas ab hẽde potuit legatarius petere
Iaſ. in d. §. 1. nu. 4. Vnde multominus potuit pete-
re aut occupare bona hereditaria; Neq; ad rem fa
cit quod exaduerſo dicitur Ioannem cenſeri de-
diſſe inſolutum teſtatori prædia per illa quantita-
te, qua redimere tenebatur, ideoq; rem inſolu-
tum acceptam legatario præſtandam. Bal. in l. qui
poſt nome. 12. C. de lega. & tex. in l. pater inter de
adim. leg. in l. qui ſolidũ §. 1. de leg. 2. Etenim com
noo appareat Ioannem fuiſſe interpellatum ad re
dimendum, & ſic eueniſſe cooditionem ſub qua
ipſe erat debitor, Cumq; prædia eſſent pleno iu-
re teſtatoris, & quo ad dominiũ, & quo ad poſ-
4 ſeſſionem, & emptio † rei propriæ non ſubſiſtat,
5 l. neq; pignus de reg. iur. & accepöo † inſolutum
æquipararetur empöoni l. elegaoter in princ. obi
not. Caſtren. nu. 2. de pigno. actio l. ſi prædiom in
fin. C. de euict. Bart. io l. 1. §. cum prædium nu. 6. de
6 pigno. & fictio † noo poſſit cadere ſuper impoſſi-
bili de iure gloſſ. in l. talis ſcriptura in uer. uniuer
ſa de leg. primo, Bal. in c. cũ conſuetudinis nu. 4.
de cõſuet. ſtatutum eſt allegare huiuſmodi fictio-
nem

nem dationis in solutum præcipuè ante factam redemptionem in qua requirebatur eadem solemnitas, quæ & in emptione l. 1. in fin. C. quãdo li. ab emp. dis. l. ab emptione de pact. & si admitteretur huiusmodi fictio concurrerent simul plures fictiones, prima φ testator noluerit arctare Ioannẽ ad redimendum, secunda φ Ioannes redemerit. Tertia φ pro prætio redemptionis prædia redempta dederit in solutum &c. Et ex hoc tolluntur omnia de re subrogata loco pecuniæ, & econtra q̃ ex aduerso allegari uidentur, præter id φ etiam specialius ad ea responderi potest, & Primò dictũ Bal. in d. l. qui post nu. 12. uidetur dubitabile, & contra illud pugnat id quod per illum text. scribit Ias.

7 in d. l. si sic. §. primo nu. 4. l. testatorem † legando id quod Titius ei debet censeri legare actionem non rem debitam, ex quo necessariò sequitur φ legatarius nec rem debitam nec aliam loco eius subrogatam, sed duntaxat cessionẽ actionũ petere possit, & contra Bal. facit tex. in d. §. 1. qui indistinctè

8 uult † exact. debiti facta à testatore extingui legatum nisi contrarium uoluisse testatorem probet legatarius gloss. d. l. fideicommissa §. si rem, & contra argum. Bal. de pecunia exacta & recondita in archa, uidetur glos. in d. §. si rem in uer. pro deposito, quæ uult tex. illum non procedere ubi testator non habuisset pecuniam pro deposito, & licèt Bal. rectè sensisset, tamẽ ipse loquitur in casu quo testator ex necessitate causatiua accepit rem insolutum, quia aliter non poterat exigere debitum, quod in præsenti casu allegari non pôt; Item loquitur Bal. de eo quod peruenit ad testatorem ex interitu actionis legatæ, sed in proposito casu prædia non peruenerunt ad testatorẽ ex interitu actionis legatæ, cũ ante essent testatoris, p̃ter id φ cum datio in solutũ neq; uera, neq; ficta subsit nihil ad rẽ Bald. sñia Tex. quoq; in d. l. pater inter de adim. leg. non facit ad propositũ, Nam (præter id quod non pôt dici prædia uerè uel fictè empta ex nomine legato) in eo. tex. debetur filiæ pecunia. l. tercenta ex prædijs non aũt prædia, tex. in fin. & glo. in uer. ut in ea; Ad hæc loquitur in legato percipiendo ex quadam uniuersitate. l. negotiatione in qua prætium succedit loco rei, & contra l. si rem & prætium de petit. hæred. l. Imperator §. fin. de leg. 2. nil mirum si ex prædijs emptis debentur certa sicuti debita fuissent ex illa negotiatione. Tex. autem in d. l. qui solidũ §. 1. loquitur in casu quo post mortẽ testatoris res legata ansertur per Principem hæredi restituto prætio, cum q; dominium rei legatæ transierit ipso iure in legatarium à morte testatoris l. à Titio de sur. prætium rei quæ erat in dñio legatarij ad legatariũ spectare æquũ est. Ex quibus in proposito casu concludendũ vr Angelum non potuisse neq, posse prædia aliqua prætextu legati petere aut occupare quinimò nec actionẽ ad pecunias 3 hæredem habuisse sed duntaxat ad cessionem actionum iuxta tex. in d. l. si sic. §. 1.

CASVS XXIX.

¶ Octauianus cremonensis instituit Camillum Nepotem ex fratre hæredem pro semisse, & Syluiũ ac fratrem nepotes ex alio fratre pro alio semisse, qui Camillus tunc dicebatur bannitus à ciuitate Placentiæ, in qua tamen non erat descriptus inter bannitos, deinde Placentia dñio Mediolani fuit adiecta, Camillusq; statim à Cæsareo locumtenente obtinuit gratiam delicti quod imputabatur commisisse in agro Placentino, posteà testator insciens gratiæ, timens ne fiscus auferret hæreditatem Camillo reuocauit institutionem Camilli, & instituit hæredes uniuersales Syluium & fratrem, & mandauit φ ubicunq; Camillus esset capax, illi darent dimidiam hæditatis, & quem Camillum eo in casu ex tunc pro ut ex nunc hæredem instituit, & coram hædibus ẽt expressit causam mutationis. s. quia timebat ne Camillus esset in capax, & fiscus auferret hæreditatem Camillo relictam, & mandauit illis, ut responderent Camillo etiam de fructibus, Idq, Syluius unus ex hæredibus testatori facere promisit. Causa mutationis testamenti non est clarè expressa in testamento, sed ultra coniecturas, quæ ex testamento colliguntur, probatur per tres testes dicẽtes illam audiuisse exprimi à testatorem tempore conditu testamenti, Item mandatum ex promisso de restituendo fructus non continetur in testam. sed probatur per tres testes contestes. Camillus absens mortuo testatore statim per nuntium interpellauit Syluium, an uellet illi relaxare dimidiam hæreditatis cum fructibus, qui respondit φ sic, idque per duos testes contestes probatur. Deinde Camillus stetit per multos annos absens à Ciuitate Cremonæ, Reuerso fuit restituta dimidia hæreditatis.

¶ Quæritur an etiam fructus omnes post mortem testatoris ex semisse restituto percepti Camillo restituendi sint.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ab aliqua ciuitate intelligitur etiam bannitus à locis qui post bannum adijciuntur ciuitati.*
2 *Bannitus secundum dispositionem iuris communis non ammittit ius succedendi.*
3 *Testator si credẽs aliquem incapacem cum sit capax quem prius instituerat condat aliud testamentum ualebit prima institutio.*
4 *Declaratio uoluntatis potest fieri à testatore coram duobus testibus.*
5 *Verba hæc instituit hæredem sunt uerba directa ciuilia.*
6 *Fructus ab herede percepti post diem fideicommissi cedentem sunt restituendi.*
7 *Restitutio uerbalis potest fieri per nuntium & epistolam.*
8 *Fructus post moram sunt restituendi.*
9 *Testator ubi uult fructus resti: ui illi sunt restituendi.*
10 *In fideicõmissis sola testatoris uoluntas attenditur.*
11 *Voluntas testatoris probatur per duos testes.*
12 *Probatio per duos testes quod hæres aliquid facere promisserit testatori ualet.*

CA-

CAmillus tempore ſecundi teſtamē-
ti non uidetur fuiſſe incapax ſuc-
ceſſionis patrui, Primò quia nec
Placē͂oæ nec alibi in dñio Medio-
lani erat deſcriptus inter bānitos,
& dato ꝙ antēquàm Placentia adiungeretur do-
minio Mediolani fuiſſet bannitus à ciuitate Pla-
centiæ, tamen ex hoc non erat incapax in Ciuita-
te Cremonæ, Bannitus etenim à Ciuitate Placen.
non uidetur bannitus à Ciuitate Cremone, licet
Placentia efficiatur eius Principis, Nàm docto. in
1 caſibus quibus nolunt Bannitum † ab aliqua Ci-
oitate & comitatu intelligi ēt bannitū à locis qui
poſt bannum adijciuntur ciuitaoi uel comitatui,
ut Nell. in tract. bann. in 1. par. ſec. temp. q. 56. fun
dant ſe ea ratione, quia augumentum ſequitur
naturam & qualitatem rei cui adijcitur, quæ ra-
tio in præſenti caſu ꝓcedere non pōt quo nec ci-
uitas Cremonæ, nec dñium Mediolani adiūctum
eſt Placētiæ, ſed Placentia acceſſit dñio Mediolani.
Secundò Camillus non erat incapax Cremonæ,
quia habuerat graoam ab Illuſtriſ. Locumtenen-
tem Cæſ. Cumq; Conſtituoones Mediolani nun-
qnam receptæ fuerint Placentiæ, gratia effectū ſor
tita eſt ſtatim abſq; alia ſenatus interinatione. Ter
2 tiò quia pleriq; ſenſere bannitū † qui pōt impunè
offendi non amittere ius ſuccedendi ex teſtamen-
to uel ab inteſtato ſm diſpoſioonē iuris cōis ēt in
loco à quo eſt bannitus, Bar. in l. certa forma nu.
7. C. de iure fiſ. lib. 10. Nell. in tract. bann. in 1. par
te primi temp. q. 57. & 38. Alex. in l. 1. nu. 4. C. de
hæred. inſtit. & conſi. 26. lib. 1. & alij quos refert
& ſequitur Ripp. in l. ex facto §. ex facto nu. 15. ad
Trebel. q̄ ſnīa vř magis recepta licèt ɔ̄trium aſſerue
rint Caſtren. in d. l. 1. C. de hæred. inſtit. in fi. & alij
quos refert & ſequitur Iaſ. ibi nu. 6. Quo ſtante
cùm ex ſecundo teſtō Octauiani, & clarius ex at-
teſtationibus conſtet Octauianū reuocaſſe inſtitu
3 tionem Camilli, & feciſſe ſm teſtamentū, † quia
credebat Camillū eſſe incapacē, qui erat capax, ſub
ſiſtere uidetur inſtitutio Camilli in primo teſtō fa
cta l. fin. de hæred. q̄uis hi teſtes non ſufficiant ad
teſtamentum uel codicillos, ſufficiunt tñ ad pro-
bandum declarationem uoluntatis & cauſæ ob
quam teſtatot inſtituoonem Camilli reuocauit,
4 Nam declaratio † uoluntatis pōt fieri à teſtatore
etiam corā duobus teſtibus glo. & Doc. in l. hære-
des palàm §. ſi quid poſt. de teſtam. & uoluntas te
ſtatoris probatur per duos teſtes Bal. in l. q̄uis C.
de impuber. & alij &c. Et huiuſmodi falſa cauſa
quam ſi non crediſſet ueram, teſtator ſm teſta
mentum non feciſſet, Vitiaret ēt legata l. demon
ſtratio §. ꝙ aūt de cond. & demonſtr. & ſi probari
poteſt coniecturis ꝙ teſtator fecit legatum ob ali-
quam cauſam, aliàs non legaturus. Barth. in d. §.
quòd aūt nu. 14. multò magis per tres teſtes con-
teſtes deponentes id audiuiſſe à teſtatore tempo-
re reuocationis probari debet teſtatorem reuocaſ-
ſe inſtitutionem Camilli ob aliquā cauſam, aliàs
non reoocaturus, Præcipuè cum duo teſtes ſuffi-
ciant ad probandū uoluntatē teſtatoris & faciunt
coniecturam Bal. in d. l. quanuis. Et dato ſine ueri
præiudicio, ꝙ reuocatio primæ inſtitutionis ſub-
ſiſtere, tamen Camillus in ſecundo teſtamento
5 oidetur directò inſtitutus propter illa uerba † in
ſtituit hæredem, quæ ſunt uerba directa. ciuilia
& ad obliquum trahi nō poſſunt, præcipuè cum
exiſtente Camillo tunc capace ut directa operari
potuerint l. uerbis ciuilibus ubi gloſſ. fin. Bar. nu.
4. Caſtren nu. 7. de uulg. & cùm non ſit contra uo
luntatem teſtatoris ꝙ Camillus ſtatim haberet di
midiā, Camillus tanq̄ cohæres ſtatim uidetur ad-
miſſis d. l. uerbis ciuilibus, & q̄uis Camillus ad-
mitò poſſet duntaxat iure fideicommiſſi, tamen
ſi tpe teſtamenti erat incapax, fideicōm. fuit pu-
rū; Cūq; Camillus ſemper fuerint abſens à domi
6 nio Mediolani † fructus ab hærede percepti poſt
diem fideicōm. cedentem, & ſic poſt mortem te-
ſtatoris uidetur reſtituendi, ſi uerum eſt quod di-
xit Ripp. in l. fideicōm. nu. 10. ad Trebell. Præter
id ꝙ cum ex duobus teſtibus conſtet Camillū per
nūoū & literas perquiſiuiſſe a Syluio ſtaōm poſt
mortem teſtatoris an uellet reſtituere portionē
hæreditatis, & ipſe reſponderit ꝙ ſic quò ad ip-
7 ſum uidetur facta reſtitutio † uerbalis, quæ fieri
poteſt ēt per nunciū & epiſtolā l. reſtituta in prin.
ad Trebell. & qua facta fructus indiſtinctè ſunt re
ſtituendi Bar. in d. l. in fideicōm. nu. 4. Caſtren. nu.
2. uel ſaltem per huiuſmodi interpellationē extra-
iudicialem Syluius fuit in mora conſtitutus Glo.
l. qui Romæ §. cohæredes in uerſi. teſtato de uerb.
8 oblig. & poſt moram † fructus ſunt reſtituendi d.
l. fideicōm. Sed & ſi Camillos fuit incapax, & fi-
deicōm. conditionale, tñ cùm fauore Camilli ſo-
lutio fideicōm. dilata ſit froctus ei ſunt reſtituen-
di l. ſi ita relictū §. Pegaſus de leg. 2. l. in fideicōm.
§. cum Pollidius de uſur. Neq. dici poteſt iura illa
non procedere in fideicomm. condioonali oel in
diem incertam, nam in d. §. Pegaſus fideicōm. fue
rat relictum impuberi, cùm erit pubes quod dici
tur relictum in diem in certam l. ſi dies quan. dies
leg. ced. & dies in certus pro condioone habetur,
& in d. §. cum Pollidius fideicōm. erat relictum,
cùm certam ætatem puella cōpleuiſſet, quod eſt
conditionale, & legataria ante illam ætatem mo-
riente nō tranſmittitur ad hæredes l. ſi cui in prin.
9 & §. 1. de leg. 1. Itē deciſum eſt ubi † teſtator uult
fructus reſtitui, eos eſſe reſtituendos d. l. in fidei-
commiſſariam. Ex tribus autem teſtibus apparet
teſtatorem ooluiſſe etiā fructus reſtitui. Cumque
10 in fideicommiſſis † ſola teſtatoris uoluntas at-
tendatur, illaq; totū faciat l. in cōditionib. primō
locū de cond. & dem. & ſufficiat uoluntas quæ ex
coniecturis colligitur l. cum proponebatur l. qui
11 ſolidum §. 1. de leg. 2. & duo † teſtes probent uo-
luntatem. Bal. in d. l. quāuis, multò magis attēden
da uoluntas, quæ ultrà alias coniecturas probatur
per tres teſtes deponentes audiuiſſe id exprimi à
teſtatore tēpore conditi teſtamēti. Accedat quòd
cùm teſtator in fide hæredū poſuerit, & unus ex
hæredibus ꝓmiſerit fructus reſtituere ut deponūt
p̄dicti teſtes, quò ad eū q ꝓmiſit res eſt indubita-
12 ta licèt hmōi † ꝓmiſſio ꝓbaretur ſolū p duos te-
ſtes in l. fi. & ibi no. Iaſ. nu. 17. uerſi. extra gloſſ. &
nu. 18. C. de fideicōm. & eo magis cū ēt poſt mor-
tem teſtatoris idem promiſerit nuntio Camilli, ut
atte-

attestantur duo testes, & ex minus solemni uoluntate debentur fideicommissa qn̄ hæres illa soluit uel soluere promisit l.si ueritas l.2.iuncta glo. C.de fideicommiss.

C A S V S X X X.

¶ Maritus instituit hæredem uxorem in usufructu omnium bonorū, illa stante in Viduitate, & post eius mortē instituit fratrem ipsius testatoris hæredem uxor accepit usumfructū,& per non nullos annos eo fuit gauisa: deinde nupsit.

¶ Quæritur an mulieris usufructus, sit extinctus, & an bona ad fratrē statim puenire debeāt.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum sub conditione si filij morte patris efficiantur sui iuris ualet etiam si per emancipationem sui iuris fiant.*

2 *Verba hæc illa stante in uiduitate quid importent.*

3 *Aliud est relinquere uxori donec steterit aliud si steterit in uiduitate.*

4 *Conditio cum est in non faciendo tunc locum mutiana cautio.*

FRatrem testatoris post transitum mulieris ad secunda uota succedere, & bona illi relaxanda suadere uidetur text. in l. si ita quan.dies

1 leg.ced. ubi legatum † sub conditione si filij morte patris efficerentur sui iuris debetur si filij per emancipationem fiant sui iuris,& casum nr̄um post longā disputationē. Decidunt Bar.in aucten.hoc locū nu.10.C.de sec.nupt. Io. Andr.in add.specu.in rubr.de sec.nupt. Castren. Alex.& Ias.in l.si mater C.de instit.& substit.Alex. consi.130. lib.2.asserentes si testator uxori leget donec uidualē uitā seruauerit, & post eius mortem substituat. Titiū, muliere secundo loco nubente Titium statim admitti,Cæterū in proposita quæst.contrarium rn̄dit Alex.cōsi.111.lib.2.ego prædictā Bar.& aliorū conclusionem crediderim procedere in terminis qbus loquunt.s.ī legato facto mulieri donec steterit uidua alio instituto hærede uniuersali, id aūt qd̄ dixit Alex.d.consi.111. esse uerū casu quo testator instituisset mulieres in usufructu donec steterint in uiduitate alio non instituto hr̄de nisi post mortē mulieris, sed in terminis casus ppositi & in eo quo ↄsuluit Alex.d. cōsi.111.quo testator instituit mulieres in usufructu illis extantibus uiduis, cū muliere transeunte ad 2.nuptias deficiat cōditio institutionis & perinde sit ac si mulier non fuisset instituta ut infra demōstrabitur, institutus post mortē mulieris illa transeunte ad sc̄da uota statim erit hæres solus l.1.§.si ex fundo de hæred.insti.arguendo de re ad tēpus Bar.in l.miles ita de test.mil.& qa si id est in institutione ex die certa l.hæreditas de hæred. instit.multo magis in die incerta l.qui ex filio in prin.eo.tit.Bar.in d.l.hæreditas & censebitur usq; à die mortis testatoris fuisse hæres l.hæres quandocunq; de acquir.hæred.Iccircò in casu Alex.& præsenti crediderin mulierē non solū ad relaxationem bonorū sed ēt ad restitutionē fructuū perce-

2 ptorū teneri, etenim † uerba illa stante in uiduitate important conditionē, & idē sonare vn̄r, ac si dictum fuisset si steterit in uiduitate l.à testatore de cond.& demōstr.quo casu mulier uolēs usum fructum tenetur præstare cautionem de restituendo bona, & fructus casu quo nubat, & ubi secundas nuptias ineat, tenetur restituere bona & fructus, ac si nihil fuisset relictum l.cum filius §.qui Mutiana de leg.2.l.hæres meus §.qui post de cōd. & demonstr. aucten.cui relictum C.de iud.uid. toll.& malè vr̄ sensisse Alex.in d.consi.111.dum præsupponit hmōi institutionem esse ad diem, &

3 longè † aliud uidetur relinquere uxori donec steterit, aliud si steterit in uiduitate. Nam primo casu relictum est purum, sed extinguendū sub conditione l.4.ubi no.Odofr.de seruit.Bar.in d.l.1. nu.15.in tertio mēbro de cond.& demonstr.Cast. in l.ambiguitatem C.de usufr.& dr̄ relictum annuum l.legatum de ann.leg.ideoq; fructus percepti anteq̄ mulier secundò nubat, & sic extinguatur relictum, sunt mulieris. Secundò est condi-

4 tionale, cumq; conditio† sit in nō faciēdo.s.si non nupserit in ea habet locum Mutiana cautio d.l.hæres meus §.q̄uis, & muliere transeunte ad secundas nuptias deficit conditio, & non solùm, res, sed etiam fructus percepti restituendi, ac si nihil fuisset relictum d.Authen.cui relictum d.§.qui Mutiana, & d.§.qui post, hinc Castr.in l.fin.§.si. C.de iud.uid.distinguit tres modos legādi & constituit dn̄am an legetur Viduæ sub conditione si non nupserit, an uerò donec uidua steterit ut supra primo casu mulier nubens teneatur restituere rem cum fructibus ac si legatū nunq̄ fuisset factum, Scd̄o uerò non restituat fructus p̄teritos.

C A S V S X X X I.

¶ Testator instituit Titium, & si contingat Titium committere delictum aliquod pp quod bona ueniant confiscanda, illum priuauit eius hæreditate, quam eo casu uoluit deuenire in filios Antonij, Opponitur huiusmodi fideicommissum non ualere quasi factum in fraudem fisci.

¶ Quæritur quid iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum iniustum hæredi si contingerit eius bona pu blicari ualet.*

2 *Argumentum ualet de contractibus ad ultimas uoluntates.*

3 *Reus post delictum commissum potest facere actus per quos impediantur bona acquiri fisco.*

4 *Testator potest instituere bannitum incapacem sub conditione cum erit capax.*

5 *Leges disponunt generaliter posse fideicommissa relinqui ac hæreditatem adimi uel in alium transferri nomine pœnę.*

6 *Argumentum quando ualet à potestate legis ad potestatem testatoris.*

7 *Bona ne transeant in fiscum per legem pōt impediri.*

8 *Volun-*

8 *Voluntas teſtatoris primò inſpicitur in ultimis diſpoſitionibus.*
9 *Fiſcus licet ſit fauorabilis ob id tamen alijs iniuſtitia fieri non debet.*

1 Fideicommiſſum iniunctum hæredi ſub conditione ſi cõtingat eius bona poblicari oalere ſuadet text. in l. ſed ſi mors de dona. inter uir. & ux. & id quod decidunt Bal. in l. pen. nu. 33. uerſi. quidam timens C. de exequut. rei iud. Iaſ. in aocten. ſi qua mulier nu. 31. C. de ſacris eccle. Nam ſiue dicamus donationẽ de qua in eo tex. eſſe cauſa mortis, illa æquiparatur legatis & fideicõm. l. ſenatus de donat. cau. mor. in princ. ſiue dicamus eſſe donationẽ ioter uiuos Argum.
2 ualet † de 5ctibus ad ultimas uolũtates l. ſernum filij §. eum qui chirographum de leg. primo pro eadem ſententia uidetur text. in l. cum quidam de
3 iure fiſc. Nam ſi poſt delictũ † cõmiſſum reus poteſt facere actus pro quos impediantur, bona acquiri fiſco nt in eo. text. multò magis teſtator ante delictum ab hẽde cõmiſſum põt facere diſpoſitionem, per q̃ impediantur bona transfire in fiſcum & ſicuti ille qui non uult acquirere non dicitur fraudare l. q; autẽ de his q̃ in frau. cred. Ita oeque teſtator qui oon uult bona ſoa acquiri fiſco dici poteſt facere io fraudem fiſci, ſaltem ut fraus habeatur in conſideratione à lege & licèt Docto. in l. poſt contractum de dooat. uel iot donationem factam ab eo qui nolebat delinquere quaſi in fraudem fiſci facta ſit reuocari, tñ loquuntur in eo qui cogitauit cõmittere ſpeciale aliqood delictum quod in teſtatore non põt præſumi, neq; q; uoluerit hẽdem delictum certum committere, immò priuaodo hẽdem io caſu quo delioqueret uoluiſſe uẽ illam à delinquendo cohercere. Præterea
4 teſtator † põt inſtitnere bannitum ẽt incapacem ſub conditione uel in tempus quo erit Capax l. in tempus de hæred. ioſt. ex qoo ẽt uidetur poſſe inſtitutum priuate, & hẽditatem ad aliũ transferre ſub cooditione, uel in tempus quo ioſtitutus erit bannitus & incapax; Cumq; hmõi priuatio non ualeat iure directo operabitot fideicõm. Barth. in l. pater fam. teſtamento de hæred. inſt. Ad hæc le-
5 ges † generaliter diſponnnt legata ac fideicõm. relinqui, ac hæreditatem adimi. uel io alium transferri poſſe noĩe pœnæ ideſt ſi hæres aliquid fecerit uel non fecerit l. 1. C. de his quæ pœn. not. §. fi. Inſtit. de leg. Ideoq; & fideicõm. ab hærede relinqui, uel hæreditas adimi, & in aliũ transferri põt in caſum quo hæres delinquat & eius booa pu-
6 blicentur, Argumentum † quoq; à poteſtate legis ad poteſtatẽ teſtatoris ualet ſaltẽ quo ad prohibitiooẽ alienatioois rerũ ſuarũ l. fin. C. de reb. alien.
7 non alien. per legem † aũt põt impediri ne bona traoſeant io fiſcum Auteo. bona damnatorũ. C. de bo. dãna. & regulariter ualet diſpoſitio teſtatoris, per q̃ bona eius prohibentur transferri io certas perſonas l. codicillis §. mane de leg. 2. & in ul-
8 timis † diſpoſitionibus uoluntas teſtatoris primò ioſpicitur l. io cooditionibus de cond. & demõſtr. & totũ facit l. ex facto magna de haud. inſt. & quilibet in re ſua moderator eſt & arbiter l. in re mandata C. mand. & rebus ſuis legẽ imponere põt l.
9 qootiens C. de donat. q̃ ſub. mo. & licèt fiſcus † ſit fauorabilis, ob id tñ alijs iniuſtitia fieri non debet c. ex tenore de for. compet. præcipuè cùm traditum ſit non delinquere eũ, qui in dobijs contra fiſcum pronunciauerit l. nou puto de iu. fiſ. ideo gloſſ. & cõiter Doct. interpætari fuere tex. in l. filiusfam. §. diui de leg. 1. in illis uerbis neq; fiſco ut loquaf in fiſco creditore, & ſenſus Rip. diſtinguẽtis an ꝓhibitio fiat in fraudẽ fiſci an noo, Vẽ contra Tex. in l. Imperator de fideicõm. liber. qui indiſtinctè uult prohibitionẽ alienandi factã à teſtatore impedire ne bona tranſeant in fiſcum; & cum tex. in d. §. diui ſub uoa determinatiooe ponat creditores & fiſcum 1 debet eos æqualiter determinare & diſpooere q ſicuti prohibitio alienandi in diſtioctẽ non nocet creditoribus teſtatoris, ita in diſtioctẽ fiſco oon noceat, quod procedete non põt in fiſco prætendere ius ob delictũ hæredis d. l. Imperator, ideoque neceſſariò in fiſco creditore intelligi debet.

CASVS XXXII.

¶ Teſtator inſtituto Petro filio pupillo, & tacitatis filiabus dixit, ſi Petrus filius meus tàm io pupillari ætate q̃ poſtea qñcunq; decederet ſine filijs, ad utramq; filiarũ mearũ pueniat uſq; ad ſummã ſcutorũ ſex mille ex bonis meis, & reſiduũ bonorũ meorũ pueniat in Luciũ & Ioannẽ, & eis deficiẽtibus ſine filijs, pueniat in Emiliũ ſi tũc uiueret, ſio aũt in eius filios, q tũc eſſent 1 quos eo in caſu hæredes uniuerſales inſtiuo ſeu ſub ſtituo uulgariter puppillariter & per fideicommiſſum. Deceſſit Petrus io pupillari ætate.

¶ Quæritur an ſubſtitutus ſuccedat ex pupillari, an uero ex fideicommiſſariam.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa facta filia impuberi per uerba cõmunia regulariter ualet ut pupillaris filio in pupillari ætate decedente poſtea ut fideicõmiſſaria.*
2 *Subſtitutio fideicommiſſaria utraq; erit ſi unus ſit ſubſtitutus in certa portione per uerbum obliquum & alius in reſidua per uerbum commune.*
3 *Relatiuum refertur ad proxima non obſtante quod adiecta ſint alia uerba, ſ. ex ſupradictis olb. et nu. 4*
5 *Verbum pluralis numeri et ſingulari quid operetur.*
6 *Per dictionem item non cenſetur in ſecundo legato repetita conditio in primo poſita.*
7 *Subſtitutio facta pupillo per uerba cõia quando ualeat iure directo intra pupillarem ætatem.*

1 Qvãuis regulariter † ſub ſtitutio cõpẽdioſa facta filio impuberi p uerba cõia ualeat ut pupillaris filio in pupillari ætate decedente, poſtea uero ut fideicommiſſaria ẽm receptionem ſententiam, tñ ſubſtitutionẽ in præſenti caſu eſſe omoi tempore fideicõm. plura ſuadẽt: Primum teſtator dixit ſi filius meus tàm in pupillari ætate quam aliàs quandoque &c. & ſic uidetur eo mõ ſubſtituere ſi decedat in pupillari, quo ſi dece-

si decedat post. Secundum decisio Rip. in l. Centurio, num. 178. uers. secus autem dicendum &c. Tertium id, quod in dicta lege Centurio dixere Bartol. num. 41. Rip. num. 177. uers. tertia conclu-
2 sio, scilicet, si vnus sit † substitutus in certa portione per uerbum obliquum, & alius in residua per uerbum commune, utranque substitutionem censeri fideicommissariam, quia testator non grauando substitutum per uerbum commune censetur uoluisse durare ius primi hæredis, & quia uerbum commune recipit interpretationem ab aliquo, ut comprobando sententiam Bart. tradit Alexand. consilio 121. numero 4. libro 3. & comprobarunt alii quos refert, & sequitur Apostill. ibi, & licet in re præsenti substitutio filiarum in certa quantitate sit per uerba communia, scilicet perueniat, tamen æquiparatur obliquæ, etenim uerbum commune adiectum certæ quantitati continet substitutionem fideicōmissariam in illa quantitate, Bar. in d. l. Centurio, numero 33. Quartum, quia una pars testamenti declarat aliam, unde sicuti uerbum perueniat præcedens substituendo filios in certa quantitate importat fideicommissariam substitutionem, & uerbum perueniat subsequens substituendo Aemylium importat fideicōmissariam, eandem importare debet idem uerbū positum in substitutione Luchini, & si uerbum commune recipit interpretationem ab obliquo posito in eadem substitutione, ut dixere Bartol. & Alexand. superius allegati, multo magis in re præsenti uerbum commune, scilicet perueniat positum in substitutione filii debet recipere interpretationem ab aliis duobus uerbis perueniat positis in eadem substitutione. Neque obstare uidetur, quod ex aduerso dicitur, scilicet per clausulam illam, quos eo in casu hæredes uniuersales instituo seu substituo uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Lucium, & Ioannem, esse pupillari-
3 ter substitutos, nam relatiuum † illud quos debet referri ad proxima, scilicet filios Aemylii tantum, glos. Inst. de re. diuis. in princ. in uersiculo quæ ex uariis, & qualitas illa, scilicet uulgariter pupillariter &c. quæ adiicitur uerbo determinato per relatiuum quos, respicit duntaxat proximum antecedens non omnia præcedentia, l. à filio. §. final. de alim. & cibar. leg. ubi clausula quæ uiua præstabā refertur tantum ad cibaria, & uestiana proximè p̄cedentia, non autem ad libertos, & Bar. sumando illum tex. inquit relatiuum quis, uel qui limitat suum antecedens non omnia præcedentia. Quade re Bart. in l. Centurio, num. 25. scripsit si testator dicat, uolo quòd bona mea uendantur, & precium distribuatur inter pauperes, quorum electio fiat per meos fideicommissarios, relatiuum quorum referri solùm ad pauperes, non ad omnia præcedentia, & ad eosdem solùm referri uerba per meos fideicommissarios, ideo fideicommissariis datam solùm pauperum electionem non distributionem, ad idem est tex. in l. 1. §. deinde de postul. ubi relatiuum qui, & clausula per relatiuum de-
4 terminata refertur duntaxat ad proxima † non ad omnia præcedentia, non obstāte, ꝙ adiecta essent alia uerba .s. ex supradictis omnibus, quæ omnia præcedentia comprehendere uidentur, nec obst. text. in l. hæres meus. §. uxori de leg. 3. nam in eo text. relatio fit ad omnia præcedentia propter uerbum uniuersale omne Barth. ibi, & in l. Platius de aur. & arg. leg. Præterea sicuti relatiuum qui tunc essent, proximè præcedens refertur solum ad filios Aemylij, ità & relatiuum statim subsequens ad filios Aemylii duntaxat referri debet. Ad hæc non est dubium per illa uerba posita post substitutos Lucium & Ioannem, & eis deficientibus &c. quæ habent tractum temporis quòd Aemylius ac eius filii non solùm censentur substituti filio, casu quo Lucius & Ioannes non extarent tempore mortis filii, sed etiam censentur substituti eisdem, casu quo post mortem filii decederent sine filiis, Verùm si clausula quos eo in casu &c. referretur ad omnia præcedentia, & uerba eo in casu exponerētur, idest mortis filii sequeretur quòd Aemilius ac eius filii censerentur duntaxat substituti filio in casum mortis filii, non autem Lucio & Ioanni decedentibus sine filiis post mortem filii, contra expressa uerba præcedentis substitutionis: Accedat quòd testator superius recensuerat non unum solum casum, sed plures, primum mortis filii; secundum mortis Lucii & Ioannis sine filiis, Tertium non existentiæ Aemylii tempore mortis Lucii, & Ioannis, & non solum substituerat filio, sed etiam Lucio, & Ioanni. Ideoq; ne si testator uoluisset clausulam quos eo in casu referri ad omnes substitutiones præcedentes dixisset quos his casibus glos. in l. cum filio in uersic. relictis de uulgar. & cum clausula eo in casu tanquam singularis numeri (salua ratione recti sermonis) possit duntaxat referri ad unum ex casibus præcedentibus, in dubiò referri debet ad proximum rationibus prædictis, & est tex. in l. Plautius de auro & argento legato.
5 Et sicuti uerbum † pluralis numeri operatur vt cēseatur substituta persona, quæ aliàs in substitutione facta per verbum singulare fuisset exclusa, ut in casu quem ponit Bartol. in l. fin. ad Trebell. ita & verbum singularis numeri, scilicet eo in casu debet operari vt substitutio ad vnum casum restringatur licet aliàs ad plures potuisset extendi, & quēadmodum in lege si idem cum eodem, §. fin. de iurisdictione omnium iudicum, uerbum eorum qđ non potest comprehendere omnes personas superius nominatas refertur ad proximiores, & in dicta lege prima, §. deinde, & §. cum de postular. verbum ex iis refertur ad proximiores, ita & in re prę senti uerba eo in casu referri debent ad cāsum proximiorem, præcipuè in omnes casus præcedentes cōprehendere nequeant. Neq; dici pōt uerba testamenti si Petrus filius meus &c. vsq; ad illam clausulam quos eo in casu &c. esse vnam duntaxat orationem. Nam cū quælibet substitutio habeat verbū principale. s. perueniat, & perfectā orationem, dn̄r plures orōnes, hinc dixit Bart. in l. repetendis de leg. 3. uers. 3. casu &c. Si testator dicat lego Titio decem sub conditione. Item Seio lego centum, dici duas orationes perfectas, ideoq. per dictionē
6 † illā. Itē non censeri in 2. legato repetitam conditionem, & in fortioribus terminis idem Bart. in l. Diuus Adrianus de re. iud. num. 4. uersic. aut quis

hoc dicit in diuerſis orationib. &c. dixit diuerſas orones eſſe, dico teſtes falſum dixiſſe, & eos fuiſſe corruptos, uel dico eos falſum dixiſſe, Item dico eos fore corruptos, Quamobrem relatiuum quos ad perſonas io proximiori oratione nomioatas, &c. uerba eo in caſu ad caſum in proximiori oratione conteotum facilius referri debet, ut in ſimilib. ter minis tradit Caſtren. io l. interdum nu. 30. de hæ-
7 red. inſt. Tandem † ſubſtitutio facta pupillo per
uerba communia, ita demum ualet iure directo intra pupillarem ætatem ſi omnibus perſonis quibus facta eſt conueniat. c. ſi pater de teſtam. in 6. & ſubſtitutio facta pluribus perſonis intelligitur facta in eum caſum qui omnibus cooueniat. l. quãuis. C. de impub. l. iam hoc iure. §. ſed ſi alter ubi not. Bar. in fi. de uulg. etiam quòd in ea eſſet facta mentio pupillaris ætatis. Alex. io l. in teſtamẽto in fio. Iaſ. nu. 4. C. de teſtam. mil. Rip. io ƀcẽtutio, nu. 121. in l. Lucios, nu. 8. de uulg. Qua de re cum in præcedentibus teſtator ſubſtituiſſet ooo ſolum filio, ſed etiam Lucio, & Ioanni caſu quo decederẽt ſine filiis, quibus poſt adeptam hæreditatem oon potuit ſubſtitui aliter, quàm per fideicommiſſum. §. extraneo, Inſt. de pupill. clauſula quos eo in caſu &c. & ſi referretur ad omnia præcedentia: tamen non obſtante uerbo pupillariter, eam tãtum ſubſtitutionem compreheodere poſſet, quæ omnibus perſonis, quibus fit ſubſtitutio, conueniret, & ſic uulgarem ante acquiſitam hæreditatem, & fideicommiſſariam poſt.

CASVS XXXIII.

¶ Statutum eſt in ciuitate Mediolani, quòd maritus non poſſit relinquere uxori ultra quartam booorum ſuorum. Item aliud ſtatutum, quòd in teſtamentis teſtator nominet hæredem nomine proprio. Mauritius infirmus fecit ad ſe uocari notarium, & interrogatus à Notario quid uellet, Reſpondit: *Io uoglio fare la mia ultima uolontà.* Notarius replicauit, *Dicete.* Tunc dixit Mauritius, *Io laſcio herede la Signora Anna mia mogliere.* Et Notarius attento ſtatuto ciuitatis, Dixit; *El biſogna che nominate uno herede.* Reſpondit Mauritius: *Io laſcio à mia mogliere tutto quello che poſſo, & laſcio ducento ſcudi l'anno à mio fratello.* Notarius dixit, *Siete contento nominare herede Giulio figliuolo del S. Antonio?* qui erat infans. Mauritius ſubſtitit, deinde reſpondit, quòd ſic, tunc Notarius iuit in aliud cubiculum, ut ſcriberet teſtamentum, prædicta probantur per ſex teſtes, qui fortuitò adfuere, inter quos ſunt Notarius, & duæ mulieres. Paullò pòſt Notarius rediit in cubiculum. Mauritiũ habẽs in manibus teſtamentum ſcriptum, in quo continebatur in principio ſcriptum. IN nomine Domini. Anno &c. Cùm mors &c. Ideo ego Mauritius &c. Hoc meum præſens teſtamentum nuncupatiuum &c. facio quod uolo ualere iure teſtamenti nuncupatiui, & ſi eo iure non ualeret, uolo &c. ualere &c. iure codicillorum, uel iore donationis poſt mortem, quam feci, & facio tibi Notario ſtipulanti, &c. & aliàs uolo ualere omnib. meliori modo iure &c. & lego Magnificæ D. Annæ uxoris meæ omne & totum id, quod poſſum, & relinquere de bonis meis. Item fratri meo ducẽtos aureos annuos toto tempore uitæ ſuæ. In omnib. aliis bonis meis mobilibus, & immobilibus iurib. & actionibus inſtituo mihi hæredem ore proprio nominando Iulium filium &c. Notarius recitauit uulgari ſermone teſtamentum coràm teſtibus, & quando peruenit ad inſtitutionem dixit teſtatori: *Dicete come dico io.* Et ita Notarius, & teſtator expreſſerunt uulgari ſermone inſtitutionem: & teſtator à Notario interrogatus, an ſecundum tenorem recitatorum diſponeret, reſpondit quòd ſic. Tunc mulier damigella uxoris inſurrexit, & dixit, *Il Signore non dice coſi, & uuol laſciare tutto il mobile alla Signora.* Et cum Notarius dixiſſet nonnulla uerba verſus Damigellam, interrogauit iterum teſtatorem an eſſet contentus relinquere Iulium hæredem mobilium, & ĩmobilium: Teſtator rñdit; *Io laſcio tutto quello che poſſo à mia mogliere, & laſcierò herede chi parerà à me.* Tunc Notarius diſceſſit, & noluit eſſe rogatus, & omnibus fuit præſens uxor, hæc probantur per ſeptem teſtes, & Notarium. Verum eſt, ꝙ duo tantum exprimunt ea uerba ultimò dicta: *Io laſcio tutto quello che poſſo à mia mogliere.* Vxor uigore prædictorum petit quartam partem bonorum Mariti.

¶ Quæritur, an iure petat?

SVMMARIVM.

1 *Voluntas ultima teſtatoris ex quo probari poſſit.*
2 *Voluntas ultima in genere datur.*
3 *Teſtes eſſe rogatos non eſt neceſſe in omni ultima uoluntate excepto teſtamento.*
4 *Diſpoſitio teſtatoris quando cenſeatur perfecta.*
5 *Ex imperfecto teſtamento nihil poteſt peti.*
6 *Teſtator ſi conuocatis ſeptem teſtibus dicat nolo meum teſtamentum ualere, an inducatur reuocatio teſtamenti.*

EX pluribus in propoſita ſpecie ſun
data uidetur uxoris intentio, Pri-
mò Notarius, & quinque alii te-
ſtes atteſtantur maritum dixiſſe no
tario, quòd uolebat condere ulti-
mam ſuam uoluntatem, & deinde quòd inſtitue-
bat uxorem hæredem: Tertiò, quòd relinquebat
1 uxori quidquid poterat, ex quo ſolo † probata ui-
detur ultima uoluntas, ſeu diſpoſitio Caſtrenſ.
conſilio 307. numero tertio, ubi reſpondet ad te-
xtum io lege fideicommiſſa. §. quoties de legatis
tertio, qui uidetur uelle contrarium, & licet Ca-
ſtrenſ. præſupponat Notarium, & teſtes fuiſſe
rogatos, loquitur tamen in probando teſtamen-
to. Cæterum uxori ſatis eſt probare aliquam
ultimam uoluntatem, quæ uel ut codicillus, uel
ut ultima uoluntas in genere ſuſtineatur, nam
2 & datur ultima † uoluntas in genere, lege hac
conſultiſſima, §. penultimo. C. de teſtamentis,
gloſſa io lege filii. C. familiæ herciſcundæ, & io
3 qualibet † ultima uoluntate excepto teſtamento
non requiritur teſtes eſſe rogatos, lege finali, in
fine. C. de codicill. dicta lege hac conſultiſſima,

§.pen.

§.penult.& mulier admittitur io testem, gl.in d.l.
fin.ad fio.in l.qui testamento,§.mulier, ubi Barto.
de testam.Ias.in d.l.hac consultissima in ptin. nu.
8.cumque ex dictis testium non appareat testato-
rem distulisse perfectionem testamenti, seu ulti-
mæ uolontatis, usquequo notarius fuisset rogatus
& publicasset.Item cùm deponant testatorem lo-
qourum fuisse per uerba dispositiua.s.*Io lascio he-
rede mia mogliere,& lascio à mia mogliere tutto quel
lo che posso.*Cootra uxorem nihil obstant,quæ trad
dit Dec.cons.159. Secundo uxor uidetur melius
fundatam habere intentiouem ex ultima uolunta
te post recitata per ootarium, & approbata per te-
4 statorem; quæ postquam † tota fuit lecta coram te
statore,qui etiam iostitutiooé proprio ore pronú-
tiauit,& deinde interrogatus secuodum tenorem
recitatorum disponere dixit,fuit perfecta.Bar.in l.
si quis cum ou.2.de testam. io qua cessant omnes
difficultates quas disputant Doct.io l.iubemus.C.
de testam.Nam recitatio & interrogatio fuit facta
per ootarium publicum ad id ab ipso testatore ad
hibitum, & cui testator ante dixerat uoluntatem
suam esse talem. Vnum duntaxat dubitationem
mouere potest.s.huiusmodi dispositiooem & ul-
timam uoluntatem fuisse imperfectam tùm quia
notarius de illa nou fuit rogatus, tum quia peni-
tuisse uidetur testatorem instituti hæredis, neque
alios iostituit,licet dixerit se institutum quos vo-
5 let; Ex imperfecto † autem testamentu nihil peti
posse.l.si quis cum de testam. l. ex ea scriptura eo.
rit. Verum quo ad primum nihil interest ootariũ
oon fuisse rogatum,dummodo testibus probetur
testatorem eouuciauisse & declarauisse uolunta-
tem suam oltimam.l.Lucius de testam.mil.l.hære
des paràm in princ.de testam.Alex.cons.105. ou.
5.lib. 5. Cumque agatur de probatione fienda nõ
per iustrumentum sed per testes, etiam notarius
potest in testem adduci, Bar.in d.l.domicius de te
stam. Quò ad secuudum respondetur, postquàm
testatur enuuciauerat uoluntatem suam, & ore
proprio oominauerat hæredem, & sic post perfe-
ctam ultimam oluutatem suam,interrogatus de
inde an conteotus esset instituere heredem Iuliũ
mobilium & immobilium, respondendo per illa
uerba, *Io lascierò herede chi parerà à me.* Non nide-
tur reuocatum testamentum uel institutio, Nàm
in fortioribus terminis Barth. in lege si iure uum.
6 de leg.3.dixit,si testator † conuocatis septem testi
bus dicat nolo meum testamentum ualere, vel me
pænitet illud fecisse,non induci reuocationem te
stamentum,nisi concurrente decennio, compro-
bat Ias.in l.sancimus ou. 15. C. de testa. qui etiam
ad dit quòd si testatur dicat nolo testamentum sta
re eo modo quo cooditum est,uel uolo illud mu-
tare etiam concurreote decennio non induci re-
uocationem, & ad hoc adduci possent (si uera
sunt) quæ tradit Alex.cons.73.& 74. lib.1. ad de-
monstrandum testamentum fuisse perfectum, li-
cet testator post iostitutionem hęredis legata facta
& rogatos testes,ac notarium dixerit, *Teneti cosi,
& non fate altro sino à dimane.* Et datu siue ueri
præiudicio, quòd ex probationibus factis, uel fien
dis constaret testatorem pœnituisse institutionis

Iulii,eamq; reuocauisse, tameu uxori debetur re-
7 lictum,etenim cum testatur † recessetit non à to-
ta præcedenti dispositiooe, sed à capita iustitutio-
nis Iulii, ultima eius uoluntas iu ceteris remanet
argumento,l.alumnæ.§.qui filias de adim.leg. Ias.
in d.l.saocimus,num.15. Cumque duo testes de-
ponant testatutem dixisse. *Io lascio tutto quello
che posso à mia mogliere, & lascierò herede chi pare-
rà à me.* Coostat testatoris uoluntatem nou fuisse
reuocaodi relictum uxori factum, ad declarãdam
enim uoluutatem duo testes sufficiunt gl.in l. hæ
redes palàm.§.si quid post in uer. posse de testam.
& uoluntas testatoris probatur per duos testes.
Bal.in l.quamuis.C.de impub.& si uxor fuit,& ip
sa hæres instituta,pro illa est casus io l.2.de his, q̃
io test.delen.Etenim sicuti si post conditum testa
mentum in scriptis testator inducat, & cancellet
nomen alicuius ex hæredibus, nihilominus ualet
testamentum quo ad alios cohæredes,ita si post in
stitutus plures in testamentu absque scriptis. Te-
stator reuocet institutionem unius, testamentum
quo ad alios stare debet. Quòd si uxor fuit legata-
ria pro illa est casus in d.l.2.iu fi.& in l. 3. eod.tit.
nam sicuti si testator post perfectum testamẽtum
in scriptis inducat oomina hæredum, tamen lega-
ta iu eo relicta sustinentur, ita sustineri debent si
post perfectè declaratam suam uoluntatem, testa-
torem pœniteat hæredum institutorum, uel eorũ
institutiooem reuocet,& si diceretur in d.l.2. lega
ta debentur, quando bona deueniunt in fiscum,
sed in re præsenti testator nou præsumitur iudicas
se indignum infantem,qui nullum crimen com-
mittere potuit.Ideoq́. uec in fiscum bona deueoi-
re, & ab eo legata debere possunt.Respoodetur in
d.l.2.legata deberi etiam à uenieotibus ab intesta
to,ut censuit Pet.& ex pluribus comprobant Bal.
& Castr.quorum sententiam sequitur Ang. iu d.
l.2.& communem appellat Comen.num. 6. uers.
Pet.dixit, quòd in legato uxori facilius procedere
uidetur io quo uon solùm adest tacita coofirma-
tio resultans ex pœnitentia institutionis, quã pou
derant Doctor. iu d.l.2. sed etiam subest expressa
coofirmatio probata per duos testes, asserentes te
statorem dixisse io oltimis uerbis, *Io lascio tutto
quello che posso à mia mogliere,& lascierò herede chi
parerà à me.* Et qui duo testes sufficerent ad pro-
bandam uoluntatem, ac uoluotatis declarationẽ,
ut supra diximus. Præter id, quòd ex dictis per te-
statorem qõ explicuit uoluntatẽ suã ultimã nota-
rio satis superq́. apparet testatorẽ ferè iouitũ con-
sensisse ut hęres oomioaretur ille infans.Vnde oõ
alia pœniteotiæ causa fuisse uidetur nisi quia testa
tori uidebatur iufans ille iodignus, qui io sua hæ
reditate uxori præferreretur,& Doct. non tam re-
quitunt,ꝙ uere quis sit indiguus, q̃ ꝙ à testature
indignus reputetur. Præterea, si reuocata fuit iu-
stitutio Iulii, cum alius nou fuerit scriptus hæres
8 uoiuersalis,uerbũ illud † *Io lascio*, quod idem so-
nat ac oerbum relinquo adiectũ uerbis importau
tib. uniuersitatẽ bonorũ.s.*tutto quello che posso*,&c.
importat institutiooem gl.in l.his uerbis in princ.
de hæred.instit. Sicq; uxor dicitur hæres uoiuersa
lis,& p̃supposito ꝙ uxor fuerit legataria,& nemo

inſtitutus fuerit hæres uniuerſalis, huiuſmodi tamen diſpoſitio fuit ualida, & interprætabitur codicillus non teſtamentum. l. fin. de iu. codicillorū, Neque huiuſmodi uoluntas & diſpoſitio dici poteſt imperfecta, tùm quia contrarium præſumitur tùm quia conſtat quòd teſtator pro tunc aliud diſponere non intendebat. Bal. cōmen. Imol. in d. l. ſi quis. cum, ad quod conuenit quod in ſimili reſpōdit Caſt. Conſ. 137. lib. 2. in prin. licet teſtator in teſtamento dixerit uelle quantum ad cōſanguineos cogitare, an eis uellet quicquam relinquere, tamen teſtamentum quo ad diſpoſita in eo dicitur perfectum, & ubicunque non apparet quòd teſtator pro tunc aliud diſponere uoluerit, diſpoſitionem dici perfectam, uult Aret. in l. ſi teſtamentum C. de inſt. & ſubſt. ſub conſ. &c. & clarius explicat Mar. Ant. Nat. in rep. §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. nu. 144. & tex. in d. l. ſi quis cū procedit ſolum quando conſtat, quòd teſtator uolebat alios tunc nominare, & non potuit ut in eo tex. in uerſ. conſtaret, & tradidere ibi glo. Bar. Caſt. Bal. & Imol. nu. 9. ex eo autem quòd teſtator poſt relictum factum uxori de omni eo quod illi relinquere poterat, & poſt legatum annuum fratri relictum, dixerit, *Io laſcierò herede chi parerà à me*. Nō infertur, quòd teſtator uoluerit alios tunc nominare, immò potius, quòd uoluerit inſtitutionem eorum quæ uxori relinquere non poterat in aliud tempus differre.

CASVS XXXIIII.

¶ Gibertus inſtituit Scipionem, & legauit Annibali ſtaria uiginti furmenti ſoluenda illi ſingulo anno in feſto Sanctæ Mariæ menſis Auguſti donec Scipio dederit illi ſcutos centum. Mortuo teſtatore Scipio per nonnullos annos perſoluit annuum legatum, eo defuncto hæres eius uult dare legatario centum ſcutos, & liberare ſe ab annua præſtatione furmenti.

¶ Quæritur an Annibal cogatur inuitus accipere pecuniam?

SVMMARIVM.

1 *Verba hæc donec dederit, quid comportent.*

2 *Facultas implendi conditionem non tranſit ad hæredes.*

1 Verba † illa donec Scipio dederit ſcutos centum reſpiciunt non legatum annuum, ſed extinctionem eius, illamque faciunt conditionalem, lege quarta de ſeruit. Bartolus in lege prima, numero 15. in tertio memb. de conditione, & demonſtratione. Per mortem autem Scipionis conditio, ſub qua annuum legatum furmenti poterat extingui facta eſt impoſſibilis, ſeu defecit, & legatum uidetur factum perpetuum. l. ſufficit de conditione indebita, lege generali, §. duas filias de uſufruct. leg. lege ambiguitatem. §. ſin autem in furore. C. de uſufruct. cuius text. deciſionem non ſolum de æquitate, ſed etiam de rigo-

2 re procedere, inquit Fulg. ibi. Facultas † enim dandi ſcutos centum, & implendi conditionem ſub qua annuum legatum poterat extingui non tranſiuit ad hæredes Scipionis, l. à teſtatore de cond. & demonſt. &c.

CASVS XXXV.

¶ Teſtator inſtituit Cæſarem hæredem, legauit Matthæo famulo modios tres furmenti ſoluendos ſingulo anno in feſto Sanctæ Mariæ Auguſti, donec Cæſar ſolueret libras quinque centum dicto Matthæo. Mortuo teſtatore Matthæus interpellauit quotannis Cæſarem ad ſolutionem annui furmenti, cumq́. Cæſar nunquam uoluiſſet ſoluere, Matthæus mouit iudicium, & petiit annuum furmentum pro quatuor annis decurſis poſt mortem teſtatoris: Opponitur à Cæſare furmentum quaſi uſuram librarum quinquecentum peti non poſſe.

¶ Quæritur an huiuſmodi exceptio obſtet?

SVMMARIVM.

1 *Verba hæc donec poſita in legato faciunt illum conditionalem.*

2 *Legata non dicantur, quæ poſita ſunt in conditione.*

Miror, quòd tres famoſi Iureconſulti conſuluerint legatarium in propoſita ſpecie nullum furmentum petere poſſe quaſi uſuras, innitentes ex eo quod ſcripſit Bart. in l. ſecunda de his quæ pen. no. in l. tertia, §. fin. de ann. leg. Aret. conſil. 152. Iaſon. in repetitione, lege cunct. populos, numero 29. C. de ſumma Trinit. Nam etſi Bart. ſententia indiſtincte uera eſſet, & rectè ſenſiſſet Aret. quod minime crediderim (ut aliàs conſulendo oſtendi) tamen non conueniret propoſitæ quæſtioni in qua teſtator nū fecit duo legata, unū librarum quinque centum, aliud annui furmēti, donec ſoluerētur pecuniæ, in quibus terminis loquuntur. Barto. & Aret. ſed fecit unicum legatum purum, & ſimplex annui furmenti, & uoluit illud reſolui, ſeu extingui ſub conditione ſi hæres dederit legatario libras quinquecentum, Etenim uer-
1 ba † ille donec &c. non reſpiciunt legatum furmenti, ſed eius extinctionem, illamque faciunt cōditionalem, l. quarta de ſerui. Bartolus in lege 1. numero 15. in tertio memb. de cond. & demonſt.
2 Cumque † ea quæ poſita ſunt in conditione non dicantur legata, lege ſi quis ſub conditione dandorum ſiquis omiſſ. cau. teſtam. Pecuniæ poſitæ in conditione extinctionis legati annui non dicuntur legatæ, neque eas legatarius petere poteſt. Ideoque furmentum nō poteſt dici relictum pro uſuris pecuniarum, quæ non erant legatæ, & peti non poterant. Tandem cum legatarius non poſſit petere libras quinque centum, quæ (ut dixi) non ſunt legatæ, ſi non etiam poſſet petere annuū furmentum legatum eſſet inutile, & legatarius nihil poſſet conſequi.

CASVS

CASVS XXXVI.

¶ Testator legauit Caio mille, quæ cõfessus est in testamento, & iurauit præsente Caio recepisse ab illo: post quatuor annos fecit aliud testamentum in quo reuocauit primum: Testatore deinde mortuo Caius perit ab hæredibus mille tanquam sibi debita ex mutuo, ad quod probandum inducit confessionem testatoris iuratam præsente eo factam in testamento; Opponitur ab hæredibus confessionem fuisse simulatam, quasi testator fecerit illam, non quia esset uere creditor, sed ut faceret legatum irreuocabile; idque ex nonnullis probare nituntur.

¶ Quæritur an contra præfatam confessionem admitti debeat exceptio prædictæ simulationis, & an huiusmodi exceptio obstet Caio agenti?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fictionis an contra confessionem pecuniæ receptæ opponi potest etiam post biennium.*
2 *Exceptio simulationis, ubi succedit loco exceptionis nonnumeratæ pecuniæ quantum duret.*
3 *Exceptio doli quæ regulariter est perpetua non datur ultra biennium ob pecuniam non numeratam.*
4 *Simulatio diuiditur in tres articulos.*
5 *Simulatio quæ proprie sit.*
6 *Quarum simulatus contractus ualet, quando unus contractus transfunditur alium, & nu. 8.*
7 *Exceptio simulationis quando obstat, & num. 9.*
10 *Simulatus contractus, ut dicatur quid requiratur.*

PRoposita quæstio decidi uidetur ex eo, quod tradidit Io. Fab. in inst. de lit. oblig. num. 9. uersic. quid si indire-
1 ctè, asserens contra † confessionem pecuniæ receptæ opponi posse exceptionem fictionis etiam post biennium; Verum Fab. sententiæ uidetur dubia, nam constitutum est eum qui confessus est recepisse pecuniam mutuã elapso tempore legitimo, id est biennio, & creditore in querimoniam minime deducto debitum omnimodo soluere compelli. l. si intra. C. de nonnumerata pecunia, quod si posset opponere simulationem, non compelleretur omnimodo soluere, & glos. in lege prima. C. plu. ual. quòd ag. limitat tex. illum disponentem in contractibus ueritatẽ præualere scripturæ, & simulationi ut non procedat in obligatione literarum post biennium adducit, d. l. si intra ex quo uult, quòd in obligato literis, & confesso recepisse pecuniam mutuam, ueritas non præualeat simulationi post biennium: ideoque nec is exceptione simulationis uti possit, & Baldus in dicta lege prima, num. 2. scripsit quando quis confitetur in instrumento, uel scriptura priuata recepisse pecuniam mutuo, uerum est illum esse confessum, licet uerum non sit illum accepisse pecuniam mutuo, & allegari non potest materia illius tituli, id est simulatio, sed exceptio, de qua in lege si ex cautione. C. de non numerata pecunia, & in lege si sub specie in fin. C. de postu. inquit exceptio non numeratæ pecuniæ propriè loquendo, non est exceptio simulationis, quia inter partes per chirographum uere contrahitur, licet efficacia non sit illi contractui nisi post bien-
2 nium, & ubi † exceptio simulationis succedit loco exceptionis non numeratæ pecuniæ, tantũ durat, quantum exceptio non numeratæ pecuniæ, dicta lege si sub specie. Baldus in dicta lege prima in
3 fine, C. plus ual. & exceptio † doli; quæ regulariter est perpetua, non datur ultra biennium, ob pecuniam non numeratam. Io. Fab. in d. num. 9. Vnde Fabri decisio, uel dubia, uel saltem restringenda ad casum, quo loquitur Fab. quando scilicet in ueritate nihil agebatur, ut in eo qui confitebatur non spe alicuius causæ futuræ, neque causa parandi actionem creditori, sed ut uideretur oneratus ære alieno, uel ob aliquam similem causam, quæ est propria simulatio. Bart. Bal. & Castr. in l. empt. de aqua plu. arcen. & de qua sensisse non uidentur glo. & Bal. in d. l. 1. C. plus ual. superius allegati; nam titulus ille loquitur de simulatione de uno actu ad alium, ualde persona ad personam. Bal. in d. l. emptor, & non potest ullo modo procedere Fab. sñia in eo qui in ueritate aliqd agebat, licet caderet in aliã obligationis spẽm, cui nõ obstat exceptio simulationis. Bar. in l. Lucius in fi. depos. Quo stante decisio Fab. non vr̃ conuenire propositæ qõni, in qua testator uolens facere legatum irreuocabile, & parare actionem legatario irreuocabilem, fecit confessionẽ mutui recepti, etenim cũ si-
4 mulatio † diuidatur in tres articulos. Bal. in d. l. 1. qñ testator confitetur pñte legatario, & iurat accepisse pecuniam mutuam, si id fateatur causa faciẽdi legatum irreuocabile non potest dici, ꝙ partes
5 reuera nihil uellent agere † quæ est propria simulatio, de qua loquitur tex. in l. nuda. de contr. empt. in l. imaginaria de regul. iur. in l. emptor. de aqua pluuia arcen. Bartol. in l. post contractum de donatio. Nam testator uoluit facere aliquid, id est legatum irreuocabile, non etiam uidetur allegari posse simulationem de persona ad personam, de qua in l. acta. in l. si quis, C. plus ual. &c. in l. cum propria in l. multum interest. C. si quis alt. uel sibi, & quamuis adesset simulatio de uno contractu ad alium de qua in l. emptione. C. plus ual. in l. si ex precio. C. si cer. petat. Bald. in dicta lege prima, numero quarto, uersiculo secundo, Castrens. in lege fin. C. plus ual. & sic de legato irreuocabili ad confessionem mutui, tamen gloss. & Baldus in dicta lege prima. C. plus ual. superius allegati sentiunt contra confessionem mutui recepti, non posse opponi huiusmodi simulationem. Præterea cum id, quod agebatur, scilicet legatum irreuocabile esset inualidum eo modo, quo agebatur, sed ualidum alio modo ualet id, quod simulatur.
6 lege Lucius de pos. ubi Bartol. † inquit, quando unum agitur, & aliud simulatur, quandoque illud quod agitur in ueritate est ualidum, & tunc illud, quod simulatur ualet, quia unus contractum transfunditur in alium, lege singularia si certum petatis, lege si ex precio, C. si certum pet. quandoque illud quod agitur est inualidum eo modo quo agitur, sed ualidum certo modo ut in eo text. & tunc ualet, quod simulate agitur,

7 & in fin.eiusdem.l.subdit,exceptio † simulationis obstat quando in ueritate nihil agebatur, uel agebatur aliquid inualidum,uel turpe: secus si in ueritate aliquid agebatur,licet caderet in aliam obligationis speciem,& Castren.in d.l.fin.num.4. scripsit interdum id, quod agitur nõ potest ualere eo modo,sed quodam alio,& tunc ualet quod simulate concipitur allegat d. l. Lucius, & idem Castr. paulò infra addit ubi debitum ex vna causa fingi-
8 tur,†deberi ex alia per modum habilem ad transferendum unum debitum in aliud inspicitur quod simulate agitur,l.si ex pretio,d.l.si sub specie.C.de postul.& Bart.in d.l.si sub specie in fin. ait quando promittitur spe futuræ causæ postea non secutæ.Tamen alia causa in instrumento exprimitur, ut in eo tex.uel prætextu alicuius causæ præteritæ
9 uel præsentis turpis, uel inhonestæ: illa est † uera exceptio simulationis,sed si debitum ex una causa honesta promitteretur ex alia causa non obstaret exceptio simulationis, & idem per eadem ferè uerba tradit Ang.in ead. l. & Bal. in d.l.si sub specie, nu.3.scripsit,tunc contractus est simulatus,quando prætextu unius causæ celebratur figuraliter nõ essentialiter, sed quando prætextu causæ non expresse alia causa exprimitur,si causæ illæ sic se hñt, quòd vna æquipolleat alteri, hæc non est simulatio,d.l.si ex prætio. Ideò biennio concluditur ius excipiendi. Vnde cum testator uolens facere legatum irreuocabile confessos fuerit accepisse mutuũ siue legatum irreuocabile,quod uere agebatur, ualeret confessio quæ simulabatur ualet quia non deficit substantia obligationis,ut dicitur in d. l. si ex pretio,& quia confessio mutui recepti, & promissio de restituendo per stipulationem est habilis ad transferendum legatum in contractum irreuocabilem,siue legatum nõ ualeret, ut irreuocabile eo modo quo agebatur, sed ualere posset alio modo, ualet id quod simulatur, scilicet confessio mutui, quæ æquipollet obligationi,seu legato irreuocabili.Cumque confessio non sit facta spe causæ futuræ quæ nõ sit secuta,neque prætextu alicuius causæ præteritæ,uel præsentis turpis,uel inhonestæ incipiendum est illud,quod simulatur,neque allegari potest exceptio simulationis, & ius excipiendi contra confessionem biennio concludi debet, & elidi aliis exceptionibus quibus posset exceptio non numeratæ pecuniæ. Illud addendum contractum non posse dici simulatum, nisi utraque pars conueniat,ut sit simulatus Bald.in d.l.1.num.15.
10 & ad hoc † ut contractus dicatur simulatus debere probari id actum à principio inter contrahentes,& ex eo,quòd ex post facto fieret non reddi cõtractum simulatum.l.4.§.si ab ignoto de manum. Bald.in l.1.in 10.q.num.19.C.si ser.ext.Ias.Inst.de actio.§.item si quis num.8. Qua de re vbi in proposito casu admitti posset exceptio simulationis oporteret probari conuentum fuisse à principio ab utraque parte,quòd confessio testatoris esset fictitia,& imaginaria.

CASVS XXXVII.

¶ Testator instituit hæredes Lucium, & Antonium ei us nepotes ex fratre,ac eorum,& utriusq; eorum descendentes.& si alter eorum decederet sine filiis masculis substituit superstitem, & casu quo neuter ex dicto Lucio, & Antonio, siue eorũ, uel alterius eorum descendens, seu descendentes masculi superfuerint,ultimo eorum substituit hospitale in omnibus bonis suis. Lucius, & Antonius adiuerunt hæreditatem: Lucius reliquit Scipionem filium,Antonius reliquit Petrum, qui Petrus decessit absque filiis instituto hærede extraneo.

¶ Quæsitum est,an ad bona testatoris quæ peruenerunt in Antonium,& post in Petrum, Scipio uigore prædictorum uerborum,uel alicuius eorũ admitti possit?

SVMMARIVM.

1 *Verbum instituo est directum ciuile & uerbum hæres quæ non possint importare fideicommissum.*
2 *Testator ubi instituit filium & nepotem ex eo nepos, admittitur solum in casum uulgaris.*
3 *Vulgaris substitutio expirat per aditionem.*
4 *Filij filiorum positi in conditione, & grauati non censentur ex testamento uocati.*
5 *Fideicommissum reciprocum quando ex substitutione censeatur factum, & quando non.*
6 *Filios filiorum si positi sint in conditione, & grauati censeri ex testamento grauatos unde inter ipsos est fideicommissum reciprocum.*

Ex uerbis, quibus testator instituit Lucium,& Antonium, ac eorum, & utriusque eorum descendentes, &c. descendentes Lucii censentur uocati duntaxat per uulgarem substitutionem, scilicet in casu quo Lucius, & Antonius nolint,uel non possint esse hæredes, non autem censentur Lucius, & Antonius grauati per fideicommissum ad restituendam post mortem suã eorum descendentibus, ut est receptior sententia contra Castren.quam tenuere Comen. nu.7. uers. Item cum testator filio, Alex.& Aretin.in l. gallus §.quidam rectè de lib.& posthum.Alex. cons. 13. & 14.lib.4.Socy.cons.113.lib.1.cons. 104. lib.3. num.10.Dec.cons.205.& alibi sæpe,Rip.in l. hæredes mei, §.fin.num.9.quæ in præsenti casu facilius procedere uidetur,quo testator locutus est per uerba directa ciuilia, scilicet instituit hæredes, nã
1 uerbum instituo † est directum ciuile.l.prima ubi not.Bald.& alii de uulg.Item uerbum hæres est directum ciuile glo.in l.uerbis ciuilibus de uulgar. Bart.in l.centurio,num.13. & num. 43. de uulg. quæ non possunt importare fideicommissum,d.l. uerbis ciuilibus, & in fortioribus terminis tradũt Doct.in d. l. centurio dum uolunt substitutionem factam à Pagano per uerba directa ciuilia post pubertatem euanescere.Qua ratione Are.in d.§. qui
2 dam recte dixit ubi testator † instituit filium, & nepotem ex eo indubitatum esse, quòd nepotes admittantur solum in casum uulgaris, & Dec. cons. 253.inquit,ubi institutio, uel substitutio est facta per uerba directa nullo modo procedere opi.Cast.

cumq;

cumque in casu Alex.d.cons.13. & Socyn. consil. 113. Hieronymus cur facta fuerat substitutio, esset teneræ ætatis, & Dec.cons. 205. loquatur in substitutione facta pupillo, & in cons.253. io casu quo ille qui fuerat institutus ipse, & sui non habebat filios præsupponunt tradita per eos procedere etiam quòd instituti non haberent filios tempore testamenti, quamuis contrarium censuerit Bald. cons.305.lib.3. & uulgaris
3 † substitutio per quam descendentes institutorum erant uocati per aditionem hæreditatis factam à Lucio & Antonio expirauit.l. post aditam C. de impub. Secunda quoque substitutio in qua alter institutorum decederet sine filiis masculis, substitutus est superstes euanuit, cùm ambo reliquerint filium masculum l.non est sine liberis de uer.signif.l.1, C.de cond. inser. Quò uerò ad aliam partem, in qua testator in casu quo neuter ex institutis sine eorum uel alterius eorum descendens seu descendentes superfuerint, ultimo eorum substituit hospitale in omnibus bonis, licet descendentes ex institutis sint positi in conditione, non tamen censentur uocati ex testamento secundum receptissimam opinionem.glo, in l.Lucius de hæred.instit. neque ex eo, quòd sint grauati, quia ultimo eorũ est facta substitutio, intelliguntur ex testamento uocati. Si uerum est, quòd filii
4 † filiorum positi in conditione, & grauati non censeantur ex testamento uocati, ut contra Bart.scripserunt Alex.nu.93. Ias.nu.57. in l.centurio de uulg. Alex.cons.219.num.2.lib.2 allegantes alias auctoritates, & dicentes esse communem.
5 Et licet quando substitutio † est facta pluribus institutis ab ultimo eorum, & in toto inter institutos intelligatur factum reciprocum fideicõmissum.l.Titia Seio.§.Seia libertus de leg.2. Secus tamen est, quando substitutio facta est ultimo ex pluribus positis in conditione, ut post Imolen. in l.centurio de uulg. censuit Alex. cons.91. num.5. uers.modo sic, & num.6.lib.1. Socyn.in d.l. hæredes mei, §. cum ita, num. Rip. num. 29. ad Trebell. Soc.cons.113.in fi.lib.1. cons.249. col.4. uers. aliquando & secundo lib.2. Idem quando substitutio est facta ab ultimo ex pluribus partim honoratis, partim positis in conditione, Rip. ubi supra. Nec quicquam facere uidetur, quòd descendentes institutorum in priori parte testamenti, qua instituit Lucium, & Antonium, ac eorum descendentes sint uocati? nam substitutio uulgaris per quam ipsi fuerunt uocati per aditionem institutorum expirauit, & à plerisque traditum est, si filii in priori parte testaméti sint dispositiue uocati, & in alia positi in cõditione licet grauati sint, non censentur per uerba conditionalia honorati, & si dispositio per quam sunt uocati non haberet locum, nõ ualet grauamen eis iniunctum, & substitutio intelligitur eis facta eueniente casu, quo reperiuntur honorati, & quo contigisset eos succedere prout uocati fuerant in priori parte, & haberent hæreditatem ex dispositione testatoris .l. q plures in fi.de uulg. Comen.cons.119.incip. testator instituit num.2.uers. cuius grauia usque ad fi. Alex.cons.24.num. 5.uers.modo. & num. 6. & 7. lib.3. Alex.cons.91.num.5.uers.modo sic, l.1. Soc. cons.104.num.5.lib.3. & cons.116.num.2.eo.lib. Dec.cons.205.num.8.uers. & ista de plano procedunt, & Iasius cons.291.num.6.uers. his præmissis usque ad fin. & clarius cons.384.num. 6. uers. non obstant &c. Parr.cons.44.num.9.lib.2. qui in terminis ferè casus nostri consuluit contra innitentes ex fideicommisso. Quòd si uerior esset eorũ
6 sententia, qui asseruere † filios filiorũ si positi sint in conditione & grauati, censeri ex testamento uocatos, quam sequuti fuere. Bar.in d.l.centurio nu. 37. & alii plures quos refert, & sequitur. Rip.ibi. num.166. non absurde posset dici per substitutionem factam in omnibus bonis ab ultimo ex pluribus institutis, seu substitutis esse inter institutos, seu substitutos inductum reciprocum fideicommissum, d.l.Titia Seio.§.Seia libert.de leg.2. Sicq; Petrus, & Scipio inuicem reciproce substitui dicerentur, & mortuo Petro sine liberis masculis Scipio admitteretur.

CASUS XXXVIII.

¶ Antonius institutis filiis, & factis inter eos substitutionibus in hunc modum disposuit, & si contingeret omnes descendentes meos per lineã masculinam procreatos decedere, ita quòd nullus ex descendentibus meis masculis, & per lineam masculinam procreatis, superstit, substituo filios masculos Petri olim fratris mei nepotes meos, & eorum liberos masculos: quos nepotes & eorum liberos inuicem substituo dicto casu uulgariter pupillariter & per fideicommissum: decesserunt omnes descendentes testatoris masculi, & per lineam masculinam procreati.

¶ Quæritur, qui liberi nepotum testatoris censeantur uocati: & quomodo, & an nepotes, & liberi nepotum censeantur grauati restituere liberis eorum.

SUMMARIUM.

1 *Ubi plures uocantur per nomen collectiuum aptum comprehendere personas in diuersis gradibus existentes censentur uocati ordine successiuo. & quomodo.*

2 *Substitutio breuiloqua facta per hæc uerba nos inuicem substituo non continet fideicommissariam substitutionem.*

3 *Testator si dicat talem substituo non compendiosa, sed uulgaris substitutio inducitur.*

4 *Familia quando simpliciter legatur qui sint uocati, & num.6*

5 *Aliud est relinquere patri, & liberis copulatiue, aliud relinquere familiæ.*

7 *Filij non dicuntur uocati ex testamento ad fideicommissum si quis substituat filia sub conditione si decederet sine liberis.*

8 *Clausula codicillaris quid operari possit.*

9 *Paria sunt apponere clausulam codicillarem, & relinquere à uenientibus ab intestato.*

10 *Clausula codicillaris quid operetur.*

11 *Uulgaris substitutio potest fieri in legatis, & fideicommissis codicillis.*

12 *Verba hac ſubſtituo nepotes, & eorum liberos inui-
cem uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſ-
ſam quid importent.*

13 *Nati poſt mortem teſtatoris non uocantur in ſubſti-
tutione conditionali, & reciproca.*

ET ſi receptior ſit ſententiæ ubi plu-
1 res † uocantur per nomen collecti
uum aptum comprehendere per-
ſonas in diuerſis gradibus exiſten-
tes, ut eſt uerbum liberos cenſeri
uocatos ordine ſucceſſiuo. Comen. in l. cum ita. §.
in fideicommiſſo, num. 4. nerſ. ego dixi de legat. 2.
Com. in l. gallus. §. quidam recte num. 7. uerſ. hæc
tamen defenſio. Socyn. num. 4. & alii quos refert,
& ſequitur Iaſ. num. 27. de lib. & poſth. id tamen
non uidetur procedere ubi uocantur liberi alte-
rius, quàm teſtatoris. Nam relinquere cognatis, &
relinquere liberis æquiparantur, ut ex Anc. Ang.
& Imol. Tradit Alex. conſ. 184. num. 2. conſ. 219.
in fi. lib. 2. Verum in relicto facto cognatis alterius
quàm teſtatoris, omnes cenſentur copulatiue uo-
cari, Bar. in d. l. ſi cognatis in fi. de reb. dub. cõpro-
barunt Socyn. in d. l. ſi cognatis, num. 32. & alii,
quos referunt, & ſequuntur. Alex. in d. §. quidam
recte num. 7. Iaſ. num. 28. quod ſi uerum eſt in ꝓ-
poſita ſpecie liberi nepotum cenſerentur copulati
ue cum nepotibus uocati, quo caſu alii non poſ-
ſunt ad fideicommiſſum conditionale admitti, q̃
hi qui erant in rerum natura ſaltem tempore eue-
nientis conditionis per mortem omnium deſcen
dentium teſtatoris. l. interuenit de leg. pręſtan. l. cũ
pater, §. hæreditatem de leg. 2. Soc. in d. l. ſi cogna-
tis, num. 5. & num. 30. Sed & ſi communis ſenten
tia indiſtincte procederet, & in re præſenti liberi
nepotum ordine ſucceſſiuo dicerentur uocati, qđ
uerius arbitror, id tamen intelligeretur in caſum
uulgaris ſubſtitutionis ut, ſcilicet primo nolente,
uel nõ ualente ſuccedere, ſequens admittatur nõ
autem ut poſtquam fuerit admiſſus cenſeatur gra
uatus reſtituere ſequenti, Comen. in d. §. quidam
rectè num. 7. uerſ. item cum teſtator filio, & eius li
beris quidquid ibi ſcripſerit Caſtrenſ. cuius ſenté-
tiam reprobarunt, Alex. in d. §. quidam recte Dec.
conſ. 205. & alibi ſæpe, Soc. conſ. 113. lib. 1. conſil.
504. num. 10. lib. 3. quamuis in d. §. quidam recte
relinquat cogitandum, idem contra Caſtr. ſcrip-
ſit Rip. in l. hæredes mei. §. fin. num. 9. ad Trebell.
Apoſtill. in addit. ad conſ. Alex. 24. num. 5. libro 3.
qui contra Caſtr. allegat duo conſilia Bertrand. idẽ
ſenſit Alex. conſ. 105. num. 3. lib. 1. conſ. 185. nu.
24. uerſ. præterea ſi primi liberi 19. lib. 2. & hanc
eſſe communem omnium ſententiam, inquit So-
cyn. iun. conſ. 180. n. 53. lib. 2. Hinc Ruy. conſ. 92.
lib. 2. in caſu quo teſtator inſtituerat filios, & poſt
eorum mortem uoluit bona deuenire ad deſcen-
dentes eorum, recte defendit, quod licet primi de
ſcendentes qui reperiuntur extare tempore mor-
tis filiorum intelligantur uocati per fideicommiſ
ſum; Tamen ulteriores non cenſentur uocati niſi
in caſu quo primi nollent, uel non poſſent ſucce-
dere: & primi deſcendentes non cenſentur graua
ti reſtituere ſequentibus, idem in non diſſimili ca
ſu defendit in cõſ. 99. nu. 6. & conſ. 100. nu. 3. eo.
lib. 2. Et licèt Cant. conſ. 22. conſuluerit contrariũ,
tamen communis ſentẽtiam illi repugnat, & con-
tra Cant. urgent, quæ ſcripſerunt Alex. conſ. 13. &
14. lib. 4. Soc. d. conſ. 113. ubi ſubſtituto Hierony-
mo filiis & nepotibus, quamuis in filiis & nepoti
bus nulla adeſſet neceſſitas ſubſtituendi, ſicuti ne
que aderat in ſuis, In caſu Cant. tamen defenditur
filios & nepotes non eſſe ex fideicommiſſo, poſt
Hieronymum, ſed duntaxat ex uulgari uocatos.
Cumque inter nepotes & liberos eorum in pro-
poſito caſu nullus ſit appoſitus temporis tractus,
impoſſibile uidetur, quòd liberi cenſeantur per fi
deicommiſſum ſubſtituti nepotibus. Etenim hac
ratione Iureconſultus in l. iam hoc iure de uulg.
2 dixit † ſubſtitutionem breuiloquam factam per
hæc uerba, Vos inuicem ſubſtituo non continere
fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & id clarius
tradidit Bar. in l. 2. C. de impub. in l. Lucius, num.
20. de uulg. & eadem ratione Bar. in l. centurio, n.
3 32. de uulg. ſcripſit ſi teſtator † dicat talem ſubſti-
tuo, non compendioſam, ſed uulgarem ſubſtitu-
tionem induci, quod apertè probat tex. in l. uxoré,
§. Seium de leg. 3. in l. Lucius, §. filiam ad Trebell.
Neque rationes quibus innitur Cant. eius opinio
nem tuentur, & primo tex. in l. cum ita. §. in fidei-
commiſſo, & in l. peto. §. fratre, de leg. 2. ſuper qui
bus ipſe facit potiſſimum fundamentum. Nam in
d. §. in fideicommiſſo ad relictum factum familię,
proximiores uocantur ſemel tantum, & alii poſt-
ea his ſuccedentibus, & mortuis non admittunt,
quicquid ibi ſcripſerit Caſtr. quem refellit Apoſt.
ad conſ. Alex. 26. num. 13. uer. communiter lib. 3.
qui ſenſus apertè ſuadetur per tex. in d. l. ſi cogna-
tis, ubi idem eſt legare cognationi, & legare co-
gnatis, & tamen ſi legatur cognatis non uenit le-
gatum de uno in alium, ſed primis ſuccedentibus
ſequentes ſunt excluſi Soc. in d. l. ſi cognatis, num.
15. in fin. uerſ. ſed iſta dicta, & eandem interpreta
tionem ad d. §. in fideicommiſſo comprobat tex.
in l. fin. C. de uerb. ſig. ubi ad legatum relictum fa-
miliæ uocantur perſonæ in eo tex. enumeratæ, &
tamen primo admiſſi non cenſentur grauati reſti-
tuere ſequentibus, ut uelle uidetur text. & ſenſit
Caſtrenſ. ibi num. 6. & 7. & contra Caſtren. docuit
Comen. in d. §. in fideicommiſſo, num. 4. uerſ. hoc
4 uidete, & uer. Item uidiſtis, aſſerens quando † ſim
pliciter relinquitur familię uocari proximiores, &
alios poſtea his mortuis non admitti, quia relictũ
eſt ſemel tantum familię. Ideo ſufficit, quod ſemel
uerificatum ſit legatum, & idem Comen. in d. §.
fratre in rep. nu. 4. ſcripſit ſi teſtator leget familię
uocantur proximiores, & poſſunt alienare, & uer-
ba poſt eos extinctos poſita in d. §. in fideicõmiſſo
quæ in contrarium ponderat Caſtren. interpretan
da uidentur de extinctis uiuo teſtatore, uel ſaltem
antequam cedat legati, ſeu fideicommiſſi dies, nã
poſt illos uocat eos, qui primo gradu fuerint ex
nomine, id eſt familia teſtatoris tempore quo mo
reretur. Verum ſi his, qui primo fuerunt uocati, cẽ
ſeretur facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, poſt eo
rum mortem admitterentur ad dictam ſubſtitu-
tionem etiam hi, qui eſſent in familia tempore
quo

quo condictio illius purificaretur. l. interuenit de leg. præstan. Cumque tex. uocet proximiores nisi defunctus ad ulteriores uoluntatem suam extenderit, præsupponit post eos, qui essent proximiores tempore mortis testatoris, neminem esse uocatum quod esset falsum si proximiores post eorum mortem essent grauati restituere sequentib. eodem modo interpretatur text. in d. l. fin. C. de uerb. signific. in uerbis illis, deficientibus propinquis &c. ut s admittantur gener, & nurus quando propinqui non supersunt tempore quo cedit fideicommissi dies, non autem ut propinquis succedentibus gener & nurus per fideicommissum quasi iniunctum propinquo post eius mortem admittantur, neque quod proximior intelligatur grauatus restituere sequenti, ut supra fuit dictum legimus & in l. hæredes mei. §. fin. ad Trebel. uerbum deficiente gradu nepotum interpretari, idest si deficiant nepotes antequam fuerint admissi ad fideicommissum, & in l. Scæuola. §. fin. ad Trebell. uerbum unoque eorum mortuo interpretatur, secundum Castren. ibi, id est si moriatur ante adeptam hæreditatem. Et ubi etiam in d. §. in fideicommisso proximiores admitterentur ordine successiuo per fideicommissum, quod nullo modo uerum arbitror, tamen tex. ille ad rem non faceret, nam tūc respōderi potest ad illum textum, & ad d. §. fratre.

5 Primo, quod aliud † est relinquere Petro, & liberis copulatiue, aliud relinquere familiæ, ut sensisse uidetur Bart. in d. §. quidam recte num. 4. uers. non obstat. l. peto & c. Soc. d. cōs. 113. col. pen. uers. ad ista omnia, & cōs. 73. n. 17. uer. sed posito lib. 4. Secundo, responderi potest secundum Comen. in d. §. in fideicommisso, num. 2. uers. ego tamen puto, & num. 4. uers. si autem legauit &c. textus illos debere intelligi nō quando familiæ fuit relictum

6 simpliciter † tunc enim ubi illi de familia semel adepti sunt fideicommissum non habet locum alia substitutio, d. l. si cognatis, sed quādo familiæ fuit relictum cum adiectione ut in familia relinqueretur ut exprimit tex. in d. §. fratre, ad quem optimè conuenit hæc responsio. Idem sentit Soc. in d. l. si cognatis, num. 17. & hoc casu Io. Anton. Rub. in d. §. quidam recte, num. 64. dixit procedere id, qđ tradit Socyn. in d. cons. 73. num. 17. lib. 4. Cætera Cauret. fundamenta facilius tolli possunt, etenim quamuis substituendo aliquem, & liberos testator ostendat affectionem ad liberos, non ex hoc tamen inducitur fideicommissum, nam & si quis

7 † substituat filio sub conditione si decederet sine filiis ostendit affectionem ad filios filii, & maiorē, quàm ad substitutum, & tamen non dicuntur ex testamento ad fideicommissum uocati secundum receptissimam sententiam, glos. in l. Lucius de hæred. instit. neque bona est argumentatio liberos esse uocatos ordine successiuo, ergo per fideicommissum. Nam & si quis instituat filium, & nepotem, ex eo nepos censetur uocatus ordine successiuo non per fideicommissum, sed per uulgarem. Doct. in d. l. gallus in princ. & quamuis nepotes ex fratre, & eorum liberi sint per fideicommissum substituti descendentibus testatoris, non ex hoc rectè infertur ut etiam liberi nepotum intelligantur per fideicommissum substituti nepotibus, cum inter nepotes, & eorum liberos non adsit aliquod uerbum importans temporis tractum & ad id etiam respondet Comens. in d. §. quidam recte num. 8. dicens, quòd ordo charitatis indicat esse uulgarem quæ potest fieri in fideicommisso, sicut in institutione. l. ut hæredibus de leg. 2. nec dubium quòd exclusis nepotibus liberi uocantur non autem debet esse grauamen nepotum, quia conditio non respicit personam suam, sed descendentium testatoris, & sic essent diuersæ substitutiones, & diuersis personis, & fideicommissaria facta nepotibus sine adiectione temporis, & sine ulla expressione quo ad eos, neque ob clausulam codicillarem potest dici nepotes, & eorum liberos uocatos ordine successiuo per fideicommissum, ut persæpe ostendit Dec. in l. precibus, num. 18. C. de impub. cons. 105. 291. & 394. Rip. in l. hæredes mei. §. fin. num. 9. ad Trebell. & Cauret. in d. cons. 22. frustra conatur respondere rationibus Dec. pre-

8 cipuè illis, scilicet, quod dicitur † clausulam codicillarem facere, ut substitutio ualeat iure fideicōmissi procedere in compendiosa, & clausulam codicillarem appositam ad confirmationem contentorum in testamento nō posse afficere ut quis uocatus sit per fideicommissum in casu in quem ex testamento neque directo, neque per obliquum

9 erat honoratius. Nam paria † sunt apponere clausulam codicillarem, & relinquere à uenientibus ab intestato, l. ex testamento. C. de fideicommiss. Bart. in l. 1. in 5. quæst. de iur. codic. Verum si testator grauasset uenientes ab intestato restituere incertum casum hæreditatem nepotibus & eorū liberis nepotes non intelligerentur grauati restituere liberis, sed isti censerentur duntaxat uocati in casu quo nepotes nollent, uel non possent succedere secundum Doct. præallegatos, ergo idem esse debet facto testamento, & oneratis hæredib. adiecta clausula codicillari, & si consideremus iura de hac materia loquentia. l. si frater. C. de fideicomm. substitutus in ea lege non consequitur fideicommissum, nisi in casu quo ex testamento erat uocatus, & in l. Scæuola ad Trebel. substitutus directo in codicillis non consequitur iure fideicōmissi nisi id in quo fuit expresse uocatus, & nōn solum Caurer. in d. cons. & Cur. in con. 48. sed etiam longè à uero aberrasse uidentur hi, qui in l. centurio de uulg. deridentes Dec. censuerunt si testator dicat Titium instituo, & Sempronium substituo adiecta in testamento clausula codicillari Sempronium dici Titio per fideicommissum substitutū, & hi qui in l. si frater. C. de fideicommiss. in l. Lucius de uulg. dixere substitutionem reciprocam ut hæredes meos inuicem substituo continere fideicommissariam inter hæredes substitutionem, ubi in testamento sit eadem clausula. Nam clausula

10 † codicillaris operatur solum ut iure fideicommissi debeatur id, quod iure directo est relictum, & non efficit ut quis succedat in plus, quàm ex testamento succedere posset, Bar. in l. 1. in 11. q. de iure codic. Bal. cons. 170. in fi. lib. 5. & post Dec. in d. l. precibus. nu. 18. considerat Rip. in d. l. hæred. mei. §. fin. nu. 9. & clausula codicillaris non debet plus

plus operari, quàm ſi teſtator feciſſet codicillos, & uerba poſita in codicillis non debent plus operari, quàm in teſtamento. Verum ex prædictis ſubſtitutionibus, ſubſtitutus ex teſtamento nihil poſſet conſequi poſt adeptam per Titium, uel per cohæredes hæreditatē. l. iam hoc iure de uulg. & uolunt omnes in d. l. centurio, & in d. l. Lucius etſi teſtator in codicillis Titium inſtituiſſet, & Sempronium ſubſtituiſſet licet hæreditas codicillis dari non poſſit: tamen ex benigna interpretatione uenientes ab inteſtato cenſerentur quidem rogati reſtituere hæreditatem Titio, & vbi Titius nollet uel non poſſet illam habere cenſerentur. grauati reſtituere illam Sempronio. l. Sceuola ad Treb. non autem diceretur Titius poſt adeptam hæreditatem grauatus illam reſtituere Sempronio, & eodem iure ſi teſtator in codicillis hæredes inſtituiſſet & eos inuicem ſubſtituiſſet, uenientes ab inteſtato intelligerentur grauati reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis cuilibet per dimidia, & ubi aliter nollet uel non poſſet portionem ſuam conſequi, intelligerentur grauati reſtituere totam alteri, non autem alter cohæredum intelligeretur poſt adeptā per eum hæreditatem grauatus eam aliquo tempore reſtituere cohæredi. l. ſceuola uer. quòd ſi inuicem ſecundùm interpretationem Caſt. ibi ad Trebell. neque ſubſiſtere uidentur ea, quæ traddunt Soc. in conſil. 6. lib. 3. & alii tenentes contrariam ſententiam dum ponderant uerba illa clauſulæ codicillaris ſi nō ualet uel nō ualebit &c. ualeat &c. Etenim quamuis ſubſtitutio uulgaris euaneſcat per additionem primi hęredis, tamen condictio illa ſi non ualet, uel non ualebit, non dicitur purificata, neque ob id poteſt dici ſubſtitutionem non ualere, & aliud eſt, quòd diſpoſitio non ualeat, aliud quòd expirauerit, uel caſus illius defecerit, & ſi uera eſſet argumentatio Soc. ſequeretur, quòd ſi teſtator aliquem ſub conditione inſtituiſſet hæredem adiecta in teſtamento clauſula huiuſmodi codicillari quamuis deficeret condictio, tamen inſtitutus ſuccederet per fideicommiſſum. Item ſequeretur, quòd ubi primus hæres adiuiſſet, & ſic vulgaris expirauiſſet, locus ſtatim eſſet fideicommiſſariæ, & ſubſtitutus uulgaris quò ad effectum eſſet potior primo inſtituto, & licet Soc. in d. conſ. 6. conetur reſpondere huic rationi, tamen eius reſponſiones nihil ualent, & nullo modo conueniūt propoſitæ quæſtioni, neque contrariam ſententiā probant tex. in d. l. ſi frater, & quæ tradidere Fulg. & Caſt. ibi. Nam quò ad textum ſecundum glo. & Bart. factum fuit in eo caſu expreſſum fideicommiſſum. Fulg. uero & Caſtr. loquuntur in ſubſtitutione quidem facta per uerba directa, ſed cū quib. erant annexa uerba denotantia tractum temporis ut ſi filius meus deceſſerit intra uigintiquinque annos, talis ſit hæres. Bald. autem. Ang. & Caſtr. in l. uerbis ciuilib. de uulg. dum aſſerunt clauſulam codicillarem efficere, ut in ſubſtitutionibus uerba directa quæ potuerunt operari iure directo trahātur ex tempore ad fideicommiſſum, loquuntur in compendioſe, pręter id, quod eorum ſi generaliter intelligantur, non uidentur probari lege, uel ratione, Nam in d. l. Scæuola quam Bal. allegat, ſubſtitutio pupillaris directa erat facta in codicillis, & ſic nunquam potuit ualere iure directo, & in d. l. ſi ff C. de fideicomm. quam Caſt. allegat aderat expreſſa fideicommiſſaria ſecundum gl. & Bar. ibi, & ſecundum interpretationem Caſt. ſubſtitutio uſque à principio erat nulla poſt 14. annum: tandem
11 † uulgaris ſubſtitutio poteſt fieri in legatis, & fideicommiſſis. l. ut hæredibus de leg. 2. & ſic etiam in codicillis, in quibus legata, & fideicommiſſaria dari poſſunt, & ſubſtitutus uulgariter in fideicommiſſo quò ad primum fideicōmiſſum dicitur uulgariter ſubſtitutus, ſed quo ad hęredem, uel ueniētes ab inteſtato dicitur ſubſtitutus per fideicommiſſum, & hæreditatem dicitur capere iure fideicommiſſi. Caſtr. in d. l. Scæuola. Bar. in l. quandiu circa fin. de acquir. hæred. Vnde cum ſubſtitutiones prædictæ. ſ. Sempronium ſubſtituo, uel eos inuicem ſubſtituo factæ etiam in codicillis poſſint ualere, quælibet ut uulgaris facta Titio, uel cohæredi, ſeu uni ex primis uocatis uolenti, uel non ualenti ſuccedere ex codicillis non poteſt trahi ad fideicommiſſum ut. ſ. Titius poſt adeptā hęreditatē intelligatur grauatus eam reſtituere Sempronio, uel unus ex cohæredib. alteri cohæredi gl. & Bart. in d. l. Scæuola. Quo ſtante ꝙ in propoſito caſu liberi nepotum licet ſint ſubſtituti deſcendentib. teſtatoris per fideicōmiſſum tn̄ nepotibus cēſentur ſubſtituti duntaxat uulgariter. i. in caſu quo nepótes non poſſent, uel non vellent ad fideicōmiſſum admitti: clarum eſt non poſſe dici uocatos niſi eos qui tpe euenientis conditionis fideicōmiſſi. i. mortis omniū deſcendentiū maſculorū teſtatoris, fuerunt in rerū natura, & quò ad liberos ſolū ubi nepotes non potuiſſent, uel non uoluiſſent ad fideicōmiſſum admitti, ut late oſtendit Alex. d. conſil. 13. nu. 4. & conſ. 14. nu. 5. & 6. & nepotib. uel aliquibus liberis ſuccedētib. ſequentes ſunt excluſi. l. poſt aditam. C. de impub. Alex. d. conſ. 13. n. 7. & 9.
12 Nec me monit, ꝙ teſtator † deinde nepotes, & eorum liberos inuicē ſubſtituerit uulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum: etenim eos ſolū intelligitur inuicem ſubſtituere, quos deſcendentib. ſuis ſubſtituerat. ſ. qui ſupereſſent tpe mortis vltimi ex ſuis deſcendentib. & qui fideicōmiſſum conſecuti fuiſſent, & quò ad liberos in caſu quo nolentibus uel non ualentib. nepotibus ſuccedere, ipſi ſucceſſiſſent. l. qui plures in fin. de uulg. latè oſtendunt Cōm. cōſ. 119. incip. Teſtator inſtituit n. 2. uerſ. cuius gr̄a uſq; ad fi. Alex. conſ. 91. nu. 5. uerſ. oſtendit lib. 1. conſ. 24. n. 5. uerſ. modo redeundo, & nu. 7. & 8. lib. 3. Soc. conſ. 104. nu. 5. lib. 3. conſ. 116. n. 2. eo. lib. Dec. conſ. 205. nu. 8. uerſ. & iſta de plano cōſil. 291. uerſ. his p̄miſſis uſq; ad finē, & cōſ. 384. n. 6. uerſ. non obſtant, Apoſt. ad d. conſ. Alex. 24. li. 3. Ruy. conſ. 101. nu. 6. & 7. qui loquitur in caſu quo inter filios inſtitutos, & filios filiorū erat facta reciproca ſubſtitutio, & reciproca ſubſtitutio intellř in caſu quo omnibus perſonis conueniat. l. iā hoc iure de uulg. c. ſi pater de teſtam. lib. 6. Verum nepotes teſtatoris non poſſunt dici ſubſtituti per fideicōmiſſum filiis aut liberis. Ideoq. nec filii, aut liberi nepotib. ut in ſimilimo caſu argumentatur. Bar. in l. Lucius. n. 8. de uulg. Soc. conſ. 69. n. 3. li. 3.

Ruy.

Ruyn.consi. 101.nu.7.lib.2.& per reciprocam illã substitutionem nepotes ubi ipsi ad fideicommissum essent admissi intelliguntur inuicem substituti, & ubi nepotes non potuissent, uel non uoluissent post mortem ultimi ex descendentib. testatoris per fideicommissum succedere, liberi nepotũ hi.s.qui ad fideicommissum iniunctum descendẽtibus testatoris fuissent admissi, intelliguntur inuicem substituti, nullo autem casu nepotes liberis, neque liberi nepotibus dici possunt per fideicommissum substituti ut in simili specie subtiliter defendit Soc.dicto cons.69. circa princ. & dicto cons. 104.lib.3.circa princ.Illud non omitten-
33 dum, quod † in substitutione conditionali .s.post mortem omnium descendentium testatoris, ac ẽt in reciproca substitutione de qua in themate plerique sensere non uocari natos post mortem testatoris.Alex.consil.219.circa fin.lib.2.Soc. cons.73. num.27.lib.3.Idque late defendit Ruyn. cõs.124. lib.2.nu.12. quam tamen sententiam ego minus ueram arbitror ut aliàs consulendo late ostendi.

CASVS XXXIX.

¶ Aloysius instituto hærede Ferdinando post nonnulla legata in testamento dixit, Item uolo, quod dictus Ferdinandus hæres meus det, & soluat Alfonso mille ducatos uel quotannis 40. ducatos. Ferdinandus per duodecim annos soluit 40. ducatos quotãnis, deinde cessauit per decem annos, licet sæpius ab Alfonso fuerit interpellatus ad soluendum pictos 40. ducatos annuos. Alfonsus petit in iudicio Ferdinandum condemnari ad decies quadraginta ducatos pro tempore præterito, & in futurum ad soluendum quotannis quadraginta ducatos. Opponit Ferdinandus teneri duntaxat ad mille, & in his imputanda ea quæ quotannis per duodecim annos soluit.

¶ Quæritur quid iuris?

SVMMARIVM.

1 *Vsura de natura est multiplicatio obligationis.*
2 *Legati alternatiui electio est hæredis si elegerit unũ non potest demum uariare, & nu.5*
3 *Vsurarum in fraudem quæ pœna uideatur adiecta in contractibus.*
4 *In ultimis uoluntatibus ualet relictum nomine pœnæ, nec pœna præsumitur in fraudem usurarum.*

PRopositam quæstionẽ decidit Bald. in l.1.in 3.q.nu.38. C. de his quæ pœnæ no. scribens si testator mandauit hæredi ut mihi daret mille, uel centum quolibet mense in uita mea, potero petere centum quolibet mẽse, quia non est usura, sed legatum alternatiuum cum non possit peti unà cum mille: de natura enim usuræ
1 † est multiplicatio obligationis non alternatio, & in proposito casu quo testator dixit uolo, quòd hæres meus det, & soluet &c. electio legati alterna-
2 tiui † est hæredis, Glo.& Bat.in l.Lucio de leg.2.& si ipse elegit soluere 40.annua non potest uariare, neque ulterius soluere mille.l.huiusmodi.§. si stichum de leg.1.l.statu liberum.§. stichum de le.2. l.apud Aufidium de opt.leg. Vnde si postquam hæres elegit soluere 40. annua non potest ipse amplius soluere, nec legatarius petere mille, neq; ullo tempore mille peti, aut deberi possunt, imò legatum mille euanuit, non potest considerari usura eius, quod non debetur, neque ullo tempore peti potest. Neque prædictis obstare uidetur id quod scripsit Bart.in l.3.§. fin. de ann. leg. in l.2. de his quæ pen. nom. Etenim Bar.sententia licet sit communis non transit absque difficultate, eam refellit Castr.in d.l.2.nu.3. in l. cunctos populos, nu.14.C.de summ. trin. & contrarium defendit Ro. cons.510.col.5.uersi.quin in pœnis adiectis in ultima uoluntate Alc.l.parad.5.c.20.Apost.ad consil.Alex.27.lib.4.& Bat.sententia non uidetur sustineri posse nisi in terminis quibus loquitur tex. in d.l.3.§.fin.de ann.leg.super quo ubique se fundat Bar.s.quando testator exprimit relinquere certum aliquid annuum pro usuris donec quantitas legata præstetur.Nam tex.ponit duo dicta primũ generale secundum si cui certa quantitas legetur, & quo ad præstetur in singulos annos certum aliquid ueluti usuras iusserit testator præstari legatum ualet secundum est limitatorium præcedentis, Nam quia iureconsultus posuerat exemplum in usuris restringit ut quoad usuras eatenus ualeat legatum quatenus probabilem modum usuram non excedit, ex quo innuit quòd si testator iusserit præstari aliud annuum quàm usuram indistinctè ualeat, neque text.ille uult pœnam per dinumerationem temporis appositam esse usuram licet id scripserit Bart. in l. cum stipulari de uerb. oblig.immò præsupponit quòd possit certum aliquid annuum præstari, & tamen non sit usura, &
3 quamuis † in contractibus similis pœna uideatur adiecta in fraudem usurarum.l.Iulius.§.idem Pãp. de act.empt.l.cum allegas.C.de usur.l. pecuniæ l. pœnam de usur. tamen secus uidetur in ultimis
4 † uoluntatibus in quibus ualet relictum nomine pœnæ. §. fin. Inst.de leg l.1. C.de his quæ pœn.no. propter quod Bald.in l.rogasti.§. si tibi in ult. col. uers.sed nunquid pœna dixit in ultimis uoluntatibus pœnam non præsumi appositam in fraudem usurarum.Item decisio Bat.in d.l.3.§.fin. non potest procedere nisi in casu quo loquitur text. & Bart.s. quando testator uellet solui annuum quid saluo remanente priori legato aliàs cessante seu extincto præcedenti legato, non põt considerari eius accessorium.i.usura & fortassis ẽt nisi qñ legatarius põt arctare hæredem ad solutionem præcedentis legati, aliàs legatarius neq; principale relictum posset consequi aut petere neq; annuũ, & in his terminis sm quibus annuũ quid erat relictũ pro fructibus dotis, & mulier poterat arctare hæredem ad solutionem dotis, & uolebat consequi annuum relictum saluo principali credito dotis consul. Anchar.cons.93.comprobauit Alex.cõsil.27.l.4.In proposita uerò quæstione neque quadraginta annua sunt relicta pro usuris mille, & legatarius non poterat arctare hæredem ad soluendum mille, neque uult consequi annua quadra

ginta

ginta ſaluo remanente legato mille, imò prętendit illud fuiſſe extioctum per electiooem factam ab hærede de ſoluendo quadragiota annua, & legatum mille oeque peti, oeque ſolui amplius poſſe: Nec me mouet, quòd Aret. conſ. 151. refellat ſententiam Bal. iu d. l. 1. & conſuluerit in non multum diſſimilibus terminis legatarium, qui uon poterat cogere hæredem ad ſolutionem quinque centum legatorom non poſſe petere annua quadraginta relicta pro fructibus dictorum quinque centum, donec hæres illa ſolueret, tum quia Aret. refellit. Bal. duntaxat quaodo centum annua ſoluerentur propter mille retenta, ut in caſu illo quo teſtator mandauerat ſolui quadraginta pro fructib. quinque centom quæ fuerant legata, & io re præſenti quadragiota anona non ſunt relicta pro fructibus mille: tum quia male uidetur cooſoluiſſe Aret. Neque reſpondet his, quæ in coutrarium adduxerat, & quæ longè magis urgent, quàm ea ſup quibus fundat conſilium, & coottarium Aret. ſententen. defendit, Soc. in d. l. 2. de his quæ pœ. oom. ubi etiam dicit noluiſſe conſulere contra legatarium, & poſtquam cauſa Florentiæ fuerat uentilata fuiſſe iu curia ad fauotes legatarii iudicatum. Idem Soc. conſ. 41. lib. 4. & ſequitur Rip. in l. nemo poteſt oumero 23. de leg. 1. & contra Aret. illud noo

5 parum urget; nam † ſiue legatarius, ſiue hæres habeat electionem peteodi, uel ſoluendi quinque centum, uel quadragiuta annua iuxta tradita per gloſ. in l. Lucio de leg. 2. & elegerit petere, uel ſoluere qoadraginta annua, oon poteſt amplius uariare, d. l. ſtatu liberum. §. ſtichum, dicta lege apud Aufidium. Vnde non poteſt cōſiderari uſura quinque centum, quæ nec peti, nec ſolui amplius poſſunt: & ſtanre Aret. ſententia ubi electio eſſet hæredis, legatarius neque ſemel quioque ceotum, neque quotannis quadragiota petere poſſet, & omni in caſu rationes quibus mouetur Aret. præſenti quæſtioni oon poſſunt applicari. In qua noo poteſt dici couſtitutus nouus redditus à dante pecuniam in perſonam tecipieotis. Neque teſtator dixit quadraginta annua ſolui pro fructibus mille, & poſtquam hæres elegit ſoluere quadraginta aonua noo poteſt ulterius liberare ſe ab annuo relicto ſoluendo mille, immò per electionem ſolutio nis annui legati extinctum fuit legatum mille.

CASVS XL.

¶ De duobus quæritur, Primo an legatum domus cum ſuppellectilibus maſſaritiis, & omnibus mobilibus in ea exiſtentibus compreheodat mobilia, quia teſtator poſt teſtamentum uolens ire Romam ex domo habitationis tranſtulit in domum legatam ut ibi manerent dooec rediret è Roma, Secundò, an ceſſio, & liberatio facta per hæredem expteſſa ratione, quia credebat legatarium nihil ſe penes habere ex dictis bonis: & quia comperierat ea omnia deberi legatario obſtet hæredi cooſtito, quòd legatarius penes ſe illa habebat, & quòd legatario nou debeautur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rerum quæ ſunt in aliquo loco non continere quæ poſtea illata ſunt.*

2 *Ceſſio, & liberatio facta ob falſas cauſas, uel eſt nulla, uel ſcinditur remedio condictionis ſine cauſa.*

3 *Condictio indebiti, & condictio ſine cauſa concurrere uidentur.*

4 *Vt indebitum non ſolum quando quid ſoluitur poteſt condici, ſed etiam quando promittitur.*

Quò ad primum in legato nou comprehendi mobilia, quæ poſt teſtamentum fuerūt illata iu domo decidere uidetur tex. iu l. fio. §. 1. de leg. 2. pet quem Bar. to l. ſi ita num.

1 4. de auro, & argento. ſcripſit in legato † omnium rerum, quæ ſunt io tali uilla oou contineri ea quæ poſt illata fuetuut. Cumque tempore mortis teſtatoris caſu reperta fueriot in domo, & allata non fuiſſent ibi, ut perpetuò remanetent, non uidentur io legato comprehendi etiam, quòd in illo adeſſent uerba futuri temporis. l. ſi fundus. l. ſi ita de

2 leg. 3. Quò ad ſecundum, cum ceſſio † & liberatio facta fuerit ob falſas cauſas, quarum altera coutinet errorē facti, altera iuris, uel fuit ipſo iure uulla, ut ſi facta eſſet per ſimplex factum, l. ſi cum te de pact. uel ubi facta eſſet per acceptilationem, & ualuiſſet, reſcindi poteſt prætextu erroris remedio cooditionis ſine cauſa, glo. in l. ſi obligatum. C. de ſolut. gloſſ. Bar. num. 20. Caſtrenſ. oum. 3. iu d. l.

3 ſi obligatum, coucurrere † enim uideotur condictio indebiti, & ſine cauſa, Azo io ſumma, C. de condit. indeb. num. 3. nam & ſolutum ob cauſam de prætetito falſam, quæ ſi eſſet uera pateret obligatiouem, & propter quam cauſam ſoluens credebat teneri ad ſoluendum repetitur. l. elegauter in priuc. de coudit. iodeb. Gloſ. & Caſtrenſ. iu l. damus. eod. tit. Caſtrenſ. & Iaſon. in l. in ſumma eo.

4 tit. & oon ſolum † quando quid ſoluitur poteſt quaſi iodebitum coudici, ſed etiam quando promittitur. l. 3. de cond. ſioe cau. uel quaodo debitor liberatur. l. ſi quis accepto de cond. ob cau. glo. in d. l. ſi obligatum, glo. Bar. & alii in d. l. ſi cum te. Et ſi tranſactio, & ceſſio fuit facta dolo legatarii, qui perſuaſit aduerſariis nihil ex prædictis bonis habere penes ſe, & hæredi ageuti ad bona opponatur. exceptio conuentorum poterit replicari de dolo ubi prima actio ooo ſit extincta, uel agi de dolo, ubi prima actiooe quaſi extincta agi non poſſit. l. ſub prætextu prima, ubi glo. Bar. & alii. C. de tranſactio.

CASVS XLI.

¶ Teſtator inſtituit Bartholamæum, & Rochū filios maſculos hæredes, filiam io certa pecuniæ quantitate inſtituit deinde ita dixit: Item uolo, quòd nulla filia fœmina naſcitura ex dictis filiis meis, & eorum ſucceſſotibus poſſit hæreditare bona mea, ſed uolo bona mea iu perpetuum remaoere in fiiiis maſculis. Deceſſit Rochus relictis

lictis duob. filiis masculis, demum decessit Bartholamæus sine filiis.

¶Quæritur an filiis Rochi uigore alcuius fideicommissi admitti possint ad bona testatoris Bartholameo obuenta.

SVMMARIVM.

1 *Verba hęc uolo bona mea remanere in filiis masculis inducunt fideicommissum.*
2 *Appellatione filiorum comprehenduntur nepotes.*
3 *Voluntas testatoris in ultimis uolūtatibus inspicēda.*
4 *Sed aduersatiua quid operetur.*

EX pluribus in proposita quæstione suaderi uidetur nepotes testatoris ex filio uocari ad fideicommissum: illudque inductum per ea uerba,
1 † uolo bona mea remanere in filiis masculis.l.& hoc modo de leg. 1.l.fideicommissa. §.hæc uerba.l.Pamphilo in prin.de leg.3.
2 ¶ Primò quia † appellatione filiorun compræhēdi uidentur nepotes.l.filii.l.iusta. l.liberorū. §. sed quòd papirius de uerb.sign. licèt non ex sola proprietate uocabuli.l. quòd si nepotes de test. tutell. & ob id in ultimis uoluntatibus ubi testator honorat filios, uel eos uocat comprehendi nepotes magis communiter receptum uidetur.Bar.in. l.liberorum num.5.de uerb. signif. secundum quam sententiam latè consuluit Alex.cons.37.li.6. cons. 5.& cons.26.lib.3.Soc.cons.14.lib.1. eamque esse communem ait Ias. in l.gallus. §.instituens, num. 22.de lib.& posth.Dec.cons.391. nu. 5. & facilius uidetur procedere in q.proposita, in qua dispositio est collata in futurum euentum, & uerosimiliter poterat esse dubium an tunc extarent filii uel nepotes. Imol.in d.§.instituens. Alexan.in d.consi. 37.num.12.d.consi.26.nu.7.& facta fuit ab ascendente Fran. Accur. quem sequuntur Soc. d. consil. 14.Alex.dicto consi.26.num.6. & quamuis Soc.consil. 152.Alex.cons.1.lib.1.Dec.consi.95.consuluerint contrarium, tamen opinio Bar. uidetur receptior concurrentibus aliis coniecturis, ut quando uerbum filii profertur in plurali indefinitè non restringendo se ad certas personas puta subscriptas; sed conferendo in genere in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, nec sequitur absurdum, & maximè quando uerbum filii additur ad augendum & continuandum gradus substitutionis, ut tradit Apostil.ad d.consilium Alexā. primū uolum.1.quæ omnes coniecturæ in proposito casu adesse uidentur.

¶ Secundo quia & si quæstio alias sit dubia, ta-
3 men in re præsenti clara uidetur testatoris † uoluntas, quæ in ultimis uoluntatibus totum facit. Nam testator exclusit filias filiorum & eorum successorum. Vnde excludendo filias filiorum uidetur uelle ut bona conseruentur non solum in filiis masculis ipsius testatoris, sed etiam in filiis masculis filiorum.

¶ Tertiò quia uerba illa remanere in filiis masculis necessariò interpretanda uidentur de filiis masculis filiorum. Nam paulo antè testator dixerat, uolo q̃ nulla filia nascitura ex dictis filiis meis possit hæreditare bona mea, sed uolo q̃ perpetuū bona mea remaneant in filios masculos, nam una pars testamenti declarat aliam, & præcedentia de-
4 clarant sequentia, & aduersatiua † illa se uolo uidetur repetere qualitatem præcendentium Alex. consi.99.nu.9. lib.7.& operatur ut sequentia debeant intelligi de eodem genere de quo superius tractatum est, Alex.consi.117.num.18.lib.6. Dec. consi.561.nu.3.& sic cum præcedentia excludant filias fœminas filiorum, sequens clausula aduersatiua includens & uocās filios masculos intelligi debet de filiis masculis filiorum, & hoc ultimū multùm mouet me: quo circunscripto res esset apud me dubia. ualde.

CASVS XLII.

¶ Georgius instituit Petrum filium hæredem, & quandocunque decederet sine filiis, substituit Lucretiam Iuliam & Isabellam filias suas, & post illas earum & cuiuslibet earum filias. Mortuo Georgio decessit Lucretia relicto Mario filio. Deinde Petrus absque filiis.

¶Quæritur an Marius una cum Iulia & Isabella ad substitutionem admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filio defuncto nō succedere una cū patruo.*
2 *Idem statuendum de substitutione facta copulatiuè quòd de facta alternatiuè.*
3 *Filię testatoris uocatæ sub nomine proprio præferri debent filiis filiarū uocatis sub nomine appellatiuo.*

EX uerbis testamenti Marius non ur̃ uocatus quousq; supersunt aliquæ ex filiab.testatoris l. hæ̃des mei.§.fi. ad trebel. ubi Comē. q.decidere ur̃
1 dū uult in eo tex. nepotē † ex filio defuncto nō succedere unà cū patruo, idē suadet tex.in l.cū pt̃.§.pen.de leg.2. & qd respondit Alex. consi.30.nu.2. li.2. & quāuis p̃dicta loquantur in
2 substitutione † facta alternatiue p dictionē uel tū, idem ur̃ in substitutione facta copulatiuè.Cast.nu.
3 2.Rip.nu.7.in d.§.fi. Secundo quia filiæ † testatoris uocatæ sub nomine proprio p̃ferri debēt filiis filiarum uocatis sub nomine appellatiuo l.cum ita. §.in fideicōmisso de leg.2. & in simillimo casu respondisse ur̃ Alex.consi.30.li.2.Dec. cons.480.nu. 11.Cur.Iu.cōs.22.Ruy.cons.127.& cōs.152. li.3.

CASVS XLIII.

¶ Vir testō cauit lego uxori meæ usumfructū p̃diorū meorū existentiū in territorio S.Georgij, q̃ ad massaritiū colit Antonius.Hæredes uult ut Antonius massarius restituat sibi furmentum & alia blada, q̃ illi tradiderat testator pro seminando mansura penes eum usque ad finem massaritii quasi usufructus horum ad usufructuariā non pertineat. Vxor uerò prætendit horū usumfructum ad se ptinere.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructus furmenti deſtinati per ſeminando prædio uſufructuariæ deberi uidetur.*

2 *Seminarium quid ſit.*

3 *Legatum & uenditio uſusfructus fundi comprehendit etiam uſusfructus inſtrumenti fundi.*

4 *Inſtrumentum fundi continet etiam furmentum repoſitum ſerendi cauſa.*

1 Vſusfructus † furméti deſtinati pro ſeminando prædio uſufructuariæ deberi uidetur. l. item ſi fundus. §. §. ſeminarios de uſufru. in quo tex. uerba illa ſeminarios fructus vñc intelligenda de ea parte fructuum, q̃ deſtinata eſt pro ſeminãdo ut ſenſit Accur. & expreſsè no. Ang. ibi, & Bar. in l. quæſitum. §. 1. de fun. inſtr. qui ſenſus aptior vr̃ q̃ is, quem dat Budeus in annot. uo-
2 lens ꝙ ſeminarium † in eo. tex. intelligatur de loco ſubacto, in quo ſemina uitiũ aut arborum pangũtur: ut cum ad ceriam quantitatem exereuerint in uinetum uel arbuſtum transferantur. Nã cum Iureco. ſeminarium appellet inſtr̃m fundi, de alio vr̃ ſenſiſſe q̃ de ipſo agro, in quo ſemina uitium aut arborum panguntur, aliud eſt. n. fundus, alius
3 inſtr̃um fundi. Ad hæc in legato † & uenditione uſusfructus fundi comprehẽditur ẽt uſusfructus inſtrumenti fundi. l. ſed ſi quis. §. proprietatis de uſufru. Bar. in l. 2. §. dotes de fun. Inſtr. in l. 2. circa fin. C. de uerb. ſigni. & Bal. ibi nu. 2. inquit uſufructuario debentur inſtr̃a quę nõ debentur proprie-
4 tario, ſub nomine aũt inſtrumenti † fundi continetur ẽt frumentum, quod ſepoſitum eſt cauſa ſerendi. l. quæſitum in princ. uerſic. item nonnullis de fun. inſt. & ſi legato uſufructu fundi dñs proprietatis non põt a mouere boues aratores de agro. Bal. in d. l. 2. C. de uerb. ſignifi. Angel. in d. l. item ſi fundi ſuper uer ſi. ſeminarios; nõ ẽt dẽt poſſe amouere ſemina, & ſi emptor fructuũ lacus quia redigitur ad inſtar uſufructuarij & cõductoris debet habere uſum etiam nauis, quam dominus habebat in lacu ad piſcandum. Bald. ubi ſupra multo magis uſufructuarius fundi debet habere uſufructum ſeminum: quæ dñs depoſuerat in manibus colonorum cauſa ſerendi.

CASVS XLIIII.

¶ Filius minor annis uiginti, quem pater teſtamento prohibuerat alienare uſq; ad uigeſimũ ætatis ſuæ annum, deliquit, & bona eius fuere publicata, q̃ſitum fuit an in prohibitione ſit cõprehenſa legitima, & an ſubſtitutio in caſum alienationis etiam legitima filij ſit à fiſco relaxanda.

SVMMARIVM.

1 *Legitima quando in prohibitione alienando facta à patre comprehendatur & quando non.*

2 *Bona condemnati prohibiti alienare perueniunt ſubſtituto abſque detractione legitimæ.*

1 Qvamuis in prohibitione † alienandi facta à patre in teſtamento regulariter non comprehendatur legitima, Tamen quãdo prohibitio alienandi fit filio uſq; ad certam ætatem, receptior uidetur opinio, ꝙ includatur in prohibitione etiam legitima, quaſi prohibitio fauorem, nõ odium filij contineat, l. filius matrem, ubi Bar. & Bal. C. de inoff. teſtam. l. cum ex filio in princ. de uulg. ubi Bart. nu. 2. Comen. in l. filius fa. §. diui de leg. primo, ubi Iaſo. in lece. in fin. in rep. num. 17. Cro. nu. 17. ferrat. caut. 35. Dec. cõſi. 442. nu. 28. Alcia. in tract. de præſumpt. in 1. regu. §. ſecundo infertur nume. tertio Bero. q. 87. licet Aret. & alij quidam ſenſerint contrarium: quæ ſententia ſi uera eſt, legitima filij: qui tempore teſtamenti ac delicti erat minor uiginti annis, uidetur com-
2 prehenſa in ſubſtitutione, & omnia † quæ condemnatus à patre habuit ex teſtamento patris relaxanda ſubſtituto abſque detractione legitimæ.

CASVS LV.

¶ Bernardinus inſtituit Ioſephũ filium hæredẽ, & caſu quo decederet ſine filijs maſc. ſubſtituit Bartholamæum: Ioſephus uiuens alienauit legitimã & trebellianicam & deceſſit relicta vnica filia.

¶ Quæritur an id quod ſupereſt ex bonis Bernardini poſſit alienari pro illa dotanda.

SVMMARIVM.

1 *Pater grauatus fideicommiſſo alienans legitimam, & trebellianicam an præiudicet ſibi & filijs et ex reliquo non poßit dotem dare.*

2 *Bona ſubiecta fideicõmiſſo poſſunt pro dote alienari.*

3 *Id quod fuit neceſſarium pro dote filiæ uel neptis nunquam uidetur alienatum.*

Propoſitam quæſtionem decidit Iaſ. in auth. res quæ in fin. C. comm. de
1 leg. ubi noluit patrem † grauatum fideicõmiſſo alienantem legitimã & trebellianicam præiudicare ſibi filijs ut ex reliquo nec dotem dare nec donationẽ propter nuptias conſtituere poſſint allegat Caſtr. qui de filijs nihil dicit, Hanc Iaſ. ſententiam ego ualde dubiam & contrariam ueriorem arbitror, Nam doct. oẽs dicunt bona reſtitutioni ſubiecta ea ratione poſſe pro dote cõſtituẽda alienari quia aſcendens qui fideicõmiſit ſi uiueret cogeretur ad dotem conſtituendam deſcendenti: quæ ratio procedit ẽt ꝙ pater filiæ legitimam conſumeret, nam ſi Bernardinus uiueret ob aliquod Ioſephi factũ non poſſet liberari ab obligatione dotandi neptẽ, & hoc argumẽtatione in ſimili caſu utit̃ Dec. cõſ. 519. nu. 3. Cur. Iun. cõſ. 59. nu. 6. Præterea deſcen-
2 dẽs † hẽnt hoc bñficium à lege ut bona ab eorum aſcẽdente fideicõ. ſubiecta poſſit pro eorũ dote alienari d. auth. res q̃, vñ illud facto patris nõ vr̃ poſſe auferri. l. ſi arrogator de adopt. ſicuti nec alienatio aut delictũ p̃ris nocet filio in feudo, ad quod filius ex pacto & prouidẽtia primi acquirẽtis uocat̃. Ad hæc ſi ob alienationẽ p̃ris filia nõ poſſe alienare ꝓ dote bona ab auo ſuba reſtitutiõi fruſtratoria red det̃ diſpõ d. auth. res q̃, nã quouſq; ſupereſt legitima, reliquũ nõ põt alienari d. auth. res q uerſ. ſed ſi liberis, & poſt alienatã leg. nec alienãs nec eius poſteri poſſent ꝓ dote alienare, & cũ lĩma nõ cadat in fideicõ. ſi filius eius qui alienauit lĩmã nõ poſ-

ſet

ſet pro dote alienare bona fideicõmiſſo ſubiecta ad Auo nunquam procederet d. auth. diſpoſitio.
3 Tandem id † quod fuit neceſſarium pro dote filiæ uel neptis nunquam uidetur fuiſſe in fideicommiſſo.l.mulier.§.penul.ad trebell. Bar.in l.à filia prin.nu.3.ad trebell.Quod ſi non fuit comprehenſum in fideicommiſſo non poteſt prohiberi alienatio propter fideicommiſſum.

SUMMARIUM.

1 *Priuatio hæreditatis in caſu delicti fieri poteſt.*
2 *Indefinita æquipolet uniuerſali.*
3 *Verba generalia ſunt generaliter intelligenda.*
4 *Vulgaris ſubſtitutio non poteſt habere locum niſi ante aditam hæreditatem.*
5 *Inſtitutio facta de poſthumo naſcituro poſt mortem trahitur ad poſthumum natum in uita.*
6 *Fideicõmiſſum relictum filijs a matre poſt mortem patris debetur etiam uiuo patre ſi filij emancipentur.*
7 *In fideicommiſſis ratio reſtringit dictum.*
8 *Ratio quæ mouit teſtatorem ubi eſt generalior dicto declarat dictum.*
9 *Lex ſpetialis cuius ratio eſt generalis eſt generaliter intelligenda.*
10 *Bona non poterunt alienari facta prohibitione expreſſa alienandi abſq; alia prouiſione teſtatoris.*
11 *Verba in dubio ad teſtatorem referri debent.*
12 *Hæres ſcriptus dicitur priuatus à teſtatore licet hæreditatem nunquam poſſederit.*
13 *Priuatus eſto & exhæres eſto idem eſt idq; etiam ualet cum extraneo.*
14 *Verbum relatum ad diuerſa tempora partim propriè partim impropriè intelligi.*
15 *Deſiiſſe uidetur qui non poſſedit.*

CASUS XLVI.

Colligitur ex allegationibus.

Teſtator deficientibus omnibus deſcendentib. ex eo inſtituit hr̃dem uniuerſalẽ Dñm Ioãnem Baptiſtã, & in eodem teſtamento inſtitutos
1 & ſubſtitutos † exhæredauit ſeu priuauit in caſu quo committerent delictum,pp quod bona uenirent publicanda: quæ exhæredatio ſeu priuatio fieri potuit, & hæres ſcriptus uł inſtitutus ſub contraria cõditione. Bar.in l.paterf. de hæred.inſt.nu.4.in l.quidam cum filium nu.6. Caſtr.nu.4.Iaſ.nu.17.de uerb.obl.& uerba conditionis delicti & publicationis bonorũ ſunt generaliter intelligenda ſiue ante mortem teſtatoris ſiue poſt ante aditam hæreditatem ſiue poſt delictũ cõmittatur & bona publicentur: Primò quia in-
2 definita† æquipollet uniuerſali.l.ſi plurib.de le.1.
3 & uerba† gñalia ſunt generaliter intelligenda.l.1. §.& gñaliter de leg.præſt. Secundo quia conditio delicti bonorũ publicationis & ɔ̃ria ſunt tales q̃ ẽt uiuo teſtatore impleri poſſunt.l.2.iuncta gloſ.l. hæc conditio de cond.& demon.l.ſi quis hr̃dem. C de inſtit.& ſubſtit.iunctis his q̃ ibi ſcripſere Caſtren.nu.3.Alex.in princ. Tertio quia cum ẽt uulgariter in caſum delicti ſubſtituerit, & uulgaris
4 ſubſtitutio non poſſit habere locum niſi ante aditam hr̃ditatem.l.poſt aditam.C.de impub.neceſſariò inferť ut priuatio in caſu delicti uendicet ſibi locũ ẽt in delicto cõmiſſo ante adeptam hr̃ditatẽ. Quartò quia ſub eodẽ ɔtextu uerborũ ſubſtituit ſi ɔtingerit ſubſtitutos ſeu ſubſtõs deceder ſine filijs uel intrare religionem uel cõmittere delictum.Et maſc.cũ primæ condõnes,ſ.mortis ſiue filijs maſc. & ingreſſus monaſterij interpretenť ẽt de morte & ingreſſu uiuente teſtatore,& ante q̃ſitam p grauatum hr̃ditatem,Tertia quoq;,ſ.delicti & publicationis bonorum dẽt interpretari ẽt de delicto uiuente teſtatore & ante q̃ſitam hr̃ditatem cõmiſſo, & q̃uis uerba condõis non eſſent gñalia & ex proprietate uerborũ non cõprehenderent caſum delicti cõmiſſi & publicationis bonorũ ante adeptam hr̃ditatem: tñ ex mente teſtatoris ſubſtitutio ẽt ad
5 eum caſum trahi deberet, nam & inſtitutio † facta de poſthumo naſcituro poſt mortem trahitur ad poſthumũ natum in uita.l.fi. C.de poſthu. hær.
6 inſt. & † fideicõmiſſum a matre relictũ filijs poſt mortẽ patris eorũ debetur & p̃ſumpta uoluntate matris ẽt uiuo patre ſi emancipantur ab eo.l. mulier.in princ.ad Trebell. & tranſlatio fideicõmiſſi de primo fideicõmiſſario in ſm ſub conditione ſi primus decedat priusq̃ fideicõm.in eius perſona habeat effectum uendicat ſibi locũ ex præſumpta mente defuncti ſiue primus decedat ante diẽ fideicõmiſſi cedentẽ,ſiue poſt, & ſic ẽt poſt ius fideicõm.q̃ſitum primo.l.quidã ita in principio ad trebell.& cũ hæreditas teſtatoris ubi delata fuiſſet bannito tpe mortis defuncti potuiſſet à quocunq; occupari,ut ſcripſere Alex.& Iaſ.in l.1.in fi. C. de hæred. inſt. neceſſariò ex expreſſa rõne teſtatoris, qui uoluit bona eius perpetuò conſeruari in inſtitutos & ſubſtitutos dicendũ eſt teſtatorẽ noluiſſe ẽt in caſum delicti cõmiſſi eo uiuo priuare inſtitutos, & uocare ſubſtitutos: Nam in fideicõmiſſis
7 † ratio reſtringit dictum l. cũ pr.§. dulciſſimis de
8 lega.2.& ubi † ratio q̃ mouit teſtatorẽ eſt generalior dicto declarat dictum.l.pater filium. §. fundũ
9 del leg.tertio, & lex † ſpecialis cuius ratio eſt generaliter intelligenda. Bar.in l.regula.§. fin. de iuris & fact. ignor. & ubi ratio eſt generalis fideicommiſſum non poteſt dici limitatum tempore, ad quod multa adducit Parr.conſi. 25. nume. 28. lib.tertio. Quòd ſi diceretur ſtante expreſſa prohibitione alienandi bona non poſſe à quocunq; occupari.l. Imperator de fideicõmiſ.liber. & ideo ſuperfluum fuiſſe prouidere modo prædicto in caſum dicti commiſſi uiuo teſtatore. Reſponde-
10 tur quòd facta † prohibitione expreſſa alienandi abſque alia prouiſione teſtatoris bona non poterant cõfiſcari.d.l.imperator de fideicõm.lib. Rip. in l.filiusfam.§.diui num. 47. de lega. 1. ideoque eadem ratione ſuperuacuum fuit facere ſpecialem prouiſionem caſum quo inſtituti aut ſubſtituti delinquerent, unde cum illam fecerit præſumendum quod in utroque caſu facere uoluerit,cum in utroque militet eadem ratio, & eo magis cum uerba teſtatoris utrique caſui cõueniant,

unde ſiue dominus Io. Baptiſta dicatur inſtitutus ſub conditione ſi non delinqueret, & bona eius publicarentur ſiue inſtitutus pure ſed priuatus & exhæredatus ſub conditione ſi delinqueret, & bona eius publicarentur, & huiuſmodi cōditio uiuo teſtatore euenerit non uidetur diſputandum, an do. Io. Bap. qui tempore quo teſtator deceſſit nullis relictis deſcendentibus ex eo erat bannitus, & cuius bona per nonnullos ante fuerant publicata eſſet capax hæreditatis teſtatoris: quia & ſi fuiſſet capax erat exhæredatus ſeu priuatus ſub conditione quæ extiterat ante mortem teſtatoris; Verum ſicuti priuatio erat facta etiam in caſum quo dominus Io. Baptiſta delinqueret uiuo teſtatore ita & diſpoſitio, quòd bona ad eum reuertantur ubi habuerit gratiam a Principe, intelligi debet etiam ubi eſſet reſtitutus contra condemnationem factam uiuo teſtatore, ſeu ob delictum commiſſum uiuo teſtatore: ſicque dominus Io. Baptiſta per ea uerba teſtamenti, ita tamē quòd ubi gratiam principis recuperauerint uel recuperauerit &c. intelligitur uocatus etiam in caſu quo eſſet reſtitutus contra condemnationem ob delictum commiſſum uiuo teſtatore &c. Neque obſtare uidentur ſequentia uerba teſtamenti, quibus dicitur ſtatim & incontinenti dicta bona quibus priuati uel priuatus fuerit recuperent uel recuperet. Ita quòd reuertātur & ſint penes eum uel eos in omnibus & per omnia his lege conditione & onere quibus antea erant, quæ uerba uidentur. uocare duntaxat eos, qui bona habuerunt, & ob delicta. & bonorum publicationes illa amiſerunt &c. Nàm reſpondetur teſtatorem loqui de priuatione quam ipſe ordinauerat paulo antè ibi ſtatim & incontinenti priuati & quilibet eorum priuatus ſit, & ita eos & quemlibet eorum priuo &c. Etenim uer-
11 ba † in dubio ad teſtatorem referri debent Bar. in l.cum teſtamento de ant. & argen. leg. & hære-
12 dem † ſcriptum etiam extraneum dici priuatum, & priuari a teſtatore licet hæreditatem nunquam poſſederit. Barthol. Caſtren. Iaſ. in dicta l.quidam
13 cum filium, & idem † eſt dicere priuatus eſto, uel ex hæres eſto l.tertia. C.de lib.præter. & huiuſmodi exhæredationem ſeu priuationem poſſe fieri etiam extraneo qui fuit hæres ſcriptus Bart. Caſtrenſ. & Iaſ. ubi ſupra &c. Item uerba illa quibus antea erant, cum referant ad diuerſa tempora, uidelicet tempus uitæ teſtatoris, ubi priuationis conditio eueniat uiuente teſtatore; & tempus poſt mortem ubi priuationis cōditio eueniat poſt mortem, & adeptam hæreditatem debent diuerſi modè intelligi, ſcilicet antea erant propriè & effectu quando condictio priuationis euenerit poſt mortem & aditam hæreditatem, & impropriè ſed ſpe ac potentia, quando conditio priuationis euenerit uiuo teſtatore eodem modo uerbum recuperent & recuperet ubi reſtitutus ad gratiam Principis fuerit priuatus poſt mortem teſtatoris, & adeptam hæreditatem intelligen. propriè, ubi uero condictio priuationis uiuo teſtatore euenit impropriè, & ſenſus eſt ut bona reuertantur & ſint re & effectu penes teſtatum cum his legibus conditionibus & oneribus. quibus erant penes eum in potentia & ſpe, ubi conditio priuationis euenerit uiuo teſtatore & quibus erant actu, ubi priuationis conditio eueniat poſt mortem & quæ ſitam hæreditatem legimus & in l.pater ſeuerina.
14 §.conditionum de condit. & demonſtratio. † uerbum tutelā relatum ad diuerſa tempora diuerſimodè intelligi partim propriè, partim impropriè, & in l.ſecunda, de offi. procon. uerbum manumitti relatum ad diuerſas perſonas, quò ad aliquas propriè, quò ad alias impropriè poni, & in l.certi condicio in prin. ſi cer. pet. uerba non potero age re quo ad conditionem propriè quo ad diem impropriè ſtare, & in l.1. C.quando ciuil. &c. uerbū actio propriè & impropriè poni & ſi teſtator inſtituit filium & nepotes ex eo uerbum inſtituit relatum ad filium importat inſtitutionem relatum ad nepotes ſubſtitutos Caſtrenſ. in l.Gallus. §.quidam rectè nu. ſeptimo, de lib. & poſthu. & quam-
15 uis deſiiſſe † non uideatur, qui nec incepit l. Titio uſusfructus in prin. de cond. & demon. tamen quandoque Iuriſconſulti dixerant deſinere pertinere, quòd nec cepit per onere l.3. §.deſinere uſufr. quēad. cau. & uerbū perimit interpretari ſunt. i. cōſiſtere nō permittit gl. in l. condicio de uerb. oblig.

CASVS XLVII.

¶ Teſtator inſtituit Bernardinum & Bartholomæū filios, Catherinam filiam, certa pecuniæ quātitate iuſſit eſſe contentam & uoluit φ ſi alter dictorū Bartholamæi & Bernardini decederet abſq; filiis maſculis ſuperſtes mortuo ſuccedat Bern. relicto Ioſepho filio, & Bartholamæus relicto filio Iulio deceſſit, deinde mortuus eſt Ioſephus relictis duab. filiab. Iulius agit cōtra filias Ioſephi & petit bona relicta p Ioſephū φ fuere teſtatoris uigore teſtamenti & fideicommiſſi de quo ſupra.

¶ Quæritur an id iure faciat.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta ſub conditione euaneſcit ſic eueniente conditione.*
2 *Appellatione filiorum quando nunquam ueniunt nepotes.*
3 *Prohibitio alienandi facta filiis non extēdit ad nepotes.*
4 *Reciproca ſubſtitutio facta inter filios non extenditur ad nepotes.*
5 *Præmoriens non poteſt tranſmittere ad filios ſpem fideicommiſſi conditionalis.*
6 *Teſtator excludens ſororem & inſtituens agnatos remotiores ſi iſti decedant ſine hærede maſculi cenſetur uelle bona remanere in familia.*

Miror φ propoſita qō in dubiū reuocetur: nā de iure indubitatū uſ, φ neque filius Bernardini fuit fideicommiſſi onere grauatus; neq; filius Bartholamæi ad aliquod fideicom-
1 miſſum uocatus, etenim quò ad primū, cùm † ſubſtō facta Bern. & Bartholamæo fuerit ſub cōdōne ſi decederēt ſine filijs maſculis, & Bernardinus reliquerit filios maſculos, ſubſtitutio illi facta euanuit,

nuit, quicquid de filijs masculis deinde euenerit. l.ex facto.§.si quis autem, & ibi n ot.Castr. ad tre bel.comprobarunt plures quos ibi recenset Ripa. numero quinto, onusq; fideicommissi iniunctum Bernardino & Bartholamaeo sub nominibus pro-
2 prijs quo casu † appellatione filiorum nunquam ueniunt nepotes. Bart.in l. Gallus.§.instituens de lib.& posthu.non potest extendi ad filios eorum:
3 Nam & in fortioribus,terminis prohibitio † alienandi facta filijs sub nomine appellatiuo non extenditur ad nepotes.§.nos igitur, ubi gloss.in uerst. in authen.de restit. fideicom.Bar.num. 20. & alij relati per Alex.nu.25.in l.filiusfa.§. diui de leg.1. & ubi agitur de onere iniuncto filijs appellatione filiorum non ueniunt nepotes.Bar.in l.liberorum nu.5.de uerb.signifi.quem in hoc sequuti fuere
4 posteriores omnes, & reciproca † substitutio facta inter filios non extenditur ad nepotes ut scribit Dec.consi.465.nu.10.

¶ Quò uero ad secundum per reciprocam substitutionem factam casu quo alter Bernardini & Bartholamaei decederet sine filijs masculis in qua substitutus fuit superstes ex eis filius Bartholamaei nullo iure censeri potest uocatus: nam is qui ex institutis erit superstes censetur nominatim substitutus §.1.instit.de excus.tuto.ibi superstites, Dec.
5 consi.79.in principio & † praemoriens non potuit transmittere ad filios spem fideicommissi conditionalis l.1.§.sin autem.C.de cadu. tollen. ubi Bald. nu.5.Bar.& posteriores in l.1.C.de his, qui ant. apert.tab.& alij relati per Alex.consi.165.num.4. lib.5.& in fortioribus terminis substitutos non esse filios filiorum respondit Soc.consi.77.nu.6. & 7.lib.3.Dec.consi.465.in princ.usq; ad numerum decimum. Nec me mouet quod filij Bartholamaei positi in conditione cum illa qualitate masculis secundum nonnullos uideantur ex testamento uocati. Nam cõtrarium magis receptum est ut uolunt Docto.quos recenset Ripa.in l.1.nu.8. C.de pact.& in l.centurio nu.162.de uulg. Nam etiam mouet me quod testator tacitauerit propriam filiam quae coniectura iuncta cũ praecedente uidetur opposari ut positi in conditione censeantur uocati. Rip. in d.l.1.nu.9.& in d.l.centurio nu.164.

¶ Primò quia in fortioribus terminis nempè in
6 casu quo testator † excluderat sororem, & instituerat agnatos remotiores, & si instituti decederent sine haerede masculo uoluit, quod bona deberent remanere in propinquiores de parentela ipsius testatoris.Respondit Alex.consi.159.libr.6.si instituti decedant cum filijs masculis, qui masculi deinde moriantur absq; filijs masculis,substitutos, scilicet proximiores de parentela testatoris non admitti,& rationibus quibus mouetur Alex.ad rẽ praesentem optimè conueniunt.Secundò quia opinionem Ripa. de qua supra multis rõnibus confutat Soc.Iun.consi.177.nu.10.per tres col. lib. 2.cuius rationes nõ refero,quia uideri possunt, & rectius uidetur ibi sensisse Soc. quàm fecerit consi. 119. libr. 1. ubi contrariam opinionem sequi uidetur non tamen disputando. Tertiò quia dato quòd filij masculi institutorum posito in conditione dicerentur uocati ubi testator exclusit propriam filiã,

tamen censerentur duntaxat uocati ad portionem relictam patri eorum, non autem ad portionem relictã cohaeredibus patris. Soc.in l.haeredes mei. §. cum ita in principio,ad treb. Rip.in d.l.1. nu.18. in fin.& in d.l.centurio nu.166.in fin. in quibus terminis etiam loquitur.Soc.Iun.in d. consi.119. In praesenti autem casu filius masculis Bartholamaei non petit portionem bonorum relictam eorum patri,sed portionem relictam cohaeredi pris.

CASVS XLVIII.

¶ Testator instituto fratre haerede reliquit uxori usumfructum omnium bonorum, & Bartholameae puellae legauit praedia q̃dam saluo usufructu uxoris,& mãdauit haeredi, quod non molestaret uxorẽ in dicto usufructu: neq; cautionem, aliquã ab ea peteret sub poena priuationis haereditatis, uxor dum frueretur omnibus bonis uendidit praedia relicta Bartholameae tãquam essent propria ipsius, Defuncta uxore post nonnullos annos Bartholamea conuenit haeredem ad praedia legata, & obtinuit sententiam ad sui fauorem, à qua fuit appellatum: Pendet causa appellationis.

¶ Quaeritur an iustè petierit & confirmanda sit sententia.

SVMMARIVM.

1 *Legatum de re aliena factum à testatore ignorante illam esse alienam non ualet, & quo casu ualet.*
2 *Ignorantia in testatore praesumitur.*
3 *Legatum rei quae est haeredis ualet etiam si legatum fiat ab ignorante.*
4 *Legatum rei alienę non ualet de iure canonico.*
5 *Haeres potest dare rem legatam uel eius extimationem.*
6 *Haeres si res legata non sit in eius potestate ad quòd teneatur.*
7 *Vsufructuaria quando potest apprehendere naturalem possessionem inuito haerede.*
8 *Vsufructuaria tenetur cauere haeredi & haeres legatario.*
9 *Cautio non est praestanda nisi petatur.*

1 Legatum † de re aliena factum à testatorem ignorante illam esse alienam nõ ualet ét quò ad extimationem nisi fiat coniunctae personae uel alij, cui testator alias esset legaturus.l.cum alienam.C.de leg.§.nõ solũ inst. de leg.
2 & ignorantia † in testatore p̃sumitur.l.uerius. de proba.d.§ non solum,unde si p̃dia legata non erãt testatoris sed uxoris,& sic aliena nisi probatũ fuerit testatorem sciuisse p̃dia esse aliena, uel legatariã esse in p̃sonis quas recẽsent Doc. in d.l. cũ alienam nullo iure legatũ deberi ur,& q̃uis re aliena legata haeres teneatur tradere possessionem q̃ erat penes testatorem,glo.in d.l.cum alienã,in fin. Tñ id in p̃nti casu non põt allegari qñ ex dispositione testantis possessio p̃dictum fuit trãslata in uxorem,cui usufructus oĩum bonorũ fuit legatus, &
3 q̃uis legatum † rei q̃ est haeredis ualeat etiam si fiat ab

ab ignorante.l.unum ex familia. §.ſi rem de leg.2.
& idem poſſet dici de legato relicto à legatario de
re legatarij, tamen eo caſu legatum non ab hære-
de ſed ab uxore uel eius hæredibus eſſet petendũ.
l.Imperator.§.ſi centum de legato ſecundo. Acce-
4 dat quòd de iure † canonico legatum rei alienæ
nullo modo ualere uidetur ſi uirum eſt, quod in
cap.filius de teſtamen.per illum tex.cenſuit Abba.
& gloſſ.in d.l.cum alienum quam ſequuti fuere
Alexand.& Iaſo. ibi & diſpoſitio, dicto cap.filius
aſtringit omnes quos etiam aſtringit ius canoni-
cum. Abba.ibi.

5 ¶ Ad hæc hæres non poteſt præcisè † cogi ad
dandam rem, ſed poteſt dare rem uel extimatio-
nem.d.§.non ſolum.l.non dubium.§.fi.l.qui con-
cubinam.§.fin.de lega.tertio,& quando hæres nõ
poſſidet rem, legatarius non poteſt petere rem
ſed debet petere ut hæres redimat & det, uel ſi nõ
poteſt redimere det extimationem gloſſ. Bart. nu.
quarto,in d.l.cum alienum,& quamuis, Caſtren.
in d. l. cum alienum in principio dicat rem peti
poſſe, tamen id uidetur contra tex.in d.§. non ſo-
lum: nam ſi hæres alternatiuè cogitur redimere
rem,& eam tradere uel ſoluere extimationem, ſe-
quitur quòd res ſimpliciter peti non poteſt, aliàs
ſententia ferenda eſſet diuerſa à petitione. Quòd
ſi prædia legata erant teſtatoris ſi hæres põt ea dare
quia ſint in eius poteſtatè tenetũ tradere legata-
6 rio ſin autem † non ſint in poteſtate hæredis abſq;
eius culpa, non põt ad aliud teneri quam illa per-
ſequi ſimplicibus legatarij, uel ad cauendum de
reſtituendo legatario ſi in eius poteſtatem perue-
nerint.l.cum ſeruus.l.cum res.l.ſi ſeruus de lega.
primo, iunctis his quæ ibi tradiderunt glo. Bar.&
poſteriores.In re autem præſenti nulla culpa uide
tur poſſe imputari hæredi attento quòd teſtator le
gauit uxori uſumfructum,& mandauit hæredi ꝙ
7 non moleſtaret uxorem in uſufructu,& ſic † uxor
etiam inuito hærede potuit apprehendere natura-
lem poſſeſſionem propria auctoritate.l.hæc ſi res
ubi not. Ang.de rei uendicat.Iaſo.in l. non dubiũ
C.de leg.nu.4.unde ſi dum naturaliter poſſideret
rem in alium tranſtulit nulla uidetur poſſe hære-
dis culpa conſiderari. Cumq; legatum eſſet reli-
ctum poſt mortem uxoris uſufructuariæ, & ſic
8 † uſufructuaria tenetur cauere hr̃di de utendo &
fundo arbitrio bono uiri,& hæres tenerentur ca-
uere legatariæ.l.fin.ſi cui plusquam per l. falcidiã,
9 & † cautio nõ ſit pſtãda niſi petatur.l.1.§.1. quo.
lega.uidetur legatariæ imputandum ꝙ non petie-
rit cautionem præſtari. Qua de re ſiue prædia le-
gata eſſet uxoris ſiue teſtatoris malè uidetur con-
tra hæredem iudicatum.

CASVS XLIX.

¶ Hannibal teſtator inſtituit Ioſephum, Bapti
ſtam, Ioannem Franciſcum, & Iacominum nepo-
tes ex fratre hæredes, deinde fecit ſubſtitutio-
nes in hunc modum, ſi aliquis eorum decede-
ret ſine filijs maſculis, tunc & eo caſu tali ſic
morienti ſeu talibus ſic morientibus ſuccedant
alij ſuperſtites ſeu alius ſuperſtes,& eueniente ca-
ſu quo Ioſephus, Baptiſtam Ioannes Franc.& Iaco-
minus decederent abſq; filijs maſculis: tunc & eo
caſu dictis Ioſepho, Iacomino, Baptiſtæ & Io. Fran
ciſco ſuccedant & ſuccedere debeant filij Anto-
niæ,& ita eos ſubſtituit uulgariter pupillariter &
per fideicommiſſum. Ioſephus primo. deinde Ba
ptiſta deceſſerunt ſine filij. Poſtea Io.Franc.& ipſe
mortuus eſt relicto Petro filio ſuperſtite qui poſt
aliquot annos deceſſit inſtituto Iacomino hære-
de: qui Iacominus inſtituit hæredem Laurentium:
filij Antoniæ, ſubſtituti agere uolunt ad bona, q̃
fuere Hannibalis uigore dicti teſtamenti.

¶ Quæritur quid & quantum ex bonis teſtato-
ris ad eos ſpectet.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio euaneſcit conditione deficiente ſub qua fa-
cta fuerat.*
2 *Onus in iunctum hæredi ſub nomine proprio non egre
ditur eius perſonam.*
3 *Clauſula hæc tunc & eo caſu quid operetur.*
4 *Subſtitutus in tota hereditate duobus in caſu quo am
bo decederent ſine filijs nullo modo admittitur ad
portionam præmorientis qui reliquid filios.*
5 *Reciproca ſubſtitutio inter inſtitutos facta excludit
ſubſtitutum.*
6 *Subſtitutio cum eſt facta copulatiuè in cuiuſcunque
perſona eueniat conditio admittitur ſubſtitutus.*
7 *Subſtitutus non admittitur eueniente conditione in
perſona ultimi & quomodo.*
8 *In Reciproca ſubſtitutione ſi dixerit teſtator deceden
tibus omnib.ſine filijs ſubſtituo Caium portiones co
hæredum ſunt reſtituendæ Caio.*

Filij Antoniæ ſubſtituti ius aliquod
prætendere non poſſe uidentur in
bonis à teſtatore relictis Ioan.Fran
ciſco iure inſtitutionis uel ſubſtitu
tionis reciprocæ cuius conditio
euenit in perſonam Ioſephi & Baptiſtæ. Etenim
1 ſubſtitutio † facta Io. Franc.fuit ſub conditione ſi
decederet ſine filijs maſculis, quæ conditio defe-
cit: cum Io. Franciſcus reliquerit filium maſculũ,
qui ſuperuixit patri.l.ex facto.§.ſi quis aũt ad tre-
bell.& licèt filius Io.Franciſci deinde abſque filijs
deceſſerit, ſubſtitutioni tamẽ locus non eſt.l.cum
uxori.C.quan.de leg.ced.Caſtren.in d.§.ſi quis au-
tem nume.ſexto.& alij complures quos refert &
ſequitur Ripa, ibi nume.primo, & hoc exclamat
perſepe Dec.in conſilijs conſil.63.nume. ſecundo
conſil.218.num.6.269.numero.13. & alibi ſepe:
quod in præſenti caſu facilius procedere uidetur
cum hæredes inſtituti grauati fuerint ſub nomi-
ne proprio, ſcilicet ſi Ioſephus, Ioan. Franciſco. &
Iacomino ſuccederent ſine filijs maſculis tunc &
eo caſu eidem Ioſepho Io.Franciſco, & Iacomino
ſuccedant & ſuccedere debeant filij Antouiæ &c.
2 & † onus iniunctum hæredi ſub nomine proprio
non egreditur eius perſonam, nã legata quæ reli-
cta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto.l.li
cèt Imperator de lega. primo, ſi relinquantur no-
minatim ab hærede expreſſo nomine proprio non
cenſen-

censentur repetita à substituto l.si plures de leg.2. Bar.& posteriores in d.l.licet & prohibitio alienandi quæ iniuncta hæredi comprehendit hæredem hæredis l.pater filium §.Iulius agripa de leg. 3.si fiat hæredi sub nomine proprio non censetur facta hæredi hæredis Bar.in l.lucius §.sempronie de leg.3. comprobarunt cõmuniter Doct. in l.filiusfam.§.diui de leg.primo, ubi Rip.nu.110.&
3 cum in substitutione adsit clausula illa † tunc & eo casu quæ uidetur, limitare substitutionem ad casum formaliter expressum, ut ex Anchar.tradit Dec.consi.227.nu.1.& alibi sæpè & filij Ioannis Francisci positi in conditione cũ non essent ex testamento uocati secundũ receptissimam sententiam gloss.in l.lucius de hæred.instit.non possunt dici grauati l.ab eo.C.de fideicom.& quo ad rem præsentem uidetur casus in l.hæredes mei §.cum
4 ita ad Trebell.ubi substitutus † in tota hæreditate duobus in casu quo ambo decederent sine filijs nullo modo admittitur ad portionem præmorientis, qui reliquid filios, & licèt Petrus filius Ioan. Francisci instituerit Iacominum, tñ cum is fuerit liber ab omni fideicõmisso, & bona illius peruenerit ad Iacominũ non ex prouidentia Annibalis primi testantis, sed ex dispositione Petri non potuit super his Iacominus à primo testatore grauari l.sed si sic de leg.1.l.si arrogator de adopt. Non etiam vr ꝙ filijs Antoniæ ius aliquod ex testamento Annibalis competat in bonis per Annibalem relictis Iosepho & Baptistæ qui decesserunt sine filijs superstite Ioanne Francisco & Iacomino. Ete-
5 nim reciproca † substitutio inter institutos facta excludit substitutum l.Titia seio §.libertis de leg. 2.Verùm cum substitutionis conditio euanuerit in persona unius ex primo defunctis.s.Io.Francisci qui reliquit Petrum filium, & euenerit in persona Iacomini ultimò defuncti non sine ratione dubitari potest, an filij Antoniæ admittantur ad por
los, ſed ſolum fœminas etiam q̀ illę non renuntiauerint. Bal. conſ. 457. lib. 1. ſequitur Dec. conſ. 371. & 433. & 506. & dato quod excluderetur, ab alijs ſororibus quę non renuntiauerunt, ut tradit Alex. conſ. 29. lib. 3. Parr. conſ. 41. num. 55. lib. 1. non tamen excluditur ſecundum omnes, quando pater nullos reliquit filios Ang. conſ. 52. incip. Zibolus Sali. in l. pactum q̀ dotali. C. de coll. & alij quos refert & ſequitur Parr. d. conſ. 41. & conſ. 3. lib. 3. in fin. & ad hoc cōuenit quod tradit Corn. conſ. 291. lib. 4. Prætetea & ſi Beatrix eſſet excluſa ab hæreditate fratris ob repudiationem tamen cum non adſint aliqui in eodem gradu quo ipſa erat, proximiores pro ſucceſſorium edictum admittuntur l. 1. §. quibus de ſucceſſ. edict. Proximiores autem ſunt filij Beatricis, quod ſi diceretur hoc caſu filiis obſtare id quod dixit Bal. in 2. q. & comprobarunt alii
plures in d. l. pactum quòd dotali. ſ. cum Beatrix
4 renuntiatum † accepta dote uideri ſucceſſiſſe &
excludi non tam rigore renunitiationis, quā ſucceſſionis, ideoque filios eius ſuccedere non poſſe, Reſpondetur primò Beatricem nihil accepiſſe pro hæreditate fratris, cui renuntiabat, ſed quicquid accepit accepiſſe pro omni eo & toto quod poſſet petere in hæreditate patris & matris: Secundo reſpōdetur poſita opinione Bal. pro uera, quam tamen refellit Imol. in l. qui ſuperſtitis de acquiren. hæredi. Nepotes non poſſe ſuccedere in caſu prædicto quādo extant alij qui fuiſſent ſucceſſuri una cum Beatrice, ubi illa non repudiaſſet, & ſic alij cohæredes Beatric. ſed quando non extarent aliqui ex prædictis, ſed duntax alii agnati inferioris gra-
5 dus, tunc † repudiatio illa non obeſt filiis ex ea Caſtren. in l. qui ſuperſtitis nu. 3. uerſ. & hoc ſi extant de acquir. hæred. & quamuis idem Caſtrē. in ead. l. nu. 4. uerſ. & prædicta uera ēt &c. uelit ſuperius per eum dicta non procedere: quando filia renuntians accepit aliquid pro ſua portione, tamen huiuſmodi limitatio refertur ad primum eius dictū, ſcilicet quādo filia deceſſit uiuo patre non autem ad id quod dixerat in d. uerſ. & hoc ſi extant, aliàs malè diceret. Nam ſi filia renuntians non poteſt ſuccedere eſt neceſſe q̀ alii ſuccedant, & licet Bart. in l. 1. §. pen. de ho. poſſ. con. tab. in 4. q. dicat filiū, qui repudiauit aliquo accepto pro ſua portione facere partem, & alios excludere, tamen ipſe declarat ſe ut. ſ. faciat partem in computatione legitimæ & impediat ſuccedere eos, qui ex ſtatuto de quo dixerat in 1. q. prohibentur ſuccedere ſtantibus maſculis. Quod ſi dicamus huiuſmodi renuntiationem eſſe meram donationem factam fratri, & collatam in tempus poſt ius quæſitum ex eo, quòd facta ſit fratri ſtipulanti pro ſe & hæredibus, ut defendere conatur Ruin. conſ. 98. lib. 2. num. 15. 16. 17. 18. minus erit dubij, quòd Beatrix poſſit ſuccedere fratri ſicut ſuccederet in aliis bonis ab ea fratri donatis. Nam & ipſa comprehenditur in donatione facta pro ſe & hæredibus ut dixit Corn. d. conſ. 291. nu. 9. & 10.

C A S V S LIX.

§ Decreto principis cauetur, q̀ poſſeſſio defuncti per eius mortem uacare non dicatur, ſed continuetur & continuata intelligatur in eius hæreditate, & de hæreditate in hæredem quo ad omnem effectum licet non ſit actualiter apprehenſa, nec per quemquam hæreditate iacente apprehēdi poſſit, & ſi quid in contrarium actum ſit nullius ſit roboris & momenti ipſo iure. Alex. teſtator inſtituit Paulum filium hæredem, & poſt eius mortem ſubſtituit deſcendētes eius maſculos, & caſu quo filios & deſcendentes omnes maſculi decederent ita quòd nullus deſcendens maſculus, & per lineam maſculinam ex ipſo teſtatore adeſſet uoluit bona ſua peruenire in filios Petri fratris, & eorum filios maſculos, quibus dedit auctoritatem apprehendēdi poſſeſſionem bonorum propria auctoritate. Poſt mortem teſtatoris Paulus hæres per multos annos poſſedit bona patris, deinde deceſſit relicto ex ſe Iulio filio maſculo qui patris hæreditatem adiuit; & per multos annos bona paterna & auita poſſedit; deinde mortuus eſt relicta filia quæ poſſeſſionem omnium bonorum a patre relictorum apprehendidit. Deinde filij Petri propria auctoritate intrarunt poſſeſſionem bonorum relictorum ab Alexandro Iulii filio ſeu eius agentibus reſiſtentibus.

§ Quæritur an de iure.

S V M M A R I V M.

1 *Legatarius quando ex licentia ſibi data a teſtatore poßit apprehendere poſſeſsionem rei legatæ. & n. 4.*
2 *Poſſe capere propria authoritate & iure directo ſuccedere idem eſt.*
3 *Teſtator non poteſt facere unum hæredem ad tempus & alium poſt tempus iure directo.*
5 *Vigore pacti de ingrediendo propria authoritate appoſiti in contractu non poteſt quis ingredi parte de facto reſiſtente.*
6 *Contractus & ultima uoluntas quo ad concedendam auctoritatem apprehendendi propria auctoritate a pari procedunt.*
7 *Poſſeſsio poteſt per legem ipſo iure transferri.*
8 *In contractibus non poteſt renunciari aut derogari legi prohibitoria.*
9 *Poſſeſsio quatenus conſiſtit in facto non poteſt ſtatuto impediri, & quid poßit ſtatutum in ipſa.*
10 *Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt per lege.*
11 *Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
12 *Statutum quando non excipit aliquem caſum non debet iudex excipere.*
13 *Verbum precijum operatur ut a decreto non poßit ullo modo recedi.*
14 *Dominium facilius transfertur & acquiritur quam poſſeſsio.*

Fideicommiſſarius in propoſita ſpetie non uidetur potuiſſe propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem: Nam licet legatarius † & fi-
1 deicommiſſarius ex licentia ſibi data à teſtatore poſſint, ꝑpria auctoritate apꝑhēdere poſſeſſionē rei legatæ, tñ id vr dūtaxat ꝓcedere in legato puro, cuius dñiū trāſit in legatariū à morte teſtatoris

testatoris: nam in his terminis loquitur tex. in l.
Titia cum testamento. §. 1. de lega. 2. super quo so-
lo fundata est communis Doct. conclusio quæ in-
telligenda est s'm leges, quas Doct. allegant Barth.
in l. non solum. §. liberationis de lib. leg. & in fidei-
commissis uniuersalibus post tempus uel sub cō-
ditione relictis nullo modo locum sibi uendica-
2 re potest, Nam posse capere † propria auctorita-
te & iure directo succedere idem important. Bar.
in d. l. Titia cum testamento in prin. in l. centurio,
nu. 27. de uulg. sed postquam primus hæres effe-
ctus est hæres alius non potest ex aliqua defuncti
dispositione iure directo institui aut substitui à Pa
3 gano §. extraneo inst. de uulg. & testator † non po
test facere unum hæredem ad tempus, & alium
post tempus iure directo. l. hæreditas ex die de hæ
red. institu. Ideoq; nec ei concedi quòd possit pro-
pria auctoritate capere & circa auctoritatem ap-
prehēdi propria auctoritate ex testatoris dispōne.
Doct. æquiparant legatariū seu fideicō. particularē,
& fideicōmissariū uniuersalem, Ang. & Alex. in l.
paulus ad Trebel. Prætereà in casibus quibus sub-
4 stitutus aut legatarius † potest propria auctorita-
te apprehendere possessionem, id facere potest so-
lum quando possessio est uacans non si ab hærede
primo, uel hærede hæredis sit apprehensa ut post
Fulg. tradit Ias. in l. præcibus nu. 9. in fin. C. de im-
pub. qui asserūt quòd si pupillus decedat post adi-
tam patris hæreditatem relicta matre, quæ bona
tanquam hæres ab intestato filii apprehendit sub-
stitutus pupillaris, qui alias poterat propria aucto
ritate apprehendere habet necesse petere de mani
bus matris, comprobat Parr. consi. 54. lib. 3. nume
5 ro 32. & si uigore † pacti de ingrediendo propria
auctoritate appositi in contractu non potest quis
ingredi parte de facto resistente. Barth. in l. 3. C. de
pign. in lectu. numer. 4. in repet. numero. 18. non
etiam debet legatarius seu fideicommissarius hæ-
rede, uel hæredis hærede possidente & resistente
apprehendere possessionem uigore auctoritatis
sibi à defuncto concessæ, à pari enim procedunt
6 contractus † & ultima uoluntas quò ad conce-
dendam auctoritatem apprehendendi propria au
ctoritate. Bart. in d. l. 3. nume. 9. Præterea Andr.
Tiraq. in tract. de contin. poss. in septima parte in
3. declarat. inquit quòd moribus gallicis non ad-
mitteretur ut testator possit legatario concedere
facultatem apprehendendi propria auctoritate rē
legatam existente simili consuetudine seu decre-
to, & quamuis ipse nihil adducat, & huiusmo-
di sententia uideatur dura: tamen uidetur posse
ex nonnullis comprobari: nam ob huiusmodi
decretum possessio rerum defuncti nunquam ua
7 care dicitur, etenim per legem † potest possessio
ipso iure transferri. l. raptores. C. de episco. & cle-
ric. Bald. in l.   in fin. C. de pact. & huiusmodi li-
centia possessione non uacante & multo minus
hærede possidente, & de facto resistente exerce-
ri non potest ut supra diximus. Quamobrem
idem Tiraq. in d. tract. in 2. part. in 9. declar. cen-
suit existente huiusmodi decreto substitutum di-
rectò non posse propria auctoritate apprehende-
re. Bar. quoque in l. 3. in rep. num. 9. C. de pignor.

æquiparat contractus & ultimas uoluntates quò
ad dandam facultatem apprehendendi propria
8 auctoritate, sed in contractibus † non potest re-
nuntiari aut derogari legi prohibitoriæ gloss. in l.
prima, C. ne fideiuss. do. neque legi statutariæ ne-
gatiue uel procedentis ad annullationem actus ut
ex Ioan. Andr. Alb. & Bal. tradit Iaso. in l. nemo po-
test. in 2. lect. num. 42. de leg. primo, ideoque nec
in ultima uoluntate uidetur derogari posse de-
creto aut statuto prohibenti possessionem rerum
defuncti apprehendi per alium quam per hære-
9 dem, & quamuis possessio † quatenus consistit
in facto non possit à statuto impediri. l. prima. §.
si uir de acquit. possessi. tamen quo ad iuris effe-
ctum potest statutum facere quòd possessio quæ
actualiter fuit translata habeatur pro non tradita
Bartho. in d. §. si uir in princip. & licet uoluntas
10 testatoris † seruanda sit pro lege. §. disponat in au
then. de nupt. non tamen potest facere quin le-
ges in suo testamento locum habeant. l. nemo po
test de leg. primo.

¶ Neque obstat si diceretur statuta recipere in-
terpretationem passiuam à iure communi. l. si ser-
ui. C. de noxal. & ideo sicuti ius commune dispo-
nens legatarium non posse propria auctoritate
apprehendere rem legatam, interpretatur nisi à
testatore sit ei data licentia ita & decretum man-
dans possessionem continuari in hæredem, & nō
posse per alium apprehendi, interpretari deberē
nisi defunctus concesserit facultatem alteri appre
hendendi possessionem; & sic decretum intelli-
gendum nisi defunctus aliter disponat: nam re-
spondetur, Primò uerba decreti esse generalia
& continuare possessionem quò ad omnem iu-
ris effectum & disponere quòd non possit per
quenquam apprehendi & annullare quicquid in
11 contrarium fuerit factum; lex † autem generali-
ter loquens debet generaliter intelligi. l. prima. §.
& generaliter de lega. præst. Cumque eius uerba
sunt uniuersalia & negatiuè concepta comprehen
dunt omnia etiam insolita, Castren. consi. 170. lib.
12 primo columna fin. & quando † statutum non
excipit aliquem casum, neque debet iudex exci-
pere. Bal. in l. in fraudem §. fin. de testam. milita.
& eo magis cum non reperiatur aliud decretum
limitans aut restringens decretum prædictum gl.
in l. de prætio de publica, glo. & Bar. in l. 3. de off.
proconsl. in l. quamuis de iu. ius uoca. immo in eo
dem disponatur quòd illud intelligatur prout ia-
cet sit præcisum, & nullā recipiat distinctionem,
13 nam uerbum † præcisum operatur ut à decreto
non possit ullo modo recedi. Bal. in l. 2. num. 5. C.
de execu. rei iud. & dictiones præcisæ comprehen
dunt omnes casus. Bart. in l. si cum exceptione §.
quatenus quòd metus caus. Secundo respondetur
sicuti statutum prohibens forensem acquirere bo
na in ciuitate, intelligitur etiam q; testator aliter
disponat & relinquat bona forensi Bar. & posterio
res in l. apud Iulium §. constat, & l. seq. de leg. pri-
mo: ita & statutum prohibens possessionem ap-
prehendendi per alium q̄ per hæredem, interpre
tari debet et q; testator aliter disposuerit: nam si
testator non potest contra prohibitionem statuti

transferre dominium rei legatæ Barth. ubi ſupra
multominus debet poſſe transferre poſſeſſionem
14 uel ius apprehendendæ poſſeſsionis : cum † do-
minium facilius transferatur & acquiratur quam
poſſeſsio l. cum hæredes de acqui. poſſ. & ſi legi ſta
tutariæ negatiue uel procedēti ad annullationem,
Teſtator non poteſt renunciare aut derogare ut ſu
pra diximus non etiam poterit derogare ſtatuto
ſeu decreto prohibenti poſſeſsionem apprehen-
dendi per alium quam per hæredem & annullan
ti quicquid in contrarium fuerit factum. Tertiò
reſpondere quòd cōmunis illa interpretatio. ſ. ni-
ſi teſtator dederit legatario auctoritatē apprehen-
dendi propria auctoritate procedit ſolùm quan-
do poſſeſsio uacat, non autem ubi eſt per hære-
dem uel hǣdis hæredē apprehenſa ut ſ. diximus.

CASVS LX.

¶ Annibal inſtituit Iulium filium hæredem, & ſi deceſſerit ſine liberis uoluit eius bona perueni re ad Antonium patruelem : Iulius fuit inquiſitus quaſi animo deliberato interfecit hominem, abſens & contumax fuit habitus pro confeſſo, & condemnatus in amputatione capitis, bonaque eius confiſcata, bannitus & in libro bannitorum deſcriptus fuit.

¶ Quæritur an Antonius fideicommiſſum ex teſtamento Annibalis petere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus non eſt uocatus niſi poſt mortem naturalem banniti.*

2 *Bannitus non habetur pro mortuo quia poteſt acquirere de alia facere. & quando poßit pro mortuo haberi nu. 3.*

4 *Conditio illa ſi deceſſerit pro bannum non eſt uerificata ſic in quibuſdam alijs caſibus.*

5 *Mors ciuiles quando eundem producit effectum quē naturalem & quando non.*

6 *Bona ſubrecta fideicommiſſo quando poſſunt tranſire in extraneum.*

7 *Legatario ante grauatum moriente legatū non transmittitur.*

1 SVbſtitutus nō vř † uocatus niſi poſt
mortem naturalem bānini. l. ſtatus
§. Cornelio de iu. fiſ. l. cum pater.
§. hæreditatē de lega. 2. l. ex ea parte
§. in inſulam de uerb. oblig. l. ex fa
cto ad trebell. l. intercidit de condi. & dem. l. ſed ſi
mors de donat. inter ui. & uxo. Bal. in l. cū acutiſ-
ſimi nu. 10. C. de fideicom. Ang. in l. Pāp. §. memi-
2 niſſe nu. 4. de inoffi. teſt. Neq; vř bannitum † habe
ri pro mortuo, nā pōt acquirere. l. ſi tibi mandaue-
ro. §. is cuius mand. pōt ſuccedere ex teſtō & ab
inteſtato, qñ hǣditas deſerť de iure cōi ſm ſniam
Bar. in l. certa forma nu. 7. C. de iu. fiſ. lib. 10. Nell.
in tract. ban. in 1. par. pri. tēp. q. 37. & 38. Cyn. Bar.
nu. 3. Bal. nu. 14. Ang. in prin. Alex. nu. 4. in l. 1. C.
de hæred. inſtit. Alex. conſi. 26. lib. 1. & alij quos re
fert & ſequiť Rip. in l. ex facto. §. ex facto nu. 15. ad
trebel. retinet patriam poteſtatē Nell. ubi ſupra q.
Bal. Ang. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri
ſolut. matr. & alia quæ recenſet Rip.
in dicto §. ex facto.

3 ¶ Sed & ſi bannitus † haberetur pro mortuo,
& amitteret ea quæ ſunt iuris communis quo ad
territoriū à quo eſt bannitus ut cenſuerunt Caſtr.
& Iaſ. in l. 1. C. de hæred. inſtitu. non tamē ob id
4 inferri poſſet per † bannum purificatam eſſe con-
ditionem illam ſi deceſſerit: Nam & deportati iu
re cōi habentur pro mortuis. l. 1. §. fin. de bon. poſſ.
cont. tab. l. ſi necem §. deportatos de bo. liber. amit
tunt omnia quæ ſunt iuris ciuilis. l. quidam ſunt
ſerui de pen. non poſſunt facere teſtamentum l. 1.
§. hi qui de leg. 3. neque eis legari poteſt. l. ſi depor
tati eod. titu. amittunt patriam poteſtatem §. cum
autem inſti. quib. mo. inſ. patr. poteſt. ſol. & filius
deportati ſuccedit in locum patris & primum gra
dum quo ad auum l. 1. §. pen. de contr. tab. l. ſi qua
pœna & ibi not. Bal. de his qui ſunt ſui uel alien.
iur. & tamen per deportationem non uerificatur
conditio ſi deceſſerit d. ll. Neque mouet me ſi dica
tur cum legitima & depoſitione decreti debeatur
filijs bannitorum haberi pro mortuo. Bald. in au-
then. inceſt. C. de inceſt. nup. Alexand. in dicto. §. ſi
patri, Nam reſpondetur primò dictum Bald. eſſe
intelligendum quando filij capiunt iure ſucceſſio-
nis, ſecus ſi iure reſeruationis Rip. in d. §. ex facto
in fin. In re autem præſenti decretum reſeruat fi-
lijs legitimam, quam uult non comprehendi in
publicatione. Secundo ex eo non eſſe uerificatam
conditionem illam ſi deceſſerit : nam & deporta-
tus habetur pro mortuo, & filijs deportati de
iure communi conceditur certa portionē l. pri-
ma, de portio. quæ fil. dam. &c. l. fin. C. de bon.
damn. & tamen per deportationem non uerifi-
catur conditio ſi deceſſerit : Neque dici poteſt
bannum operari eundem effectum, quem mors
5 naturalis : nam mors † ciuilis dicitur produce-
re eundem effectum quem naturalis, ut tradunt
Cyn. & Baldus in l. Deo nobis. C. de epiſcop. &
cler. quando reſultat per omnia idem effectus cau
ſa rem de qua agitur ut in diſſolutione matrimo-
nij, quod ita ſoluitur per ingreſſum monaſterij,
ſicuti per mortem naturalem & in alijs exem-
plis relatis per Iaſo. in l. ex ea parte. §. in inſulam
de uerborum obligatio. Item dicitur operari eun-
dem effectum quando poſt mortem ciuilem fru-
ſtrà expectatur mors naturalis : Verum idem ef-
fectus non reſultat circa fideicommiſſum reſti-
tutionem ex banno qui ex morte naturali, & fru
ſtrà non expectatur mors naturalis grauati, dicto
§. cornelio, dicta l. intercedit Bald. in dicta l. Deo
nobis. Non etiam mouet me quòd bona ſup-
poſita fideicommiſſo non trāſeant in extraneum,
6 ideoq; nec in fiſcum nam bona † ſub conditio-
ne ſuppoſita reſtitutioni tranſire poſſint in extra-
neum pendente conditione, & apud eum re-
manere donec eueniat conditio fideicommiſſi. l.
fina. §. ſin autem. C. communia de legato. Neque
reſponſio quam Socin. conſilio 92. colu. prima.
dat ad tex. in l. ex ea parte. §. in inſulā alioſq; ſupe-
rius alleg. ſubſiſtit, etenim uerba illa cū moriens

uel post mortem relata ad grauatum faciunt lega-
7 tum conditionale, & legatario † ante grauatum moriente legatū non transmittitur. l. hæres meus cum morietur de cond. & demonstr. l. si cum hæres quan. de cred. & Iureconsultus in d. l. cum pater §. hæreditatē in casu quo testator rogauerat filium restituere hæreditatem cum moreretur inquit conditionem fideicommissi ante mortem filij hæredis non existere, & sic uult per ea uerba cum moreretur induci conditionem.

CASVS LXI.

§ Lazarus de anno 1537. decessit institutis Camillo & Guidone eius filijs, & inter eos factis substitutionibus prohibuit eius bona alienari, & in casu alienationis uoluit eos quorum contemplatione facta erat prohibitio posse propria auctoritate apprehendere possessionē alienatorum, & ex nunc constituit & tenere & possidere nomine eorum quos succedere uolebat, quicquid fuerit alienatum, cuius testamenti copia transmittitur. De anno, 1560. decessit Camillus relictis pluribus filijs, deinde de anno. 1564. defunctus fuit Guido instituta uxore hærede inter eos qui asserunt se filios Camilli, & nepotes Lazari, & qui prætendunt se uocatos ex testamento Lazari ex una, & uxorem Guidonis ex altera: contenditur super possessione bonorum per Guidonem tempore mortis possessorū: & quilibet prætendit debere etiam non citato aliquo immitti & manuteneri in eorum possessionem. Vxor uigore testamenti Guidonis & decreti de continuanda possessione defuncti in hæredem cuius copia transmittitur. Alij uerò ob testamentum Lazari.

§ Quæritur quis immittendus & manutenendus sit in possessione.

SVMMARIVM.

1 *Probatio de dominio non potest incontinenti fieri cū qui prætendunt se esse fideicommissarios non sunt nominati in testamento testatoris.*

2 *Legatarius uel fideicommissarius quando potest ex licentia sibi data à testatore apprehendere possessionē propria auctoritate & nu. 5. & 13.*

3 *Posse capere propria auctoritate & iure directo succedere idem importat.*

4 *Testator non potest facere unum hæredem ad tempus & alium post tempus iure directo.*

6 *Possessio potest per legem ipso iure transferri.*

7 *Contractuum & ultimorum uoluntatum æquiparatio & dissimilitudo.*

8 *Statutum potest facere quod possessio quæ actualiter fuit translatum habeatur pro non tradita.*

9 *Defunctus non potest facere quin leges in suo testamento locum habeant.*

10 *Testator præsumitur uelle se conformare cum dispositione iuris & statutorum.*

11 *Possessio apprehensa per alium quam per hæredem quando est prorsus inualida.*

12 *Possessio rei incertæ acquiri non potest.*

14 *Constitutum collatum post mortem constituentis nō potest transferre possessionem.*

15 *Constitutum collatum post mortē constituentis quando retrotrahitur ob hæc uerba ex nunc pro ut ex tunc.*

16 *Fictio maximè translatiua de tempore ad tempus non cadit super re perempta neque fit in præiudicium iuris alteri quæsiti.*

17 *Verba hæc ex nunc pro ut ex tunc quam uim habeant.*

18 *Conditio in fideicommissis conditionalibus nunquam retrotrahitur ad tempus testamenti uel mortis.*

19 *Possessio non acquiritur absque animo acquisitionis.*

20 *Mortis testatoris & possessio intermedia primi hæredis impedit ratihabitionem quæ non potest fieri nisi possidente constituente.*

21 *Fideicommissarij negligentes in recuperanda possessione ammittunt omnem possessionem.*

22 *Fictio non potest plus operari quam ueritas.*

23 *Locator non potest expellere colonum propria auctoritas.*

IN simili casu contra fideicommissarium consuluerunt Ias. consi. 146. in 1. uol. Dec. consi. 467. Paris. cōsi. 41. lib. 1. qui in casu quo fideicommissarius apprehenderat possessionem defendunt hæredem defuncti restituendum ad possessionem bonorum hæreditariorum, quæ per fideicōmissarium occupata fuerant, & quamuis Ruyn. consil. 27. lib. 5. contrarium defendat, eius tamen rationes non subsistunt, maximè dum uult exceptionē dominij obstare agēti possessorio uigore decreti de ꝯtinuanda possessione, Tùm quia de iure communi contrarium est uerius. Tum quia statutum Placentiæ. 65. in tertio expressè disponit, quòd hæres adita hæreditate habeatur & intelligatur possessor uel quasi omnium bonorum rerum & iurium, quæ defunctus tenebat & possidebat uel quasi tempore quo decessit, nulla relatione dominij uel alia quauis exceptione impediente uel obstante, pter id quòd
1 cum hi qui † prætendunt se fideicōmissarios non sint nominati in testamento testatoris facientis fideicommissum non potest de dominio eorum probari incontinenti. Dec. consi. 420. nu. 18. uers. 2. respondetur &c. & d. consil. 467. nu. 12. in fin. & num. 13. & pariter rationes, quibus Ruyn. nititur probare decretum: quòd possessio defuncti continuetur in hæreditate, non ualere, sunt minime concludentes. Cumque decretum sit usu receptum frustra nunc super eius ualiditate disputatur: neque in præsenti specie in contrariū quicquam facit quòd testator dederit fideicommisso licentiam intrandi possessionem propria auctoritate eueniente casu alienationis. Nam responde-
2 tur primò id, quod legimus legatarium † & fideicommissarium ex licentia sibi data à testatore, posse apprehendere possessionem propria auctoritate: procedere in legato uel fideicommisso puro, & quod debetur ex eodem testamento ex quo hæres scriptus prætendit apprehendere possessionem, & cuius dominium transit in legatarium à

morte

morte teſtatoris: In quibus terminis loquitur tex.
in l. Titia cum teſtamento §. 1. de leg. 2. ſuper quo
ſolo fundata eſt communis Doctorum concluſio
quæ intelligenda eſt ſecundum leges quas Docto
res allegant, Bar. in l. non ſolùm §. liberationis de
lib. leg. & in fideicõmiſſis uniuerſalibus poſt tem
pus uel ſub conditione relictis nullo modo lo-
cum ſibi uendicare poteſt: Nam poſſe capere pro
pria auctoritate, & iure directo ſuccedere idem
importat: Bart. in d. l. Titia cum teſtamento in
princ. in l. centurio nu. 27. de uulga. ſed poſtquàm
primus hæres aſſectus eſt hæres, alius non poteſt
ex aliqua defuncti diſpoſitione iure directo inſti-
tui aut ſubſtitui à Pagano §. extraneo. Inſtit. de
4 uulg. & teſtator † non poteſt facere unum hære-
dem ad tempus, & alium poſt tempus iure dire-
cto l. hæreditas ex die de hæred. inſt. ideoque nec
ei concedi quòd poſſit propria auctoritate capere
& text. in l. filiam fratribus, ac Doct. ibi ad Tre-
bell. Barth. & alij in l. fin. C. de ed. di. Adr. toll. & c.
dum diſputant an fideicommiſſarius uniuerſalis
ſit legitimus contradictor ad impediendum, ne
hæres ſcriptus mittatur in poſſeſſionem loquun-
tur in fideicommiſſario, cui relictum eſt fideicom
miſſum in eodem teſtamento, in quo hæres qui
petit mitti in poſſeſſionem eſt ſcriptus nõ autem
de illo fideicommiſſ. qui prætendit fideicommiſ-
ſum ex teſtamento alterius iam multis annis de-
functi, ideoque dum loquuntur de auctoritate
data fideicõmiſſario à teſtatore apprehendendi
5 propria auctoritate intelligendi † ſunt in eo fidei
commiſſario, cui relictum eſt fideicommiſſum
in eo teſtamento, ex quo hæres ſcriptus uult mit
ti in poſſeſſionem, & ubi iure communi res poſ-
ſet uideri dubia, tamen ſtante decreto de conti-
nuanda poſſeſſione defuncti in hæredem uidetur
clara. Nam ob huiuſmodi decretum poſſeſſio re-
rum defuncti nunquam uacare dicitur, etenim
6 † per legem poteſt poſſeſſio ipſo iure transferri l.
sapiores C. de epiſ. & cler. Bald. in l. traditionibus
in fin. C. de pact. & huiuſmodi licentia poſſeſſio-
ne non uacante exerceri non poteſt, ut poſt Fulg.
tradit Iaſ. in l. præcibus nu. 9. C. de impub. & mul-
tominus poteſt exerceri parte reſiſtente Bart. in l.
3. C. de pig. nu. 4. in lect. & nu. 18. in rep. Præterea
7 Bart. in d. l. 3. æquiparat † contractus & ultimas
uoluntates quo ad dandam auctoritatem appre-
hendendi propria auctoritate, ſed in contracti-
bus non poteſt renunciari aut derogari legi prohi
bitoriæ, gloſſ. in l. prima C. ne fid. do. neque legi
ſtatutariæ negatiuæ uel procedentis ad annulla-
tionem actus, ut ex Io. Andr. Alber. & Bald. tradit
Iaſ. in l. nemo poteſt in ſecunda lectu. num. 42. de
lega. primo, Ideoque neque in ultima uoluntate
uidetur derogari poſſe decreto aut ſtatuto prohi-
benti poſſeſſionem rerum defuncti apprehenden
di per alium quàm per hæredem, & quãuis poſ-
ſeſſio quatenus conſiſtit in facto non poſſit à ſta-
tuto impediri l. prima §. ſi uir. de acquir. poſſeſſ. ta
8 men quò ad iuris effectum poteſt ſtatutum † face
re quòd poſſeſſio quæ actualiter fuit tranſlata ha-
beatur pro non tradita. Bar. d. §. ſi uir. in prin. hinc
non meritò Iaſ. conſil. 85. lib. 3. ex pluribus defen-
dit apprehenſionem poſſeſſionis factã per alium
quàm per hæredem ſtante decreto noſtro eſſe nul-
lam & non parere effectũ poſſeſſionis: & quam-
uis uoluntas defuncti ſeruanda ſit pro lege §. di-
9 ſponat in authen. de nuptijs, non tamen † poteſt
facere quin leges in ſuo teſtamento locũ habeant
l. nemo poteſt de leg. primo, & And. Tiraq. in trac.
de contin. poſſeſſ. in 6. parte in 3. declarat. inquit
quòd moribus gallicis non admitteretur ut teſta-
tor poſſit legatario concedere facultatem appre-
hendendi propria auctoritate exiſtente ſimili con
10 ſuetudine. Præterea teſtator † præſumitur uoluiſ-
ſe conformare ſe cum diſpoſitione iuris & ſtatu-
torum Barth. in l. hæredes mei §. cum ita num. 4.
ad trebell. & uerba teſtatoris recipiunt interpreta
tionem reſtrictiuam à ſtatuto etiam contra uim
& proprietatem uerborum, ut poſt alios quos re
fert tradit late Rip. ibi nu. 75. & ſic uerba teſtato
ris dantis fideicommiſſario licentiam apprehen-
dendi propria auctoritate ſunt interpretanda de
apprehentione licita & non prohibita à iure uel à
ſtatutis. Verùm ex decreto de continuanda poſ-
11 ſeſſione & c. alij † omnes præter quàm hæredes
ſunt prohibiti à decreto apprehendere poſſeſſio-
nem bonorum defuncti, & apprehenſia per alium
eſt prorſus illicita & inualida, ut late oſtendit Iaſ.
d. conſil. 85. Item debent intelligi, quando certa
eſt res, cuius poſſeſſionem uult poſſe legatarium
aut fideicommiſſarium apprehendere: Nam ius
intrandi propria auctoritate non poteſt exerceri
negotio non liquidato Barth. d. l. tertia num. 14.
12 & rei † incertæ non poteſt acquiri poſſeſſio l. ter-
tia §. incertam de acquir. poſſeſſ. Verum cum ſolu
tum fuerit ab hærede æs alienum teſtatoris pro
quo ſoluendo potuerunt alienari bona teſtatoris
non obſtante eius prohibitione l. filiusfam. §. diui
de leg. primo, & deducenda ſit legitima filij hæ-
redis, cui nullum grauamen potuit imponi l. quo
niam in prioribus C. de inoff. teſtam. & Trebellia-
nica quæ ſecundum magis communem ſenten-
tiam non poteſt prohiberi liberis primi gradus:
Item detrahi ante reſtitutionem fideicommiſſi de
beant ex ſoluta per hæredem legata particularia,
Incertum eſt quid cadat in fideicommiſſo, & ad
hoc conuenit quod ſcripſit Bart. in l. ſecunda C.
quan. & quib. quarta pars debeatur lib. 10. ſi fi-
lium pro ſua legitima non poſſe propria auctori-
tate occupare poſſeſſionem, quia non debetur ſi
bi ſimpliciter & determinate in qualibet re, cum
debeatur deducto ære alieno, & neſcitur quan-
tum ſit, & ſi ingrediatur nullius partis poſſeſſio
ei quæritur, quia incerta eſt legitima ratione lo-
ci & quote cõprobarunt Bald. Aret. & Alex. quos
refert & ſequitur Iaſ. in d. §. incertam nu. 10. Tan-
13 dem ad hoc ut † huiuſmodi licentia intrandi pro
pria auctoritate data à teſtatore poſſit exerceri re
quiritur patris citatio Bald. conſil. 234. incip. ue-
ritas in 3. uol. Iaſ. d. conſil. 146. Tiraq. in tract. de
contin. poſſeſſ. in 10. declaratione 2. par. nu. 4. ad
quod conuenit id, quod ſcripſit Barth. in l. tertia
num. 26. C. de pigno. dum uult licet quis ex pa-
cto habeat auctoritatem intrandi poſſeſſionem
bonorum debitoris, Iudicem tamen non debere
dare

dare licentiam intrandi nisi partecitata, & omni
in casu cùm personæ assertorum fideicommissa-
riorum non sint nominatæ in testamento D. Laza
ri, & non constet bona, quæ testator ille man-
dauit posse apprehendi propria auctoritate: esse
illamet quæ fuerunt à domino Guidone relicta:
ad liquidationem requiritur citatio partis & da-
tio libelli. Bar. in d. l. 3. nu. 15. & licet possit quis
dare auctoritatem ingrediendi etiam non facta li-
quidatione Bar. d. l. 3. num. 16. tamē loquitur Bar.
non facta liquidatione quantitatis & præsuppo-
nit quòd esset liquida persona uolentis ingredi, &
res quam uolebat ingredi, quia & persona & res
essent nominatæ in instrumento. Neque etiam
uigore constituti de quo in testamento in quo te-
stator in casu alienationis constituit se possidere
nomine eorum quos succedere uolebat, possunt
fideicommissarij prætendere ius aliquod in pos-
sessione, aut aliquo modo impedire continuatio
nem possessionis in hæredem: etenim constitu-
14 tum † collatum post mortem constituentis non
potuit transferre possessionem. Angel. in l. quam
uis §. si conductor de acquir. possess. Cumque fue
rit conditionale. s. si fiet alienatio ante existentiam
conditionis non potuit transferre possessionem
l. qui absenti §. primo de acquiren. possess. & cum
tempore existentis conditionis constituens esset
iam pridem defunctus, & possessio reperietur in
alium translata, tunc per constitutum testatoris
transferri non potuit, & quamuis conditio quan
doque retrotrahatur ad tempus conditio non po
tuit retrotrahi in præiudiciū eius cui res seu pos-
sessio fuit medio tempore quæsita Barth. in l. quo-
tiens in fin. de nouat. in l. si is qui pro tempore nu.
de usucap. Dec. in l. contractus in 6. limit. de reg.
iur. & tempus existentis conditionis fuit inhabile
ad transferendum possessionem respectu posses-
sionis quæ reperitur extincta uel pœnes aliū etiam
respectu personæ constituentis, quæ non potest
amplius possidere, quorum alterum sufficeret ad
impediendam conditionem retrotrahi. Barth. d. l.
quotiens in fin. Neque obstat quòd testator consti
tuerit se possidere ex nunc &c. & pleriq; dixerint
constitutum collatum post mortem ualere & re-
trotrahi ad tempus contractus, ubi in eo sit appo
sita clausula ex nunc prout ex tunc. ¶ Nam respon
detur primo contrarium tenuisse Comen. & alios,
quos refert Tiraq. in suo tract. de constit. in secun
da limit. 3. par. & oī in casu prædicta sentētia idest
15 constitutum † collactum post mortem cōstituen
tis retrotrahi ob illa uerba ex nunc prout ex tunc
procedit modo extrema sint habilia, & possessio
alteri non sit medio tempore quæsita. Dec. consi.
247. colum. fin. comprobat Rip. in l. prima de pi-
gno. num. 6. quorum sententia uidetur quo ad rem
16 præsentem comprobari posse: nam fictio † ma-
ximè translatiua de tempore ad tempus non cadit
super re perempta l. necessario §. quòd si penden-
te de par. & com. rei uen. Bart. in d. l. is qui pro tem
pore num. 53. neque fit in præiudicium iuris alie
ni quæsiti Barth. in l. gallus §. & quid si tantum
num. 54. uersic. quæro pro declaratione de lib. &
posthu. ubi Ias. num. 120. unde cum testator non
possit facere quin leges habeant locum in suo te-
stamento, non etiam debet posse facere ut posses-
sio Domini Lazari testatoris perempta fingatur
usque à die testamenti translata maximè in præiu
dicium possessionis medio tempore per longissi-
mum tempus pœnes alium existentis. Secundò
ad uerba illa ex nunc respondetur in præsenti ca-
17 su adesse duntaxat uerbum ex nunc, † quod non
uidetur habere eamdem uim quam habeant uer-
ba ex nunc prout ex tunc ut uidetur casus in x. cle.
prima de concess. præben. ubi uerbū ex tunc non
respicit tempus actus, sed existentis conditionis,
neque retrotrahit dispositionem ad tempus actus
quod etiam de uerbo ex nunc tradit Gemin. in c.
dudum colum. prima uersi. quæro de effec. de præ
ben. in 6. & etiam quando dicitur ex nunc prout
ex tunc tempus præsens trahitur ad futurum, &
sic dispositio confertur in tempus futurum. s. exi-
stentis conditionis. Bald. in auctēn. consilia roga
tus in princ. C. ad trebell. Alex. consi. 111, nu. 23
lib. 6. Felin. in c. licèt causam num. 6. de probat.
Tempus autem existentis conditionis in re præ-
senti est prorsus in habile ad transferendam pos-
sessionem per constitutū D. Lazari. Accedat quòd
18 cum in fideicommissis † conditionalibus condi-
tio nusquam retrotrahatur ad tempus testamen-
ti uel mortis Bart. in d. l. si is qui pro tempore nu.
non etiam uidetur retrotrahi constitutum addi-
tum fideicommisso conditionali reg. accessorium
de reg. iur. Tertiò respondetur dato quòd clausu
la illa ex nunc prout ex tunc conditione existente
in re præsenti retrotrahat constitutum & transla-
tionem possessionis ad tempus actus. s. testamen-
ti ut uelle uidetur Barth. in l. si ita stipulatus fuero
si Titius in princ. Alex. consi. 83. num. 6. uersicu.
confirmatur hoc &c. lib. 2. ob id non possent fidei
commissarij allegare aliquam possessionem uigo-
re dicti constituti: nam tempore actus & sic te-
stamenti & tēpore mortis testatoris ipsi non erāt
in rerum natura, & sic possessionem acquirere
non potuerint: Cumque ambo extrema tempo-
ra scilicet actus testamenti & existentis conditio-
nis cōstituti sint inhabilia, nam tempus actus est
inhabile ad transferendam possessionem in eos
qui non erant in rerum natura, tempus existen-
tis conditionis est inhabile respectu rei idest pos-
sessionis quæ est perempta uel pœnes alium, &
respectu psonæ cōstituentis q reperitur mortuus
nullo iure dici potest prætensos fideicommissa-
rios possessionem aliquam uigore dicti constituti
acquisiuisse. Quartò respondetur ubi etiam fi-
deicommissarij fuissent in rerum natura tempore
constituti tamen cum non essent præsentes testa-
mento non potuit eis quæri possessio absent ante
19 ratihabitionem: Nam possessio † non acquiri-
tur absque animo acquirentis l. tertia in princ. l.
20 quemadmodum de acquir. possess. & mors † testa
toris ac possessio intermedia primi hæredis impe
dit ratihabitionem, quæ non potest fieri nisi
possidente constituente l. bonorum rem. rat. habi.
ubi Bar. l. necessariò §. quod si pendente de peri-
culo & com. rei uend. Alex. in l. quòd meo in prin.
num. 4. & 5. de acquir. possess. Dec. in d. l. contra-
ctus

ctus in §. lim. Tiraq. in tract. de conſt. in tertia par. 30. lim. Præterea dato quòd conſtitutum in re præſenti ſtante clauſula illa ex nunc retrotrahetur ad tempus teſtamenti, tamē cum deinde Guido poſſederit per uiginti ſeptem annos tamquàm dominus & poſſeſſor neque ipſe unquàm conſtituerit poſſidere nomine alicuius non poteſt dici poſſediſſe nomine fideicommiſſariorum l. qui uniuerſas §. quòd per colonum l. ſi de eo. §. ſi fortè colo-
21 nus de acquir. poſſeſſ. & fideicommiſſarij † negligentes in recuperanda poſſeſſione amiſiſſent omnem poſſeſſionem. Bart. in d. §. ſi fortè. Neque obſtat ſi diceretur conſtitutum fuiſſe condinonale, & ex eo non ſiſiſſe translatam poſſeſſionem niſi quando eueniret conditio. l. alienationis, & ideo non poſſe dici negligentes in recuperanda poſſeſſione: quam nundum queſierant. Nam reſpondetur cum tempore exiſtentis conditionis conſtituens non poſſideret, ſed primus ſucceſſor ſiue hæres eius impoſſibile eſt quòd per conſtitutum illud poſſeſſio exiſtens tempore euenientis conditionis penes alium tranſeat in aſſertos fideicommiſſarios, & quamuis conditio retrotraheret ad tempus teſtamenti & ſic fingeretur uſque a die actus teſtamenti tranſlata poſſeſſorio tamen neceſſe eſt etiam dicere poſſeſſionem quæ fingitur tranſlata uſque à die teſtamenti fuiſſe deinde per mortem conſtituentis, & per longam poſſeſſionem hæredis & ſucceſſorum prorſus amiſſam,
22 nam fictio † non poteſt plus operari quam ueritas. Tandem cùm prætenſi fideicommiſſarij non ſint nominati in conſtituto non poteſt dici de illorum poſſeſſione in continenti conſtare ut ſupra fuit dictum. Vltimò ubi quis prætendit poſſidere ui alicuius conſtituti non poteſt propria aucto-
23 ritate eijcere poſſeſſorem: etenim † locator non poteſt expellere colonum propria auctoritate l. colonus l. cum fundum de ui & ui arm. & multomi nus alium, cui conductor poſſeſsionem tradiderit ſed con. colonū & eius hæredes prædicta ſunt à iure poſſeſſoria remedia. l. l. ſi quis conductio. titulo C. locat. & contra ternum conditio ex l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. in quibus requiritur ordo iudiciarius,

CASVS LXII.

¶ Iulia teſtamento cauit inſtituo mihi hæredes PetrumPaulum, Ruffinum, & Laurentium, & ipſis uel altero eorum mihi præmortuis eorum & cuiuſlibet eorum liberos maſculos. Et ſi contingeret Petrumpaulum decedere abſque liberis maſculis, uolo quòd hæreditas mea perueniat in Laurentium & Ruffinum ſi uixerint, & ſi non uixerint in eorum liberos maſculos, & eidem decedenti ſubſtituo dictos Ruffinum & Laurentium, & ipſis præmortuis eorum liberos maſculos: ſi uerò contingeret Ruffinum & Laurentium decedere abſque liberis maſculis: Volo quòd ſuccedant Petruspaulus ſiue eorum liberi maſculi, Poſt teſtatricē deceſſit Petruspaulus abſq; liberis, deinde Laurētius abſq; liberis tertiò Ruffinus relictis duobus f... maſculis hæredibus,

¶ Quæritur an filij Ruffini ſint grauati reſtituere eorū filijs maſculis bona quæ fuerunt Iuliæ, & ubi alter eorum decedat ſine liberis maſculis an ſit grauatus reſtituere alteri uel eorum liberis maſculis,

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti pars una declarat alterum.*
2 *Aduerſarius natura eſt repetere qualitates præcedentis caſus cui aduerſatur.*
3 *Subſtitutio deficit deficiente conditione ſub qua aliqſui unt ſubſtituti.*
4 *Vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam in fideicommiſsis.*
5 *Præcedentia recipiunt interpretationem à ſequentibus,*

Mirot quòd ſuper propoſito caſu dubitari contingat, nam liberi Ruffini & Laurentij ſunt quidem ſubſtituti Petropaulo per fideicommiſſum ſed ſub conditione, ſi Ruffinus & Laurentius non uixerint tempore mortis Petripauli, nàm quemadmodum uerbum illud ſi uixerint neceſſariò eſt interpretandum ſi uixerint tempore mortis Petripauli, ita & uerbum illud ſi non uixerint debent interpretari ſi non uixerint tempore mortis Petripauli, Tùm
1 quia una † pars teſtamenti declarat aliam: Tum
2 quia natura aduerſatiuæ † eſt repetere qualitates præcedentis caſus, cui aduerſatur Baldus in l. omnes populi numero 20. uerſiculo item unum caput ſtatuti, Alex. l. ſi filius à patre numero 6. de liber. & poſthum. & in terminis ſubſtitutionis factæ per iſta uerba ſi autem non ſuperuiueret ex Corn. quem allegat, trad. Socc. Iun. conſil. 83. nu. 15. lib. primo, Vnde cum tempore mortis Petripauli uiuerent Ruffinus & Laurentius deficit
3 † conditio ſub qua liberi eorum erant uocati, & per conſequens etiam ſubſtitutio liberorum l. prima §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de cadu. tollen. & in his terminis ſcribit Dec. conſilio 420. numero 20. Soc. Iuni. conſilio 80. numero 39. lib. ſecundo, neque iure dici poteſt propter uerbum illud ſi non uixerint liberos Ruffini & Laurentij eſſe ſubſtitutos per fideicommiſſum eorum parentibus: nam uerba illa ſi non uixerint ſunt duntaxat appoſita ſubſtitutioni factæ Petropaulo, & tempore mortis Petripauli conditio illa uel deficit uel exiſtit, neque tractum aliquem temporis poſt mortem Petripauli, & admiſſos Ruffinum & Laurentium continēt, & hoc comprobant: quæ ſcripſit Anchar. conſilio 236. qui in caſu quo deficientibus omnibus filijs inſtitutis ſubſtitutus erat Benedictus, & ſi Benedictus non ueniret neque ex eo extarent filij ſubſtituti erant pauperes Chriſti defendit uerba illa ſi non uiueret intelligi tempore mortis filiorum teſtatoris, & ideo ſi Benedictus uiuat, & ad hæreditatem admittatur non cenſetur grauatus aliquo fideicommiſſo, & quæ ſcripſit Abb. conſilio 40. lib. primo, qui in caſu quo teſtator deficiētibus omnibus

nibus eius descendentibus substituerat Federicum, & si dicto tempore non extabit, eius filios, & casu quo Federicus & eius filij non extarent substituerat Leonellum: Respondit quòd si Federicus adiuit hæreditatem licèt deinde sine filijs decedat non posse Leonellum aliquo iure admitti, & quæ latè adducit Soci.Iun.dicto consilio.180. lib.secundo,qui in casu quo testator instituta uxore substituerat Catherinam & ea non superstite eius filios defendit uerba illa non superstite intelligi tempore mortis uxoris, & ideo Catherina superstite tempore mortis euanescere substitutionem de filijs Catherinæ factam: Vnde liberi Ruffini & Laurentij per ea uerba si non uixerint non possunt dici eorum parentibus substituti nisi uulgariter & in casu impotentiæ idest quo parentes non uiuant, & sic non possint succedere, quæ
4 uulgaris † substitutio potest fieri etiam in fideicommissis l.ut hæredibus de leg.secundo, & in re præsenti liberi quo ad eorum parentes dicerentur uulgariter substituti, sed quo ad Petrumpaulum dicerentur substituti per fideicommissum ut docet Castren.In l.sceuola ad Trebell. Quòd si etiam testatrix, quandocunque decederent Ruffinus & Laurentius substituisset eorum liberos masculos, tamen liberi essent quidem substituti Ruffino & Laurentio per fideicommissum, sed inter ipsos liberos non cẽseretur facta aliqua substitutio fideicommissaria, cum inter eos non adsit aliquod uerbum importans tractum temporis & quamuis uerbum liberos collectiuum operetur ut liberi censerentur uocati ordine successiuo, tamen id intelligitur per uulgarem idest ut primis liberis nolentibus uel non ualentibus succedere, sequentes admittãtur non autem ut postquam priores successerunt censeantur grauati restituere eorum parentibus,ut con.Castren.& communis opinio quam tenuerunt Comen.in l.gallus §. quidam rectè numero septimo uersiculo item cum testator filio Socc.consilio 113.lib.primo consil.104.lib.tertio quamuis in dicto §.quidam rectè reliquerit cogitandum Dec.consi.205. consilio 253.291.Rip.in l.hæredes mei §.fin.numero 9.ad trebell.Apostill.ad consilium Alex.24. numero 5.lib.tertio qui loquitur in substitutione facta de fratre & eius liberis: quod etiam sensit Alex. consilio 105.numero 3.lib. primo consilio 185.numero 24.uersicu.præthereà lib.secundo, & hanc esse communem omnium sententiam inquit Soc.Iun.consilio.180.numero 52.lib.secundo eandem sequitur Ruyn.consilio 92.ubi loquitur in casu quo testator instituerat filios, & post eorum mortem substituerat descendentes masculos ex eis, & consilio.99. numero 6.consil.100. numero tertio lib.secundo qui loquitur in casu quo testator terrena quædam peruenire ad nominatos eorumque filios & descendentes masculos institutos Alciat.consilio 201.numero 8.Alben. consilio 29.& hi tantum liberi censerentur uocati qui essent in rerum natura tẽpore mortis Ruffini & Laurentij d.l.interuenit,& latè ostẽdit Alex. consil.13.nu.4.& consil.14.nu.5.& 6.lib.4.& aliquibus liberis succedentibus sequentes essent exclusi Alex. d. consil.13.nu.7.& 9.Ruyn.d.consil. 92.& 10.præter id quòd uerba ille ipsis præmortuis sunt ablatiui absoluti quemadmodũ ẽt sunt in præcedenti parte ibi ipsis uel altero eorum mihi
5 præmortuis, nam præcedentia † recipiunt interpretationem à sequentibus,& una pars testam. clara declarat aliam dubiam & sunt interpretanda idest mortuis ante diem fideicõm.cedentẽ & sic ante Petrumpaulum, cui substituti fuerant ut in terminis similibus scribit Alex.consil.170.lib. 5.Ruyn.consil.102.nu.5.& 6.lib.5.& in fortiori casu defendit Soc. Iun.d.consi.180.nu.38.lib.2. ubi in casu quo testator instituta uxore post mortem uxoris substituerat Catherinam, & ea non superstite eius filios defendit Soc. filios Catherinæ non censeri substitutos Catherinæ per fideicommissum, sed duntaxat uxori in casu quo Catherina non uiueret tempore mortis uxoris, cuius sententia facilius in re præsenti procedere debet, in qua testator non dixit ipsis mortuis sed ipsis præmortuis, quæ dictio prædenotat antecedentiam idest quòd mortui sint ante illam cui erant substituti, aliter enim præcedentiã non potest denotare, præter id ꝙ & si dictum fuisset ipsis præmortuis id intelligi deberet ante Petrumpaulum uel adeptam eius hæreditatem ꝙ ultra adducta per Soc.Iun.in d.consil.confirmatur per text.in l.hæredes mei §.fin.ad trebell. ubi uerba illa deficiente gradu nepotum interpretantur idest si deficiãt nepotes anteq̃ fuerint admissi, idem suadet text. in l.Titius & Seius de hæred.instit.ubi uerba illa altero mortuo intelliguntur mortuo.s.ante testatorem uel adeptam hæreditatem, & propter hoc solent notarij instrumentis addere uerbũ quandocunque accedat ꝙ testator in his uerbis & eidem sic decedenti &c.non uoluit facere nouam substitutionẽ, sed clarius exprimere præcedentẽ: Ideoq; sicuti uerba illa si non uixerint intelligenda sunt idest si non uixerint tpe mortis Petripauli, ita & illa uerba ipsis præmortuis sunt interpretãda idest præmortuis ante Petrumpaulũ. Ad hæc cũ testator in sequẽti substitutione facta Laurẽtio & Ruffino non substituerit per fideicõm.liberos parentibus, non ẽt præsumendũ ꝙ id uoluerit facere in substitutione facta Petropaulo: cũ in cæteris inter eos & eorũ liberos seruauerit æqualitatẽ. Quò uero ad substitutionem factam Laurentio & Ruffino illa uerba siue eorũ liberi operantur quidem ut liberi sint per fideicõm.substituti Ruffino aut Laurentio, & censeantur uocati ordine successiuo, sed quò ad eorum parentes in casum uulgaris tm̃.i.ubi parentes nollent uel non possent succedere, non aũt ut parentes censeantur grauati restituere illis l.cũ pater §.pen.de leg.2.l.peto.§.fin. ad treb.Soc.cõsi.113.lib.1.Rip.d.§.fin.num.9.

CASVS LXIII.

¶ Antonius in eius testamento institutis filijs hæredibus prohibuit bona alienari extra descendentes suos, quia uolebat ea perpetuò conseruari in eius posteris, & alienantes priuauit. Iulius filius Antonij alienauit cõtra prohibitionem testatoris,

ſtatoris, defuncto Iulio, Antonius Iulij filius adi
uit hæreditatem patris neq; inuentariũ confecit.
§ Quæritur an poſſit uigore teſtamenti auiti re
uocare alienata à patre ultra legitimam eius.

S V M M A R I V M.

1 *Alenas rem prohibitam alienari ipſe non poteſt re-
uocare.*
2 *Alienationem reuocare quando licet.*
3 *Actio quæ detur contra eum qui emit rem prohi-
bitam alienari.*
4 *Actio in rem requirit dominium in agente.*
5 *Emens bona fide rem alteri relictum in caſu euictio-
nis agit ad intereſſe contra uenditorem.*
6 *Alienatio in præiudicium fideicommiſſi non ualet.*
7 *Alienans rem ſubiectam fideicommiſſo perſonaliter
obligatur.*
8 *Filios hæredes eius qui alienauit rem prohibitam
alienari non poſſe reuocare alienationem & nume-
ro.9.ac.13.*
10 *Alienatio feudi ualet in præiudicium uendentis.*
11 *Factam illius quis impugnare non poteſt ex qua per
ſona lucrum ſentit.*
12 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti limita
tur num.14.*
15 *Filio & patrono quando licet reuocare alienata à
patre & liberto & 16.*

THomas Gram. deciſi.93. in ſimili
quæſtione aſſeruit alienationẽ eſſe
inualidam, & poſſe ab alienante
& eius hærede reuocari, Quod
ego minimè uerum eſſe credide-
1 rim: Nam quo ad eum, † qui alienauit obſtat,
quia alienatio non uidetur inualida quo ad ip-
ſum l.quotiens. t.C.de fideicõm.l.nihil §.omni-
bus de leg.1. Cumque huiuſmodi alienatio non
poſſit infringi ſi omnes uocati in caſu alienatio-
nis uendiderint uel uenditioni conſenſerint d.l.
quotiens d.§.omnibus in fin.ſequitur neceſſariò
quòd alienans non poteſt alienata reuore. Quod
etiam probat text.in l.cum pater §.libertis de leg.
2.ubi is, qui alienauit partem ſuam rei prohibi-
tæ alienari, non poteſt reuocare partem alienatam
per alios, quia alienando perdidit partem ſuam,
ex quo inferri uidetur quòd longe minus poſſit
reuocare partem, quam ipſe alienauit, arg.au-
cten.multo magis C.de ſacroſan.eccle. & licèt is
qui alienauit contra prohibitionem legis admitta
tur quandoque ad reuocandum ut in l.iubemus
C.de ſacroſan.eccle.tamen rationes quibus in eo
caſu mouentur Docto. rei præſenti non conue-
niunt, etenim dici non poteſt alienationem reuo
2 cari fauore † publicæ utilitatis, propter quam
Bartholus in d.§ ſanè numero 6.aſſeruit licere ue
nire contra alienationem à ſe factam neque etiam
poteſt fieri reuocatio nomine eccleſiæ uel alio
quàm proprio ipſius alienationis, nec pariter di-
ci poteſt nullum ius acquiſitum emptori ſaltem
quo ad alienationem ut dictum fuit ſupra, quas
duas rationes conſiderauit Baldus in dicto §.ſanè
numero primo uerſic.4.&c. Præterea contra eum
3 † qui emit rem prohibitam alienari non poteſt
dari alia actio quam rei uendicatio l.fin.§.ſed quia
noſtra C.comm.de lega. Cumque alienans alienan
do perdat partem, quam alienauit dicto §.liber-
tis, In caſuque Gramm. & præſenti teſtator priua
uerit alienantes dominio bonorum, non poteſt
4 alienanti competere actio in rem, † quæ requirit
dominium in agente l.in rem.de rei uendic. Neq;
mouet me id, quod dixit Caſtren.in l.fin.§.ſed
quia noſtra numero ſecundo C.commun.de leg.
dum uult in eo textu.uenditionem non ualere in
præiudicium uendentis ut teneatur ad intereſſe,
etenim Caſtren.dictum ſuum neque lege neque
ratione probat, & contra illud eſt textu.in ea l.§.
5 fin.uerſicu.fin.ubi emens † bona fide rem purè
uel ſub conditione relictam alteri in caſu euictio
nis agit ad intereſſe contra uenditionem, & quod
dixerunt Angel.in l.cum uir numero 4.Caſtren.
numero 4.de uſucap.ſi maritus uendat fundum
dotale, quem lex prohibet alienari l.lex Iulia &
per totum titulum de fun.dot.uenditionem uale-
re in præiudicium mariti, cumque obligari ad tra
dendum & de euictione ſi uenditor fuit ignorans
idem etiam ſuadet text.in dicto §.ſed quia noſtra,
in eo enim poſtquàm Imperator dixerat nõn lice-
re hæredi alienare ea, quæ purè uel in diem cer-
tam ſunt relicta alteri aſſignat rationem, quia ſa-
tis abſurdum & irrationabile eſt rem, quam in
ſuis bonis purè non poſſidet, eam poſſe ad alios
transferre, Quæ ratio non infert ut uenditio non
ualeat in præiudicium uendentis, adeo quòd non
teneatur ad intereſſe, Etenim illa procedit in qua
libet re aliena quæ uenditur, cuius tamen uen-
ditio ualet in præiudicium uendentis, & uendens
tenetur ad intereſſe. Præterea textu.in uerſicu.
quòd ſimiliter æquiparat alienationem rei puræ
uel in diem certam relictæ, & rei ſub conditione
legatæ poſt exiſtentem conditionem legati, & ta-
men in ſecundo caſu non eſt dubium re euicta
uenditorem teneri ad intereſſe, & textu.in dicto
6 §.ſed quia noſtra uult alienationem † non ualere
in præiudicium fideicommiſſi, quia per eam non
transfertur dominium, & fideicommiſſa.non ob
ſtante alienatione poteſt uendicare rem ſibi reli-
ctam non autem uult contractum ipſum aliena-
tionis eſſe nullum tamquam factum contra le-
gem adeo quòd ex eo non oriatur actio perſona-
7 lis, immò alienans † obligatur perſonaliter Bald.
ibi circa fi.& quamuis textu.in ea l.§.emptor &c.
uelit emptorem ſcientem poſſe agere duntaxat ad
prætij reſtitutionem, ex eo tamen inferri non po
teſt ad omnes alienationes rerum ſuppoſitarum
reſtitutioni, præter id quòd & ſi in eo caſu em-
ptor ſciens agere poſſit duntaxat ad prætium re
euicta non tamen inde ſequitur ut uendens poſſit
alienationem reuocare, etenim pactum quòd uen
ditor non teneatur de euictione patitur exceptio
nem uenditori conuento ob rem euictam non au
tem actionem ad reuocandum alienationem l.
emptorem §.primo de actio.emp.l.ſi fundũ ſciens
C.de euictio l.ſi fratres C.comm.utr.iud. Quò
uerò ad hæredem alienantis contra Gramm.ultra
textu.in l.cum à matre C.de rei uend.& cõcord.
eſt tex.

est tex.in l.filiusfam.§.cum pater de leg. 1.ubi tex. dum uult filios exhæredatos à patre qui alienauit fundum contra prohibitionem testatoris posse petere fideicommissum,& sic renocare alienationem : uelle etiam uidetur, quòd filii instituti id facere non possint, & glo. ibi in uerbo exhæredatos,Bal.Ang.& Castr. expressè dicunt filios hæ-
8 redes eius,qui alienauit, non posse reuocare alienationem in casu illius tex.quo pater filio hærede instituto fideicommiserat ne fundum alienaret,& ut in familia relinqueret: idem probat tex.in lege unum ex familia.§.sed si uno deleg.2.& idem scripsit Rip.in l.filiusfam.§.diui,num. 116.de leg. 1. uersic.sed ego dubito &c. Ad hæc si dominus rei uenditæ succedat uenditori confirmatur uenditio indistinctè quantum ad effectum excipiendi,si hæres non confecit inuentarium, Castrens. d. l. cum uir,numero 8. uersiculo 2.casu,quantum ad effectum &c.Bald.in dicta l.cum à matre in 2. notab. Præterea feudum à lege prohibetur alienari, & si alienetur absque consensu domini alienatio est inualida,& alienans feudum amittit, cap. imperialem in principio de prohibit.alien.per Feder. & si alienetur cum domini consensu alienatio non ualet non consentientibus agnatis.Ad quos feudum quandoque est reuersurum in titulo de alien. feu. pater.in princ.& tamen Bald.nu.14.& 20. Aluar. & præpo.in §.hoc quoque de success.feud. scripse-
9 runt factum † patris feudum illegitimè alienantis nocere filio si patris sit hæres,& Isern. Aluarot. & præp.in cap.1.de alien.feud.pater. dixerunt agnatos,qui non consenserunt alienationi feudi antiqui debiti eis ex pacto,& prouidentia concedentis si alienantis sint hæredes non posse feudum alienatum reuocare,& Afflict.in cap.1.numero 4. an agn.uel fil.inquit filium hæredem patris non posse contrauenire gestis per patrem in feudo ex pacto,& prouidentia nisi conficiat inuentarium, quod etiam asseuerunt Alexand.consilio 124. libro 4.Dec.consilio 185.cur Iun.tractat. feud.in 4. par.num.110.Ruyn.consilio 25.num.10.libro 2.
10 † Alienatio enim feudi ualet in præiudicium uendentis,& ex illa oritur actio ex contractu Bald. in dicto cap. imperialem in fin.princ. Quinimmò & si uenditor non teneatur de euictione, ut quia id sit conuentum,uel quia emptor sciebat rem esse alienam,hæres tamen non potest etiam ex proprio iure reuocare alienata per defunctum, licet enim tunc non repellatur exceptione illa quem de euictione tenet actio,&c. repellitur tamen alia
11 scilicet ex qua † persona quis lucrum sentit eius factum impugnare non potest,Bald.in d. l. cum à matre, num.2.& num.7.Castren.in l.fin.§.in computatione,nu.9.uersic.Tertius casus &c.C.de iur.
12 delib.& alia, scilicet hæres † non potest improbare factum defuncti. Castr.in d.l.cum à matre, nu. 3. limitationes autem quæ per Gramm.in d.decis. dantur ad prædictam conclusionem,scilicet hæredem non posse impugnare gesta per defunctum partim non sunt ueræ,partim ad rem nõ faciunt. Quarta enim & quinta ubi generaliter intelligantur,& eo modo quo intelligere uidentur,Iason.in consilio infra allegañ. & Grammat.in d.decis. nul lo iure tueri possunt contra eas pugnat tex. in l. si cum dotem.§.si pater solu.matr.ubi si pater exigat dotem filiæ,filia si patris sit hæres dotem exigere, & gestis à patre contrauenire impeditur,& tex.uidetur uelle ut id procedat etiam quòd filia non percipiat tantum ex hæreditate quantum erat in dote,quam pater filiæ relinquere tenebatur. Item cõtra eas pugnat id,quod subtiliter disputat Bald.in d.l.cum à matre,num.3.usque ad numerum 5.& id, quod dixere glos. Bart.Castr. & posteriores in
13 d.§.in computatione si pater alienet† bona aduentitia filii, & quæ filio relinquere tenebatur filium hæredem absque inuentario non posse renocare alienationem, & quod supra diximus de agnatis, quòd si alienantis sint hæredes absque inuentario non possunt contrauenire alienationi feudi ex pacto,& prouidentia,quòd defunctus agnatis hæredibus relinquere tenebatur. Et quamuis Bart.& Ang.in l.si pater.c.de inoff.donat.per illum tex. dixerint hæredem non posse contrauenire facto defuncti quando non habet totum id, quod defunctus illi relinquere tenebatur,& Bartol.in l.2.C.si quid in frau.patr.numero sexto dixerit hæredem non posse uenire contra factum defuncti, nisi fa-
14 ctum † sit in fraudem ipsius hæredis, uel & melius id esse uerum in eo hærede,qui ex hæreditate dicitur lucrari: secus in eo, cui hæreditas erat debita,tamen quo ad tex.in d.l.si pater illa non uidetur probare dictum Bart. nam quatenus loquitur de donatione facta filio in potestate,illa fuit inualida etiam quo ad præiudicium donatoris qui eã poterat reuocare in totum.l.donationes quas parentes.C.de dona.inter uir.& uxorem: vnde cum donatio esset inualida,&donator posset eam reuocare, & quatenus excedit legitimam debitam alteri filio non esset confirmata morte: Nil mirum si filius hæres contrauenit donationi, cui & defunctus poterat contrauenire,quatenus uero text. loquitur de donatione facta filio emancipato,quæ à principio ualuit,filius eam reuocat remedio inofficiosæ donationis non tanquam hæres.Quò uerò ad tex.in d.l.2.C.siquid in frau.pat.ratio illius tex. uidetur ea quam ponit Iurecõs.in l.si patronus.§. patronum,& §.seq.si quid in fraud.patr.glos.in d. l.si patronus,scilicet quia patronus in eo casu bo. poss.con.tab.petere nõ potest, nam ubi petere potest bon.poss.con.tab.si adeat hæreditatem liberti non potest reuocare alienata per libertum, d. l. si
15 patronus in princ. Præterea filio † & patrono nõ permittitur indistinctè reuocare alienata à patre, uel liberto, sed filio donata duntaxat in diminutione legitimæ,& liberto solum quatenus alienatio est in præiudicium legitimę portionis,d.l.si pater,dicta lege secunda. Ideoque id non debet trahi ad exemplum adeo ut fiat generalis regula.Qua de re Baldus in dicta lege si pater, & in dicta lege secunda sequi non uoluit dictum Bartoli, sed ipse in dicta lege secunda,numero secundo, & in dicta lege si pater, numero nono,& Castren.nu.3. assignant aliam rationem ad illos text.s. quia obligatio ex contractu,de quo in his text. non transit contra filium, aut patronum, quàm Baldum, & Castrens. sententia comprobari uidetur ex ꝓximè dictis.

dictis. Quamobrem ſententia Bart. ut poſſit de iure procedere omnino eſt reſtringēda ad terminos in quibus loquitur, ſcilicet in ſucceſſore in legitima, & ſic in ſuccedente in eo tantùm, quòd defunctus tenebatur ei relinquere, & quando filius contrauenit donationi per quam diminuta eſt eius legitima, & libertus contrauenit contractibus factis in præiudicium eius portionis, quam libertus tenebatur ei relinquere, & in caſibus expreſſis à iure non autem debet extendi ad hæredem uniuerſalem ſuccedentem in omnibus bonis, neque ad alios caſus quæ in reuocatione donationis per quam diminuta eſt legitima filii, & reuocatione alienationis factæ ad priuandum patronum portione quæ ei debebatur in bonis liberti: etenim in ſucceſſore omnium bonorum non militat ratio quam ponit Bald. in dicta lege ſi pater, & dicta lege 2. neque ea, quam ponit in dicto §. in computatione, neque etiam id, quod dicit Bart. in dicta lege 2. numero 6. & 7. & quamuis filius eſſet hæres duntaxat in legitima non poſſet tamen alienationi factæ à patre de bonis ipſius filii contrauenire pro concurrenti portione legitimæ, gloſ. in dicta lege cum à matre quam ſequuti fuerunt communiter Doct. in dicto §. in computatione reprobantes, gloſ. ibi: Quo ſtante dictum Bart. non faceret ad caſum, ad quem illum allegat, Iaſ. conſil. 64. libro tertio, columna tertia, uerſiculo nec obſtat, & conſilio 160. in fine, libro quarto, non etiã faceret ad caſum quo loquitur Grammat. neque id ad quod inducit Caſtrenſ. conſil. 448. lib. 2. & in caſibus quibus conſuluit Iaſon. & quo loquitur Gramm. ſi filius non uoluiſſet eſſe hæres, ſed
16 † ſuccedere ſolùm in his, quæ defunctus tenebatur ei relinquere ex teſtamentis, uel inueſtituris maiorum, potuiſſet abſque dubio reuocare ex iure proprio alienata à patre. Ang. quoque in d. l. 2. uult eum, qui eſt hæres titulo non lucratiuo poſſe ita demum impugnare geſta per defunctum ſi cõfecit inuentarium aliàs ſecus quod ſi uerum eſt dicta Bart. nihil prorſus Iaſ. & Gramm. inſeruirent. Prima autem, ſecunda, & tertia limitatio Gramm. ad rem præſentem non faciunt cum alienatio ſit ualida in præiudicium uenditoris, ut ſupra fuit dictum: & alienans obligetur perſonaliter. Bal. d. l. fi. §. fi. c. fi. & hẽs non confecerit inuentarium &c.

CASVS LXIIII.

¶ Bonifacius teſtamento ita diſpoſuit &c. Inſtituo hæredes meos uniuerſales Annibalem, Iulium, & Raynaldum filios meos maſculos; Luciam & Catherinam filias meas inſtituo in mille ſcutis, quibus uolo, quamlibet earum eſſe tacitam & contentam pro omni eo & toto &c. Et ſi aliqua ex dictis filiabus decedat ante matrimoniũ carnale uel ſpirituale illi & illis ſic decedẽti ſubſtituo dictos filios meos maſculos & eorum ac cuiuſlibet eorum filios legitimos & naturales. Item uolo quòd ſi quis ex dictis filiis meis maſculis deceſſerit abſque filiis legitimis & naturalibus quòd alius uel alii filii mei maſculi, & eorum ac cuiuſlibet eorum filii legitimi & naturales ſuccedant &c. Defuncto Bonifacio prædicti tres filii maſculi inter ſe bona paterna diuiſerunt, deinde poſt nonnullos annos Annibal deceſſit relicta unica filia pupilla. Iulius & Raynaldus mouerunt litem contra eam, petendo uigore dicti teſtamenti portionem bonorum Bonifacii obuentam Annibali deductis deducendis quaſi purificata ſit in Annibale conditio illa, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus: Opponit tutrix pupillæ dictam conditionem defeciſſe, ideoque pupillam abſoluendam. ¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Pater illo non dicitur ſine liberis cui unus filius, uel filia eſt.*
2 *Maſculinum complectitur fœmininum. num. 6. & 7. limit. ſecundum aliquos.*
3 *Filiæ comprehenduntur ſub nomine filiorum in teſtamentis.*
4 *In legatis fit ſtricta interpretatio.*
5 *Idem quo ad effectus iuris ui detur eſſe, quòd quid ſit ex proprietate uerbi, uel ex interpretatione, aut ex tenſione legis ſcriptæ.*
8 *Hæreditas aui deſiit eſſe poſt aditam hæreditatem, et incipit eſſe patrimonium filij.*
9 *Proximior quãdo eſt excluſus, & alter admiſſus non eſt inconueniens, quòd remotior teſtatori, ſed proximior illi quòd eſt admiſſus ſuccedat & nu. 10*
11 *Argumentari non licet ab excluſione filiæ ad excluſionem neptis.*
12 *Filia ſi ſit inſtituta in certa quantitate, filius in uniuerſo filia filij non prohibetur ſuccedere patri.*
13 *Coniectura quæ ſumitur ab excluſione filiæ non ſufficit ad excluſionem neptis.*
14 *Teſtamenti profunt dederat aliam.*
15 *Arguere à ratione conſeruãdi bona in familia ad excluſionem neptis, quando non licet arguere.*
16 *Argumentum à ſtatuto ad teſtatore ad neptis excluſionem non ualet.*

SI iura, & leges ſcriptas attendamus, res uidetur clara pro nepte: pro qua uidetur caſus in l. non eſt ſine liberis de uerb. ſignif. ubi non
1 dicitur † eſſe ſine liberis, cui unus filius filiavè eſt, & in l. hæredibus. §. fin. ad trebell. ubi fideicommiſſum relictum à filia ſub conditione ſi deceſſiſſet ſine liberis non debetur ſi filia decedens relinquat filiam, & in l. 1. C. de cond. inſer. in lege iubemus in princ. iuncto §. fin autem ad trebell. ubi conditio ſi deceſſerit ſine liberis deficit relicto nepote ex filia, & in lege Lucius. §. fin. de leg. ſecundo, ubi ad fideicommiſſum à legatariis relictum filiis ipſorum admittitur filià, & in lege quiſquis de uerb. ſignific. ubi in inſtitutione uel ſubſtitutione ea uerba quiſquis mihi filius aut filii etiam filiam continent, & in lege cum Auus de conditione & demonſtratione in lege generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutione & ſubſtitutione ubi ſi filius uel alius deſcendens ſit grauatus reſtituere, ſi deceſſerit uel poſt mortem ſubintelligitur alia conditio. ſ. ſine liberis,

quæ

quæ conditio subintellecta euanescit si grauatus decedat cum filiis, uel filiabus nepotibus, aut nepribus, dicto §. cum autem, lege cum acutissimi .C. de fideicommissis. Idque procedit etiam si testator substituerit unum ex filiis. Baldus dicta lege cum acutissimi, numero quinto per tex. in dicta lege cum auus, & uerba illa sine filiis quæ tacitè insunt expressa non debent aliter interpretari quàm modo quo inerant, lege tertia de legat. primo, l. conditiones quæ extrinsecus. l. si Titio. §. quædam de conditione, & demonstratione. Quòd si rationes legum consideremus, erit pariter pro nepte iudicandum. Etenim masculinum
2 † complectitur fœmininum, lege prima, lege pronunciatio in principio, lege iusta de uerborum si-
3 gnificatione, & in testamentis † sub nomine filiorum comprehenduntur filiæ, dicta lege quisquis, lege si quis ita dixerit de testam. tutel. lege si ita scriptum sit de legat. secundo, etiam in legatis, lege qui duos, lege seruis legatis de legatis tertio.
4 In † quibus fuit stricta interpretatio, lege nummis de legatis tertio. Et quamuis dici posset id esse ex interpretatione iuris dicta lege iusta, uel per extensionem legis, dicta lege pronunciatio, in uersiculo porrigitur non ex proprietate uerbi. Bart. in dicta lege prima de uerborum significatione.
5 Tamen idem † quo ad effectus iuris uidetur esse, quòd quid sit ex proprietate uerbi, uel ex interpretatione, aut extensione legis scriptæ. Nam quòd per interpretationem, lege scriptæ, aut extensionem cauetur, lege ipsa caueri uidetur, lege & ideo, & ibi glos. de legibus, & quòd per præsumptiones legis probatur, perinde est ac si per liquidissimas probationes probaretur glos. in l. si tutor petitus, C. de administrat. tuto. & quod probatur ex coniecturis legum, id est quas lex scripta inducit, uel expresse approbat, dicitur euidenter apparere, lege licèt Imperator de legat. primo, & interpretatio Iureconsul. de qua in lege si is qui ducenta. §. fin. de rebus dub. & alia Imperatoris, de qua in lege penultima. C. de uerborum significatione, & alia de qua in dicta lege generaliter in principio idem operantur in iure, ac si alternatiua in iis casibus haberet propriè uim copulatiuæ, & post interpretationem Pamp. in dicta lege cum auus substitutio facta filio si decesserit perinde habeatur ac si à testatore expressum fuisset sine liberis, & post interpretationem Vulp. ad uerbum sciente positum in edicto prætoris, de quo in lege ait prætor in princ. de his quæ in fraud. cred. idem uidetur quò ad materiam eius edicti, ac si proprietas uerbi id importaret, & post extensionem Imperatoris, de qua in dicta lege cum acutissimi, & dicta lege generaliter. §. cum autem idem est in his ad quos fuit facta extensio quod in filiis, & extensio facta ad constitutionem diui Marci, de qua in lege iam hoc iure de uulg. idem operatur, ac si proprietas uerborum constitutioni id importaret. Præter id, quod textus in dicta lege iusta non dicit, quòd appellatione filii ueniat filia per interpretationem, sed quòd sicut continetur filia ita per interpretationem continetur nepos, & sic uerba illa iusta interpretatione referuntur ad nepotem non ad filiam, immò cum textus ille, & in lege si quis ita de testament. tutell. utantur uerbo contineri, uidetur, quòd id sit ex proprietate. Bartolus in lege cui eorum de infam. Quod etiam suadet textus in dicta lege quisquis ubi in institutionibus, & substitutionibus uerba filius, & filii etiam filias continent. Si uero auctoritatibus scribentium innitamur, receptior Doctor. sententia uidetur pro nepte, pro qua respondit Alexander consilio 38. libro sexto, Corneus consilio 230. libro tertio. Socynus consilio 182. libro secundo ubi loquitur etiam stante statuto excludente neptem à successione, Curtius senior. consilio 44. & consilio 63. Iason. consilio 42. libro secundo, Ludouicus Bologn. inter consil. Alexand. 52. libro quarto. Curtius iunior. consilio 49. & consilio 163. numero decimo. Ruynus consilio 93. numero 16. libro secundo. Apostill. ad dictum consilium. Alexand. 52. libro quarto, & consilio 38. libro sexto, qui dicit Fulg. & alios qui contra neptem consuluerunt pessime loquutos contra quos etiã esse commu nem opinionem ostendit Curtius senior. dicto consilio 63. numero 15. uersiculo postremo. Neque mouent me ea, quæ in uariis consiliis adduxerunt hi, qui contra neptem consuluerunt, Castrens. Fulg. Andreas Sicul. inter consil. Alexand. Socyn. iunior. consilio 168. libro secun-
6 do. Et primo, quòd in materia † differenti masculinum non concipiat fœmininum, idemque ubi testator discretè loquitur de masculis, & fœminis. Baldus in lege in multis de statut. hominum: & ubi testator filios masculos hæredes instituit, fœminas autem in dotibus, seu certa quantitate rem uersari in materia differenti testatoremque discrete disponere de masculis & fœminis: Etenim respondetur ex hoc inter nepotes, & neptes ex filio rationem aliquam differentiæ non posse reddi maximè in re præsenti. Quamuis enim testator fecerit differentiam inter filios & filias ipsius, non tamen fecit illam inter filios & filias filiorum institutorum, & ratio illa, quòd expressum facit cessare tacitum, & quòd masculinum non concipit fœmininum, ubi testator discretæ loquitur de masculis ex fœminis procedit, quòd ea quæ fuerunt discretè expressa, ut in præsenti casu filii, & filiæ testatoris, & in his terminis loquitur Baldus in lege in multis, & legibus quas ipse allegat; scilicet in lege si ita scriptum de liberis, & posthumis in lege clemens patronus de hæreditate instituen. Iason. in lege si quis id quod, numero tertiodecimo de iurisdictione omnium iudicum. Curtius senior. consilio 51. numero duodecimo. Non etiam obstat, quòd ubi constat de morte
7 † defuncti sub masculino non continentur fœmininum, lege Lucius. §. quæsitum, de legatis tertio, & de uoluntate testatoris. In re præsenti, q. s. uoluerit uerba illa nullis relictis filiis non comprehendere fœm. & restringi ad masc. constare ex eo, quòd proprias filias exclusit, cum non sit uerisimile testatorem plus dilexisse neptes, quàm filias, lege si uiua matre .C. de bon. mater. Nam respondetur ubi etiam per superexistentiam ne-

ptis dicatur defecta conditio, ſi filius deceſſerit ſine filiis non tamen ſequitur ex eo, quòd teſtator plus dilexerit neptes, quàm filias: Etenim per ea uerba ſi filius deceſſerit ſine filiis, nepotes ex filio non cenſentur uocati ex teſtamento, ſecundum receptiſſimam ſententiam gloſſ. in lege Lucius de hæreditate inſtituenda. Ideoque non poteſt dici neptes, quæ non ſunt uocatæ ex teſtamento fuiſſe magis dilectas, quàm filiæ, quibus in teſtamento certa quantitas fuit relicta. Quod ſi diceretur conſiderandum eſſe id, quod poteſt euenire, quia, ſcilicet bona poterant peruenire ad neptes percuſſionem ex teſtamento uel ab inteſtato filii; replicatur poſſe etiam euenire quòd bona perueniunt ad extraneum ex teſtamento filii, etiam ubi is relinquerat filios maſculos, d. l. 1. C. de cond. inſeri. Cum hi non dicantur ſubſtituti, gloſ. dicta lege Lucius, & tamen nemo dixerit teſtatorem magis dilexiſſe extraneum quàm filios maſculos filiorum & bona teſtatoris eo caſu non dicuntur deuenire ad neptes ex facto teſtatoris, ſed ex facto patris; qui uel expreſſè ei reliquit in teſtamento uel tacitè decedens inteſtatus. l. conſiciuntur de in. cod. & dicitur habere ex perſona patris, in cuius locum ſuccedit non ex perſona aui, & tanquam bona patris non tanquam bona aui:

8 Nam poſt aditam † per filium hæreditatem deſijt eſſe hæreditas aui, & incepit eſſe patrimonium filii, gloſſa in lege prima §. ueteres de acquir. poſſ. Quod etiam conſiderauit Alexand. conſilio 38. numero 11. libro ſexto, & Cur. Sen. in conſilio 44. numero 20. uerſiculo ſexto & c. numero 21. & ratio ex aduerſo allegata procedere uidetur ſolùm quando agitur de ſucceſſione unius, quo caſu non conuenit quòd remotior ſit melioris conditionis quàm proximior, & ideo ubi ad ſucceſſionem defuncti concurrerent filia & neptis ex filio præmortuo non eſſet conueniens quòd neptis eſſet melioris conditionis quàm filia, ut in caſu ſtatuti quòd exiſtentibus maſculis filia non ſuccedat contra Bald. tradduntur Fulg. Alexand. & Iaſon. in lege ſecunda. C. de in

9 ius uocan. Sed quando † proximior eſt excluſus à ſucceſſione ex diſpoſitione, uel teſtatoris, & alter admiſſus non eſt inconueniens, quòd remotior teſtatori, ſed proximior illi, qui eſt admiſſus ſuccedat, argumento lege ſecunda, §. ſed ſi ſunt ſui & eorum quæ ibi not. Bart. ad Tertull. Ideo ratio ex aduerſo allegata procedere uidetur, quando perſona remotior coniungitur defuncto per perſonam excluſam, ut in filiis filiarum excluſarum, ut in non diſſimili, quæſtio, diſtinguunt. Caſtrenſes numero octauo, & numero nono, & Alexander numero ſeptimo, in lege illam. C. de collatione. & in his terminis loquitur textus in lege ſi uiua matre, quæ uult nepotem ex filio præmortuo eſſe non debere melioris conditionis in bonis auiæ, de quibus tractat, quam foret filius ſi uiueret, & Baldus in lege maximum uitium, numero ſecundo. C. de libe. præter. ubi concludit excluſa filia à ſtatuto propter maſculos cenſeri excluſam neptem ex ea, uerùm in re præſenti quo ad filium agitur de hæreditate teſtatoris, cui ipſe nollet ſuccedere iure fideicommiſſi; Quo uero ad neptem teſtatoris, & filiam defuncti agitur non de hæreditate teſtatoris, ſed de hæreditate filii teſtatoris, & patris ipſius neptis, cui ipſa ſuccedit ex teſtamento, uel ab inteſtato. In qua hæreditate ipſa non dicitur concurrere cum patruo, uel amita, cum filia præferatur fratri, & ſorori, & quo ad patrem neptis, per quem ipſa coniungitur teſtatori, & ſi defecta dicatur conditio ſubſtitutionis, non tamen neptis diceretur melioris conditionis, quàm filia teſtatoris. Tum quia cum mortuo teſtatore, & deinde filio patre neptis, quo ad neptem agatur de hæreditate non aui, ſed patris, non dicitur neptis eo caſu eſſe melioris conditionis, quàm filia in hæreditate aui, & iuris eſt ordinarii, quòd filia ſit melioris conditionis in hæreditate, quàm ſoror; & poſtquam filia eſt ex diſpoſitione teſtatoris excluſa ab eius

10 hæreditate, † & admiſſus filius teſtatoris non eſt inconueniens, quòd filia filii proximior filio, ſed remotior teſtatori ſuccedat, & filia remaneat excluſa, & uidetur caſus in lege qui filium. §. Sabinus ad Trebellianum. Idque non prouenit ex diſpoſitione teſtatoris, qui non uocauit neptem, ſed ex diſpoſitione legis, quæ uocat proximiorem ad hæreditatem filii defuncti, tum quia omni in caſu teſtator in portione relicta filio cenſetur plus dilexiſſe quamcunque filii poſteritatem, quàm cæteros deſcendentes ipſius teſtatoris, dicta lege cum auus, dicta lege cum acutiſſimi. Accedat quod ſubeſſe uidetur ratio, quare teſtator tacitauerit filiam, ſcilicet, ob certam quantitatem illi relictam pro dote, quæ non militat in nepte, cui nihil fuit relictum, & quamuis Socynus iunior. conſilio 168. numero 42. & numero 43. libro ſecundo conetur reſpondere huic rationi, tamen eius reſponſiones nihil ualent, & facile ſubuerti poſſunt, & omni in caſu rei præſenti conuenire non poſſunt. In qua non apparet teſtatorem tacitauiſſe filias magis gratia conſeruandi bona perpetuò in agnatione, quàm ex eo quia illas dotauerat, & licet neptis poſſit dotari, uel ex legitima patris, uel ex bonis ſuppoſitis fideicommiſſo non tamen inferri ob id poteſt, quòd dicatur ab auo dotata, & ab excluſione, ſeu inſtitutione, in certa

11 quantitate filiarum, † inſtitutis filiis maſculis hæredibus argumentari, non licere ad excluſionem neptis ex filio ſuadet textus in dicta lege qui filium. §. Sabinus ad Trebellianum, & ubi id liceret ſequeretur, quòd ubi teſtator ſimpliciter inſtituiſſet filios maſculos hæredes uniuerſales, filias autem fœminas in certa quantitate deſcendentes fœminæ ex maſculis omnes eſſent excluſæ, & prohibitæ ſuccedere patribus eorum. Etenim militat ſemper ratio dicta lege ſi uiua matre, & quod non eſt ueroſimile teſtatorem minus dilexiſſe filiam, quàm neptem. Verùm

12 & ſi filia † ſit inſtituta in certa quantitate, & filius in uniuerſo, tamen filia filii non prohibetur in totum ſuccedere patri, dicto paragrapho Sabinus. Qua de re Caſtrenſem in lege prima.

prima, C. de conditione inserta in fio. attestatur noluisse amplius consulere contra neptem, licet contra eam alias consuluisset, & tacitationem filiarum, quæ sola in re præsenti potest contra neptem allegari non esse coniecturam sufficientem ad efficiendum, ut exclusio substitutionis factæ filio, scilicet si decesserit sine liberis dicatur euenisse etiam quòd filius reliquerit filiam, asseruerunt Alexand. & alii superius allegati, & Socyn. consilio 227. columna fina. uersiculo secundum quod uidebatur libro 2. Decius consilio 287. numero 11. & Doctores, qui contrarium consuluerunt, omnes ferè loquuntur in casibus quibus alia plura concurrebant ultra tacitationem filiarum, præter id, quod neque eorum dicta de iure subsistunt, & Socyn. iunior. consilio 168. libro 2. ubi consuluit contra neptem, fatetur coniecturam

13 † quæ sumitur ab exclusione, siue institutione filiarum in certa quantitate non sufficere ad exclusionem neptis. Non etiam in præsenti casu dici potest uerba illa nullis relictis filiis ex testatoris mente restringeñ. ad masculos, ex eo, quòd testator qui adiecit qualitatem masculinitatis in institutione uniuersali, scilicet instituendo hæredes uniuersales filios masculos, & etiam in substitutione reciproca, scilicet substituendo alios filios masculos, & eorum filios legitimos, &c. Et etiam in substitutione facta filiabus decedentibus ante matrimonium, quibus substituit filios masculos, & eorum

14 filios, cum una † pars testamenti declarat aliam, lege qui filiabus in principio de leg. primo. Nam ex hoc in contrarium argumentantur. Anan. consilio 22. Anchar. consilio 4. Alexander dicto consilio 38. Curt. sen. dicto consilio 63. numero 15. & 16. & latissime Curt. iun. dicto consilio 163. numero 21. uersiculo quia omissis &c. scilicet, quòd si testator uoluisset uerba illa nullis relictis filiis restringi ad masculos, id expressisset, quemadmodum expressit in institutione uniuersali, & reciproca substitutione, & coniecturam prædictam non esse attendendam contra neptem ultra Doctor. præallegatos asseruit Curt. iunior. consil. 49. & 156. Socyn. iunior. consilio 3. numero 42. consilio 29. numero 12. consilio 100. numero 20. libro primo, ubi attestatur id communiter teneri, & consilio 170. numero 29. libro secundo, & latissime consilio 13. libro tertio. Ruyn. consilio 93. numero 16. consilio 152. numero sexto, libro 2.

15 Non etiam † à ratione conseruandi bona in agnatione argumentari potest ad exclusionem neptis, quando ratio prædicta non reperitur expressa à testatore Bart. in lege liberorum, numero 12. de uerborum significat. Baldus in l. si defunctus, numero tertio, C. de success. & legit. Alexand. consilio 97. numero 22. uersiculo, nec obstat ultimum libro secundo. Decius consilio 315. numero sexto, uersiculo præterea, &c. Et licet Baldus in lege maximum uitium, numero septimo uersiculo, sed ista ratio Bartol. &c. refellat dictum Bartolum in dicta lege liberorum quando certa est ratio licet tacita, quia potest argui ex ea tanquam ex finali causa, & tunc est certa, quando sola ipsa potest reddi, cui sententiæ Baldi consonat, quod dixere Gloss. Bald. & Castrens. in lege quamuis. C. de fideicommiss. scilicet ubi unica ratio assignari potest in l. haberi perinde, ac si expressa esset, tamen in dubio non præsumitur, quòd unica tamē ratio possit reddi, & id allegans tenetur probare. Salyc. in lege si serui. C. de noxal. Alexand. in lege si constante in principio, numero quinto, uersic. sed quid si petenti soluto matrimonio. Iason. in auctent. quas actiones, numero 22. uersic. quid erit si unus aduocatus &c. C. de sacrosan. ecclesia, præter id, quod in casu proposito non potest dici testatorem dispósuisse contenta in testamento dūtaxat ratione conseruandi bona in agnatione, aliàs inter descendentes masculos inductum esset perpetuum fideicommissum. Non etiam subsistere uidetur contra neptem argumentatio à statuto ad

16 † testatorem ex eo, quòd statutum excludens filiam existentibus filiis masculis censeatur etiam excludere neptem ex filio, ut contra Bald. scripserunt Fulg. & Alexand. in l. 2. C. de iis nocan. quorum sententia uidetur communiter recepta. Etenim Bald. Castrens. & alii in dicta l. 2. formant, quod in statuto disponente, quòd extantibus filiis masculis filia fœmina non succedat. Qua in re si præsupponamus filium, id est patrem neptis mortuum ante eius patrem in quibus terminis procedunt rationes quas contra Bald. allegant Fulg. & Alexand. in dicta lege secunda, res non facit ad casum nostrum. Si autem præsupponamus auum decessisse superstite filio, & deinde, filium superstite filia ex se tunc argumentum retorquetur, etenim frater filii, & patruus neptis uigore statuti prædicti non excludit neptem, id est filiam fratris à successione patris sui, ut optimè ostendit Iason. in dicta lege secunda, & Curt. senior. dicto consilio 44. numero. Nam cùm non extent filii masculi ex ultimo defuncto, & sic non possit uerificari qualitas à statuto requisita, scilicet existentia filiorum masculorum, non potest locum habere dispositio statuti, Bartholus in lege prima. §. quod autem ait prætor, ne quid in flom. pubi. ex quo infertur, quòd dispositio testatoris excludens à successione ipsius filias fœminas propter filios masculos, non excludit neptem ab hæreditate filii, & patris ipsius neptis: Sicuti & statutum excludens filiam ab hæreditate patris, non excludit eam ab hæreditate fratris, in qua reperiuntur bona, quæ fuerant patris ut asseruere Doctor. quos recenset Iason. ubi supra. Decius consilio 265. numero tertio, consilio 433. numero tertio, præcipuè cùm in re præsenti ratio dotationis, & relicti facti à patre filiæ non procedat in nepte, cui nihil fuit relictum, præter id, quod & si stante testamento, de quo agitur filius decessisset ante testatorem relicta filia, non potest ab exclusione filiarum inferri ad exclusionem neptis, lege si quis filio in principio de iun. nupt. & testamentum eo casu esset inualidum. §. posthumorum, Instit. de exhæred. liber. quod non esset, ubi neptis fuisse expresse exclusa.

CASVS LXV.

¶ Gulielmus teſtamento ita cauit. Inſtituo Antonium filium meum hæredem in uſuſructu omnium bonorum meorum, & poſt eius mortem inſtituo hæredem uniuerſalem Georgium nepotem meum ex dicto Antonio, & quoſcunque liberos naſcituros ipſi Antonio, & decedentibus omnib. liberis meis maſculis, ſubſtituo pro dimidia Lanſarotum fratrem meum ſi tunc uixerit, & ſi tunc nõ uixerit eius liberos maſculos &c. & pro alia dimidia ſubſtituo Io. Antonium nepotem meum fi. q. Stephani olim fratris ſi tunc uixerit, ſinautem tũc non uixerit eius liberos maſculos &c. Et ſi dicto Lanſaroto non adeſſent filii maſculi utſupra, uolo quòd omnia bona mea perueniant in d. Io. Antonium, & eius liberos utſupra. Item uolo, quòd ſi contingeret decedere omnes maſculos de linea mea, & Antonii filii mei, ac deſcenden. ab eo, & deſcendentium ab ipſo Lanſaroto, & Io. Antonio, quòd poſt mortem ultimi maſculi &c. ex deſcendentibus utſupra omnia mea bona tam mobilia, quàm immobilia diſtribuantur ad pias cauſas, & deinde addidit prohibeo dictis hæredibus meis alienare aliqua bona mea, quia finalis intentio mea eſt, ut bona mea perueniant, & remaneant in liberos maſculos de linea mea de Pulia prout ſupra ordinaui, defuncto Antonio, & Georgio abſq; filiis. Ioannes Antonius tanquam illorum hæres bona per eos relicta, ſiue partem eorum tenuit uſque ad eius mortem, & deceſſit abſque filiis legitimis, & naturalibus inſtituto hærede extraneo. Iulius nepos ex filio Lanſarori agit ad bona omnia Gulielmi uigore teſtamenti eius, quaſi Iõ. Antonius grauatus fuerit fideicommiſſo conditionali, quod inductum fuiſſe prætendit ex duobus. Primò ex ſubſtitutione facta de pia cauſa in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus poſt mortem ultimi ex deſcendentibus ipſius teſtatoris Lanſaroti fratris, & Ioannis Antonii nepotis. Secundò, ex prohibitione alienandi, eiusque cõditionem fuiſſe purificatam per mortem Io. Antonii ſine filiis, & inſtitutionem hæredis extranei.

¶ Quæritur an iure agat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum reciprocum quando inter hæredes uel legatarios inducatur.*

2 *Certæ res non comprehendunt iura, & actiones.*

3 *Ab ultimo uel poſt morte ultimi, an ſit idem.*

4 *Fideicommiſſum reciprocum per ſubſtitutione factam in tota hæreditati poſt mortem plurium inſtitutorum non inducitur inter eos, & quando inducitur, num. 13*

5 *Onus imperſonaliter iniunctum cenſetur iniunctum hæredi.*

6 *Subſtitutio fideicommiſſaria quid fiat poſt mortem omnium inſtitutorum, & quòd fiat ultimo differt. & num. 7*

8 *Subſtituta non cenſetur illa perſona licet ex præſumpta mente teſtatoris excludat ſubſtitutum, ſed ſuccedet ab inteſtato.*

9 *Subſtitutus poſt mortem omnium inſtitutor, quomodo admittitur ad ſubſtitutionem.*

10 *Subſtitutio quando inducatur ex coniecturis.*

11 *Subſtitutio reciproca in quo caſu intelligatur.*

12 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

14 *Argumentaria digreſſione ad plures gradus ad reciprocum fideicommiſſum non poſſe.*

15 *Grauamen alicui iniunct um, quando non ualeat.*

16 *Dictio dictis in teſtamento quid operetur.*

17 *Fideicommiſſarius non dicitur propriè hæres.*

18 *Prohibitio alienandi, quàm eſt ſtrictè intelligenda facta hæredibus non comprehendit fideicommiſſarios.*

19 *Linea quæ propriè dicatur.*

20 *Verba de ſtirpe mea ſignificant deſcendentes.*

21 *Dictio, prout, quid operatur.*

SI Iulius agit ad dimidiam bonorũ quæ fuerunt Gulielmi ex eius teſtamento, & ſubſtitutione conditionali, cuius conditionem euenuiſſe dicat per mortem Antonii, & deficientiam omnium deſcendentium maſculorum teſtatoris: procul dubio iuſtè agit. Quòd ſi agit ad omnia bona quæ fuerunt teſtatoris quaſi Ioan. Anto. grauatus fuerit fideicommiſſo, cuius conditio fuerit purificata per deceſſum Ioannis Antonii abſque liberis, nullo iure agere uidetur, nam & ſi
1 iure ſit deciſum ubi ſubſtitutio † fideicommiſſaria eſt facta ab ultimo ex pluribus hæredibus uel legatariis, & in tota hæreditate uel toto legato induci inter hæredes uel legatarios reciprocum fideicommiſſum l. Titia ſeio. §. ſeia libertis de leg. 2. Id tamen procedit in terminis quibus loquitur tex. in d. §. ſeia, & ſic duobus concurrentibus quod ſubſtitutio ſiat in tota hæreditate uel legato, & ab ultimo moriente. In re autem præſenti ſubſtitutio fuit facta in bonis mobilibus & immobilibus
2 & ſic incertis † rebus, quæ non compræhendit iura & actiones. l. quam Tubero. §. fin. de pecul. Bar. in l. centurio de uulg. num. 27. ubi ſcripſit ſubſtitutionem factam in omnibus bonis mobilibus & immobilibus non eſſe uniuerſalem ſed in certis bonis, Item facta fuit non ab ultimo, ſed poſt mortem ultimi, quo caſu non procedere diſpoſitionẽ, d. §. ſeia conſueuerunt Soc. conſ. 104. num. 9. lib. 3. Rip. in l. hæredes mei. §. cum ità nu. 23. ad Trebel.
3 Neque dici poteſt idem eſſe dicere † ab ultimo, uel poſt mortem ultimi, etenim contrarium ſuadet tex. in d. §. ſeia iuncta. l. codicillis in prin. de uſufr. leg. Nam primo caſu indubitatum eſt onus fideicommiſſi eſſe iunctum legatario. d. §. Seia, In ſecundo uero eſt dubium. d. l. codicillis, & licet etiã in eo tex. fideicommiſſum intelligatur relictum à legatario, id tamen ea ratione fit quia legatarii prius erant inuicem ſubſtituti, ex quo & in hæredibus aliud eſt relinquere totam hæreditatem ab ultimo, Tunc enim ultimis duntaxat eſt grauatus aliud poſt mortem ultimi, quo caſu niſi prius hæredes ſint inuicem ſubſtituti, quilibet cẽſetur grauatus in portione ſua, l. fin. §. filiam de leg. 2. lege Lucius §. Caio ad Trebell. Neque etiam dici poſſe uidetur quòd idem ſit ſubſtituere poſt mortem

plurium

plurium honoratorum, & ſubſtituere poſt mor-
tem ultimi. Nã primo caſu vno ex honoratis mor-
tuo ſtatim admittitur ſubſtitutus. d. §. filium, & d.
§. Caio niſi ſuperſit perſona quæ præſumatur ma-
gis dilecta teſtatori. l. pen ult. C. de impub. tradunt
Bart. & magis communiter poſteriores in d. l. pen.
& in l. hæredes mei, §. cum ita ad Trebell. Secun-
do uero caſu non admittuntur ſubſtitutus niſi om-
nibus defunctis . l. cedere diem de uerb. ſignif. &
ubi etiam idem eſſet ſubſtituere poſt mortem om
nium, & poſt mortem ultimi, tamen receptior eſt
4 ſententia † per ſubſtitutionem factam in tota hæ-
reditate poſt mortem plurium inſtitutorum non
induci inter eos reciprocum fideicõmiſſum, quã
tenuere Alex. cõſ. 9 t. lib. t. in l. pater filiam. §. duo-
bus ad l. Falc. num. 3. uer. potes facere tres caſus in
d. §. cum ita in princ. Soc. conſ. 1 t 3. lib. t. 1 04. li. 3.
Rip. in d. §. cum ita, num. 2. Seuer. Cur. Sen. Getar.
Cauret. & alii quos recenſet, & ſequitur atteſtan-
do de communi, Alber. conſ. 3 t. ubi ſigillatim re-
ſpondet ad ea, quæ in contrarium adducit Pariſ.
conſ. 42. lib. 2. idem cenſuit Alc. in quodam conſ.
inſerto inter conſilia Alber. conſ. 32. Ruyn. conſil.
t 34. num. 1 o. uerſ. quinimmo lib. 3. Iaſ. conſil. 4 1.
in primo uolumine eandem ſequi uidetur. Socy.
iun. conſil. 177. numero 1 9. lib. t. & pro hac ſen-
tentia uidetur tex. in d. §. filiam ubi legatarii erant
grauati poſt eorum mortem reſtituere quidquid
illis fuerat relictum, & tamen inter eos non indu
citur reciprocum fideicommiſſum, & quamuis te
ſtator i eo. tex. grauauerit omnes legatarios ob uer
bum illud reſtituatis, propter quod Socyn. in d. §.
cum ita cenſuit non induci reciprocum fideicom
miſſum, tamen pluribus hæredibus inſtitutis non
uidetur poſſe dari probabilis differentia inter uer
bum poſt mortem ueſtram reſtituatis, & uerba
poſt mortem ueſtram reſtitui uolo. Nam etiam
5 † onus impersonaliter iniunctum, cenſetur iniun
ctum hæredi. l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritam
de leg. 1. & ſic per uerba illa reſtitui nolo, intelli-
guntur hæredes quilibet partem ſuam reſtituere
grauatus, & in d. §. filiam, uerbum reſtituatis ope-
ratur ut onus cenſeatur impoſitum legatariis, qđ
aliàs cenſeretur impoſitum hæredi, d. l. codicillis
in princ. Præterea longè aliud eſt, quòd ſubſti-
6 tutio † fideicommiſſaria fiat poſt mortem omniũ
inſtitutorum, aliud quòd fiat ultimo. Nam pri-
mo caſu ſubſtitutus uocatur ad portiones om-
nium, Caſtrenſ. in l. qui duos, num. 3. de uulg. Ale-
xand. conſ. 9 t. num. 5. uerſ. & hoc etiam libro 1.
ſed in ſecundo caſu ſubſtitutus uocatur ad por-
tionem ultimi tantum . l. cum qui nouiſſimis ad
Trebell. l. uel ſingulis ubi Bart. de uulg. Caſtren. in
l. ſi pater impuberes circa fin. de uulg. Item primo
caſu defunctis omnibus admittitur ſubſtitutus p
fideicommiſſum etiam ſi non appareat quis pri-
mo, & quis ultimo deceſſerit, d. l. qui duos. Secun
do uero caſu non d. l. cum qui nouiſſimus. Vnde
non uidetur poſſe dici paria eſſe ſubſtituere poſt
mortem omnium, & ſubſtituere ultimo, ſuper
quo potiſſimum fundauerunt ſe hi, qui aſſeruere
per ſubſtitutionem fideicommiſſariam factam in
omnibus bonis poſt mortem plurium inſtitutorum induci inter eos reciprocum fideicommiſ-
ſum. Neque illorum ſententiam probat tex. in d. l.
codicillis in princ. Nam ſi conſideremus legatum
fundi in eo legatarii erant expreſſe inuicem ſubſti
tuti : quòd ſi conſideremus legatum habitationis
in eo tex. non dicitur, quòd legatarii cenſeantur in
uicem ſubſtitui in habitatione, neque quòd habi
tatio inſolidum pertineat ad ſuperſtites, & ratio
quare fideicommiſſum non debeatur rei pub. pro
parte decedentium, eſt quia cum rei pub. ſit relicta
proprietas quæ non poteſt intelligi relicta niſi ab
hærede : cumque legatariis ſola habitatio non au-
tem proprietas eſſet relicta, & ſic unicum ſit fidei
commiſſum, quod reſpicit unicum effectum ſe-
mel tantum cedit dies eius. & ubi tradit Bartol. &
ubi in eo tex. habitatio inſolidum ſpectaret ad ſu-
perſtites, id non eſſet ui alicuius tacitæ ſubſtitutio
nis, ſed ob ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi . l.
1. in fin. de uſufruct. accreſc. Neque etiam contra-
riam ſententiam tuetur tex. in l. qui duos de uulg.
ubi ſubſtitutio facta à patre duobus filiis impube-
ribus ſub conditione ſi ambo decedant cenſetur
facta ultimo, ſi diuerſis temporibus decedant. Et-
enim tex. ille loquitur in pupillari facta filiis inter
quos cenſetur teſtator uoluiſſe reſeruare ius legi-
timæ ſucceſſionis, d. l. pen. C. de impub. & in d. l.
qui duos ſubſtitutio cenſetur facta ab ultimo ex
neceſſitate : nam pupillaris directa non poteſt fie-
ri ex die . l. hæreditas ex die de hæredit. inſtit. &
ſic ex die mortis amborum non poteſt fieri à pri-
mo qui moritur ante mortem amborum: vnde ne
ceſſario ut actus ualeat intelligitur facta ab ulti-
mo : & ideo ubi ceſſat prædicta ratio, ut quia filii
ambo ſimul pereant cenſetur facta ambobus, ut
in eo tex. in prin. Accedat quòd in re præſenti quã
do teſtator noluit grauare ultimum, id expreſſit. ſ.
inter eius nepotes ex filio, ex quo uidetur, quòd ſi
idem uoluiſſet facere inter alios nominatos in te-
ſtamento, id expreſſiſſet. l. t. §. ſin autem ad deficiẽ
tis. C. de cad. toll. & in ita in ſimili caſu argumenta
tur Dec. conſ. 599. nu. 6. Caur. conſ. 16 t. num. 8.
Ad hęc ſi conſideremus Doct. qui cenſuerunt ſub
ſtitutionem factam in tota hæreditate poſt mor-
tem plurium inſtitutorum inducere fideicommiſ
ſum reciprocum inter inſtituti, & maxime Soc.
conſ. 77. lib. t. & conſ. 249. Soc. Iun, 308. Parr. con
ſil. 42. lib. 2. Cur. Iun. conſ. 1 1. loquuntur in termi-
nis longe diuerſis à propoſito caſu, nempe quo
agitur de inducendo fideicommiſſo reciproco in
ter liberos teſtatoris, Vnde Soc. conſ. 24 9. col. 6. in
7 quit ſubſtitutio † facta poſt mortem omnium nõ
uidetur facta ab ultimo niſi ſit perſona de liberis
teſtatoris, & ſuper hoc potiſſime fundat ſe Par. in
allegato, conſ. 42. Vnde cum in re præſenti non a-
gatur de inducendo fideicommiſſo reciproco in-
ter liberos teſtatoris ad rem non faciunt tradita p
Doct. præallegatos, præter id, quod neque eorum
8 dicta de iure ſubſiſtunt. Nam † etſi aliqua perſona
ex præſumpta uoluntate teſtatoris excludat ſubſti
tutum, non tamen ob id cẽſetur ſubſtitutus, l. cum
auus de cond. & demonſtr. iuncta gl. Idem in ea
quæ excludat ſubſtitutum expreſſa eiuſdem diſpo
ſitione, gloſ. in l. Lucius de hæred. inſtit. & huiuſ
modi

modi dilectio operatur, ut teſtator cenſeatur reſeruare ius legitimæ inter eos ſucceſſionis, l. uel ſingulis de uulg. & huiuſmodi perſona ſuccedit non ex teſtamento ſed ab inteſtato. l. qui duos de uulg. l. pater filiam. §. fin. ad l. Falc. gloſ. d. l. cum auus, & d. l. Lucius, & in ſubſtitutione † facta poſt mortem omnium operatur ut ſubſtitutus qui uno defuncto aliàs admitteretur ad eius portionem, d. l. fi. §. filium. d. §. Caio non admittitur niſi omnibus defunctis. l. pen. C. de impub. & tunc etiam admittitur tanquam ſubſtitutus cuilibet in eius portione non autem quaſi alter alteri fuerit ſubſtitutus. Alexand. conſ. 175. num. 18. lib. 5. Ruyn. conſ. 18. nu. 10. lib. 5. Cumque dilectio, & mens teſtatoris, eo caſu ſit tacita etiam præſumpta non uidetur ex ea ſequi poſſe aliud tacitum, & præſumptum: nam ſeruitus ſeruitutis non datur, neque fictio fictionis, & ſubſtitutio † inducitur ex coniecturis, l. cũ proponeretur de leg. 2. quando coniectura ſumitur ab eo quod reperitur expreſſum. l. gallus. §. quidam recte de lib. & poſthu. ibi ut eo caſu ualent q ex uerbis colligi poteſt, l. ſi alii de uſufruct. leg. Bal. in cap. 2. requiris, nu. 1. de appel. in l. 1. num. 10. C. de iis qui an. aper. tab. & ſumpta ab eo quod eſt in mente retentum nihil operatur. Bald. in cap. mandatum, num. 2. de reſcript. Qua de re prædictam Parr. & aliorum ſententiam etiam ubi agitur de inducendo fideicommiſſo reciproco inter liberos teſtatoris non immeritò refellunt Socyn. d. conſil. 104. Rip. d. §. cũ ita nu. 27. Alber. & Alc. ubi ſupra.

9

10

11 Præterea redeundo ad caſum propoſitum † ſubſtitutio reciproca nõ poteſt intelligi niſi in caſu quo omnibus perſonis conueniat. l. iam hoc iure de uulg. l. in teſtamento de teſtam. milit. uerùm per ſubſtitutionem piæ cauſæ poſt mortem ultimi &c. Ioannes Antonius non poteſt dici ſubſtitutus Lãſaroto, aut eius liberis cum his ante fuiſſet expreſ-

12 ſe ſubſtitutus. Nam expreſſum † facit ceſſare tacitum. l. cum ex filio de uulg. & ſubſtitutio reciproca non refertur ad eas perſonas quibus eſt ſpecialiter facta ſubſtitutio. l. cohæredi. §. qui patrem de uulg. Ideoque nec Lanſarotus, aut eius deſcendentes poſſint dici Io. Antonio ſubſtituti, ut in ſimillimo caſu ſcripſit Bart. in l. Lucius, nu. 8. de uulg. Ruyn. conſ. 101. num. 7. lib. 2. ex quo etiam inferri uidetur, quòd & ſi uerior eſſet ea ſententia, quòd per ſubſtitutionem factam in tota hæreditate poſt mortem plurium inſtitutorum inducatur inter inſtitutos reciprocum fideicommiſſum; tamen

13 ea † neceſſario ſit reſtringenda ad ſubſtitutionẽ factam poſt mortem inſtitutorum, uel aliàs uocatorum in eodem gradu, in quibus terminis loquitur tex. in d. §. Seia, & exprimit Alexan. in l. ſi pater impub. num. 3. uerſ. ex prædictis colligi poteſt de uulg. & non uidetur poſſe extendi ad caſum quo ſubſtitutio fit etiam poſt mortem pluriũ qui ſunt in diuerſis gradibus uocati; etenim uocati in primo, uel ſecundo gradu non poſſunt dici reciproce ſubſtituti uocatis in ſecundo, uel tertio gradu. Ideoque inter omnes uocatos in teſtamento non poteſt dici adeſſe reciprocum fideicommiſſum, cùm illud omnibus perſonis conuenire nõ poſſit; Qua argumentatione utitur Soc. conſ. 69. num. 3. lib. 3. Parr. conſ. 44. num. 30. lib. 2. ex quo etiam infertur ex eo, quòd teſtator digrediatur ad plures gradus ſubſtitutionum non poſſe argui reciprocum fideicommiſſum inter nominatos in teſtamento fuiſſe factum, immò contrarium neceſſario ſequi: præ-

14 ter id, quod à digreſſione † ad plures gradus non poſſe argumentari ad reciprocum fideicommiſſum ſcribit ipſe Parr. conſ. 72. nume. 34. lib. 3. Adſunt inſuper urgentes coniecturæ, quòd teſtator noluerit grauare Io. Antonium aliquo fideicommiſſo. Primùm ſubſtituit Ioannem Antoniũ, & eius liberos Lanſaroto, ubi non adeſſent ei filii maſculi, ex quo uidetur negaſſe facere ſimilem ſubſtitutionem Io. Antonio .ſ. cum prætor de iud. Secundum liberi Lanſaroti ſunt uocati duntaxat ad portionem relictam Lanſaroto, & in caſu quo tempore mortis omnium deſcendentium teſtatoris Lanſarotus non uiueret, & ſic non poſſet ſuccedere. Qua de re ſi teſtator noluit in portione relicta Lanſaroto ſubſtituere per fideicommiſſum liberos eius; multo minus credendum, quòd eos uoluerit ſubſtituere Io. Antonio, & cum non grauauerit Ioan. Antonium ad reſtituendum liberis eius, quos uocauit duntaxat in caſum, quo Ioann. Antonius non ſupereſſet tempore mortis ultimi ex deſcendentibus ipſius teſtatoris: multo minus eſt credendum, quòd uoluerit grauare Io. Antoniũ ad reſtituendum liberis Lanſaroti. Vltimò ponderanda ſunt uerba ſubſtitutionis piæ cauſæ, quibus teſtator deficientibus omnibus deſcendentib. de linea mea, & Antonii filii, & omnibus deſcendentibus ex Lanſaroto, & Ioã. Antonio poſt mortem ultimi uoluit omnia bona ſua mobilia, & immobilia diſtribui ad pias cauſas, & ſic pia cauſa non fuit ſubſtituta poſt mortem Io. Antonii, uel Lanſaroti, ſed poſt mortem deſcendentium. Vnde per uerba quibus non eſt facta ſubſtitutio Ioã. Antonio, & Lanſaroto, neq; mors eorum eſt poſita in conditione nullo iure dici poteſt inter eos factum reciprocum fideicommiſſum. Præterea ſubſtitutio expreſſa per quam uocatur pia cauſa non uidetur facta deſcendentibus, id eſt deſcendentes non cẽſentur grauati, ſed primus hæres ſub conditione mortis omnium deſcendentium. Alex. conſi. 105. num. 4. lib. 1. & ubi grauamen cenſeretur iniunctum deſcendentibus Io. Antonii, & Lanſaroti, intelligeretur iniunctum in caſu quo dicti deſcendentes ſunt uocati, & contingeret eos ſuccedere prout à teſtatore fuerunt uocati. ſ. ubi tẽpore mortis, omnium deſcendentium teſtatoris non ſuper fuiſſent Ioan. Anton. & Lanſarotus, & ubi condi-

15 ctio † ſub qua ſunt uocati deficeret, & diſpoſitio per quam ſunt uocati non haberet locum non ualeret grauamen eis iniunctum Com. conſil. 119. num. 2. uerſic. cuius rei gratia Alex. conſ. 91. num. 5. uerſic. oſtendit lib. 1. conſ. 24. num. 5. uerſic. modo redeunt. lib. 3. & Apoſtill. ibi unde ſub eadem conditione intelligi deberet facta tacita ſubſtitutio reciproca inter deſcendentes. l. cum pater. §. ab inſtituto de leg. 2. Cumque conditio expreſſè ſubſtitutionis euanuerit, quia bona non deuenerunt ad deſcendentes Io. Antonii, & ſic expreſſa ſubſtitutio facta defecerit, ſequitur ut etiam defecerit

tacita

tacita substitutio, & sic tacitum fideicommissum, & ita in terminis propositi casus argumentantur Alex.cons.102.lib.7.Par.cons.72.nu.54.lib. 3. Ex prohibitione quoque alienandi non potest dici inductum aliquod fideicommissum ad fauores. d. Iulii. Nàm prohibitio fuit facta dictis hæredibus, qui erant filius & nepotes ex filio, & dictio illa
16 † dictis operatur ut perinde sit ac si prohibitio esset facta hæredibus sub nomine proprio. Bart.in l. qui liberis. §. hæc uerba de uulg. & non extenditur ad hæredes heredum Rip.in l.filiusfam.§.diui
17 num.3.de leg.1.& fideicommissarius siue † substitutus per fideicommissum non dicitur proprie hęres.l.postulante.§.penult. ibi loco hæredis ad trebell. l. si filius uers. quemadmodum quòd cum eo &c.l.si hæres ab eo uers.uice hæredis ad trebel. §.restituta Instit.de fideicomm.hæred.uersic.qua-
18 si hæredis, & sic prohibitio † alienandi quæ est strictè intelligenda facta hæredibus non comprætendit fideicommissarios, prætereà prohibitio est facta solùm fauore liberorum ut ostendunt uerba illa quia finalis intentio mea est, ut bona mea remaneant & perueniant in liberos masculos de li-
19 nea mea de Pulia; nam linea † propriè dicitur quæ est sursum & deorsum Soc.cons.33.lib.3.nu. 8.9.& 10.Dec.cons.379.nu.4.& 5.maximè in materia strictè interpretanda ut est prohibitio alie-
20 nandi, & cum uerba † de stirpe mea significent descendentes Bald.in l.si quis in suo num.2. C.de inoff.testam.idem uidetur de uerbis linea mea. Accedat testator in alia parte testamenti appellatione lineæ meæ intellexerit duntaxat de eius descendentibus, & una pars testamenti declarat aliam.l.qui filiabus in princ.de legat. primo, & sic ratio, & causa prohibitionis restringit prohibitionem ad liberos testatoris .l. cum pater .§. dulcissimis de leg. secundo. Ad hæc & si uerba illa de linea mea de Pulia comprehenderent etiam liberos fratrum testatoris, tamen prohibitio alienandi, & causa illi adiecta non inducerent nouam substitutionem; imò restringerentur ad personas supra uocatas, & casus substitutionum superius factarum ob sequentia uerba prout supra ordina-
21 ui, &c. Nam dictio † prout relata ad aliquod de præterito de quo constet limitat, & restringit actũ ad dispositionem ad quam fit relatio. l. edita. C. de denun. Bart. in extraua. ad reprim. in uerb. prout Dec.cons.63. & sic in se præsenti uerba illa prout supra ordinaui limitant prohibitionem alienandi, & causam prohibitioni adiectam ad substitutiones quas supra testator fecerat, & hoc in terminis prohibit. alienandi adiecta ratione quia intentionis &c. scripsit Alex.cons.59. nu. 21. uers. non obstat &c.lib.3. Ideoque prohibitio alienandi, & causa prohibitionis limitata ad supra ordinata prodesse non potest liberis Lansaroti nisi in casibus quibus supra fuerant substituti nusquam autem fuerant substituti Ioanni Antonio.

Antonius.

Lansarotus. Gulielmus. Stephanus.

Stephanus. Magdalena. Ant. de cuius hær. agitur. Io. Antonius.

Iulius & quattuor sorores. quattuor filij. Gregorius.

CASVS LXVI.

¶Defuncto Lansaroto, Gulielmo, & Stephano filiis Antonii, Magdalena fecit cessionem & renunciationem fratri de omni hæreditate & successione ascendentium & transuersalium etiam quæ in futurum ab intestato deferretetur in amplissima forma, cuius instrumentum exhibetur. Paulo post decessit Stephanus eius frater relicto Iulio & quattuor filiabus; Antonio fuit bonis interdictum eiusque iura decreta primò Io. Antonio, qui eam suscepit, & inuentarium confecit: deinde dicta cura fuit decreta Georgio filio, qui uiuo patre decessit instituto hærede pro dimidia parte, pro alia dimidia Io. Antonio; Qui Io. Antonius bona per Georgium possessa appræhendit, & inuentarium confecit tanquam hæres ex eius testamento in quo inuentario descripta sunt plura ex bonis descriptis in alio inuentario facto per eundem. Antonius superuixit filio per plures annos, & uiuens possedit nonnulla bona, deinde decessit intestatus: post cuius mortem Io. Antonius possedit omnia, quæ Antonius uiuens tenebat, inter quæ adsunt quedam bona, quæ non sunt descripta in inuentario facto de hæreditate Georgii. Post aliquot annos decessit & ipse instituto hærede filio adoptiuo; Iulius agit ad bona quæ erant Antonii & Georgii quasi Antonius successerit filio, & Io. Antonius nunquam adiuerit hæreditatem Antonii, & ipse Iulius sit hæres insolidum Antonii uirtute cessionis & renuntiationis factæ per Magdalenam patri ipsius actoris. Ex parte hæredis Io. Antonii opponitur Io. Antonium adiuisse hæreditatem Antonii: quòd ex pluribus conatur probare quæ colliguntur ex processu. Item opponit Iuliũ ex iure cesso patri per Magdalenam nullo modo posse esse hæredem Ant. exhibentur processus.

¶Quæritur quid iuris.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Immixtio probatur probata poſſeßione bonorum, uel habitatione domus patris.*
2 *Declaratio uoluntatis adeuntis quo titulo adeat, quid operetur.*
3 *Hæreditas, tota ſi delata ſit acquiritur aditione partis.*
4 *Aditio hæreditatis ex quibus probetur.*
5 *Poſſeßio probatur ſi unus teſtis dicat uidiſſe, quem poſſidere per unum annum alius per alium.*
6 *Hæredis inſtitutio in integrum ad adeundam hæreditatem quando dari poßit.*
7 *Inſtrumentum ex quibus præſumatur falſum.*
8 *Repudiatio facta de hæreditate uiuentis eſt inualida.*
9 *Matre excluſa per renunciationem quando cenſentur etiam eius filij excluſi.*
10 *Spes poteſt cedi.*
11 *Spem in hæreditate uiuentis quis non dicitur habere.*
12 *Spes de hæreditate uiuentis non poteſt in contractum deduci.*
13 *Hæreditas defuncti non adita non poteſt tranſmitti, nec cedi.*
14 *Pactum de ſuccedendo in hæreditate uiuentis ſine eius conſenſu non ualet.*
15 *Pactum ſuper hæreditate incertæ perſonæ uiuentis quomodo ualet.*
16 *Ius accreſcendi in donatarium, ceſſionarium, uel emptorem hæreditatis non tranſit.*
17 *Hæreditas delata, ſed non adita non tranſmittitur.*
18 *In iudicium uenire non poteſt, quòd poſt iudicium ac ceptum accidit, ſed alia interpellatione opus eſt.*
19 *Aditio licet poſſet retrotrahi non ſic poteſt ceſſio, uel renunciatio.*
20 *Rei uendicationem ſi quis intentat quid opus ſit.*
21 *Actio petitionis hæreditatis fundatur ſuper poſſeſſione defuncti, & titulo ſucceſsionis hæredis.*
22 *Defunctus non potuit plus iuris in alium transferre quam ipſe haberet.*

NVllo iure agere uidetur Iulius: Etenim dubium non eſt tempore mortis Antonii neminem fuiſſe proximiorem Antonio, quàm Ioã. Antonium, & non apparet Magdalenam filiam Lanſaroti, quæ erat in pari gradu adiuiſſe hæreditatem Antonii, res erit clara pro reo conuento. Addino autem Io. Antonii in primis probatur ex eo, quod Io. Antonius poſt mortem Antonii poſſedit bona quæ fuerunt Antonii; & quæ ante non poſſidebat ut ex productis appareret, per quam poſſeſſionem uidetur probata additio, cum dicta bona poſſideri à Ioan. Antonio non potuerint citra ius, & nomen hæredis licite .l. pro hærede. §. primo de acquir. hæred. Bart. in l. gerit, eo:tit. num. 20. & 24. uerſic. quædam ſunt in quibus &c. quam rem in terminis decidunt Bart. & Ang. in l. 1. C. de repud. hæred. dicentes probata
1 † poſſeſſione bonorum, uel habitatione domus patris probari immixtionem, & Bald. ibidem, nu. 2. Caſtren. nu. 2. aſſerentes ſi filius poſt mortem patris occupauit poſſeſſionem domus, quam uiuo patre non habitabat uideri id feciſſe ut hæres, & tex. in d. l. 1. & clarius Cyn. uoluit ad hoc ut per poſſeſſionem bonorum defuncti non præſumatur additio probanda eſſe duo, ſcilicet repudiationẽ, & quòd poſſedit ex alia cauſa, & Bald. in l. 1. num. 32. C. qui admitt. ſcripſit qui poſſidet uidetur adire niſi negatiuam quia, ſcilicet probet ſe alio titulo poſſidere comprobat Alex. conſ. 32. nu. lib. 5. & idem Bald. in l. 2. eod. tit. quem ſequuti fuerunt poſteriores dixit etiam quòd filius abſtinuiſſet à bonis paternis, tamen ſi poſſideat rem paternam abſque titulo induci reuocationem abſtenſionis. Neque obſtat quòd Ioan. Antonius declara-
2 uerit † uoluntatem ſuam in contrarium, quòd ſcilicet apprehendebat bona tanquam bona Georgii, idque proban ex inſtrumento inuentarii hæreditatis Georgii. Nam reſpondetur huiuſmodi declarationem poſſe operari duntaxat quoad actus apprehenſionis, & poſſeſſionis bonorum quæ in inuentario hæreditatis Georgii deſcripta fuerunt, & quo ad actus quib. fuit adiecta declaratio, & nullo modo poſſe extendi ad bona, quæ non ſunt in inuentario deſcripta, neque ad actus ſimpliciter, & nulla adiecta proteſtatione poſt mortem Antonii factos. l. ſi unus. §. ante omnia de pact. l. ar ſi qs §. plerique de religio. Bart. in l. non ſolũ. §. morte, nu. 16. de op. no. nunciat. & quamuis aditione par
3 tis † tota hæreditas ſi delata ſit acquiratur. l. 1. l. ſi ſolus de acquir. hæred. non tamen infertur, quòd Io. Antonius ex eo, quòd poſt mortem Georgii, & tanquam hæres Georgii apprehendit. Vnam uel plures ex rebus Antonii, apprehẽdendo poſt mortem Antonii poſſeſſionem bonorum per Antonium relictorum maximè non deſcriptorum in inuentario dici debeat apprehendidiſſe ea tanquã hæres Georgii; immò præſumitur apprehendidiſſe tanquam hæres Antonii d. l. 1. & 2. C. de repud. hæred. Secundo Io. Antonium adiuiſſe hæreditatem probatur ex eo, quod exegit credita Antonii. ſ. annuum redditum librarum 300. qui erat in bo-
4 nis Antonii: ex qua † ex actione probatur additio Bar. in l. ſi. à ſtatte, nu. 38. de conſ. ind. Bal. in l. non hoc, nu. 1. uerſ. ſi autem non erat repudiata. C. un. cogn. Item ex ſolutione æris alieni Antonii. l. 2. ubi no. Bar. & alii. C. de iur. del. Tertio ex aſportatione nonnullorum bonorum mobilium, quæ probantur poſt mortem Antonii ex domo Antonii apportata ad domum Io. Antonii, & de eius mandato, quod non potuit licite fieri citra ius, & nomen hæredis de qua deponunt primus, & ſecũdus teſtes, & quamuis vnus deponat de exportatione laterũ, ſeu tauellarum, alius autem de exportatione capſæ nuncupatæ banchalis, cathedræ, & lebetis tamẽ probant quemadmodum ſi unus teſtis dicat quẽ percepiſſe fabas, alius percepiſſe dicat furmentum probant poſſeſſionem, Bald. in l. actor, num. 4. uer-
5 ſic. ſimile. C. de probatio. & ſi unus † dicat uidiſſe quem poſſidere per unum annum, alius per aliũ probant poſſeſſionem gloſ. in l. ob carmen. §. ſi. de teſtib. præter id, quod teſtes ſingulares probant

actus

actus successiuos ex quibus inducitur aditio hęre
ditatis, si uerum est quod scripsit Socyn. cons. 295.
col. 3. & cum in re præsenti deponant de facto ꝓ-
prio magis probare uidentur. Quarto, ex declara-
tione uoluntatis uerbo facta per Ioan. Antonium,
de qua deponit primus testis, qui deponit audi-
uisse Ioannem Antonium dicentem, quòd ipse e-
rat hæres Antonii, cum quo uidetur concordare.
Secundus testis qui deponit audiuisse Io. Antoniū
dicentem se esse proximiorem Antonio defuncto.
Vltimo ex declaratione uoluntatis Io. Antonii fa-
cta per eius hæredem, qui potest declarare quo a-
nimo defunctus fecerit actus ex quibus potest in
duci aditio Bart. in d. l. gerit. nu. 21. & 24. Sed etsi
non constaret Ioan. Antonium adiuisse hæredita-
tem Antonii, tamen cum stante testamento Geor-
gii dementia patris, & bonorum interdictione Io.
Antonius habuerit probabilem causam credendi
bona ad se spectare ex testamento Georgii, & de-
cesserit intra tempus infra quod poterat adire hæ
6 reditatem Antonii, hæredi † eius restitutio in in-
tegrum ad adeundam hæreditatem Antonii dari
debet. l. Pantonius de acquir. hæred. qui text. licet
loquatur in absentia tamē procedit etiam in igno-
rantia. l. qui duos in prin. de reb. dub. & improba-
bili dubitatione Castr. in d. l. pantonius num. 8. &
quod ius petendæ restitutionis transmissum fuit
etiam ad secundum hæredem argumento. eius
quod tradit Bar. in d. l. qui duos num. 11. Cæte-
rùm & si Io. Antonius non adiuisset hæreditatem
Antonii, & hæres eius esset exclusus ab omni iure
adeundi, tamen Iulius ad hæreditatem Antonii
agere non posset, primùm quia adsunt proximio-
res Antonio scilicet Magdalena, neque Iulio com
petere potest actio uigore cessionis & renuntiatio
nis. factæ à Magdalena Io. Stephano patri actori de
anno 1523. Primùm quia cum instrumentum
in actis exhibitum ex lectura subscriptionis appa-
reat esse exemplum extractum ab originali & non
inueniatur aliquod originale inter abbreuiaturas
notarii, quæ fuerunt in actis productæ, ex quarū
inspectione probatur huiusmodi negatiua. l. Titiæ
textores de leg. 1. l. si bene de inistrup. & in termi
nis instrumenti Coro. consil. 191. lib. 1. Rip. l. in il-
la numero 32. de uerb. oblig. non probat Auten. si
quis in aliquo. C. de eden. & ibi Bal. Secundum
7 quia instrumentum † illud est suspectum de fal-
so, nam continet multas clausulas ultra ordinariū
statum notariorum placentes, & est diuersum ab
aliis instrumentis renuntiationum de quibus idē
notarius fuit rogatus & insolita arguūt suspitio-
nem falsitatis Bald. in l. si quis sub conditione in
fin. de cond. instit. diuersitatis autem à stilo, & aliis
instrumentis notarii fuit probata ex inspectione
instrumentorum factorum ab eodem notario su-
per renuntiationibus mulierum; quæ repertæ
sunt inter abbreuiaturas notarii & productæ ac
registratæ in actis, & diuersitas à communi stilo
notariorum Placentinorum probatur ex lectura
Mussinæ seu formularii instrumentorum ciuita-
tis Placentiæ. Tertium quia si dicamus in-
strumentum renuntiationis continere pactum de
non succedendo, & meram repudiationem hære-
ditatis Antonii ex eo quòd dicta hæreditas nun-
dum esset quesita Magdalenæ. Castr. in l. si actionē
num. 2. C. de pact. in l. pactum quòd dotali nu. 8.
8 C. de collat. huiusmodi repudiatio † facta de hæ-
reditate uiuentis fuisset inualida. l. is potest de ac-
quir. hæred. & non impedit Magdalenam mortuo
Antonio succedere l. qui superstitis de acq. hæred.
& ubi repudiatio sit ualida aliud non operatur, q̄
quòd Magdalena sit exclusa, & proximiores ad
successionem Antonii admittantur, l. 1. §. quib. de
succ. ed. Verùm fuit probatū extare sorores ipsius
Iulii, & filios Magdalenæ qui sunt in pari gradu,
præter id q̄ actor non egit ex iure fundato in eius
persona, sed ex iure cesso per Magdalenam. Neque
9 obstat si dicatur † exclusa per renūciationem Mag
dalena ob certam dotem acceptam censeri etiam
exclusos filios ex ea ob id, quod dixit Bal. in l. pa-
ctum, quòd dotali in 2. q. C. de collat. Nam respon
detur posita op. Bal. pro uera, quam tamen refellit
Imol. in d. l. qui superstitis, nepotes in casu Bal. ita
demum excludi quandò extant alii qui fuissent
successiui una cum matre quæ repudiauit. Cast. in
l. qui superstitis, nu. 5. uers. & hoc si extabant de ac-
quir. hæred. etenim ius accrescendi facit cessare
successorium edictum, q̄ si dicamus renunciatio-
nem continere cessionem spei, siue iuris succeden
di Antonio, quod spe competebat: nam & spes
10 † potest cedi. l. spem. C. de donat. & huiusmodi
cessionem fuisse collatam in tempus postius quæ
situm ex eo, quòd facta sit fratri stipulanti pro se,
& hæredibus ut defendere conatur, Ruyn. consil.
98. nu. 15. 16. 17. & 18. lib. 1. huiusmodi cessio nō
potuit quicquam operari: nam quis non dicitur
11 † habere spem in hæreditatem uiuentis. l. post e-
mancipationem, §. 1. de lib. leg. l. 1. §. si impuberi
de coll. bon. Bar. in d. l. fin. in fi. & huiusmodi spes
12 † non potest in contractum deduci. l. quidam, §.
fin. de donat. d. l. fin. ubi not. Bar. in fin. Bald. nu. 3.
13 C. de pact. Ad hæc † si hæreditas defuncti non
adita non potest transmitti. l. 1. §. in nouissimo. C.
de cad. toll. & sic neque etiam cedi. l. ex plurib. de
administ. tut. Dec. in l. si emancipata in 2. lect. nu.
13. C. qui adm. nisi per cessionem, & donationem
induceretur in necessariam consequentiam adi-
tio ut in casu quem tradit Castrens. in l. pactum,
quòd dotali, num. 8. C. de collatio. multo minus
hæreditas uiuentis quæ adiri non potest, transmit
ti, aut cedi non potest, præterea cum non fuerit
probatum Antonium fuisse præsentem, huiusmo
14 di cessio, & donatio tanquam pactum † de succe-
dendo in hæreditate uiuentis; absque eius con-
sensu non ualuit, lege fin. C. de pact. Gemin. in ca-
pitulo quamuis, columna penultima, uersiculo
sed pone quòd filia &c. de pact. in sexto. Aret. in
dicta lege qui superstitis de acquirenda hæredit.
Alexander in lege stipulatio hoc modo concepta
de uerborum obligatione, nume. 12. & alii, quos
refert & sequitur Decius in lege pactum, quòd do
tali, numero nono in sexta limitat. C. de collatio.
15 Neque me mouet si dicatur ualere † pactum su-
per hæreditate incertæ personæ uiuentis, libro ter
tio. §. de illo pro socio, etenim text. ille procedit in
pacto super hæreditate incertæ personæ uiuentis

certo

certo modo disponenda postquam erit acquisita, Bart.d.l.fin. nu. 17. Pactum autem super iure succedendi personæ uiuenti indistinctè non ualet siue sit de succedendo.l. pactum quòd dotali.C. de pact.l.licet.C.de pact. l. hæred.C.de pact. conuen. d.l.quidem.§.fin.de donat.Bartol.d.l.fin.num.10. siue sit de non succedendo.l.is potest.l. qui superstitis de acquir.hæredit.l.pactum, quòd dotali.C. de collatio. Ad hæc per pactum, de quo in d. §. de illo ipsa spes non communicatur, nec in societate ponitur, neque in socium transfertur ius adeundi uel succedendi etiam postquam hæreditas erit delata, sed remanet penes eum cui defertur. Barto. in l.is potest, num.5.de acquirend. hæred. & ob illud non datur ei, cui fit pactum, actio contra tertium, sed duntaxat inter ipsos paciscentes, ut docuit etiã R uyn. dicto consilio 98. Tandem ubi cessio fuis-
16 set ualida in donatarium, seu cessionarium † transiuisset ius duntaxat succedendi pro portione, quę spectare poterat Magdalenæ, non autem ius accrescendi, seu portio, quæ excluso Ioan. Antonio cohærede accrescere poterat quæ non etiam transire in emptorem hæreditatis, secundum magis communem sententiam Doctor. quos refert Iason. in lege re coniuncti de legat. tertio, numero 125.& 141. Et ius ad portionem, quæ spectare potuisset Magdalenæ non potuit Ioan. Stephanus transmu-
17 tare ad hæredes. Nam si † hæreditas delata, sed non adita non transmittatur, dicto §. in nouissimo multò minus hæreditas uiuentis, neque adita, neque delata potest transmitti: & si Ioan. Stephanus non potuit transmittere ad hæredes spem siue ius in spe, quam ipse ex propria persona habebat in hæreditate Antonii non etiam debuit posse transmittere spem, siue ius in spe ad dictam hæreditatem cessam per Magdalenam, & si Magdalena ubi mortua fuisset uiuo Antonio non poterat transmittere ad hæredes spem succedendi Antonio, nullo iure dici potest, quòd ius transmittendi d. spem ad hæredes potuerit in alium transferre, lege nemo plus iuris de regulis iuris. Vltimò ubi Ioan. Stephanus spem cessam transmittere potuisset ad hæredes, tamen Iulius agens non est hæres insolidum, cum habeat plures sorores ex eodem patre: & quamuis exhibeat instrumenta renunciationum factarum ipsi Iulio à sororibus, tamen unum ex his fuit factum uiuente adhuc Antonio, & contra illud obstant omnia superius adducta circa renunciationem factam à Magdalena: aliud fuit factum post litem motam, & non
18 potest in iudicium † uenire quod post iudicium acceptum accidit, sed alia interpellatione opus est .l.non potest de iud. Neque mouet me, quòd aditio hæreditatis quandocunque facta retrotrahatur ad tempus mortis defuncti, l. hæres quandocunque de acquir.hæred. nam dato sine ueri præ-
19 iudicio, quòd aditio † possit retrotrahi, non tamen potest retrotrahi cessio, & renunciatio facta à sorore. Sed nec omittendum, quòd ubi Iulius agens esset proximior, & hæres ab intestato Antonii, tamen in præsenti iudicio succumbere deberet; Etenim si intentauit rei uendicationem non
20 potest obtinere † cum non probauerit de dominio suo, uel Antonii: quod necessario probandum est ab agente rei uendicatione.l.in rem de rei uendicatione quod si intentauit petitionem hæreditatis non etiam potest obtinere: cum non solum nõ probauerit Antonium possedisse tempore mortis, immò in libello fateatur contrarium. Nam a-
21 ctio † petitionis hæreditatis fundatur super possessione defuncti, & titulo successionis hæredis. Bart. in l.hæredit. in fin. Bald.nu.4.uersic.& ideo dicunt Ang.in fin.C.de petit.hæred. & quomodo ad ea, quæ non possidebantur per defunctum hæres potest duntaxat intentare actiones quas pote-
22 rat defunctus † qui non potuit plus iuris in aliũ transferre, quàm ipse haberet, d. l. nemo plus iuris, & quamuis contra debitorem defuncti ex contractu detur petitio hæreditatis, quæ non competebat defuncto.l.etiam.§.fin.cum lege seq. de pet. hæred. id tamen procedit solum quando debitor prætendit se hæredem, lege si debitor. eod. titulo, aliàs contra debitorem qui non contendit se hæredem datur actio ex contractu. Angel.in lege sed utrum eod. tit.

CASUS LXVII.

¶ An, & quando nati post alienationem rei à testatore prohibitæ alienari admittantur ad reuocandum alienata.

SUMMARIUM.

1 *Auctoritas contractui non potest conuelli.*
2 *Fideicommissum conditionale ex prohibitione alienationis inducitur.*
3 *Verba hæc cum moreretur faciunt fideicommissum conditionale.*
4 *Conceptos post euentum conditionis non succedere in fideicommisso conditionali, & nu. 6.*
5 *Paria sunt relinquere cognatis, & relinquere liberis.*
7 *Ius quæsitum uni ex purificata conditione per alienationem non potest acquiri alteri eodem tempore, & in fin.*
8 *Alternatiue sufficit alteram partem esse ueram. & num. 11*
9 *Dominium eiusdem rei non potest esse penes duos insolidum.*
10 *Ius primo fideicommissario quæsitum non potest absque eius facto auferri.*
12 *Doctor restitutus non habet eundem locum in collegio quem antea habebat.*

VUlgos. & Iason. in l. quoties. C. de fideicommiss. Rip. lege filiusfamil. §.diui, numero 17. de legat. primo, scripsere natos post alienationem rei prohibitæ alienari posse eam reuocare: quæ sententia procedere solùm post duobus concurrentibus. Primò, quòd nati post alienationem sint uocati non solum in casum alienationis, sed etiam in casu mortis alienantis, & admitti uelint mortuis alienantibus, quasi

quaſi tunc purificata conditione fideicõmiſſi non
autem quaſi ex fideicommiſſo purificato per alie-
nationem. Secundò quod tempore alienationis
nullus adeſſet, cui ius & actio ad reuocandũ quæ-
ri potuerit. Nam quo ad primum ubi adeſſet fidei
commiſſum duntaxat ex capite alienationis, quã-
uis nullus adeſſet tempore alienationis, qui poſſet
reuocare. Tamen nati poſt, non uidentur poſſe ad
mitti. Primo quia ſi omnes qui tempore alienatio
nis ſuperſunt conſentiunt alienationi nulla ſuper-
eſt petitio fideicommiſſi l. nihil. §. omnibus de leg.
1 1. Et auctoritas † contractus non poteſt conuelli.
l. quotiens C. de fideicomm. quæ eſſent falſa, ubi
natus poſt admitteretur ad petendum fideicom-
miſſum & reuocandum alienationem. Secundo
quia nati poſt non reperiuntur eſſe in rerum natu
ra tempore purificatæ conditionis fideicommiſſi.
l. eum qui de cond. & demonſt. l. interuenit de leg.
2 præſtan. Etenim ex prohitione † alienationis indu
citur fideicommiſſum conditionale. ſ. ſi ſequatur
alienatio Bar. l. pater filium. §. filiam de leg. 3. Idem
probat tex. in l. cum pater. §. hæreditatem, el pri-
mo de leg. 2. ubi ad fideicommiſſum relictum ab
aliquo eum is moreretur admittuntur hi ſolùm
qui ſunt in rerum natura tempore mortis grauati
3 & ſic exiſtentis conditionis. Nam uerba illa † cum
moreretur faciunt fideicommiſſum conditionale
l. hæres meus. §. 1. de cond. & demonſtra. ad quod
etiam conuenit tex. in l. paulus el 2. de bon. liber.
ubi nepos conceptus poſt mortem aui liberto aui
ſuperſtite admittitur quidem ad ſucceſſionem li-
berti quia tempore mortis eius reperitur in rerũ
natura. Ad ſucceſſionem uero Aui non admitti-
tur, quia tempore eius mortis, & ſic quo defertur
hæreditas non erat in rerum natura. Hinc prodiit
Deciſ. Io. Andr. in add. Spec. ſuper Rub. de teſtam.
uerſi. item Lambertinus aſſerentis in caſu quo te-
ſtator filio hæredi uniuerſali ſubſtituerat unũ ex fi-
liis Titij, quem ipſe hæres elegerit natos poſt mor
tem filij non admitti, quia non erant in rerum na
tura, tempore quo ſubſti tutio cœpit habere effe-
ctum, & Caſtrenſ. in conſil. 16. num. 5. lib. 2. latè
4 defendit conceptos † poſt euentum conditionis,
non ſuccedere in fideicommiſſo conditionali, &
Soc. iun. conſi. 174. nu. 29. lib. 2. ſentit, quòd nati
poſt alienationem admittuntur. Ita demum ſi uo-
cati ſint poſt mortem alienantis, & eueniant ex fi-
deicommiſſo purificato per mortem: & hac ratio-
ne ſuccedunt in feudis etiam nati poſt mortem pri
mi acquirentis. Bal in l. ſi in perſona num. 3. uerſi.
& nota. C. de fideicom. Dec. in rubr. C. de ſucceſſ.
edic. quia. ſ. cenſentur uocati poſt mortem præce-
dentium, & ſic dummodo ſint in rerum natu-
ra tempore quo feudum illis aperitur ſucce-
dunt, & in his terminis, ſcilicet quando ſub-
eſt etiam fideicommiſſum in caſum mortis lo-
quitur Socin. conſilio 51. numero 40. lib. ſecun-
do, ut patet ex his quæ ponit numero 41. aliàs
tradita per eum ſuſtineri non poſſunt, & quanuis
Ruyn. conſil. 22. numero 10. libr. 2. etiam in fidei-
commiſſo relicto deſcendentibus in caſum aliena-
tionis defendere conetur admitti natos poſt alie-
nationem ſi de uoluntate teſtatoris appareat & de
eius uoluntate apparere quando reliquit poſteris
aut deſcendentibus uel naſcituris quandocunque
tamen eius dicta non ſubſiſtunt niſi reſtringantur
ad terminos prædictos. Idque quod dixere Soc. &
Ruyn. ubi ſupra. ſ. quando teſtator reliquit purè
deſcendentibus uel liberis admitti natos poſt mor
tem teſtatoris uidetur contra text. in l. ſi cognatis
5 de reb. dub. Nam paria † ſunt relinquere cognatis
& relinquere liberis ut ex Ancha. Ang. & Imol. tra
dit Alex. conſ. 184. num. 2. conſ. 219. in fin. libr. 2.
Hanc Soc. in d. l. ſi cognatis nu. 27. ex mente Bart.
inquit quando relictum factum eſt cognatis fami
liæ deſcendentibus uel liberis includi eos qui re-
periuntur tempore mortis non autem qui poſt na
6 ſcuntur, & nu. 30. inquit in relicto facto † cogna-
tis familiæ uel liberis non includi natos poſt mor-
tem teſtatoris, quod limitat in fideicommiſſo con
ditionis, in quo ſatis eſſe in rerum natura tempo-
re euenientis conditionis. d. l. interuenit: Secundo
limitat niſi appareat de mente teſtatoris ꝙ uolue-
rit admitti etiam natos poſt mortem ex quo mani-
feſtè patet Soc. in d. l. ſi cognatis ſenſiſſe ex eo ſolo
ꝙ uocati ſunt liberi aut deſcendentes non conſta
re de mente teſtatoris, quòd uoluerit admitti ad
relictum purum natos poſt mortem, & ad reli-
ctum conditionale natos poſt conditionis euen-
7 tum; Quo ad ſecundum ſi tempore † alienatio-
nis ſupererat alius, qui eſſet uocatus, & cui quæ-
ſitum fuerit ius ex conditione purificata per alie-
nationem, idem ius non potuit deinde alicui ac-
quiri etiam ex conditione purificata per mortem
alienantis ut uidetur text. in l. cum pater. §. liber-
tis de legato ſecundo. In quo textus ad erat fidei-
commiſſum non ſolum in caſum alienationis; ſed
etiam poſt mortem Caſtren. ibi numero quarto,
uerſiculo ex hoc infero, & tamen textus præſup-
ponit, quòd facta alienatione ius quæritur aliis
abſque eo, quòd moriente poſtea alienante idem
ius in alium transferatur, idem ſuadet text. in l.
peto. §. fratre eodem titulo, ubi textus admittit
proximiores alternatiuè, ſed ſi hæres fundum uen
diderit, uel extero hærede inſtituto deceſſerit:
8 cumque † alternatiuè ſufficiat alteram partem
eſſe ueram. ſequitur quòd uno tantum caſu ad-
mittantur proximiores: & ſic ubi admiſſi fue-
rint facta alienatione non poſſint ulterius aliqui
admitti poſt mortem alienantis. Item textus il-
le uult quòd is, qui admittitur facta alienatione
teneatur cauere de reſtituendo domum in fami-
lia, ſcilicet poſt mortem, lege unum ex familia,
§. ſed ſi fundum uerſiculo, quòd ſi talia eodem
titulo, uel forte etiam poſt alienationem gloſſ.
in dicto §. fratre in uerſiculo reſtituturum, quod
eſſet falſum, ſi natus poſt alienationem poſſet
mortuo alienante petere fideicommiſſum: Id-
que etiam optimis rationibus uidetur compro-
bari. Nam cum ex alienatione fuerit quæſitum
ius ad bona his qui tunc erant in rerum natu-
ra, non poteſt ex eo teſtamento ius alteri ac-
quiri ad eadem bona donec durat ius primi,
9 tum quia † dominium eiuſdem rei non poteſt
eſſe penes duos inſolidum l. ſi ut certo. §. ſi duo-
10 bus commod. & ius † primo fideicommiſſa-

rio quæſitum non poteſt abſque eius facto auferri.l.fin.de pact. Tum quia quando ex prohibitione alienandi inducitur fideicommiſſum in caſu alienationis & in caſu mortis ad hoc ut habeat locum ſubſtitutio, non requiritur quòd eueniat uterque caſus,ſcilicet alienationis & mortis, ſed ſatis eſt,quòd alter ex his contingat.d. §. fratre ibi ſi domum alienauerit,uel extero hærede inſtituo
11 deceſſerit: Et ubi † quis grauatur ſub duabus conditionibus alternatiuè: ſi una ex dictis conditionibus eueniat debetur fideicommiſſum.l.ſi hæredi plures de conditio. inſtitu. & licèt eueniat deinde alia conditio fideicommiſſum non debetur iterum, ad idem conuenire uidetur text.in l. ſecunda.§.primo,de decur. ubi is qui remouetur ab ordine decurionum ad tempus licet finito tempore ipſo iure ſit decurio: tamen ſi interim in locum eius alter ſit electus debet expectare quòd locus uacet,& magis conuenire uidetur id,quod
12 ibi dixit Bartho.ſed ſi doctores † aliqui de ciuitate expellantur & poſtea reſtituantur non recuperant locum eorum in collegio, ſi collegium eſt plenum & non recuperabunt primi gradum, ut tanquam antiquiores præferantur, ſed habebuntur ut quidam de nouo uenientis: ex quo uidetur quòd multo magis ſi alicui tanquam proximiori tempore alienationis fuerit delatum ius fideicommiſſi licet deinde nouus homo naſcatur proximior alienanti, tamen nullo caſu excludat eum cui tanquam proximiori tempore alienationis ius fideicommiſſi fuit delatum ſed expectare debet ut per mortem uel alienationem fideicommiſſum ſibi deferatur, & prædicta comprobari poſſunt ex his,quæ ponit Caſtren. conſi.t6.lib.2. Alexan.conſi.63.numero.4.lib.quarto.Soc.conſi. 113.lib.1.colum.3.Alc.in l. pronunciatio de uerbo.ſignifi.Alben.conſi.106.

CASVS LXVIII.

¶ Franciſcus de anno 1480. inueſtitus fuit à principe de feudo pro ſe & deſcendentibus maſculis. Octauianus,Scipio, & Cæſar filij Franciſci de anno. 1520.alienarunt cum domini conſenſu dictum feudum: Alienationi non conſenſerunt Antonius filius Cæſaris, neque Franciſcus filius octauiani ambo tunc impuberes. Antonius Cæſaris filius de anno 1558.mortuo Cæſare refutauit dictum feudum Franciſco filio Octauiani, qui Franciſcus fecit ſe hæredem patris abſque beneficio inuentarij: deinde uolens reuocare alienationem dicti feudi mouit litem contra hæredes emptoris de anno. 1560. & cum de anno. 1564. obtinuiſſet ſententiam contra ſe, Iulius dicti Franciſci filius ætatis annorum uiginti uiuente adhuc Franciſco patre de anno 1565. mouit litem contra hæredes emptoris, ut reuocaret alienationem dicti feudi reſtituto uel non reſtituto prætio iuxta diſpoſitionem iuris maxime textus in §.Titius el primo, ſi de feudo fue.contr.

¶Quæritur an iure agat.

SVMMARIVM.

1 *Filium neque uiuo neque mortuo patre poſſe reuocare feudum alienatum à patre.*
2 *Remotiores non admittuntur quouſque proximiores adſunt.*
3 *Ex prohibitione alienationis facta à teſtatore is cuius fauore facta eſt prohibitio intelligitur uocatus ſub conditione ſi ſequatur alienatio.*
4 *Ius ſuccedendi morientibus ab inteſtato non tranſit in eos qui tempore mortis non ſunt nati neque concepti.*
5 *Ius propter feudum alienatum in quos tranſeat.*
6 *Conceptos poſt alienationem non poſſe feudum reuocare.*
7 *Nati poſt alienationem quando admitti poſſint.*
8 *Aliud eſt uendere aliud uendenti conſentire.*
9 *Alienata reuocare non poteſt qui alienauit contra prohibitionem teſtatoris poteſt tamen qui conſentit.*

IEx.in §. Titius el primo ſi de feud. fuer.contro.ſecundum ſenſum Iacobi de Bel. Bald. & Petr. de Cremona quos refert Afflict. ibi nu-
1 mero. 12. & 13. decidit † filium neque uiuo neque mortuo patre poſſe reuocare feudum alienatum a patre præſuppoſito tamen quòd interpretatio aliorum aſſerentium filium poſſe feudum à patre legitimè,i.cum domini conſenſu alienatum reuocare reſtituto precio: ſi actor agit quaſi aperto ſibi feudo per mortem anteceſſorum male agit cum adhuc uiuat eius pater, ſi uero agit quaſi feudo ſibi aperto per alienationem cum domini conſenſu factam nullo iure agit. Primo quia adeſt pater actoris proximior alienan
2 ti & quouſque † proximiores adſunt remotiores non admittuntur.c.primo, an ille qui interſe. fra. &c. c. primo, de natu. ſucceſſ. & proximitas conſideratur reſpectu ultimi poſſeſſoris, per cuius mortem,alienationem, aut delictum feudum ad alium deuoluitur: c.1.uerſic. & hoc eſt quod dicitur &c.de natu.ſucceſſ.feud. & per alienationem huiuſmodi feudum fuit apertum filio alienantis d.§.Titius. Secundo actor male agit, quia cum tempore alienationis non eſſet natus neque conceptus non potuit ſibi locus fieri per dictam alienationem. Nam quemadmodum ex prohi-
3 bitione † alienationis facta à teſtatore, is cuius fauore facta eſt prohibitio intelligitur uocatus ſub conditione, ſcilicet ſi ſequatur alienatio Barr. in l.pater filium.§.filium de leg.3. Ita ex prohibitione alienationis feudi facta à lege fauore filiorũ uel agnatorum, intelliguntur filij uel agnati uocati ſub conditione, ſcilicet ſi ſequatur alienatio. Vnde non poſſunt eſſe uocati alij quam qui tempore euenientis conditionis,ſcilicet factæ alienationis reperiuntur in rerum natura.l. eum qui de condi.& demonſtratio.l. interuenit de lega. præſtan.l.cum pater.§. hæreditatem de lega. ſecundo,
4 & ſicuti ad ius † ſuccedendi morientibus ab inteſtato quod à lege defertur non admittuntur hi qui tempore mortis non ſunt nati neq; concepti

l.Titius.

l.Titius de suc.& legit. Ita ad ius quod filio à lege defertur propter patris alienationem in feudo a
5 patri alienato admitti debent duntaxat hi, † qui tempore alienationis reperiuntur in rerum natura. Ad hæc qualitas illa de qua in dicto §. Titius, scilicet filios masculos non habens, & alia scilicet filios masculos haberet adiecta uerbo concessit, debet adesse tempore concessionis. l. secunda de auro & argento leg. Bartho. in l. ex facto in principio, de uulg. & ibi latè Ripa numero 29. Hinc licet prædicta non allegat Isern. in dicto §. hoc quoque columna ultima, inquit sed mortuo alienante uel consentiente oportet quòd tunc habeat agnatum uiuentem, alias feudum rediet ad dominum: & Afflict. in c. primo, numero 12. an
6 agna. uel filios scripsit † conceptos post alienationem nō posse feudum alienatum reuocare, idem tradit in §. hoc quoque numero 80. de succ. feud. quæ sententia uidetur uerissima: quando concepti post alienationem uolunt reuocare uiuis alienantibus quasi per alienationem feudum sit ad ipsos deuolutum. Neque obstat quod dixere Fulgos. & Ias. in l. quotiens. C. de fideicommiss. scilicet etiam post natos posse reuocare rem subiectam restitutioni alienatā: & idem feudo scripsit Dec. consilio 468. numero 28. Nam id procedere potest duntaxat duobus concurrentibus. Primò, quòd nati post uocati sint non solum in casum alienatione, sed etiam in casum mortis, & admitti uelint mortuis alienantibus quasi purificata conditione fideicommissi per mortem, non autem si uelint admitti ex fideicommisso purificato per alienationem. Primum quia tempore euenientis conditionis & sic alienationis non reperiuntur in rerum natura: Secundum quia si omnes qui tempore alienationis supersunt, consentiunt alienationi nulla superest petitio fideicommissi l. quotiens. §. omnibus de lega. primo, & authoritas contractus conuelli non potest. l. quotiens. C. de fideicommiss. quod esset falsum: si nati post admitterentur statim ad reuocādum: hinc Socin. Iun. consi. 174. numero 29. lib. secun-
7 do sentit, quòd nati † post alienationem admittantur, ita demum si uocati sint post mortem alienantis, & ueniant ex fideicommisso purificato per mortem. Secundo procedere potest dictum Fulgo. & Iaso. solum quando omnes qui tempore alienationis erant in rerum natura, consenserunt alienationi, & sic quisquam non potuit uocari tempore alienationis, ut latè ostendit Alben. consi. 106. & in his terminis, s. quando filius uult reuocare alienationem feudi quasi ad se deuoluti per mortem patris, & tempore alienationis, non fuit ius quæsitum alijs loquitur præp. in §. Titius colum. tertia, uersic. quæro quid si tempore Dec. dicto consil. 468. numero 28. In re autem præsenti actor uidetur uelle reuocare alienationem quasi feudum sit ad se deuolutum non per mortem patris, qui adhuc uiuit sed per alienationem & tempore alienationis quam fecerunt Octauianus auus actoris & fratres aderat pater actoris, & Antonius Cæsaris filius quibus per alienationem apertus fuit tūc locus, & quanuis pater actoris fuerit hæres alienantis, & sic non potuerit reuocare alienatum feudum; Tamen ex hoc non infertur ut ob alienationem factam ab auo apertus sit locus actori, sed necessario illi expectanda est mors patris, & tunc locus erit apertus non ob alienationem sed ob mortem præcedentium, & in his terminis loquitur Isern. Aluar. & Præpo. in §. hoc quoque de success. feudi dum dicunt natos post alienationem feudi admitti mortuo alienatore ad feudum alienatum: neque mouet me si diceretur patrem actoris adeundo hæreditatem alienantis censeri alienauisse, & actorem tanquam filium posse reuocare dicto §. Titius. Nam respondetur quòd licet hæres adeundo censeatur approbare gesta per defunctum, & non possit eis contrauenire, & agens exceptione repellatur non tamen dicitur ipse fa-
8 cere, & aliud † est uendere, & aliud uendenti consentire. l. aliud est uendere de uerbo. signific. & li-
9 cet is † qui alienauit contra prohibitionem testatoris non possit reuocare alienata post l. cum pater. §. libertis lega. secunda. Tamen is qui consensit alienationi non prohibetur reuocare. Barth. ibi numero quarto, ubi tamen actori competeret ius reuocandi alienationem restituto prætio competere solum posset pro portione quæ tempore alienationis spectabat auo, & nullo iure agere posset ad portionem spectantem seu quæ spectare poterat fratribus aui: Nam quoad portiones quæ spectabant fratribus aui, actori non potest competere actio tum quia adsunt descendentes ex eis: tum quia actori non potest competere actio quò ad eas portiones uti filio, sed solum uti agnato, quo casu expectanda est mors alienantis & proximiorum d. §. Titius. Neque actio competere potest actori ex refutatione feudi facta ab Antonio filio Cæsaris. Primum quia facta fuit refutatio ad beneficium Francisci patris actoris, secundum quia actor non est proximior illi qui fecit refutationem: sed pater cum præcedit.

SUMMARIUM.

1 *Legatum non potest ab hærede compensari cum eo quòd testator debebat legatario.*

2 *Relictum animo compensandi quando dicatur.*

CASUS LXIX.

Colligitur ex allegationibus.

1 LEgatum † non potest ab hærede compensari cum eo quod testator debebat legatario. l. si uxor. C. de bon. authen. iudicum possiden. l. creditorem de legato secundo, & maxime cum eo quod debebatur ratione administrationis. l. si ab eo. C. de nego. gest. nisi relictum sit animo compensandi l. si compensandi.
2 C. de hæred. institu. & dicitur relictum † animo compensandi quando testator id expressit Iaso. di cta l. si compensandi, uel quando uoluntas testatoris compensare uolentis euidenter apparet

d.l. creditorem. Quibus ſtantibus, marito cui uxor reliquit liberationem in ampliſſima forma ab omni eo quod poſſet petere ratione adminiſtrationis bonorum ipſius uel aliter ſalua manet actio integra ad pecunias pro extinguendo ære alieno uxoris per eum ante adminiſtrationem bonorum ſolutas. Neque obſtat text. in l. ſi cum dotem §. ſi pater ſoluto matrimon. in authen. præterea. C. un. uir. & uxo. ubi legatum imputatur in id, ad quod defunctus tenebatur legatario. Etenim loquuntur in debito ad quod teſtator tenebatur ex diſpoſitione legis non autem ex aliquo contractu uel quaſi, Bart. & alij in d. authen. præterea.

CASVS LXX.

¶ An fideicommiſſarius teneatur ſtare locationi factæ per grauatum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſoluto matrimonio tenetur ſtare locationi fundi dotalis.*
2 *Singularis ſucceſſor qui ſuccedit pro quandam priuationem & abnegationẽ non tenetur ſtare colono.*
3 *Quæſita per hæredem uel contra hæredem non tranſeunt in fideicommiſſarium.*
4 *Actiones quæ tranſeant in fideicommiſſarium.*
5 *Fideicommiſſarius inuitus non ſuccedit.*
6 *Proprietarius non tenetur ſtare locationi factæ ab uſufructuario.*
7 *Hæres locatoris reſtituendo fideicommiſſo poteſt petere a fideicommiſſario caueri de conſeruando ipſum indemnem a conductore.*
8 *Maritus non aliter cogitur reſtituere uxori fundum quam ſi ille caueatur de indemnitate.*

Fideicommiſſarium teneri ſtare locationi factæ per grauatum decidit ex Ravn. Alber. in l. poſtulante nu. 4. ad trebell. motus ob id quod decidit glo. in l. diuortio in uer. tertia
1 portio. ſol. matr. ſ. mulierem † ſoluto matrimonio teneri ſtare locationi fundi dotalis, quia in ea fit tranſlatio ex neceſſitate: quam Alber. ſententiam minimè ueram crediderim. Etenim contrarium uult Bal. in l. ſi filio. §. ſi uir in fin. ſolu. matri. dum inquit eum qui ſuccedit in dominio eius qui habebat plenam adminiſtrationem reſpectu rei, ſed non reſpectu ſucceſſoris non teneri ſtarẽ colono, contrarium etiam ſentit idem Bald. in l. diuortiò in prin. ſol. mat. nu. 1. uerſ. ex prædictis collige ubi
2 uult ſingularem † ſucceſſorem qui ſuccedit per quandam priuationem & abnegationem non teneri ſtare colono indiſtinctè: In eo uero qui ſuccedit per quandam tranſmiſſionem diſtinguit inter uoluntarium & neceſſarium: Fideicommiſſarius autem dicitur ſuccedere in dominio eius, qui non habebat liberam adminiſtrationem reſpectu ſucceſſoris, & dicitur ſuccedere per quandam priuationem & abnegationem hæredis, ſicuti & in caſu. l. ſiquis domum. §. 1. loca. præterea quæſita
3 † per hæredem uel contra hæredem non tranſeũt in fideicommiſſarium. l. cum hæreditas ad trebell. quam ita in compendium redigunt Ang. & Imol.
4 ibi, & hæ actiones † ſolùm tranſeunt in fideicommiſſum, quæ in bonis teſtatoris fuerunt. l. qui ita §. ſi damnum ad trebell. non autem quæ ex contractu hæredis oriuntur. l. ſi hæres pecuniam ad treb. qua de re & contra fideicõmiſſarium tranſire poſſunt hæ actiones & exceptiones quæ defuncto uel contra defunctum cõpetebant, non autem quæ ex contractu hæredis ortæ ſunt, & differentia quæ fit inter ſucceſſorem neceſſarium & uoluntarium nõ uidetur iure probari, & omni in caſu quicquid dixerit Iaſ. in l. diuortio in prin. ſolu. matri. res uidetur transferri ex neceſſitate quando adeſt neceſſitas ab utraq; parte ut in muliere & marito: Nã ſoluto matrimon o uir tenetur retrodare, & uxor tenetur retroaccipere fundum dotalem; & in adiudicatione, quæ fit per iudicem diuidentem quæ dicitur neceſſaria l. ſi pignori fa. herc. fideicõ-
5 miſſarius † autem inuitus non ſuccedit: ideoq; ex eius parte non poteſt dici neceſſarius ſucceſſor, & contra Alber. uidetur caſus in l. ſi quis domum. §.
6 1. locat. ubi locat. proprietarius † non tenetur finito uſufructu ſtare locationi factæ ab uſufructuario, & quod dicitur id procedere quia uſufructuarius non habet plenam adminiſtrationem non uidetur iure probari. Nam durante eius uita quò ad fructus idem põt uſufructuarius qđ hæres grauatus fideicõmiſſo. Crediderim tamẽ conductorem poſſe agere contra hæredẽ locatoris d. l. ſi quis do-
7 mum. §. 1. & ob id hæredem † locatoris ſi locatio bona fide facta fuit poſſe in reſtitutione fideicõmiſſi petere a fideicõmiſſario caueri de conſeruando ipſum indemnẽ a conductore l. cũ hæreditas ex fideicõmiſſi cauſa ad trebell. Nã & ſi mulier ſoluto matrimonio uelit expellere eum, cui maritus locauerat fundũ dotalem: conductor licet non poſſit excipere contra mulierem: tamen poteſt agere ad
8 intereſſe contra maritũ, & ob id maritus † non aliter cogitur reſtituere uxori fundum quam ſi illi caueatur de indemnitate l. ſi filio. §. ſi uir ſol. ma. ubi ita declarant Bar. & Caſtren.

CASVS LXXI.

¶ Dominus Lancillotus inſtituit D. Io. Franc. & poſt mortẽ dñi Io. Frãciſci ſubſtituit Baptiſtam & Gortofredũ: uxori relinquit legata annua, & ſic dictus hæres ſiue dicti hæredes nõ tradiderint & ſoluerint dicta legata priuauit eos hæreditate quã uoluit eo caſu puenire ad uxorẽ, paulo poſt mortẽ teſtatoris euicta fuit pars hæreditatis pp qđ fructus bonorũ non reperiuntur ſufficere ad ſolutionem annui legati, & inſuper fuerunt motæ lites aliæ notabilis importãtiæ contra hæredẽ pp qđ non ſoluit annũ legatũ, licet ad eius ſolutionẽ fuerit interpellatus: obtulit tñ facere quantum res fructuũ hæreditatis deductis deducendis paterent & facere oĩa ad q̃ tenet, & ẽt ſoluere ex corporis hẽditatis ubi id declaret fieri debere. Agit mulier contra dñm Io. Frãc. & ſubſtitutos quaſi ceciderint ab oĩ cõmodo teſti, & hẽditas ad eã ptineat exhibent proceſſus.

¶ Quæritur quid iuris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Annua ligata debent ſoluit ex redita.*
2 *Redditus fundi ſi non ſufficiat non tenetur legatarius ad integram præſtationem.*
3 *Legatum alimentorum ex fructibus, nec pro alimentis ſoluendis debet uendi proprietas.*
4 *Alimenta legata quando debentur integra.*
5 *Fideicõmiſſum relictum in pœnam quando debetur.*
6 *Verba hæc ſi non tradiderit quem ſenſum habeant.*
7 *Fructus non ſufficere ex quo probetur.*
8 *Cauſa quelibet iuſta uel iniuſta excuſat à dolo.*
9 *Cauſa iuſta litigandi excuſat à mora.*
10 *Dolus mota controuerſia ſuper hæreditate præſumitur in hærede ſi ſoluat legata.*
11 *Pœna caducitatis ut euitetur ſufficit etiam oblatio uerbalis.*
12 *Exheredari ex facto alterius non debet alius.*
13 *Subſtitutis quando cenſetur impoſitum eſſe onus ſoluendi legatum.*
14 *Priuatio præſupponit habitum.*

PRo ueritate quæſtionis propoſitæ tria ſunt diſcutienda. Primò an legatum annum de quo agitur, ſolui debeat ex fructibus annuis, an uero ex corporibus hæreditarijs ubi redditus non ſufficiunt. Secundò an & ſi deberet ſolui ex corporibus, hæres qui illum non ſoluit inciderit pœnam priuationis. Tertiò ubi hæres inciderit pœnam priuationis, an qui fuerunt ſubſtituti poſt mortem hæredis, & ipſi inciderint eãdem pœnam, & ſic hæreditas peruenire debeat in uxorem. Circa primum res uidetur deciſa per tex.in l.liberti.§.1.de ann. lega. ubi dicitur decem
1 † annua legata ab eo cui teſtator legauerat fundũ eſſe legata ex redditu per tex. & Caſtr. ibi ac Alex. in l.maritum.§.fi.ad l.fal.ubi ſi legatur fundus, & legatarius grauatur in annua præſtatione debet attendi redditus non ualor fundi: & ideò ſi reddi
2 tus † fundi non ſufficiunt non tenetur legatarius ad integram præſtationem, neque poteſt dicere is, cui relicta eſt annua præſtatio, ut uendatur fundus pro ſoluenda annua præſtatione, quia uidetur teſtator uoluiſſe ut illa præſtetur de redditibus bonorum, quod etiam ſcripſit Alex. in l.diui ad fal.nu.6.à plerisq; etiam ſcriptum eſt legata annua ſoluenda eſſe ab hærede ex fructibus, & teneri uſufructuarium omnium bonorum ſoluere illa ex redditibus annuis. Saly.in l.fin. §.ſin autem æs alienum ed.bo.9.lib.Iaſ.in l.1.in princ.in 2. lectu. num.16.& 17.ad trebell. eamq; eſſe communem ſententiam aſſeruit Socin.Iuni.conſil.109.nume. 27.conſi.115.nume.10.lib.1.Item traditum eſt le
3 gatum † alimen.ſoluen.eſſe ex fructibus.l.imperator in fin.& ibi nu.Caſtren.nu.8.ad trebell. & pro ſoluendis alimentis legatis non poſſe poni manũ ad proprietatem.l.qui bonis, & ibi not.Angel.de ceſſ.bon.Ang.in l.neſciemus §.fin.de re iud. Bart. in l.cum alimenta de alim.& cib.lega.Ange.Aret. in tract.de teſtam.glo.45.nu.4. Immò & ſi pecunia legetur ad alimenta mẽs teſtatoris uidetur ut alimenta præſtẽtur ex quæſtu & lucro quod percipitur ex pecunia.l.diui in prin.ad l.falc. Neq; in re præſenti hæredem teneri ad annua legata etiam ꝙ fructus bonorum ad illa non ſufficiant, ſuadet tex.in l.lucius de alim.& cib.lega. Nam & ſi in eo
4 tex.deabeãtur integra † alimenta etiam ꝙ ex fundo non percipiatur tantum quantum requiritur ad alimẽta.Id tamen ea ratione fuit deciſum, quia uerba illa obligatos eis &c. fuerunt appoſita poſt perfectum legatum, & ſic nõ gratia taxationis ſed demonſtrationis.l.quidam teſtamento in prin. & ibi declarat Bart.de leg.1.l.paulo Calimacho. §.fi. de lega.3. Idque ſenſit tex.in d.l.Lucius in ultimis uerbis, & Bar.ibi & latius in l. inter ſtipulantem. §.ſacram de uerb.oblig.nu.6.& diſpoſitio d.l. Lucius uidetur neceſſariò intelligenda, dummodo ex alijs bonis percipiantur fructus ſufficientes ad alimenta Bartho.Ang.Caſtren.ſuperius allegati & probat tex.in l.legatum.§.1.de an.leg.in l.ex eo de trit.ui.& ole.in l.firmio in princ. quan.di.leg.ced. quo ſtante quòd, ſcilicet legatum ſit ex fructibus ſoluendum ſuccedit quòd cum hæres non potuerit illud ſoluere ex fructibus qui non ſufficiebant ad ſummam annui legati pœnam aliquam incur
5 riſſe non poſſit. Nam † quando fideicommiſſum relinquitur in pœnam hæredis ſi non fecerit tale quod ita demùm debetur fideicommiſſum ſi hæres potuerit facere & non fecerit l.pater, Seuerinã in prin.de cond.& demonſt.ubi Barth.inquit ubi non eſt omninò debitum ibi non eſt pœna: præ
6 tereà uerba illa † ſi non tradiderint &c. ſunt intelligenda ſi fuerint in mora tradendi.l.ſi pœnam, quando dies lega. ced. uerum ſi fructus non ſufficiunt ad alimenta, mora non poteſt conſiderari
7 in hærede. Quod autem fructus † non ſufficiunt ad legatum annuum probatur ex inuentario bonorum. Bartho. Angel. Caſtren. & Iaſo.in l.fin. §.licentia. C. de iur. delibe. & etiam abſque inuentario huiuſmodi negatiua probatur ex eo quòd hæres dicit tantum eſſe in bonis quòd uult dicere plus eſſe id debet probare, gloſſ. & Barth. in l.cum de lege de probat. Circa ſecundum ubi legatum annuum ex corporibus hæreditarijs eſſet ſoluendum: tamen hæres pœnam priuationis non poteſt incurriſſe.
8 ¶ Primo quælibet cauſa † iuſta uel iniuſta excuſat à dolo.l.igitur.§. poteſt de lib. cauſ. & cauſa
9 iuſta † litigandi excuſat à mora gloſſ. in l. uinum ſi cert.petat. Verum cum ſaltem non poſſit negari, quin articulus prædictus ſit dubius in iure, apparet hæredem habuiſſe iuſtam cauſam ſe defendendi & ſi conſilium duorum Doctorum, uel unius excellentis præbet iuſtam cauſam litigandi Bartho.in l.in bonorum numero.4.de bo.poſſ. Bal.& Iaſo. in l.iuris ignorantia.C.qui admin.multò magis text.in d.l.liberto §.1.in d. l.maritum.§. fi.in d l.diui & in d. l.imperator & dicta Saly. Iaſ. Soc.Iun.& aliorum ſuperius relata debent cauſare iuſtam cauſam litigandi. Hinc ſuccedit quòd legimus in l.qui ſine dolo malo de regu.iur. & in l.ſi quis ſolutioni de uſur. & ſi error iuris dubij excuſat & cauſat bonam fidem etiam aptam ad præſcribendum Abba.in c.de quarta numero.12. Felin. numero.27. de præſcr.multò magis ex-

cusare debere à pœna, & causare bonam fidem sufficientem ad excusandum à mora, dicta l. qui sine dolo malo, d. l. si quis solutioni. Secundo quia
10 mora † controuersia super hæreditate non potuit hæres sine dolo præsumpto soluere legatum ex bonis hæreditarijs non præstita cautione l. dolo. ad l. falcid. l. in fraudem. C. de lega. Tertio quia hæres semper obtulit facere omnia ad quæ tenetur, & soluere annuum fictum non solum ex fructibus sed etiam ex corporibus hæreditarijs ubi id
11 declaretur per iudicem & ad euitandam † pœnam caducitatis, sufficit etiam oblatio uerbalis. l. acceptam. l. si per te. C. de usur. licet ad consequendam liberationem requiratur depositio. Cyn. in l. 2. in secunda opposi. Angel. numero sexto. C. de iur. emphyteu. Circa tertium. Indubitatum uidetur substitutum, cuius substitutionis conditio nondum euenit non posse dici incurrisse pœnam caducitatis ex eo quòd hæres non soluit. Nam testator præsumitur uoluisse confirmare se cum dispositione iuris communis & nõ præsumitur uo-
12 luisse facere id, quod non poterat & ex facto † alterius nemo potest hæreditati allegare aut exhæredari. l. pater fam. de hæred. institu. prætereà uerba testamenti si non tradiderint interpretantur,
13 id est si fuerint in mora tradendi, & sicuti † onus soluendi annuum legatum censetur impositum substitutis in casu, quo hæreditas ad eos deueniat, & contingat eos succedere. Comen. consi. 119. numero 3. uersi. cuius rei gratia, Alex. consi. 24. lib. 3. num. 5. & ibi Aposti. ita & priuatio ob non solutum legatum debet censeri iniunctum eis, in casu, quo hæreditas ad eos deueniat: Nam ante nõ põt dici in more cum ante legatum ab eo peti nõ posset. l. si pupillus de nego. gest. Cumq; testator
14 usus fuerit uerbo priuauit, & priuatio † præsupponat habitum l. decem de uerbo. obliga. censetur contulisse pœnam priuationis in casum, quo hæreditas ad eos peruenisset, & substituti in casu quo hæres moriatur censentur etiam substituti in casu, quo hæres aliter priuetur. l. gallus. §. & quid si tantum de liber. & posth. ad quod conuenit id, quod scripserunt Castren. Alexand. Iaso. in l. si mater. C. de institu. Si testator instituit uxorem donec casta & honesta steterit, & ad secundas nuptias non transierit: & post eius mortem substituit Titium muliere defuncta, substitutum admitti. Nam intentio testatoris fuit quòd ad ipsum perueniat hæreditas postquam desinit in persona mulieris.

CASVS LXXII.

Colligitur ex allegationibus.

¶ Quamcunque partem testamenti consideremus.

SVMMARIVM.

1 *Testator si dicat instituo filios meos & filiorum meorum usque infinitum descendentes quomodo isti censeantur uocati.*

2 *Filios filij institutos ex necessitate præcisa, uel causatiua esse uocatos per uulgarem.*

3 *Verbum instituo est directum ciuile.*

4 *Testator censetur substituisse ad inuicem descendentes in casu quo per uulgarem fuissent admissi.*

5 *Substitutio reciproca non censetur facta nisi in casu quo omnibus personis conueniat.*

6 *Substitutus per fideicommissum ob clausulam codicillarem aliquis non dicitur.*

7 *Clausula codicillaris nihil operatur ubi non est uoluntas testatoris.*

8 *Clausula codicillaris non plus operatur quam si testator fecisset codicillos.*

9 *Substitutio uulgaris potest fieri etiam in legatis & fideicommissis.*

10 *Substituti uigore clausulæ codicillaris non possunt plus consequi quam ex testamento.*

11 *Vocati sub eodem uerbo instituo eodem iure dicuntur uocati.*

NVllum uidetur subesse fideicõmissum ad quod infans filius defuncti uideatur uocatus tanquam patri substitutus: nam per ea uerba
1 † instituo Fabritiũ & Cæsarem &c. filios meos & quoscunque filios masculos legitimos & ex legitimo matrimonio procreatos filiorum meorum masculorum institutorum ut supra, & eorum liberos & descendentes masculos in institutum &c. Filij & descendentes institutorum uidentur uocati ordine quidem successiuo sed per uulgarem solum substitutionem, scilicet in casu quo præcedentes nollent uel non possent succedere ut contra Castren. uidetur receptior sententia quam tenuere Comen. in l. gallus. §. quidẽ rectè nume. 7. uersicu. item cum testator filio, &c. Soc. consi. 113. lib. primo consi. 104. lib. 3. quamuis in dicto. §. quidam rectè reliquerit cogitãdum Dec. consi. 205. consi. 253. consi. 291. Rip. in l. hæred. mei. §. fi. nu. 9. ad Treb. Appost. in add. ad con. Alex. 24. nu. 5. lib. 3. Idem sensit Alex. consi. 10, nu. 3. lib. 1. consi. 185. nu. 24. uersi. præterea lib. 2. & hanc esse cõem oĩum sententiam inquit Soci. Iun. cõsi. 180. nu. 53. lib. 1. eandẽ sequit Ruy. cõsi. 92. nu. 5. cõsi. 99. nu. 6. consi. 100. nu. 3. lib. 2. Alc. cõs. 201. nu. 8. quib. stãtib. non est curandũ ꝙ Bal. Caur. & Cur. Iun. ꝯrium consuluerint. Prætereà qñ
2 testator † instituit filium & descendentes quos tenebatur instituere ex necessitate ꝑcisa uel causatiua oẽs cõsentire vñr liberos filij esse duntaxat uocatos per uulgarẽ ut fatetur Cast. in §. quidã rectè nu. 6. Soc. nu. 6. Alex. d. cõsi. 24. nu. 5. ubi Appost. scripsit oẽs in id cõiter ꝯuenire idẽ asserunt Deci. consi. 384. quæ sñia in re pñti facilius ꝓcedere vr̃ qua testator loquutus fuit per uerba directa, s. in-
3 stituo † quod est directum ciuile. l. 1. ubi no. Bald. de uulg. quod nõ potest impetrare fideicõmissum l. uerbis ciuilib. de uulga. qua ratione Aret. in d. §. quidã rectè inquit ubi testator insti. filiũ & nepotẽ ex eo indubitatũ ꝙ nepotes admittant̃ solũ in casum uulgaris, & Dec. ꝯs. 253. & 291. inqt ubi institutio uel substitutio est facta p uerba directa nullo mõ ꝓcedere op. Cas. & in his terminis, s. in instõne

facta

facta per uerba directa non loquuntur Bald.Caur. & Curt.Iun.in consilijs ex aduerso allegatis. Vnde cum Cæsar.& post eum Alexander Iunior successerint, uulgaris substitutio expirauit: Non et uidetur infans patri substitutus per sequentia uerba.§.Item uolo quòd si aliqui ex dictis filijs meis uel quicunque ex eis descendentes masculi decesserint sine filijs masculis &c.tunc substituo superstites seu superstitem &c.seu eius liberos & descendentes masculos &c. Nam cum Cæsar relinquerit Alexandrum, Alexander infantem huiusmodi substitutionis conditio defecit uel saltem quo ad portionem obuentam Cæsari adhuc non fuit purificata. Non etiam uidetur posse dici filios & descendentes filiorum positos in conditione adiecto uerbo masculis esse substitutos: cum in contrarium sit receptior sententia. Rip.in l.centurio num.162. Non etiam uidetur posse dici ex eo quòd substitutio est facta etiam descendentibus masculis filiorum dictos descendentes censeri ex testamento uocatos, ut censuit Bartho.in l.centurio num.37.de uulga.tum quia contra Bar. est communis sententia Ias.ibi num.56.tum quia substitutio censeretur facta descendentibus in casu quo ipsi ex uulgari successissent l.qui plures de uulg.Ruyn.consil.101.num.6.& 7.lib.3. Neque per alia uerba.§.& eos omnes inuicem substituo infans uidetur per fideicommissum substitutus
4 patri: Nam † testator censetur substituisse ad inuicem descendentes in casu, quo per uulgarem fuissent admissi, d.l.qui plures. Comens.consil. 119.nu.2.uersi.cuius gratia Alex.consil.91.uersi. ostenditur lib.primo consil.24.num.5.uersic.modo redeundo & num.7.& 8.lib.3. Soc.consi.104. num.5.consil.116.num.2.lib.3.Appost.in add.ad d.consil.Alex.24. Dec.consi.384. Ruyn.d.consil.
5 101.Adhæc substitutio † reciproca non intelligitur facta nisi in casu quo omnibus personis conueniat l.iam hoc iure de uulga. Verum filij testatoris non possunt dici substituti eorum descendentibus.§.ut pater censeatur substitutus filio per ea uerba eos omnes inuicem substituo: ideoque neque nepos aut alij descendentes possunt dici substituti eorum patribus: ut in simillimo casu argumentatur Barth.in l.Lucius num.8. de uulg. Soc.consil.69.num.3.lib.3. Ruyn.consi.101.nu.
6 7.Neque ob clausulam † codicillarem dici potest infantem fuisse substitutum patri per fideicommissum, ut latè ostendit Dec.in l.precibus nu.18. consil.205.& alibi sæpè Rip.in l.hæredes mei §. fin.num.9.ad trebell.Ruyn.consil.159.nume.23. lib.2.Maria. Soc.consi.180.num.78.in 2. Alben. consil.29.& aliàs ego latè ostendi & Caur.ac.Cur. Iun.qui contrarium asseruerunt non respondent fundamentis Dec. & maximè rationi illi quòd
7 † clausula codicillaris nihil operatur ubi creditur uoluntatem testatoris non adesse, & in re præsenti secundum communem opinionem per illa uerba instituo uel substituo filium & eius descendentes non præsumitur mentem testatoris fuisse uocare descendentes in casu quo filius successisset aliàs in testamento inducta censeretur fideicom-
8 missaria substitutio. Prætereà clausula † codicillaris non potest plus operari quam si testator fecisset codicillos: Verùm si testator in codicillis grauauisset hæredem restituere hæreditatem filio & eius liberis, liberi censerentur duntaxat uocati ad fideicommissum in casu, quo Titius nollet uel non posset consequi fideicommissum ut probant rationes per Doctores præallegatos adductæ,
9 Cumque substitutio † uulgaris possit fieri etiam in legatis & fideicōmissis l.ut hæredibus de lega. 2.Sequitur ut possit etiam fieri in codicillis in quibus legata & fideicommissa dari possunt, & substitutus uulgariter in fideicommisso quāuis quo ad primum fideicommissarium dicatur uulgariter substitutis tamen quò ad hæredem & uenientes ab intestato dicitur substitutus per fideicommissum & hæreditatem capere in re fideicommissi Castr.in l.scæuola ad Trebell. Barth.in l.quandiu 2.circa fin.de acquir.hæred.Cumque substitutio descendentium inducta per uerba illa instituo filios & eorum descendentes potuerit etiam in codicillis ualere, ut uulgaris non potest ullo modo trahi ad fideicommissum Gloss.& Bart.in d.l.scæ-
10 uola ad trebell.& substituti † uigore clausulæ codicillaris non possunt plus consequi quàm ex testamento consequi poterant Bartho.in l.prima q. 11.de iu.cod.Bald.consil.170.lib.5. Dec.in l.precibus numero 18. Rip.in dicta l.hæredes mei §. fin.num.9.ad trebell. Verum in casu præsenti substitutus secundum communem sententiam ex testamento non potest succedere post adeptam per primum hæreditatem. Doctores uerò in contrarium allegati non loquuntur in terminis, neque probant eorum sententiam. Parr.consil.41.lib.2. non probat communē esse contra Dec.& hi quos ipse & alij allegant.§.Fulg.& Castren.in l.si frater C.de fideicomm.non dicunt id, ad quod allegantur præter id quòd Parr.loquitur in casu, quo substitutio erat facta per uerba denotantia tractum temporis: & in his terminis etiam loquitur Rip. in l.ex facto in prin.num.3.ad Trebell. Et in casu quo substitutio erat facta per uerba directa & nunquam potuit ualere iure directo. Soc.consil.12. numero 16.lib.3.loquitur in substitutione post mortem, & sic habente tractum temporis in l. gallus §.quidam rectè in fin.non decidit, sed dicit cogitata: & loquitur in substitutione facta per uerba directa: quæ nunquam potuit ualere iure directo, & in consil.6.lib.3.loquitur in casu quo constabat de reciproca substitutione: & quo testator expressè hæredes inuicem substituerat: & licet uelit filios unius esse substitutos alteri filio testatoris non tamen uult quòd per ea uerba instituo filium & descendentes filij censeantur substituti patri per fideicommissum: & in his terminis loquitur etiā Rip.in d.l.lucius præter id quòd iuri consona non uidetur ea quæ tradunt Soc.in d.consil.6.& alij tenentes contrariam sententiam dum ponderant uerba illa clausulæ codicillaris.§. si non ualet uel ualebit &c.ualeant &c. Etenim & si substitutio uulgaris euanescat per additionem instituti tamen conditio illa si non ualet uel non ualebit non dicitur purificata neque ob id potest dici substitutionem non ualere, sed expirasse, siue

ſiue caſum eius non eueniſſe, & aliud eſt quòd diſpoſitio non ualeat aliud, quòd expirauerit, uel caſus illius non euenerit, & ſi uera eſſet argumentatio Soc. ſequeretur quòd ſi teſtator aliquem inſtituiſſet hæredem ſub conditione adiecta in teſtamento clauſula codicillari quamuis deficeret conditio, inſtitutos tamen admittetur iure fideicõmiſſi, quod omninò falſum eſt: Item ſequeretur quòd ubi expiraſſet uulgaris ſubſtitutio ſtatim eſſet locus fideicommiſſariæ, & ſic ſubſtitutus uulgaris in effectu eſſet potior inſtituto, neque intentionem Soc. probant ea, quæ ipſe allegat. Nam in l. ſi frater C. de fideicomm. erat facta expreſſa fideicommiſſaria ſecundum gloſſ. & Barth. ibi Caſtr. uerò & Fulg. ibi loquuntur in ſubſtitutione compẽdioſa, cui in erant uerba denotantia tractum temporis. ſ. ſi filius intra uiginti quinque annos deceſſerit, Accedat quòd ea quæ ex aduerſo adducuntur loquuntur in caſu, quo teſtator fecit expreſſam ſubſtitutionem inter eum, qui aſſeritur grauatus, & eum, qui aſſeritur ſubſtitutus ut Titium inſtituo, & Sempronium ſubſtituo uel hæredes meos inuicem ſubſtituo & non uidentur conuenire terminis propoſiti caſus quo teſtator dixit filios & eorum deſcendentes inſtituo, & ratio differentiæ manifeſta uidetur: Nam cum
11 uerba illa † inſtituo filios meos & eorum deſcendentes ſub eodem conſtructu uerborum, imò ſub eodem uerbo uocat filios & deſcendentes, debet omnes eodem iure. ſ. directo uel obliquo uocare l. iam hoc iure de uulga. Cumque quò ad filios importent in teſtamento directam inſtitutionem, in codicillis uero fideicommiſſum iniunctũ hæredibus ab inteſtato, Idem & non aliud denotare debent quò ad deſcendentes filiorum, & impoſſibile uidetur, quòd unum & idem uerbum, ſ. inſtituo honoret filios, & eoſdem fideicommiſſo grauet: quæ ceſſant ubi teſtator filios inſtituit, & deſcendentes ſubſtituit uel hæredes inuicem ſubſtituit.

CASVS LXXIII.

¶ Impugnatur quoddam teſtamentum quaſi non ſit probatum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non ualet ubi non eſt numerus teſtiũ requiſitus.*

2 *Teſtis unus non poteſt inualidare teſtamentum ſi dicat notarium erraſſe uel rem aliter narret, & numero 3.*

4 *Inſtrumenti nulla fides habetur ſi duo teſtes non deſcripti in inſtrumento contradicant.*

5 *Teſtis ſecundas depoſitio quando tollit uel non tollit uires primæ deſpoſitionis.*

6 *Teſtimonium illius qui dicit ſe diſſe falſum teſtimonium nullomodo eſt admittendum.*

7 *Iudici in articulo mortis dicentis tuliſſe falſam ſententiam non creditur in præiudicium partis.*

8 *Notario aſſerenti inſtrumentum à ſe confectum eſſe falſum non creditur.*

9 *Teſtis licet per ſecundum dictum conuincatur de falſo quo ad ſe non tamen ad præiudicium partis.*

10 *Veriſimilius illud eſt quod conſonat iuri communi & naturali æquitate.*

11 *Teſtis ſuper probitate deponens non probat niſi aſſignet rationem ſui dicti.*

12 *Teſtator præſumitur uoluiſſe teſtamentum & non codicillos facere.*

13 *Teſtamentum imperfectum ratione uoluntatis quia de ea non conſtat non ſubſtinetur per clauſulam codicellarem.*

14 *Præteritio nepotis reddit inualidum etiam teſtamentum inter liberos.*

15 *Priuilegia data teſtamento facto inter liberos quando habeant locum.*

16 *Teſtamentum factum ad interrogationem alterius quando ualet.*

IN re præſenti agitur de probando quòd teſtamentum fuit factum, & ſic diſpoſitionem & uoluntatem teſtatoris, ideoque neceſſarij ſunt ſeptem teſtes, Bartho. in l. cum proponeretur de leg 2. Baldus in l. 2. in prima opp. Iaſ. num. 5. C. de bon. poſſi. ſec. tab. Vnde Antonius neque ex inſtrumento teſtamenti neq, ex atteſtationibus ſe fundare poteſt: Nam quo ad inſtrumentum unus ex teſtibus deſcriptus in inſtrumento parte citata in iudicio examinatus contradicit teſtamento, & eo ſublato non remanet
1 † numerus teſtium ſufficiens ad teſtamentum: quo caſu fides inſtrumento non eſt adhibenda; gloſſ. & Bartho. in l. prima §. ſi quis negat quemadmodum teſtam. app. comprobant alij quos refert Feli. in d. c. cum Ioannes numero 51. de fid. inſtr. & qui teſtis uidetur optimè probare: Nam teſtis dicens interfuiſſe teſtamento, ſed aliter fuiſſe ſcriptum, quàm actum, probat Barth. in d. §. ſi quis
2 neget num. 10. & ſi teſtis † dicat notarius errauit quia nõ audiuimus hæc uerba probat negatiuam Bald. in l. hæc ſentẽtia nu. 6. C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. Felin. in c. cum Ioannes nu. 51. uerſicu. ex prædictis, etiam quòd non reddant aliam rationem. Fel. in c. tertio loco nu. 5. de probat. imò ad
3 inualidandum teſtamentum † ſufficit quòd unus ex teſtibus in eo deſcriptis rem aliter narret, ut poſt alios quos recenſet, tradit Ruyn. conſi. 8. nũ. 14. li. 4. cui accedit dictũ alterius teſtis deſcripti in teſtamento, qui & ipſe in ſubſtantia teſtamenti contradicit inſtrumento nam dicit defunctum non nominaſſe aliquem hæredem. Præterea & ſi nullus ex teſtibus deſcriptis in inſtrumento con-
4 tradiceret teſtamento: tamen cum duo † non deſcripti contradicant, inſtrumento fides omnes tollitur, Barth. d. §. ſi quis neget nu. 12. Et quanuis præfati cum iuramento in iudicio deinde contrarium depoſuerint: tamen primo dicto ſtandum Gloſſ. Abb. num. 9. Felin. num. 4. c. cum in tua de teſtib. Neque obſtat quòd ſecundum dictum fuerit etiam cum tortura. Primò quia cum ſecunda depoſitio fuerit non cum actrice, neque ea præſente, aut citata: ſed inter alias perſonas & in alia inſtantia ad diuerſum finem tendente indi- 8
ſtinctè

5 ſtinctè non uidetur † ſecunda depoſitio tollere ui
res primæ, quo ad cauſam, in qua prima fuit fa
cta. Nam Barth.in l.eos de falſis. Abb.in c.cum
in tua num.9.de teſtibus, quando uolunt ſecun
dum dictum cum tormentis præualere primo
quod fuit ſine tormentis loquuntur expreſsè in-
ter eaſdem perſonas, & in eadem inſtantia, & in
eodem caſu loquitur Barth.in l.ſi poſtulauerit §.
ſed ſi negauerit de adult.& in his terminis loqui-
tur text.in d.§.ſed ſi negauerit Bald.in l.2.num.3.
C.de adult. Alex.conſil.63.lib.primo, & ideò Fe-
lin.in d.c.cum in tua num.4.facit regulam, quod
quando teſtis dicit unum in uno iudicio, aliud
in alio, attenditur primum: Idque limitat duo-
bus modis, inter quos non eſt caſus quando ſe-
cundum dictum eſt cũ tormentis. Præterea etiam
inter eaſdem perſonas, & in eadem inſtantia ſe-
cundum dictum cum tormentis non præualet pri
mo poſt publicationem, Barth.in d.§.ſed ſi nega-
uerit: Vnde multo magis ſecundum dictum in-
ter alias perſonas in alia inſtantia non citato eo, in
cuius fauorem eſt redditum primum dictum licèt
in tormentis deberet præualere primo poſt ſen-
tentiam ſuper eo latam: ad hæc tortura non uide
tur purgare uitium periurij: Nam iura dicunt in
6 diſtinctè † teſtimonium eius, qui dicit ſe dixiſſe
falſum teſtimonium, nullatenus admitten.c.ſicu
ti de teſtib.& Abb.ibi in 3.notabili indiſtinctè ait
non credi teſti, qui poſt depoſitionem dicit ſe cor
ruptum fuiſſe, quòd ſi admitteretur cum tortu-
ra malè diceret text.in uerb.aliquatenus, & ſub
generali diſpoſitione qua habilitantur teſtes cri-
minoſi periurus non uidetur habilitatus niſi de
eo fiat ſpecialis mentio gloſſ.in c.per tuas in uerſ.
adulterij, & ibi not.Abb.num.12.de ſimonia, &
licèt criminoſus emendatus de crimine non re-
pellatur à teſtimonio, periurus tamen emenda-
tus repellitur C.teſtimonium de teſtibus, & teſti
etiam in articulo mortis conſtituto dicenti ſe tu-
7 liſſe falſum teſtimonium, uel iudici † in articulo
mortis dicenti tuliſſe falſam ſententiam non cre-
ditur in præiudicium partis. Barth.in l.ſi quis in
8 graui §.ſi quis moriens ad Syll.& notario † aſſe-
renti inſtrumentum à ſe confectum eſſe falſum,
fides non adhibetur. Caſtren.in l.Seya per illum
text.ad Velleia.quas deciſiones non reperio limi-
tari in caſu, quo teſtis iudex uel notarius depo-
9 neret in tormentis, & licèt † per ſecundũ dictum
teſtis conuincatur de falſo, quò ad ſe, non tamen
ad præiudicium partis d.c.ſicuti, Feli.in d.c.cum
in tua numero.4. Accedat quòd præſenti in tor-
mentis fuerint interrogati contra ſe, & alios: quo
caſu debiliori uidetur confeſſio cum tormentis
quam ſine ſi rectè ſenſit Barth.in l.prima §.quæ-
ſtioni de quæſtionibus.

¶ Conſiderata inſuper hora mortis non eſt ue-
riſimile quòd Paulo ante mortem defunctus fue-
rit in ſano ſenſu, & idoneo ad teſtandum. Item
conſiderato quòd ualde amabat nepotem ut fuit
probatum in actis, non eſt uerisimile quòd eum
uoluerit præterire, & à bonis ſuis excludere, &
10 uerisimilius † etiam dicitur id quod iuri commu-
ni conſonat, Inn.in c.audius num.4.Abb.nu.15.
de præſumpt.& quod conuenit naturali æquita-
ti Baldus in authen.omnes peregrini in fi.C.cõm.
de ſucceſſ.concurrit etiam confeſſio extraiudicia-
lis notarij de qua deponunt duo teſtes. Item ſu-
ſpitio contra notarium, ex eo, quòd aliàs fuerit
imputatus & habitus pro ſuſpecto, quòd commi
ſerit falſum in rogandis teſtamentis quod eſſe
ponderandum ſcripſit Bald.in l.quotiens §.ſed ſi
non in corpore de hæred.inſtit. Neque dici poteſt
probatum eſſe, illum eſſe uirum probum: tum
quia teſtes Antonij dicunt eum eſſe notarium le-
galem, & quod creditur eius inſtrumentis, non
autem dicunt, quòd ſit bonæ uocis conditionis
& famæ, uel quod ſit uir probus: & omni in ca-
ſu quem eſſe uirum probum non percipitur ſen-
ſu corporis, ſed iudicio intellectus: ideò teſtis
11 ſuper † probitate deponens non probat niſi aſſi-
gnet rationem dicti ſui, Inno.& poſteriores in c.
cauſam de teſtib.Barth.in l.ſolam C.de teſtib.præ
ter id quòd cum teſtes actricis deponant de ſpe-
ciali crimine, de quo fuit imputatus notarius
præualent teſtibus Antonij deponentibus in gene
re: Curt.in tract.de teſtib.conclu.7. Tandem ex
hijs quæ ponit Fulg.cõſil.79.col.pen.& uult.ubi
defendit in eo caſu teſtamentum, cui unus ex te
ſtibus deſcriptis contradicebat facile diiudicari
poteſt in re præſenti teſtamentum aliquo modo
defendi non poſſe. Neque ſuſtineri poteſt teſta-
mentum in uim codicillorum, tum quia teſta-
12 tor † præſumitur noluiſſe teſtamentum non co-
dicillos facere l.non codicillum C.de teſtam.tum
quia neceſſarium fuerat ut teſtator id expreſsè di
ceret l.fin.C.de codicillis & teſtes eſſent rogati ad
codicillos id quæ ſcirẽt l. qui teſta.§.fi. de teſtam.
13 tum quia teſtamentum † imperfectum ratione
uoluntatis, quia de ea non conſtat non ſuſtinetur
per clauſulam codicillarem Barth.in l.prima de
iure codicillorum num.8.tum quia non ſupereſt
numerus teſtium ſufficiens ad codicillos. Non
etiam defendi poteſt ut teſtamentum inter libe-
14 ros, nam præteritio † nepotis reddit inualidum
etiam teſtamentum inter liberos, Spec.in tit.de
inſtr.ed.§. compẽdioſe uerſic.quid ſi pater habẽs
tres filios Cyn.in aucten.nouiſſima C.de inoff.te-
ſtam.Ruyn.in conſi.15.nu.16.lib.2.& caſu quo
teſtator unum ex liberis faciat hæredem: Cæte-
ros autem legatarios, teſtamentum non ſuſtineri,
ut teſtamentum inter liberos admittit Boer.in de
15 ciſ.240.ex aduerſo allegat. & priuilegia data † te
ſtamento facto inter liberos locum habent, quan
do pater habens plures liberos in fauorem om-
nium diſponit ſecus ſi in fauorem unius tantum
Rom. conſil.179.col.5.uerſi.2. quod & polito.
Quod ſi Antonius uellet inniti atteſtationibus &
probare teſtamentum per teſtes nullo modo ob-
tinere poteſt: Nam ſi uideantur teſtes examinati
in iudicio adſunt tantummodo tres qui deponũt
defunctum feciſſe teſtamentum contra duos quo
rum obſtant exceptiones in actis oppoſitæ: Vlti-
mò non uidetur omittendum, quod & ſi gloſſ.
in l.iubemus C.de teſtam.in uerb.quẽadmodum
16 uoluerit teſtamentum † factum ad interrogatio-
nem alterius ualere, id tamen reſtringitur per
Cyn.

Cyn. ibi in teſtatore non ualde grauato, & qui poterat de omnibus articulatè loqui, comprobat Rip. in l. prima §. ſi quis ita de uerb. oblig. & lib. reſponſ. 3. c. 11. Item reſtringitur quando interrogatio fit ab eo, qui teſtamentum prius ſcripſerat de mandato defuncti. ſecus autē ſi notarius non ad inſtantiam defuncti, ſed alterius ſcripſit deinde interrogauit Bal. & Iaſ. in d. l. iubemus. Caſtren. in l. hæc conſultiſſima §. at cum humana C. de teſtam. Rom. in conſil. 30. Cro. in l. 1. §. ſi quis ita nu. 8. de uerb. oblig. Laur. Calca. conſil. 91. Ruyn. cōſi. 8. li. 3. Caur. conſi. 117. Appoſt. ad cōſiliū Alex. 12. lib. primo. Verùm ſi conſiderentur omnes teſtes, ex hijs conſtat notarium accerſitum non à teſtatore ſed ab alio. Item teſtamentum fuiſſe ſcriptum diſtante alio. Item teſtatorem fuiſſe ſummopere grauatum, & in extremo mortis articulo conſtitutum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimi per ſubſequens matrimonium inquacunque diſpoſitione ueniunt appellatione ex legitimo matrimonio natorum & nu. 4.*
2 *Sequens matrimonium purgat omnem maculam.*
3 *Diſponentes uidentur uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris & nu. 10.*
5 *Legitimati per reſcriptum dicuntur legitimi & naturales.*
6 *Præſumptio nobilitatis tollitur per aliam præſumptionem.*
7 *Præſumptio nobilitatis quando nihil operatur.*
8 *Teſtator ubi expreſſe mandat quem legitimari poſt eius mortem non eſt neceſſaria cuiuſque citatio.*
9 *Legitimationem uel alium actum non retrotrahi in præiudicium alterius, quomodo intelligatur.*
11 *Verba teſtatoris recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*
12 *Arguere licet à contractibus ad ultimas uoluntates.*

CASVS LXXIIII.

Patet ex allegationibus.

1 Legitimatos † per ſubſequens matrimonium in quacunque diſpoſitione uenire appellatione legitimè natorum: uel ex legitimo matrimonio procreatorum ſuadet text. in l. cum quis in fine, ibi ex hijſdem matrimonijs C. de natural. lib. ubi tam legitimati per ſubſequens matrimonium, quàm nati poſt contractum matrimoniū appellantur procreati ex hijſdem matrimonijs, idem probat text. in c. cum in cunctis de elect. ubi diſponitur quem non poſſe ellegi in epiſcopum niſi procreatus ſit ex legitimo matrimonio, & tamen legitimatus per ſubſequēs matrimonium poteſt ellegi in epiſcopum, gloſſ. in c. innotuit in uerſic. coniugata eo. tit. & appellatione legitimæ natorum uel de legitimo matrimonio natorum comprehendi legitimatos per ſubſequens matrimonium, aſſeruerunt Abb. in d. c. innotuit num. 17. uerſic. & ex prædictis, Imo. num. 13. Anto. de Butr. num. 18. Abb. in c. tanta num. 7. qui fil. ſint legit. Ant. de Butr. in c. per uenerabilem qui fil. ſint legit. numero 16. uerſi. in contrarium quia uidemus &c. & nume. 17. uerſicu. quid ſi dixerit ſine filijs legitimè natis. &c. Caſtr. in l. fin. C. de hijs qui uen. ætat. &c. in l. ſi ita quis §. is cui in fin. de leg. 2. conſil. 180. num. 5. lib. primo &c. Dec. conſil. 155. col. ult. Rip. in l. ex facto §. ſi quis rogatus nu. 47. ad trebell. in l. ſi unquam in. 32. q. C. de reuo. donat. Parr. conſil. 13. nu. 40. conſil. 15. num. 7. lib. 2. Crot. in l. gallus, §. & quid ſi tantum nume. 82. de lib. & poſthum. Iaſ. conſil. 168. lib. 4. num. 6. Boer. deciſ. 159. nu. 5. Idemque uoluerunt Iſer. nu. 8. Mar. Lau. uer. aditio præpoſ. num. 4. Afflic. in 5. not. num. 25. in §. naturales ſi de feu. fue. contro. qui feudiſtæ contra Bald. ex pluribus defendunt legitimatum per ſubſequens matrimonium ſuccedere in feudo accepto pro filijs legitime natis uel legitimè deſcendentibus. Tres autem rationes adducuntur ultra text. ſupra alle-
2 gatos. Prima quia † ſequens matrimonium purgat omnem maculam gloſſ. c. tanta qui fil. ſint legit. gloſſ. in d. c. innotuit in uerbo coniugata Iſer.
3 Lau. & Affli. in d. §. naturales. Secunda quia † diſponentes uidentur ſe uoluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris Caſtr. in d. l. fin. Dec. d. cōſi. 155. Tertia quia legitimatio per ſubſequens matrimoniū retrotrahitur ad tempus natiuitatis ſiue cōceptionis quo ad omnes iuris effectus d. c. tanta & ibi Abb. num. 7. Afflict. d. §. naturales nume. 10. & num. 25. ex quibus indubitanter crediderim peſſimè conſuluiſſe: Alex. conſil. 5. lib. 7. Ruyn. cōſi. 93. lib. 3. & alios qui eorum ſententiam ſequuti fuerunt. Cumque rationes prædictæ procedant
4 † ſiue dicatur legitimè aut ex legitimo matrimonio natis, ſiue dicatur legitimis & naturalibus & de legitimo matrimonio procreatis: uidet᷑ quòd utroque caſu procedat prædicta cōcluſio. ſ. quòd etiam appellatione filiorum legitimorum & naturalium ac de legitimo matrimonio procreatorum ueniant legitimati per ſubſequens matrimonium, ut aſſeruit Appoſt. ad d. conſil. Alexan. quintum, & quamuis Decius conſil. 155. in fin. uideatur hoc caſu aliud ſentire, & Ruyn. d. conſil. 93. nu. 15. & 16. expreſsè defendat per uerba prædicta excludi legitimatos per matrimonium ſubſequens: tamen ratio geminationis, qua potiſſimum innituntur nō uidetur adeſſe, etenim cùm longè aliud denotent uerba illa legitimis & naturalibus, aliud uerba de legitimo matrimonio procreatis, non poteſt dici ſubeſſe uerborum geminationem præcipuè cum uerba ultima. ſ. ac de legitimo matrimonio procreatis ſint magis ſtricta, & reſtringant ſignificatum præcedentium: præterea ubi etiam poſſet dici adeſſe geminationem, tamen cum uerba ultima. ſ. & de legitimo matrimonio procreatis operentur magnum effectū, abſq; eo quòd excludant legitimatos per matrimonium ſubſequens non debent extendi ad eorum excluſionem contra diſpoſitionem iuris, etenim per illa uerba filijs legitimis & naturalibus comprehenſi erant legitimati per reſcriptum qui dicun-

tur

tur legitimi & naturales, Castr.in d.l.si ita quis §.fin.de leg.2.& alij quos referunt & sequuntur Alex.consil.2. num.13.lib.primo, Alex.& Ias.in l.generaliter §. cum autem C.de instit. & substit. hi autem excluduntur à uerbis subsequentibus.s. ex legitimo matrimonio procreatis. Vnde cum uerba prædicta satis operetur.s.exclusionem legitimati per rescriptum non potest ex his inferri ad exclusionem legitimati per subsequens matrimonium. Et quanuis Ruyn.d.consil.93.conetur respondere huic fundamento eius tamen responsiones ad rem non faciunt: Nam dato sine ueri præiudicio quòd regulariter uerba illa legitimis & naturalibus prolata à nobili non cõprehenderent legitimatos per rescriptum tñ id non procederet in re pñti: in qua testator erat naturalis & legitimatus per rescriptũ, & in qua hǽdes instituti erãt naturales & legitimati per rescriptũ: quo casu uerba illa legitimis & naturalibus prolata ẽt à nobili comprehendunt legitimatos per rescriptũ ſm omnes: Nam Decius in c.in pñtia nu.43.uersic.ult. etiam de probat.dixit quando testator erat naturalis substitutus sub conditione si quis decesserit sine liberis excluditur à naturali, & gloss.in l.generaliter §.cum autem in uersicu.sobole in fin.C. de instit.& substit.censuit in casu prædicto naturalem ex naturali substito excludere, substitutum, & Rip.in l.ex facto §.si quis rogatus numero.13. ad trebell.scripsit ad considerandam uoluntatem testatoris an in substitutione senserit de naturali considerandam esse qualitatem grauati, & præ-
6 sumptio † nobilitatis tollitur per aliam præsumptionem, Ang.quæ refert & sequitur Alex.d.cõsi. secundo numero 19.uersic.non obstat 11.&c.ubi uult quod si testator etiam nobilis deficiente linea masculina hæredis uniuersalis substituat fra-
7 trem naturalem, præsumptionem † nobilitatis nihil operari, & sub uerbis prædictis compehreñdi legitimatos per rescriptum: In re autem præsenti testator deficiente linea hæredis uniuersalis substituit alios eius filios naturales legitimatos per rescriptum: & dato etiam quòd uerior esset illa opinio, s.ad hoc ut legitimatus per rescriptum excludat substitutum sub conditione si quis decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, necessariam esse citationem substituti ad legitimationem: quam tenuere Alex.consil.94. num.9.lib. primo, & alij plures quos refert & sequitur Soc. in l.Gallus §.& quid si tantum num.30. Ias.num. 139.de lib.& posthu. Tamen ex hoc inferri non potest quòd sub uerbis legitimis & naturalibus non comprehendantur legitimati per rescriptum. Etenim quòd citetur, uel non citetur substitutus immutare non potest uim & significationem uerborum: præter id ꝙ prædicta communis opinio non uidetur carere difficultate: Nam rationes allegatæ per Docto.ad probandum quòd legitimatus per rescriptum excludat substitutum modo prædicto procedunt siue citetur ad legitimationẽ substitutus siue non, Et si legitimati per rescriptum cõprehendũtur sua uerbis prædictis à testatore prolatus non uidetur per legitimationẽ cuiquam fieri præiudicium: ut dixit Aret.in l.Gallus §.si eius delib.& posthu.Item attenta decisione Barth.in d.§.& quid si tantum nume.14.in fi. propter quam moti fuerunt Doct. Sequeretur, quòd non solùm citatio, sed etiam consensus substituti esset necessarius, ut rectè considerauit Ias. in d.§.& quid si tantum num.140. Et sententia Ancha.& aliorum requirentium citationem substituti in legitimatione per rescriptum stare non potest cum sententia Castr. Alex.Ias.& aliorũ uolentium appellatione legitimi & naturalis uenire legitimatos per rescriptum, & necesse est, ut altera sit falsa: nam testator per dicta uerba legitimis & naturalibus sensisse uidetur etiam de legitimatis per rescriptum: si hi dicuntur legitimi & naturales: Ideoque non potest negari, quin dicatur uoluisse naturales posse post eius mortem
8 per rescriptum legitimari: uerùm ubi † testator expresse mandat quem legitimari post eius mortem, non est necessaria cuiusquam citatio Barth. ubi supra quem posteriores communiter approbarunt, ideoque idem esse debet, ubi tacitè de eius uoluntate apparet ut scripsit Ias. ubi supra. Neque in re præsenti potest dici ius alicui fuisse quæsitum medio tempore inter natiuitatem & matrimonium: & ideo legitimationem non retrotrahi ad tempus natiuitatis in præiudicium iuris alij quæsiti, c. quanuis de rescript.in 6.nihil enim iuris amplius competebat Franc.uel Alexandro tempore matrimonij quàm competeret tem-
9 pore natiuitatis, & quod dicitur † legitimationem uel alium actum non retrotrahi in præiudicium aliorum, intelligitur de præiudicio super iure quæsito medio tempore inter extremum, à quo & extremum ad quod actus retrotrahitur, & in his terminis loquitur Barth.in l.Gallus §.& quid si tantum in l.si is qui pro emptore de usucap.dum tractat.de fictione translatiua de tempore ad tempus: & in hijs etiam terminis loquitur Io.Andreas, quem sequitur Alexander d.consi.5. nu.5.lib.7.de quo tamen dubitat Castren.in §.& quid si tantum: & si huiusmodi præiudicium attenderetur nunquam per subsequens matrimonium posset quis legitimari post mortem testatoris in præiudicium illius, qui erat uocatus sub conditione, si filius decederet sine filijs, ut tradunt Alex.in l.si quis posthumos in princ.de lib. & posthu.Ias.in l.sed est quæsitum num.11.eo.tit. Neque etiam uidetur impediri retrotractio legitimationis, ex eo quòd uerba testamenti referantur ad natiuitatem ueram non fictam ut asseruit Ruyn.in consil.92.numero 16.uersicu.nec debet attendi &c.Nam cum legitimatio per subsequens matrimonium retrotrahatur quo ad omnes iuris effectus ad tẽpus natiuitatis ut scripserunt Doct. supra allegati legitimati ut supra dicuntur usque à tempore natiuitatis uerè fuisse legitimi, & si esset concludens Ruyni ratio, sequeretur quòd etiam quando fuit duntaxat dictum legitimè uel de legitimo matrimonio natis non retrotraheretur legitimatio, neque comprehenderetur legitimatus per subsequens matrimonium: cuius contrarium decidit gloss.in d.c.innotuit iuncta dispositione textus in d.c.cum in cunctis: idemq; communiter

muniter aſſeruerunt Doct. ſuperius allegati. Neq; admittenda uidetur diſtinctio, quam ad euitandum text. in d. c. cum in cunctis faciunt moderni quidam conſulentes pro contraria opinione, ut ſ. diſtingui debeat inter diſpoſitionem legis, & diſpoſitionem hominis. Vt primo caſu appellatione legitimæ natorum, comprehendantur legitimati per ſubſequens matrimonium. Secundo uero non, quam diſtinctionẽ uidetur feciſſe etiam Alex. d. conſil. 5. lib. 7. & enim huiuſmodi diſtinctio non probatur auctoritate, uel ratione: nam Anto. De Butr. in c. per uenerabilem, quem Alex. & nouiſſimi allegant, id non dicit, ſi rectè uideatur, & nulla ſufficiens ratio diuerſitatis poteſt allegari inter diſpoſitionem hominis, & diſpoſitionem legis: imò dationes ſupradictæ, quibus Do. communiter conſueuerunt appellatione legitimæ natorum comprehendi legitimatos per ſubſequens matrimonium, ſcilicet quia huiuſmodi legitimatio tollit omnem maculam, retrotrahitur ad tempus natiuitatis, & diſponentes cenſetur ſe uoluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris: ita procedunt in diſpoſitione hominis, ſicut in diſpoſitione legis, Doctores, qui cenſuerunt appellatione natorum legitimè uenire legitimatos per ſubſequens matrimonium, loquuntur pro maiori parte in diſpoſitione teſtatoris, & te-
10 ſtator † in dubio cenſetur diſponere ſecundum ius l. 2. & ibi not. Bald. in fin. C. de cond. in ſcri. & conformare ſe cum diſpoſitione iuris uel ſtatutorum l. Gallus §. quidam rectè de lib. & poſth. ubi Bald. in 3. & 8. notab. Barth. in l. hæredes mei §. cum ita num. 4. & ibi comprobarunt poſteriores
11 ad trebell. Et uerba teſtatoris † recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi, id eſt interpretantur ſicuti uerba iuris communis l. ſi ita fuerit ſeruis in fin. de manu. teſtam. in l. ſi quis legauerit ſecunda de leg. 1. l. qui filium in fin. ad trebell. l. cum quidam uerſic. quemadmodum enim &c. C. de uerb. ſigni. Idẽ uidemus in uerbis contractuum Barth. l. uxorem §. teſtamento el. 2. de leg.
12 3. & † arguere licet à contractibus ad ultimas uoluntates l. ſeruum filij §. cum qui chirographum de lega. primo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum non uidentur includi nepotes.*
2 *Subſtitutio uulgaris per aditionem expirat.*
3 *Verbum inſtituo eſt directum ciuile, & non poteſt importare fideicommiſſum.*
4 *Aliud eſt quod inter inſtitutos adſit reciprocum fideicommiſſum aliud quod nepos uel abnepotes ſint grauati reſtituere eorum filijs.*
5 *Poſiti in conditione & grauati quod cenſeantur uocati per fideicommiſſum quomodo intelligitur.*
6 *Vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam in fideicommiſſis.*
7 *Prohibitio alienandi facta hæredi comprehendit hæredem hæredis.*
8 *Verbum dictis quam habeat uim.*
9 *Extenſio nunquam fit de perſona ad perſonam.*
10 *Prohibitio alienandi facta filijs non extenditur ad nepotes.*
11 *Ratio generalis quando ampliat diſpoſitionem.*
12 *Diſpoſitio prohibitiua ubi præcedit & alia ſimpliciter ſequitur intelligitur ſequens ſub conditione ſi fieret contra prohibitionem.*
13 *Prohibitus alienare extra agnationem & parantellam non prohibetur alienare in ſororem etiam nuptam extra agnationem.*
14 *Nati poſt alienationem quando poſſunt admitti ad reuocandum.*
15 *Dominus rei uenditæ ſi ſuccedat uenditori quomodo confirmatur uenditio.*
16 *Ius ſuperueniens actori poſt motam litem non prodeſt ad agendum ſed nouo iudicio opus eſt.*
17 *Exceptio quam actio facilius datur.*
18 *Dos debita deſcendenti eſt loco æris alieni.*
19 *Illud quod eſt neceſſarium pro dote deſcendentis cenſetur nunquam fuiſſe in fideicommiſſo.*
20 *Limitatio quantitatis dotis facta à teſtatore debet intelligi rebus ſic ſtantibus.*

CASVS LXXV.

Colligitur ex allegationibus.

AD hoc ut agẽs ad fideicommiſſum ex teſtamento Ioannis ſenioris, obtinere poſſit: tria ſunt neceſſariò probanda. Primum fideicommiſſum adeſſe: eiuſque conditionem ad fauorem agentis eueniſſe. Secundũ bona fuiſſe in bonis fideicommittentis. Tertium bona petita eſſe de his ſuper, quibus factũ fuit fideicommiſſum, quorum neutrum uidetur probauiſſe actor. Nam in teſtamento nullum ſubeſſe uidetur fideicommiſſum, cuius conditio poſſit dici purificata ad fauores actoris. Etenim per ea uerba inſtituo Ioannem Nicolaum & quoſcunque eius filios appellatione filiorum † non uidentur
1 includi nepotes, ut in ſimillimo caſu defendit Soc. conſil. 104. lib. 3. præcipuè cum in alia parte teſtamenti teſtator fecerit mentionem de liberis, ſi uerum eſt id, quod ſcriptum reperitur inter conſilia Soc. conſil. 152. colu. 2. uerſi. inſuper &c. comprobauit Cur. Iun. conſil. 111. numero 7. uer. conſtat &c. Et cum inſtitutio ſortita fuerit effectum in perſona filij Bartho. in l. liberorum numero 18. de uerbo. ſignif. & in caſu quo teſtator inſtituerat Antonium & eius filio tradit Ruyn. cõſi. 78. lib. ſecundo. Præterea ubi etiam per uerba prædicta uel alia cenſerentur inſtituti omnes deſcendentes Io. Nicolai: tamen hi dicerentur inſtituti duntaxat in caſu, quo Ioannes Nicolaus non eſſet hæres, & ſic uulgariter ſubſtituti Ioan-
2 ni Nicolao quæ † ſubſtitutio per additionem Io. Nicolai expirauiſſet, ut eſt receptior ſententia contra Caſtren. quam tenuere Comen. in l. Gallus §. quidam rectè numero 7. uerſic. item cum teſtator filio de liber. & poſthum. Soc. conſilio. 113. libr. primo conſilio. 104. libr. 3. Dec. conſilio 205. 253. 291. Rip. in l. hæredis mei §. fin. ad trebell.

Appoſt.

Apost. ad cons. Alex. 24. num. 5. lib. 3. idem sensit Alex. cons. 105. num. 3. lib. 1. & hanc esse communem omnium sententiam inquit Soc. iun. consilio 180. nu. 52. lib. 1. eandem sequitur Ruyn. cons. 92 nu. 5. cons. 99. nu. 6. cons. 100. num. 3. lib. 2. Alben. cons. 29. Alc. cons. 201. num. 8. Et quę sententia est indubitata, quando testator instituit filium, & descendentes, quos tenebatur instituere ex necessita te præcisa, uel causatiua, ut fatetur Castr. in d. §. quidam rectè nu. 6. Soc. nu. 6. Alex. cons. 24. nu. 5. ubi Apost. scripsit omnes in id concurrere, idem asseruit Dec. cons. 384. & quæ sententia in re præsenti facilius procedere uidetur quæ testator loquutus
3 est per uerba directa. s. instituo † quod est directum ciuile, l. 1. ubi not. Bal. de uulg. & non potest importare fideicommissum. l. uerbis ciuilib. de uulg. qua ratione Aret. in d. §. quidam rectè inquit, ubi testator instituit filium, & nepotem ex eo indubitatum ꝙ nepotes admittuntur solũ in casum uulgaris, & Dec. d. cons. 253. & cons. 291. ubi institutio, uel substitutio est facta p uerba directa nullo modo procedere op. Cast. & in fortiorib. terminis Alex. cons. 13. & cons. 14. lib. 4. Soc. cons. 113. defendunt substituto Hieronymo filiis, & nepotib. eiusdem in quib. nulla aderat necessitas substituẽdi filios, & nepotes Hieronymi nõ cẽseri substitutos Hieronymo p fideicõmissum, sed duntaxat p uulgarẽ licet filiis testatoris dicantur substituti p fideicõmissum. Et q̃uis testator instituerit Ioã. Nicolaũ, & quoscunq; filios nasciturros, non tñ ob illud uerbũ nasciturus, substitutio dr̃ hr̃e tractũ tpis successiuum inter Io. Nicolaum, & eius filios. Nã Dec. d. con. 291. loquitur in casu quo testator instituente frẽm & filios natos, & nasciturus: præterea qñ testator instituit aliquẽ, & eius descẽdentes, indubitatum quod ueniunt descendentes nati, & nascituri, & nihilominus ẽm cõem sñiam hi censentur uocati solũ in casu uulgaris, & si uerbũ nascituros diceretur importare tractũ tpis inter Io. Nicolaum, & eius filios, sequeretur ꝙ natis filiis quasi purificata conditione statim admitteretur filii, & sic Ioannes Nicolaus filius teneretur illis restituere hæreditatem, quemadmodum admittuntur statim eo mortuo, quando dictum est post mortem, uel si decesserit: quæ communis sententia, scilicet filios Ioannis Nicolai esse substitutos Ioanni Nicolao duntaxat uulgariter in casu proposito facilius locum sibi uindicat, Nam testator Paulo infrà filiabus descendentibus ante matrimonium substituit Io. Nicolaum, & eius filios, & quoscunque posthumos masculos ipsius testatoris, in qua substitutione clarum uidetur filios Ioannis Nicolai uel esse substitutos unà cum Ioanne Nicolao quemadmodum & substituti sunt posthumi uel esse substitutos in casum, quo Ioannes Nicolaus non posset succedere: Et ex uerbis testamenti quibus testator fecit substitutionem fideicommissariam reciprocam inter Ioanne Nicolaum & posthumos ipsius testatoris non potest inferri ut nepotes uel abnepotes uoluerit substituere per fidei
4 commissum filio: etenim longè † aliud est, quòd inter institutos adsit reciprocũ fideicommissum, aliud quod nepotes uel abnepotes sint grauati restituere eorum filiis, Soc. in l. cum auus col. pe. de cond. & demonstr. Cur. Iun. cons. 43. Neque mouent me coniecturæ adductæ ad probandum agẽtem esse uocatum ex fideicommissaria substitutione, & in primis dicitur uerum non esse, quòd testator filios Ioannis Nicolai, aut aliorum filiorum in aliqua parte testamenti grauauerit, licet grauauerit Ioannem Nicolaum & alios ipsius testatoris filios. Secundo dicitur receptiorem sententiam esse ex eo quòd substitutio sit facta filiis filiorum eos non censeri per fideicommissum uocatos, quam tenuere plurimi quos refert & sequitur Ias. in l. centurio nu. 56. de uulg. Appost. ad cons. Ale. 64. lib. 5. Ruin. cons. 101. nu. 4. cons. 130. nu. 7. lib.
5 2. & ubi uerior esset ea † sententia q. s. positi in cõditione, & grauati censeantur per fideicommissum uocati, illa tamen restringitur ad eos qui nullo modo sunt expresse uocati, sed sunt duntaxat positi in conditione: Etenim ubi filii filiorum sunt in una parte testamenti dispositiue uocati, in alia positi in conditione licèt grauati sint non censentur per uerba conditionalia uocati, & substitutio intelligitur eis facta in casu quo reperirentur uocati, & quo contingat eos succedere prout uocati sunt, & sic filii Io. Nicolai ubi essent grauati, cẽserentur grauati in casu quo bona ad eos perueniant ex substitutione uulgari facta Ioan. Nicolao, Comens. cõs. 119. nu. 2. uers. cuius rei gratia, Alex. cons. 91. uers. ostenditur lib. 1. cons. 24. nu. 5. uers. modo redeundo, & num. 7. & 8. lib. 3. Soc. consil. 104. nu. 5. cons. 116. nu. 2. lib. 3. Apost. ad dictum cons. Alex. 24. Dec. cons. 384. Ruy. cons. 96. nu. 6. lib. 2. Neq; etiam filii Io. Nicolai dici pñt per fideicõmissum substituti patri ex eo, quia positi sunt in conditione cum qualitate masculinitatis ut asseruit Guido Pao. & quidam alii. Etenim cõis opin. est in contrarium, Rip. d. l. cent. nu. 162. Neq; dici potest eosdem substitutos p fideicõmissum patri ex eo quod testator digressus fuerit ad plures gradus substitutionum (ut asseruit Anc.) Nam sñiam Ancharani refellunt Alex. cons. 181. lib. 2. Socy. d. cons. 104. & 116. lib. 3. & in l. cum auus, col. pen. de cond. & demonst. eamque esse fantasiam, & ab omnibus reprobari, inquit Apost. ad cõs. Alex. 64. lib. 5. Eandemq. quo ad effectum inducendi fidei cõmissum, per quod filius dicatur substitutus patri, refellit etiam Cur. iun. cons. 43. nu. 9. Præterea ubi filii Ioan. Nicolai hæredis positi in conditione censerentur substituti Ioã. Nicolao per fideicommissum, non tamen ij filii censerentur grauati restituere post eorũ mortẽ descendentib. eorum, & ubi dicti descendentes possent dici aliquo modo uocati, censerentur uocati in casum, quo filii Ioã. Nicolai non possent, aut nollẽt succedere, & sic licet Io. Nicolao essent substituti p fideicõmissum: tñ filiis Ioã. Nicolai dicerent uulgariter substituti,
6 nã uulgaris † substõ põt fieri et ĩ fideicõmissis. l. ut hæred. de leg. 2. & in specie docuit Cast. in l. Sceuola ad Trebell. quæ uulgaris substitutio euanuisset ex eo, ꝙ filii Ioan. Nicolai fuissent admissi, ut in simillimo casu argumẽtatur Ruy. cons. 92. li. 2. n. 5. & hi tantum filii filiorum essent uocati qui tempore mortis Io. Nicolai essent in rerum natura; &

ubi filii Io. Nicolai non uoluiſſent, uel non potuiſ
ſent admitti ut latè oſtendit Alex. con. 13. num. 4.
& conſ. 14. nu. 5. & 6. lib. 4. Non etiam uidetur
agens ſubſtitutus ex uerbis prohibitionis alienan
di, etenim teſtator prohibuit pſatos hæredes ſuos
alienare. Verùm hi qui dederunt in dotem licet eſ
ſent abnepotes teſtatoris non tamen fuerunt hære
des illius, neque in eius teſtamento uocati, unde
neque cenſendi ſunt, quòd fuerint grauati ab eo,
imò neque grauari potuerunt, licet bona ad eos,
aliter quàm ex diſpoſitione teſtatoris, peruenimnt
.l. ſed ſi ſic de leg. 3. ubi Bart. Et quamuis fuiſſent
uocati per uulgarem, ſcilicet in caſu quo Io. Nico-
laus non eſſet hæres, tamen ubi etiam eſſent ex-
preſſe grauati, onus cenſeretur illis iniunctum in
caſu quo ex uulgari ſuccederent, & bona ad eos
ex diſpoſitione teſtatoris deuenirent .ſ. quia Ioan.
Nicolaus filius non ſuccederet Comenſ. Alexand.
7 & alii ſuperius allegati, & licet prohibitio † alie-
nandi facta hæredi comprehendat hæredem hære
dis, Bart. in l. filiusfam. §. diui, num. 21. de leg. 1. tñ
non conſtat eos qui dederunt in dotem fuiſſe hæ-
redes hæredis: & omni in caſu cum prohibitio
8 ſit facta dictis hæredibus illud uerbum † dictis
reddit prohibitionem perſonalem Bart. in l. qui li-
beris. §. hæc uerba de uulg. Rip. d. §. diui, nu. 111.
Neque illa uerba item ad hoc ut perpetuis tem-
poribus bona mea conſeruentur in agnatione
mea &c. extendunt prohibitionem ad alias perſo-
nas, quàm ad hęredes uocatos in teſtamento, tum
9 quia extenſio † nunquam fit de perſona ad perſo-
nam etiam ex ueroſimili mente defuncti, ut ex A-
ret. tradit Dec. conſ. 211. num. 5. conſ. 218. num. 9.
10 & prohibitio alienandi † facta filiis non extendi-
tur ad nepotes. §. nos igitur in de reſtit. fid. Bart. in
l. filiusfam. diui. num. 20. de leg. 1. Tum quia ratio
11 † generalis ampliat diſpoſitionem, quando diſpo
ſitio procedit, & ratio ſequitur in quibus terminis
loquitur Bar. in l. pater filium. §. fundum, de leg. 3.
Si uero ratio præcedat licèt generalis, & ſubſequa
tur diſpoſitio particularis per ſpeciem uidetur de
rogatum generi Bart. in l. quæſitum. §. fi. num. 11.
uerſ. 2. caſu principali, & nu. 15. uerſ. ſi præcedat le
gatum generis de fun. inſtr. tum quia cum defece-
rit conditio ſubſtitutionis uulgaris per quam ſo-
lam hi qui fecerunt datum pro dote, poterant di-
ci uocati, onus omne illis etiam expreſſe iniunctũ
euanuit, Comen. Alex. & Ruyn. ſuperius allegati,
& in terminis non diſſimilibus à caſu præſenti re
ſpondit Alex. conſ. 59. nu. 9. lib. 3. & in hoc eodem
caſu Ruyn. conſ. 119. nu. 9. Neque obſtat ſi diceretur
tur per ſequentia uerba, quia uolo bona mea de-
uenire in poſteros Ioan. Nicolaum, & Bernardum
iuniores qui fecerunt datum in dotem fuiſſe ſub-
ſtitutos patri, qui erat nepos teſtatoris, & ſic pro-
hibitionem alienandi factam quibuſcunque hære
dibus comprehendere etiam Ioan. Nicolaum, &
Bernardum iuniores tanquam ſubſtitutos patri.
Nam reſpondetur uerba prædicta reſtringi per uer
ba ſequentia .ſ. prout ſupra ordinarii, & ſic uoluiſ
ſe uidetur teſtator bona deuenire ad eos poſteros
quos ſupra uocauerat, & ſecundum modum ſe-
cundum quem uocauerat ut ſcripſit Alex. d. conſ.
59. nu. 21. uerſ. non obſtant illa uerba &c. Præte-
rea ubi Ioan. Nicolaus, & Bernardus iuniores fuiſ
ſent per ea uerba uocati, eſſent duntaxat uocati in
caſu alienationis factæ ab aliis, l. pater filium. §. fi-
liam, de leg. 3. ubi Bart. inquit, quod ubi præcedit
12 † diſpoſitio prohibitiua, & alia ſimpliciter ſequi
tur, intelligitur ſequens ſubſtitutio ſub conditio-
ne ſi fieret contra prohibitionem. Cumq. non ap-
pareat bona de quib. agitur ante fuiſſe alienata ab
aliquo ex prohibitis, & tpe alienationis Ioã. Nico-
laum, & Bernardum fuiſſe proximiores, non fuit
purificata conditio fideicõmiſſi, per quod illi ſuc-
cedere potuiſſent, & ſic multominus poteſt dici il
los prohibitos alienare id, quod ad eos non deue-
nit ex diſpoſitione defuncti: & ubi prohibitio cõ-
prehenderet etiam illos qui dederũt in dotem, tñ
ex uerbis teſtamenti nõ diceretur inductum fidei-
cõmiſſum, niſi in caſum alienationis, & prohibi-
13 tus † alienare extra agnationem, & parentellam
non prohibetur alienare in ſororem. l. uolũtas. C.
de fideicom. etiam nuptam extra agnationem Bal.
& Caſt. ibi maximè in re præſenti, qua teſtator ap-
pellatione agnationis, & parentellæ uoluit cõpre-
hendere etiam fœminas deſcendentes ex eius libe
ris maſculis, dum inquit, ſi contingerit ex eis na-
ſci aliquas fœminas retinentes nomẽ parentellæ:
ad hęc fideicõmiſſum quod inducitur ex alienatio
ne eſt conditionale, & hi tñ admittuntur, qui tpe
alienationis exiſtunt. Bar. in l. pater filium. §. filiam
de leg. 3. Vnde ubi per alienationẽ factam ꝓ dote
fuiſſet purificata conditio fideicõmiſſi, actor qui
non erat natus, neq; conceptus tpe alienationis
non poteſt admitti, ſed ius fuit quæſitum his, qui
erant in rerũ natura tpe alienationis, & ſic exiſten
tis conditionis. l. interuenit de leg. præſt. cũ qui de
cond. & dem. Et licet Fulg. & Iaſ. in l. quoties. C. de
14 fideicom dixerint natos † poſt alienationẽ admit-
ti ad reuocandum, tñ id põt procedere ſolùm duo
bus concurrentib. Primò, ꝙ nati poſt alienationẽ
ſint uocati non ſolum in caſum alienationis, ſed
ẽt in caſu mortis, & admitti uelint quaſi purifica-
ta conditione per mortem. Etenim ſi tpe alienatio
nis non erant in rerum natura, nullo modo admit
ti pñt ad fideicõmiſſum per alienationem purifica
tum, d. l. interuenit. l. cum pater. §. hæred. de leg. 2.
& quia ubi oẽs qui tpe alienationis ſuperſunt, cõ-
ſentiunt alienationi nulla ſupereſt petitio fideicõ-
miſſi. l. nihil. §. omnib. de leg. 1. l. quoties. C. de fid.
quod eſſet falſum, ſi nati poſt indiſtincte poſſent
reuocare. Secũdo, ꝙ tpe alienationis nullus adfue-
rit, cui ius fuerit quæſitum, ut docuit Alben. conſ.
106. & quia ſuper hoc aliàs latè ſcripſi ulterius nõ
ĩſiſto. Sed & ubi dici poſſet ſubeſſe fideicõmiſſum
aliquod, tñ actor hæres patris & patrui q fecerunt
datũ in dotẽ cũ nullũ confecerit inuentariũ nõ po
teſt alienata p eoſdẽ reuocare ẽt ex iure ꝓprio. l. cũ
à mr̃e. C. de rei uẽd. l. ſi uend. C. de reb. al. nõ al. in l.
Seia de euict. l. ſi ab eo. C. de lib. cau. & in terminis
rei ꝓhibitæ alienari eſt caſus in l. filiusf. §. cũ pr̃ de
leg. 1. ubi text. dũ uult filios exhæredatos à patre q
alienauit fundum contra prohibitionem teſtato-
ris poſſe petere fideicommiſſum, & reuocare alie-
nationem: uelle etiam uidetur, quòd filii inſtituti
id

id facere non possint, & gl. ibi. in uerb. exhæreda-
tus Bald. Ang. & Castrens. expresse dicunt filios
hæredes eius, qui alienauit, non posse reuocare a-
lienationem in casu illius text. quo testator filio
hærede instituto fidei eius commiserat ne fundũ
alienaret, & ut in familia relinqueret, idem uult
Rip. in lege filiusfam. §. diui num. 116. de legat. 1.
uers. sed ego dubito. Quod etiam suaderi uidetur,
15 quia si † dominus rei uenditæ succedat uendito-
ri confirmatur uenditio indistinctè quantum ad
effectum excipiendi si hæres non fecit inuentariũ
Castren. in l. cum uir, num. 8. uer. 2. casu, quantum
ad effectum de usucap. Bald. in d. l. cum à matre in
2. notab. Neque in contrarium facit, quod scripsit
Dec. cons. 445. num. 56. Id enim est contra leges
prædictas, & contra id quod scripsere Bald. Alua.
& præpos. in §. hoc quoque de success. feud. l. fa-
ctum patris feudum illegitimè alienantis nocere
filio si patris sit hæres, & quod dixerunt Iscr. Alua.
& Præpos. in c. 1. de alien. feud. pater, scilicet agna-
tos qui non consenserunt alienationi feudi ex pa-
cto, & prouidentia si alienantis sint hæredes non
posse feudum alienatum reuocare, quas cõclusio-
nes latè defendunt, Alex. cons. 124. lib. 4. Dec. con.
185. Cur. in tract. feud. in 4. par. num. 110. Ruyn.
cons. 25. num. 10. lib. 2. Text. autem in l. defuncto,
C. si quid in fraud. patron. & in l. fin. C. de euictio.
quos allegat Dec. loquuntur in diuerso casu, ut pa
ret ex his quæ ibi scribunt Doct. dum opponunt
de l. si ab eo. C. de lib cau. & de d. l. si uenditrici, &
alia ratio quam adducit Dec. est falsa, ubi Manfre-
dus ille fuisse alienator nisi alienauisset ignorans
esse feudum, eo tamen casu teneretur ad interesse
emptori. §. si uasallus si de feud. fuer. contro. Ex
quibus etiam constare uidetur non subsistere ea
quæ scripsit Thom. Gramm. dec. 93. contra quam
decisionem ego aliàs latè scripsi. Nec quidquam
facit quod dicitur ex capite petitæ restitutionis in
integrum aduersus aditionem hæreditatis succur
rendum actori. Nam respondetur primò restitu-
tionem in integrum non fuisse petitam secundũ
formam requisitam à iure, scilicet auth. si omnes
C. si min. ab hæred. se abstin. item actorem non p-
bauisse se læsum ex aditione: quod erat necessariũ
Castren. d. authen. si omnes, num. 3. Ad hæc resti-
tutio prius peti, & obtineri debuit antequam age-
retur, quia ante restitutionem actio non competit
hæredi ad reuocãdum alienata per eum, cuius est
hæres, & restitutio post motam litem petita, ac ẽt
16 obtenta non prodest, tum quia ius † superueniẽs
actori post motam litem, non prodest ad agendũ,
sed nouo iudicio opus est. l. non potest uideri de
iudic. tum quia si exceptio non datur minori læso
ante obtentam restitutionem in integrum. l. exce-
ptiones 2. in fin. de excep. glo. in l. necnon. §. exem
plo ex quib. cau. ma. neque replicatio glo. in l. nam
& postea. §. si minor de iureiur. multominus po-
17 test dari actio, etenim facilius † datur exceptio,
quàm actio. l. inuitus, §. cui damus de reg. iu. præ
ter id, quòd constare uidetur ex instrumentis pro
ductis, actorem ex hæreditatibus eorum qui fece-
runt datum in dotem percepisse tantum quantũ
est ualor bonorum, de quibus agitur. Quo uero
ad secundum, neque ex instrumentis, & aliis scri-
pturis productis, neque ex attestationib. testium
ex parte actoris productorum ullo modo potest
dici probatum bona de quibus agitur fuisse in bo-
nis Ioannis testatoris: neque etiam dici potest con
stare bona prædicta esse in locis, & territoriis, quo
rum locorum bona testator subiecit prohibitioni
alienationis, super quib. latissimè, & optimè scri-
pserunt, alii consulentes. Tandem ubi etiam sub-
esset fideicommissum ad fauores actoris, consta-
retque bona fuisse in bonis testatoris & esse posi-
ta in locis, quorum bona sunt prohibita alienari,
tamen potuerunt alienari pro dote constituenda
descendenti per lineam masculinam ipsius testa-
toris secundum qualitatem personæ mulieris, &
mariti, authen. res quæ. C. comm. de leg. cuius dis-
positio procedit in omnibus descendẽtibus, quos
testator si uiueret dotare teneretur, Bal. ibi nu. 12.
Cast. nu. 8. uers. potest etiam, Bartol. in l. à filia ad
Trebellianum. Castrens. in lege mulier. §. cum pro-
poneretur numero secundo, eodem titulo, ac
etiam procedit in descendentibus non natis ne-
que conceptis uiuente testatore, ut contra Angel.
defendit Ruin. consilio 89. numero 41. libro se-
cundo, dispositio quoque text. in dicta authent.
uidetur locum sibi uendicare etiam quòd testator
reliquerit certum quid pro dote descendentibus
18 fœminis, nam † dos debita descendenti est loco
æris alieni dicta lege à filia. Et id quod est neces-
19 sarium † pro dote descendentis censetur nun-
quam fuisse in fideicommisso Bartholus dicta
lege à filia & ascendens qui se uiueret teneretur
ad dotandam descendentem iuxtà leg. obligamur
§. lege de actione & obligatione non potest se ab
huiusmodi onere aliqua arte liberare, Castren-
se consilio tertiodecimo libro. Decius consilio
376. numero secundo. Præter id quòd sicuti te-
stator in re præsenti constituit dotem condecen-
tem attenta qualitate illius temporis, idem ui-
detur uoluisse fieri per eius posteros Castrens.
20 dicto §. cum proponeretur, & limitatio † quan-
titatis dotis facta a testatore debet intelligi rebus
sic stantibus lege quod seruitus de conditio. ob
caus.

CASVS LXXVI.

¶ Statuto Placentiæ cauetur interfectores uel
conscii mortis alicuius, tam ipsi quàm eorum
descendentes ab omni successione defuncti in-
terfecti perpetuò excludantur. Item alio sta-
tuto cauetur, si uxor moritur ante maritum
absque liberis ex ipso maritus lucretur dotem:
si uero relinquat liberos ex dicto uiro habeat
ipsius dotis usufructum, & proprietas dotis, &
ius exigendi illam, remaneat liberorum ex di-
cta uxore mortua relictorum. Iulius habens
uxorem, & filium ex ea, interfecit uxorem non
apparente legitima causa occisionis.

¶ Quæritur in dote uxoris interfectæ, quis suc-
cedat, an filius, an uero frater mulieris.

SVMMARIVM.

1 *Filios matris à patre occiſæ excludi à ſucceſſione matris.*
2 *Statutum generaliter, & indiſtinctè loquens eodem modo eſt intelligendum.*
3 *Verba, & ratio ſtatuti in quibus uendicant ſibi locum in eiſdem procedit illius diſpoſitio.*
4 *Priuatio ubicunque ponitur à legislatore præſupponit habitum.*
5 *Ablatum ab indigno applicatur fiſco, & huius ratio.*
6 *Statutum debet aliud continere ultra ius commune.*
7 *Ratio alicuius rei habetur pro expreſſa cum alia non poteſt reddi.*
8 *Statutum priuans filios ob delictum patris licet ſit contra ius diuinum naturalem æquitatem, & ius ciuile tamen ualet.*
9 *Lex quantumcunque dura eſt ſeruanda.*
10 *Statuta quando non recipiunt interpretationem à iure communi.*
11 *Dos etiam à patre mulieris perfecta ad filios illius mulieris ſpectat ex generali conſuetudine.*
12 *Verbum remaneat quid denotet.*
13 *Verba hæc, cum ſuo robore durare quid importent.*
14 *Statuta debent interpretari ſecundum proprietatem uerborum, & ut minus derogent iure communi.*
15 *Retentionis, & reſeruationis quæ ſit natura.*
16 *Appellatione ſucceſſionis de uniuerſali intelligitur.*
17 *Mater quæ non petit tutorem filio pupillo quomodo excluditur à legato, uel fideicommiſſo.*

IN ſimili caſu in ſtatuto Peruſino. Dec. conſ. 525. reſpondit filios † occiſoris, & occiſæ à ſucceſſione matris excludi: quæ ſententia licet dura, & inhumana uideatur, tamen de ſtricto iure pluribus rationibus quo ad ſtatutum Placentinum comprobari uidetur. Primum quia ſtatutum † loquitur generaliter, & indiſtinctè, ideo generaliter, & indiſtinctè eſt intelligendum, l. de precio de public. l. 1. §. & generaliter de lega. præſtan. & ſic ſiue deſcendentes ſint in pari, uel in priori gradu cum occiſore, ſiue in poſteriori, ſiue iungantur perſonæ occiſæ medio occiſoris, ſiue aliter, & cum in his omnibus † uendicent ſibi locum uerba, & ratio ſtatuti procedere etiã debet illius diſpoſitio. l. 4. §. toties de dam. infect. Secundo ſtatutum æque principaliter excludit deſcendentes occiſoris prout ipſum occiſorem. Nam uerbum excludantur determinans occiſorem, & eius deſcendentes debet illos æqualiter determinare. l. iam hoc iure de uulga. occiſor autem excluditur etiam quòd eſſet filius, & in priori gradu ſucceſſionis. Tertio, ſtatutum utitur uerbo excludantur, & ubicunque † priuatio ponitur à legislatore præſupponit habitum. l. decem ubi not. Bartolus numero octauo de uerborum obligat. & ſic ſtatutum præſupponit deſcendentes fuiſſe ſucceſſuros interfecto, & uerbum ſucceſſione intelligi debet de immediata, l. qui libertis. §. hæc uerba de uulga. uel ſaltem uerba illa uniuerſalia ab omni ſucceſſione comprehendunt quã cunque ſucceſſionem, ſiue mediatam, ſiue immediatam. Quartò, ſi ſtatutum reſtringatur ad deſcendentes qui ſint in poſteriori gradu, quàm occiſor, nihil operaretur, quia ubi filius eſt in poſteriori gradu excluditur à ſucceſſione perſonæ occiſæ, etiam ex diſpoſitione iuris communis, l. 1. §. fi. de bo. damn. Bart. in l. 1. in princ. ſi quis aliquem teſta. &c. Neque dici poteſt ſtatutum etiam eo caſu ſatis operari, cum de iure communi excluſo aliquo non cenſeantur excluſi deſcendentes ex eo. Bald. in l. ſi quis inceſt. in fin. C. de inceſt. nupt. ubi per illum text. aſſeruit ſtante ſtatuto, quòd filius occidens patrem ab eius ſucceſſione excludatur, nepos ex eo, ſi non eſt culpabilis in morte ſuccedet. Etenim reſpondetur, quòd in caſu dictæ .l. ſi quis inceſt. bona defuncti non applicantur fiſco, & in eodem caſu quo, ſcilicet bona defuncti non auferuntur per fiſcum, loquitur Bald. ibi. Nam cum ſtatutum excludat filium occiſorẽ non poteſt is adire: ſicque nec bona illi per fiſcum auferri. Nam cùm hæreditas occiſori ipſo iure non deferatur non pertinet ad fiſcum, lege ſi pater de hæredit. inſtitut. & cum ſit excluſus à iure ſuccedendi per illum non aperitur uia fiſco, ſed aliis ſucceſſoribus lege ſecunda, §. uidendum ad Tertullianum. Et cum in eius perſona non cadat hæreditas, quia neque re, neque ſpe ſuccedit, nihil poteſt ab eo extorqueri per fiſcum, quia regula, quæ dicit † quòd aufertur indigno, applicatur fiſco, lege Pamphilus. §. meminiſſe de inofficioſo teſtamento, fundatur in ratione quæ dicit turpia lucra ab hæredibus extorquenda, lege in hæredem de calumniis, & ubi ipſo iure non ſuccedit, nihil poteſt extorqueri, uerba ſunt Bald. in lege hæreditas, numero ſexto, C. de his quibus ut indig. Iure autem communi occidens eum cui erat ſucceſſurus non excluditur ipſo iure à ſucceſſione, immò ſuccedit, & actiones hæreditarias intentat, lege his conſequenter, §. primo familiæ herciſcundæ. Baldus in lege eam quam, numero decimo .C. de fideicommiſſ. Sed hæreditas tanquam ab indigno aufertur, lege indignum de his quibus ut indig. Baldus in dicta lege hæreditas in fin. & applicatur fiſco, lege Lucius de iur. fiſc. lege fin. §. fin. de bon. damn. Bart. dicto §. fin. Baldus dicta lege eam quam hac ratione. Cynus in dicta lege hæreditas in fi. Bald. in dicta lege eam quam, numero 10. uerſiculo, & idem eſt ſi filius &c. dixerunt filio patrem occidente, alios uenientes ab inteſtato, & in ſpecie nepotem non ſuccedere, ſed bona à fiſco uendicari, & in his terminis loquitur text. & ibi Bartol. in dicto §. fin. Bartolus in dicta lege prima, ſi quis aliquem teſt. &c. Quod ſi ius commune aliquem à ſucceſſione, uel lucro excluderet, ipſo iure alii uenientes ab inteſtato ſuccederent, lege ſi ab hoſtibus, §. primo ſoluto matrimonio, ubi quia maritus occidens uxorem priuatur ipſo iure lucro dotis, & ſic fiſcus non poteſt illam auferre marito, ut indigno ſuccedunt in dote hæredes mulieris, ut communiter aſſeruerunt Doctores ibi: Ideoque iure communi occiſor ſuccedit dicta lege his conſequenter

sequenter, sed fiscus ut ab indigno aufert dicto §. fin. d. l. Lucius, sicque descendentes in posteriori gradu successionis existentes excludũtur, & si diceretur ergo & in re pręsenti occisore p statutũ à successione excluso descendentes existentes in posteriori gradu succederent ubi non essent à statuto expresse exclusi, & sic statutum aliquid operatur, scilicet exclusionem eorum, licet non excluderet descendentes paris, uel prioris gradus replicatur, quòd occisor, & descendentes posterioris gradus iure communi re ipsa erant exclusi, quia, scilicet bona auferebantur per fiscum, qua de re absque aliquo statuto satis erat prouisum, ne bona
6 ad eos peruenirent. Vnde ut † statutum contineat aliquam exclusionem ultra ius commune debet generaliter intelligi ut uerba sonant. Vltimo negari non potest, quin ea uerba ab omni successione comprehendant etiam successionem ex testô, & ubi descendentes soli sunt instituti, in qua successione non potest dici occisorem esse priorem in gradu successionis, cum ipse non sit uocatus in testamento. Qua de re si excluduntur descendentes qui sunt in priori causa successionis ex testamento, idem esse debet in descendentibus qui sunt in priori causa successionis ab intestato: tandem ratio statuti uidetur ea fuisse, ut homicidiis obuia-
7 retur, quæ ratio † habetur pro expressa, cum alia non possit reddi, gl. in l. quamuis. C. de fideicom. & quæ militat, siue descendentes sint in priori gradu successionis, siue non: Vnde si quis defuncta uxore superstitibus filiis conspiret in mortem patris, fratris aut alicuius agnati, uel cognati uxoris defunctæ, ut hæreditas perueniat ad ipsius filios: clarum uidetur attentis uerbis, & prædicta ratione statuti filios conspiraturis non posse defuncto succedere, sicque etiam in re præsenti filium occisoris non posse matri occisæ succedere &c. Neque obstant, quæ tradit Socyn. cons. 124. lib. 3. nam de
8 iure non subsistunt, quamuis enim † statutum priuans filios ob delictum patris, esset contra ius diuinum, naturalem æquitatem, & ius ciuile, tamen est ualidum ut fatetur ipse Socyn. & probat text. in l. quisquis, §. 1. C. ad l. Iul. Maiest. in c. urg. de hæret. legimus & alibi ualere statutum, quòd filius teneatur ad debita patris, licet non sit hæres. Bal. in l. dotis suæ, nu. 2. C. de iu. dot. comprobarunt Anc. Imol. & Alex. quos refert, & sequitur Dec. d. cons.
9 525. & lex † quantumcunque dura seruanda est. L. prospexit qui & quibus, & ubi non distinguit, neque nos distinguere debemus, l. si uero. §. de uiro sol. matr. & statutum non restringitur ad effectũ, ne quis indebitè priuetur lucro, d. l. prospexit, Bar. in l. omnes populos, nu. 56. de iust. & iu. & cũ uerba sint clara non admittitur disputatio super uolũtate, l. ille, aut ille, §. cum in uerbis de leg. 3. l. continuus, §. cum ita de uerb. oblig. l. ancillæ. C. de furt. Vnde licet aliàs statuta recipiant interpretationẽ passiuam à iure communi, l. 1. §. lex Falcidia ad l. Falcidiam. l. fin. §. in computat, & ibi not. Docto.
10 C. de iur. deliberan. tamen † id non procedit, quando uerba statuti repugnant huiusmodi interpretationi. Qua de re ipsemet Socyn. uidens causam illam non posse aliter defendi, inquit, rem saltem esse dubiam, & in dubio mitiorem partem eligendam, uerum stantibus uerbis statuti res nõ potest dici dubia. Neque etiam obstat, quod ex aduerso dicitur uerba illa ab omni successione cõprehendere bona duntaxat quæ titulo successionis, seu hæreditario acquiruntur, dotem autem in re præsenti deferri filiis ex prouidentia. l. 5. statuti non autem titulo successionis, ut de quarta debita impuberi arrogato tradit Bart. in rep. l. si arrogator de adop. nu. 9. Ias. nu. 14. item statutum comprehendere solum successionem uniuersalem, ut in simillimo casu tradit Ruyn. cons. 86. num. 13. lib. 5. dotem autem referri per statutum tit. singulari, ut de lucro dotis delato marito tradunt Bart. ubi supra Bald. ibidem nu. 5. uers. 2. opp. Ias. num. 15. & 18. Alex. cons. 150. nu. 7. lib. 2. Nam respondetur primo, quòd mortua sine liberis uxore nullo extante pacto, uel statuto de lucranda dote, dos non ad maritum, sed ad hæredes uxoris transit, l. 1. §. illo proculdubio. C. de rei ux. actio. & extanti-
11 bus filiis dos † etiam à patre mulieris profecta ad filios spectat ex generali consuetudine, de qua in l. dos à patre, C. solu. matrim. & spectat ad filios tanquam hæredes, & ideo si non sint hæredes uadit ad alios hæredes, Bal. in d. l. dos à patre, Vnde statutum Placentinum disponens, quòd si uxor ante maritum moriatur sine liberis maritus habeat usumfructum duntaxat dotis, & proprietas ipsius remaneat liberorum &c. non intelligitur per ea uerba proprietas remaneat liberorum nouum ius liberis dare, sed ius ex dispositione iuris communis illis competens quò ad proprietatem dotis cõ
12 seruare. Nam † uerbum remaneat propriè denotat ut res stent sicuti ante erant nõ autem nouam actionem, uel nouum ius, l. si cum ante ubi Barto. C. de don. an. nup. l. prætor. §. primo in uer. remaneat iunct. glos. ibi, de collat. bon. l. tale pactum. §. fin. ubi glos. Ang. & Castren. super uer. remaneret
13 de pact. Et quemadmodum uerba † cum suo robore durare, uel suum robur obtinere, important non dationem noui iuris, sed conseruationem iuris competentis. l. omnes, & ibi nòt. Ang. C. de præscript. trig. ann. l. scripturas, & ibi notat. Angel. C. qui potio. in pign. hab. Ita & uerba illa proprietas remaneat &c. denotant conseruationem iuris liberorum in proprietate dotis, non autem dationem noui iuris, uel nouæ actionis in dote, & licet uerbum remanere quandoque denotet donationem, ut in dicta lege si cum ante secundum unum sensum, & in casu quem ponit Gui. papa decisio. id tamen non est ex proprietate uerbi, sed propter subiectam materiam, in qua aliud denotare non possunt, attento quòd nullum ius ante competebat ei, ad quem refertur uerbum remaneat: qua de re cum statuta debeant inter-
14 pretari † secundum proprietatem uerborum, lege prima. §. is qui nauem de exercit. & ut minus derogent iuri communi, capitulo cum dilectus de consuetudine: Cumque circuitus inutiles sint euitandi, lege dominus de conditione indebita, & id, quod meum est, non possit amplius fieri meum, lege & an eandem. §. actiones de except. rei iudic. Ideoque statutum non possit

dare filiis proprietatem dotis maternæ niſi prius illam ab eis auferat, ſeu illos priuet, cumque ſtatutum quatenus loquitur de marito, utatur uerbo lucretur, ex quo oritur præſumptio, quòd cum in liberis utatur alio uerbo, ſcilicet remaneat non uelit deferre lucrum aliquod filiis: ſtatutum eſt interpretandum ut uoluerit reſeruare proprietatem dotis, non autem illos priuare, eamque deinde eiſ-
15 dem dare, natura † autem retentionis, & reſeruationis eſt ius competens reſeruare, non autem ampliare aut de nouo dare. l. ſi quis legauerit de le. 1. & poſt alios quos referunt Ruin. conſ. 99. num. 10. lib. 1. Caur. conſi. 144. num. 15. Quibus ſtantibus filii, defuncta matre ſuperſtite patre, ſuccedere videntur in proprietate dotis, ex diſpoſitione iuris communis, & ſic iure hæreditario, & tanquam hæredes matris, non autem titulo ſingulari, & uirtute ſtatuti, quod non dicitur dare filiis ius aliquod nouum in proprietate dotis maternæ, ſed non adimere ius eis competens, ideoque eo caſu non procedunt deciſiones Bart. nu. 8. Iaſ. nu. 15. & 18. in l. ſi arrogator de adopt. Alex. conſ. 150. lib. 2. etenim hi loquuntur in ſtatuto, quod defert lucrum dotis, filii autem non lucrantur proprietatem dotis à ſtatuto l. fin. C. de codicill. ſed illa non priuaretur, & pro hac ſententia decidere videntur Comen. conſ. 48. Ang. conſ. 81. & 83. & alii quorum allegationes & ſubſcriptiones ſunt inter conſilia Ang. conſ. 82. Et quamuis ipſi loquantur in ſtatuto utente uerbo ſuccedat tamen: rationes tamen per eos allegatæ procedunt etiam in ſtatuto loquente per uerbum remaneat, & præcipuè rationes adductæ in d. conſil. Ang. 81. 82. & 83. & maximè ratio relata in conſ. 81. col. 2. uerſi. 3. quia iſta prouiſio &c. & alia relata conſ. 82. uerſ. probatur etiam quarto &c. quas non refero, quia uideri poſſunt; imò longè maior ratio uidetur in uerbo remaneat, quod non importat dationem noui iuris, quando refertur ad eum, cui ius ante competebat. Secundò reſpondetur quòd etiam ſi proprietas dotis deferreretur filiis ex diſpoſitione ſtatuti, tamen filius diceretur illum habere iure ſucceſſionis licèt particularis, ut de quarta debita filio arrogato tradunt gl. Bal. nu. 7. Caſtr. nu. 6. in l. cum antiquioribus C. de iure deliber. & licèt ap-
16 pellatione † ſucceſſionis intelligatur de uniuerſali l. quædam §. is autem de eden. Tamen per uerba illa ab omni ſucceſſione occiſor & eius filii excluduntur etiam à ſucceſſione, quæ defertur titulo ſingulari l. ſciant C. de legit. hæred. l. omnem C. de Tertul. iunctis his, quæ ibi tradit Bald. numero 1. Caſtren. nu. 3. in fin. dum uolunt ex diſpoſitione
17 illarum legum matrem † quæ non petiit tutorem filio excludi etiam à legato & fideicommiſſo relicto à ſubſtituto pupillari, quod etiam ſenſerunt Cyn. in d. l. omnem uerſ. tu dic &c. cum inquit mater perdit relicta ab ipſo pupillo tanquam de bonis ipſius pupilli, ſed non relicta ab alio de bonis propriis ipſius relinquentis, & Bar. in d. l. ſciant in fin. qui reprobata op. gloſ. quæ diſtinguebat inter fideicommiſſarium particularem, & ſubſtitutum uniuerſalem dicit tex. illum procedere ſubſtitutione directa per quam pupillo ſucceditur merito nō petentes tutorem pupillo ea priuantur, text. uero in l. fin. §. ſi uero qui petant tut. loqui in fideicommiſſaria per quam ſucceditur defuncto, & tanquam de bonis defuncti capitur, contra quem fideicommiſſarius non deliquit, ideo ea non priuatur, & ſic uult Barr. quòd non petentes tutorem pupillo priuentur indiſtinctè relictis ſibi debitis tanquam de bonis pupilli ſiue titulo uniuerſali ſiue particulari, idque comprobari uidetur per tex. in d. l. fin. §. ſi uero maritus qui uidetur ſolum conſeruare matri ea quæ ex alieno iuditio. ſ. ex teſtamento patris & eius hærede debentur, & ſic uelle matrem excludi non ſolùm a ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam a fideicommiſſo uel legato ſibi debito ex tabulis pupillaribus, & ſic ex teſtamento filii, ideo Bal. in d. l. ſciant dum aſſerit non petẽtes pupillo tutorem non priuari ſingularibus legatis debet intelligi de legatis relictis in primis tabulis non autem de relictis in pupillaribus: ex quibus confundi uidentur quæ tradit Ruin. d. conſil. 86. nu. 3. Tertiò reſpondetur quòd ſtatutum pariter excludit occiſorem, & eius deſcendentes ut ſupra fuit dictum: Vnde cum occiſor excludatur etiam à ſucceſſione ſingulari .l. indignum de his quibus ut indigni, Bald. in l. hæreditas, num. 6. C. de his quib. ut indig. & etiam à lucro dotis, quod uirtute pacti, uel ſtatuti facere poterat .l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir uxorem ſolut. matrim. eodem iure, & deſcendentes debent excludi à ſucceſſione ſingulari, & lucro dotis, quod uirtute ſtatuti habere poterant: & ſi diceretur, quòd occiſor non excluditur à ſucceſſione ſingulari per ſtatutum, ſed ex diſpoſitione iuris communis, deſcendentes autem ex diſpoſitione iuris communis non excluduntur à ſucceſſione particulari, replicatur, quòd occiſor ex diſpoſitione iuris communis excluditur à ſucceſſione uniuerſali & particulari, deſcendentes autem qui ſunt in priori gradu nullo modo excluduntur, ſcilicet neque à particulari, neq; ab uniuerſali ſucceſſione: unde cum ſtatutum quò ad excluſionem æquiparat occiſorem, & deſcendentes, ſequitur quòd ſicuti occiſor ex diſpoſitione iuris excluditur à ſucceſſione uniuerſali, & particulari; ita & excludantur deſcendentes ex diſpoſitione ſtatuti.

CASVS LXXVII.

¶ Licet ſuper propoſita quæſtione conſuluerint ad fauores ſubſtituti. Curt. iunior. conſil. 141. Decius conſilio 399. Ruyn. conſilio libro 2. adeo ut eorum ſcriptis nihil addi poſſe uideatur: tamen precibus clientis, commotus, non potui & ego aliquid ſuper ea non ſcribere.

SVMMARIVM.

1 *In teſtamentis quid inducant hæc uerba, ſed uſque in infinitum uolo bona mea permanere in dictos filios meos eorumque liberos.*

2 *Alienandi ex ſimplici prohibitione adiecta cauſa, quia uult bona conſeruari in familia, an inducatur fideicommiſſum abſolutum.*

3 *Docto-*

3 *Doctororum pro utraque parte consulentium quæ existimetur uerior sententia.*
4 *Verba hæc te rogo fili ut prædia quæ ad te peruenerint pro tua diligentia diligas quid importent.*
5 *Verba hæc peto ne fundus de familia exeat, quomodo fideicommissum inducant.*
6 *Appellatione familiæ ueniunt etiam liberti.*
7 *Parta sunt aliqua fieri ante, uel incontinenti post.*
8 *Testamenti una pars declarat aliam.*
9 *Dictio, ita, est declaratiua, & restrictiua præcedentium.*
10 *Dictio, ex, denotat causam proximam, & immediatam.*
11 *Dictio utsupra ultimo loco posita facit relationem ad proxima, & cum est sine copula restringit.*
12 *Dictio alijs quid denotet.*
13 *Testamenti uerba quanis debent limitari, & restringi ad limites uoluntatis testatoris.*
14 *Bona non possunt dici conseruari in agnatione per adoptiuos cum ipsi non transeant in agnationem adoptantis.*
15 *Adoptati ab auo materno improprie dicuntur agnati.*
16 *Actus facti in ultima uoluntate declarantur ex actibus testatoris inter uiuos facti.*
17 *Voluntas testatoris probatur ex ijs quæ dixit, uel fecit extra testamentum.*
18 *Testator non præsumitur eligisse uiam per quam possunt impugnari sua iudicia.*
19 *Sensus dictionis, seu, & uel.*
20 *Substitutio recipit interpretationem ab institutione.*
21 *Verbum primogenitus non competit adoptiuis.*
22 *Prius, & posterius non est dare in ijs quæ uno contextu fiunt.*
23 *Verbum plura determinans debet æqualiter determinare.*
24 *Adoptio non facta apud acta, neque per notarium actuarum rogata non ualet.*
25 *Multum interest, an quid ponatur in conditione, an in dispositione.*
26 *Testatorem noluisse naturales posse legitimari ubi constat citatio non est necessaria.*
27 *Adoptati ab auo materno qui prohibeantur.*
28 *Adoptiuus in feudo non potest succedere.*

EX prohibitione alienationis booorum iunctis his uerbis, sed usq; in 1 iofinitum † uolo ea permanere io dictos filios meos, eorumque liberos masculos tantum legitimos, uel legitimatos indnctum uidetur fideicommissum simplex ad fauores filiorum, & liberorum legitimorum, & naturalium, uel legitimatorum, ut scilicet quilibet ex institutis, & substitutis etiam decedens teneatur relinquere bona filiis, & liberis testatoris legitimis, & naturalibus, uel legitimatis. l. peto. §. fratre, de leg. 2. quamnis Soc. cõs. 227. tex. illum in contrarium alleget, nam ex illo textu ille qui petit fideicommissum, tenetur cauere se restiturum familiæ domum, quæ restitutio intelligitur cum ipse moreretur. l. vnũ ex familia. §. sed si fundum uel. quod si talia in fin. de leg. 2. idem probat tex. in l. pater filium, ad l. Falcid. ubi instituto filio, ex quo testator tres habebat nepotes fidei illius, commisit ne fundum alienaret, & ut in familia eum relinqueret, dicitur in fine illius tex. quòd filius institutus decedens erat necessitate astrictus filiis suis eum fundum relinquendi, & in l. filius familias, §. cũ pater de leg. 1. ubi is cuius fidei fuerat commissum, ne fundum alienaret, & ut in familia relinqueret, moriens tenetur relinquere uni de familia, ex quo sequitur, quòd per uerba de quibus in illis tex. quæ uidentur eadem cum uerbis fideicommissi præsentis inductum erat fideicommissum etiam in casum mortis. Idem suadet in l. cum pater. §. libertis de leg. 1. ubi Castr. nu. 4. uers. ex hoc infero uult quod inter libertos in eo text. adesset fideicommissum non solum in casum alienationis, sed etiam post mortem, & per text. prædictos uidetur præsentem casum esse diuersum ab eo, quem disputant. Doct. in l. qui Romæ. §. cohæredes de uerb. oblig. an, scilicet ex simplici prohi- 2 bitione † alienandi adiecta causa quia uult bona conseruari in familia, inducatur fideicommissum absolutum: in quo tamen Aret. in d. §. cohæredes, num. 12. uersic. ubi autem testator qui prohibuit alienari, Soc. num. 19. asseruerunt induci simplex fideicommissum etiam post mortem, quam sententiam ex pluribus comprobauit idem Soc. cons. 249. lib. 2. col. 9. uers. tertia difficultas, cons. 23. nu. 7. in princ. lib. 3. & licet idem Socy. cons. 227. con- 3 trarium respondiderit, tamen cum † legendo, & etiam consulendo sæpius priorem sequutus fuerit sententiam: credendum, quòd illam putauerit ueriorem, præter id, quod omne fundamentum Socyn. in d. cons. 227. est super textu in d. §. fratre, qui probat necessariò contrarium: prædictam Aret. & Socyn. sententiam latè defendit, Dec. consil. 23. & 38. ubi respondet ad ea, quę contrarium suadere uidebantur, maximè ad tex. in l. cum pater. §. cum inter de leg. 2. ad quæ responderi melius posse uidetur, quod scilicet in eo text. filius libertæ erat colibertus, & dubitabatur idem quod in d. l. is qui complures, an, scilicet liberta teneretur relinquere prædium omnibus colibertis, seu omnibus de familia testatoris, de qua dicuntur liberti, d. l. cum pater. §. fidei hæredum. l. fin. C. de uer. sig. & sequuntur conditionem manumittentis, l. 2. C. de mun. & orig. lib. 10. l. assumptio, §. fin. ad mun. an uero posset uni tantum cui uellet relinquere; & deciditur filium hæredem libertæ posse retinere prędium, & sic libertam potuisse relinquere prędium cui uelit in familia: ideoque non sine ratione tex. dicit hæredem libertæ filium, idem censuit cons. 245. num. 6. & 7. & quamuis ipsemet Dec. cons. 287. num. 12. tenuerit contrarium, non tamen respondet ad ea, quæ alibi in contrarium adduxerat: & pro opinione Aret. & seq. ultra text. superius adductos uidetur casus in authent. de restitutione fideicõmissi. §. manifestum; ubi aderat prohibitio simplex alienandi adiecta ratione, quia uolebat bona perpetuare in familia, præsupponit tex. quòd si prohibitio se extenderet ad personam impuberis defuncti, mater obstante prohibitione non posset succedere, & ideo necessario uult, quòd

per

per dictam prohibitionem inductum fuerit fideicommiſſum etiam in caſum mortis, aliàs mater tanquam hæres legitima ſucceſſiſſet non obſtante fideicommiſſo in caſum alienationis: cuius conditio minimè eueniſſet. Pro eadem ſententia uidetur tex. in l. fideicommiſſa. §. hæc uerba de leg. 3. ubi te
4 ſtator dixerat, Te rogo fili, † ut prædia quæ ad te peruenerint pro tua diligentia diligas, & curam eorum habeas; quæ uerba cum non contineant cauſam, neque perſonam, cuius contemplatione uelit teſtator curam prædiorum haberi, quaſi nudum præceptum nullius ſunt momenti. l. filiusfa. §. diui de leg. 1. ſi deinde adiicit cauſam huiuſmodi conſilij, ſeu præcepti, ueluti ut poſſint ad filios tuos peruenire, adiectio illa cauſæ non ſolum inducit ueſtimentum præcepto nudo, uel fideicommiſſum in caſum contrauentionis, ſed etiam in caſum mortis idem in fortioribus terminis probat tex. in d. l. Vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, uerſ. quòd ſi talia de leg. 2. & in d. l. is qui complures de
5 leg. 3. ubi ex ea uerba, peto † ne fundus de familia exeat, hæres decedens tenetur relinquere fundum in familia, & ob prædicta quicquid ſcripſerint Doct. indubitatum mihi uidetur prohibitionem alienandi, uel extra familiam, uel ut in familia relinquatur, uel quia uolo conſeruari in familia ſemper inducere fideicommiſſum etiam in caſum mortis, non tamen quòd moriens teneatur relinquere proximiori: ſed quòd teneatur relinquere cui uelit in familia, d. §. cum pater, d. l. is qui complures, & ſi nulli relinquat proximiores admitti qua ratione in d. §. cum inter liberta potuit fundum prohibitum alienari de nomine familiæ relinquere filio hæredi, qui & ipſe erat de nomine familiæ, & uerbum familiæ in eo tex. uidetur intel
6 ligendum de familia † teſtatoris: cuius appellatione ueniunt liberti, l. fin. C. de uerb. ſig. d. l. cum pater. §. fidei hæredum, præterea Doct. qui uolunt ex prohibitione alienationis iuncta cauſa quia bona remanere in familia induci fideicommiſſum duntaxat in caſum alienationis, fundāt ea ratione, quia illa uerba uolo &c. ſatis operantur ſi ueſtiāt prohibitionem aliàs nudam, uerùm ubi uerba prædicta, ſcilicet quia uolo remanere in familia ſunt adiecta prohibitioni, aliàs ualidæ omnes fatentur inducere fideicommiſſum etiam in caſu mortis.. Qua de re cum in propoſito caſu teſtator adiecerit, & ſiquis eorum contrafecerit &c. & expreſſerit perſonas quas ſuccedere uolebat in caſum alienationis: clauſula illa, ſed uolo &c. eſſet prorſus ſuperflua, ſi non induceret fideicōmiſſum etiam in caſum mortis. Cumque ea quæ incontinenti ui deantur ineſſe, l. lecta ſi cer. pet. & prius actum uideatur, quòd incontinenti poſtea ſubſequutum fuit cap. officii ubi not. Bal. num. 2. de off. deleg. &
7 † paria ſunt aliquid fieri ante, uel incōtinenti poſt l. Pomponius. §. rati iuncta gloſ. de procur. nihil intereſſe uidetur, an clauſula ſi quis eorum contrafecerit in qua in caſum contrauentionis uocantur proximiores ſit poſita ante clauſulā illam, ſed in infinitum uolo &c. an incontinenti poſt, accedat quòd clauſula illa, ſed in infinitum uolo, &c. non poteſt reſtringi ad caſum alienationis, in quē teſtator ſpecialiter prouidit. l. doli clauſula de uer. oblig. l. ſanctio de pen. Neque obſtat id ſuper quo ſolo fundare ſe uidentur aduerſarij, ſcilicet, quòd in ſequentibus partibus teſtamenti, teſtator inuicem ſubſtituit filios, & eorum liberos, in caſu quo alter eorum, & omnes eius filii, & liberi maſculi naturales, & legitimi, uel legitimati, aut legitimi tantum decederent. Nam reſpondetur primo illa uerba uideri falsò poſt perfectum teſtamētum appoſita nunquam enim reperiuntur in corpore, ſed uel in margine addita, uel interlineata: Vnde huiuſmodi additio debet uitiari, non uitiare, ut aliàs latè demonſtratum fuit in allegationibus factis circa hoc ſolum, quæ uideri poſſunt. Præterea uerba illa legitimis tantum ex clara mente teſtatoris non poſſunt interpretari de adoptiuis ex pluribus. Primo, quia neque in prima parte ibi filios legitimos, ſeu legitimatos interpretantur de
8 adoptiuis, ſed de legitimatis, & † una pars teſtamenti declarat aliam, & filius legitimatus dicitur legitimus, §. liceat ibi nihil à legitimis differentes in auth. qui mo. nat. effic. legit. Bart. in l. is pro emptore, nu. 29. de uſucap. Bal. in l. nuper. C. de natu. lib. Alex. conſ. 2. lib. 1. nu. 10. Secundo, quia teſtator id prohibitione alienandi excludit adoptiuos. Tertio, quia deinde in reciproca ſubſtitutione dicitur ita, quòd nullus maſculus utſupra ex eo, & eius liberis, utſupra ſupereſſet, & in ſubſtitutione facta poſt mortem omnium deſcendentium dicitur, ita quòd nullus maſculus, ut ſupra ex dictis liberis meis naſciturus ſupereſſet: etenim clauſulæ illæ ſunt poſitæ ad declarationem præcedentiū:
9 uam dictio † ita, quæ eſt declaratiua, & reſtrictiua præcedentium. c. cum M. de conſtit. Soc. conſ. 49. col. 2. declarauit, de quibus liberis teſtator ſenſerit in præcedentibus, & reſtringit illa ad legitimos & naturales, uel legitimatos, nam adoptiui non poſſunt dici ſupereſſe, uel naſci ex filiis, uel liberis maſculis teſtatoris. Item uerba ex eo, & ex dictis filiis meis reſtringunt diſpoſitionem ad eos, qui immediatè ſupererunt, uel naſcentur ex filiis inſtitu-
10 tis, uel eorum liberis maſculis: nam dictio † ex, denotat cauſam proximam, & immediatam. l. non dubium. C. de legibus. Bart. in l. 1. §. ex incendio, de incend. Ruyn. 29. & ſic excludunt eos qui mediante filia fœmina ſuperſunt, & naſcentur ex filiis inſtitutis. Cumque teſtator dixerit in eadem ſubſtitutione, ſi dicti filii mei, eorumque & meorum liberi maſculi naturales, & legitimi, uel legitimati, ſeu legitimi tantum omnes decederent ſine filiis legitimis, uel legitimatis, utſupra maſcu-
11 lis, utſupra &c. illa dictio, † utſupra, ultimo loco poſita, facit relationem ad proxima, Bart. in l. 1. §. hoc edicto in de poſtul. & cum ſit ſine copula reſtringit, ut de relatiuo qui tradit Bar. in l. oēs populi de iuſt. & iu. & proximè poſuerit in conditione duntaxat legitimos, uel legitimatos; Verba, nullus maſculus utſupra, neceſſario ſunt interpretanda de maſculo legitimo, & naturali, uel legitimato. Et cum teſtator poſt illa uerba ſine liberis, nominauerit duntaxat legitimos, & naturales, uel legitimatos colligitur expreſſa eius uoluntas, de quibus liberis ſenſerit præcipuè cum dixerit ſine aliis

aliis naturalibus, & legitimis, uel legitimatis: nã
12 dictio illa, † aliis, denotat, quòd præcedens nomi
natio filiorum similiter intelligatur de naturalib.
& legitimis, uel legitimatis, cap. fin. in uerbo, &
alii medicantes de pact. in 6. Alexand. consi. 34. nu.
2. lib. 1. consi. 204. num. 4. lib. 2. Quarto in testa-
mento apparet manifesta mens testatoris conser-
uandi bona in agnatione dum prohibet alienatio-
nem bonorum, adiecta causa, & in casu contrauen
tionis uocat proximiores ratione agnationis, dum
axcludit fœminas ab eius successione: dum defi-
cientibus omnibus substituit proximiores de a-
13 gnatione sua: ideo quæcunque † uerba testamen
ti debent limitari, & restringi ad limites uolunta-
tis testatoris: quæ totum facit. l. ex facto, la gran-
de circa medium de hered. instit. & ratione conser
uandi bona in familia dicti testatoris, l. cum pater
14 §. dulciss. de leg. 2. & cùm bona † non possint con
seruari in agnatione per adoptiuos, qui non tran-
seunt in agnationem adoptantis §. sed hodie, Insti.
de adopt. uerba testamenti non possunt de his in-
terpretari, & licet adoptati ab auo materno tran-
seant in familiam & agnationem adoptantis, ta-
15 men † impropriè dicuntur agnati §. per adoptio-
nem Instit. de legit. agna succe. & cùm appellatio-
ne adoptiuorum regulariter ueniant omnes ado-
ptiui, uel omnes debent comprehendi, uel omnes
16 excludi. Quintò ex actibus testatoris † inter ui-
uos declarantur actus facti in ultima uoluntate l.
uxori. §. fin. ubi not. glos. & Bar. de leg. 3. & uolun-
17 tas testatoris † probatur ex his, quæ dixit uel fecit
extra testamentum Bar. in l. 2. in prin. in q. 5. prin.
uers. quæro ex quibus præsumitur uoluntas num.
40. de uulga. Alex. consi. 100. in 3. uol. Testator au-
tem habebat nonnulla bona feudalia, pro quibus
ipse acceperat inuestituras pro se, & filiis legitimis
& naturalibus, & ipsis non existentibus pro legiti
matis, & quæ bona feudalia non poterat relinque
re aliis, quàm nominatis in inuestitura, & uolun-
tas non præsumitur mutata, l. eum qui de probat.
& in facto proprio non præsumitur ignorantia, &
18 testator † non præsumitur elegisse uiam, per quã
possunt impugnari sua iudicia, l. si miles de testa.
milit. Qua de re uerba, legitimis tantùm, ut con-
ueniant menti testatoris, sunt interpretanda pro
legitimatis, & uerbum, legitimatis, & uerbum le-
gitimis sunt accipienda pro sinonimis, quemad-
modum & pro sinonimis posuit ea in prima insti
tutione, qua instituit filios legitimos seu legitima
tos, & quemadmodum illa dictio, seu, in institu-
tione posita inter uerbum legitimos, & uerbum
19 legitimatos stat expositiuè † seu declaratiuè, ut &
in c. 1. de stat. regul. in 6. ibi principe seu domino
temporali, ita & in substitutione uidetur stare ex-
20 positiuè. Substitutio † enim recipit interpretatio-
nem ab institutione l. 1. C. de impub. & eodem
modo uidetur stare dictio, uel, posita inter uerbũ
legitimatis, & uerbum legitimis, nam dictio uel,
aliquando stat expositiuè l. 2. in prin. ad l. acquil.
ibi quadrupedum uel pecudum, in l. ubi pactum
iunct. glos. in uerb. transactio C. de transactio. &
dictio taxatiua tantùm uidetur apposita habita ra
tione ad legitimos & naturales. Tandem ubi
uerbum, legitimis esse interpretandum de adopti
uis, tamen de aliis non posset interpretari, quàm
de natis ab aliquo ex agnatione testatoris, & ado-
ptatis ab alio eiusdem agnationis, nam prædicta
uerba declarantur ab illis uerbis, ita ꝙ nullus &c.
& restringuntur ad legitimos tantum, qui tamen
essent nati immediatè ex corpore alicuius descen-
dentis à testatore masculi: etenim alii adoptiui di
ci non possunt nasci ex filiis, aut liberis testatoris,
neque immediatè ex eis superesse. Verum median-
te item uocat testator proximiores de agnatione
sua, quæ uerba sunt intelligenda de agnatione pro
pria, non autem impropria, l. non aliter de leg. 3.
& de agnatione naturali, non de ciuili. l. 1. de his
qui uen. æta. &c. Cumque fœminas excluserit, na-
scendas ex filiis, & liberis masculis, multo magis
cẽsendus uoluisse excludere filios filiarum etiam
adoptiuos arg. l. si uiua. C. de bon. quæ lib. Sed quò
ad bona, quæ prælegauit primogenito maioris fi-
21 lii, res uidetur clarior: nam uerbum † primoge-
nitus, neque secundum proprietatem, neque se-
cundum communem usum loquendi, conuenit
adoptiuis: & quamuis testator uocet filios etiam
legitimos primogeniti, non tamen uocat primo-
genitum legitimum tantum; cumq; nullus natus
sit primogenitus ex maiore filio, non etiam potest
dici superfuisse filium legitimum tantum ex ipso
primogenito. Accedat, ꝙ cũ adoptati fuerint uno
contextu tres nepotes ex filia copulatiuè, & qui
omnes in instrumento determinantur ab eodem
uerbo, non potest in eis considerari aliquis primo
22 genitus: nam † in his quæ uno contextu fiunt, nõ
est dare prius, aut posterius. l. lecta, uers. dicebam si
cer. pet. & copula æque principaliter, & æqualiter
copulat. l. Titiæ textores. §. 1. de le. 1. l. si cui de fun.
23 instr. & uerbum, † plura, determinans debet æqua
liter determinare, l. iam hoc iure de uulg. Sed dato
sine ueri præiudicio, ꝙ uerbo, legitimis, tantum cõ
prehenderentur adoptiui quicunque, tamen non
aliud inferri potest, quàm ꝙ adoptiui fuerint in cõ
ditione positi, ex quo secũdum receptissimam sen
tentiam non possunt dici ex testamento uocati, &
casus quo testator relinquat filios adoptiuos, tan-
quã omissus in reciproca substitutione, remanet
in dispositione præcedentis partis testamenti, in
qua excluduntur adoptiui, & ex qua admissus fuit
actor decedente patruo cum filiis adoptiuis. Ad
hæc & si adoptiui expresse fuissent uocati ex testa
24 mento; tamen † adoptio de qua agitur fuit inua
lida, cum facta non fuerit apud acta, neque per no
tarium actuarium rogata, l. fin. C. de adoptio. l. in
fraudem. §. quoties de iu. fis. Bart. in l. cum senten-
tiam, C. de sent. etiam ꝙ de cõsensu partium facta
fuisset, Bal. in l. repet. nu. 2. C. de episc. & cler. in l.
testam. C. de testam. Alex. consi. 215. nu. 3. & 7. li. 2.
Præterea dicta adoptio non uidetur nocere substi-
tuto. Primum quia non fuit citatus. l. nec ei. §. eorũ
in princ. ubi gl. l. nam ita diuus. ff. de adop. nam &
licet secundum magis communem sententiam le-
gitimatus excludat eũ, qui substitutus fuerat sub
conditione, si institutus decederet sine filiis legiti
mis, & naturalibus, tamen quando ad legitimatio
nem nõ fuit citatus substitutus, legitimatio illi nõ
præ-

præiudicat, nec à legitimato excluditur, ſi uerum eſt quod ſcripſere Anchar. in conſ. 326. circa primum quæſitum, & alii plures, quos referunt & ſequuntur Alex. conſ. 94. nu. 9. lib. 1. Soc. in dicto §. quid & ſi tantum nu. 30. conſ. 251. col. 10. uerſ. ſed præmiſſis &c. & à legitimatione ad adoptionẽ arguunt Rom. in conſ. 194. uerſ. quarto dubitatur in d. l. gallus in §. & quid ſi tantum, Alex. in conſ. 25. & 67. & in conſ. 94. uol. 1. Soc. conſ. 251. col. 10. uol. 2. Dec. conſ. 55. col. 1. & 4. & conſ. 284. col. pen. Neque obſtat, ꝙ ſi pater in teſtõ diſponat filiũ debere poſt eius mortem legitimari ad hmõi legitimationem, nemo ſit citandus Bar. in d. §. & quid ſi tantum, nu. 14. & teſtator ponẽdo legitimos in conditione uidetur uelle hæredes poſſe filios legitimos ſibi facere, & ſic adoptare, nam reſpõdetur, ꝙ Bart. & poſteriores loqui uidentur in caſu, quo teſtator diſpoſuit certam perſonam debere legitimari, eamq́; in teſtõ expreſsè uocauit. Et multum
25 intereſt, † an quid ponatur in cõditione, an in diſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione ſi quis om. cauſ. teſtam. & an teſtator quid ſpecialiter fieri mãdet, an uero in genere. Bart. in l. alio de alim. & cib. leg. num. 18. Præterea in ſubſtitutione facta ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, legitimati per reſcriptum ſecundum magis receptam opinionem excludũt ſubſtitutũ, ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, Caſtr. in l. ſi quis ita, §. fin. de leg. 2. & alii quos referunt. Alex. & Iaſ. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſt. & ſubſt. & tñ ut legitimatio præiudicet ſubſtituto, requiritur eius citatio, ſi uera eſt Anch. & Soc. ſententia. Unde ſi ponendo in conditione legitimos, & naturales quorum appellatione ſm cõem ſentẽtiam ueniunt legitimati per reſcriptum, cenſetur uoluiſſe teſtator naturales per reſcriptum legitimari, uel cõis opin. Caſtr. Alex. & Iaſ. non eſt uera, uel ſententia Anc.
26 & Socy. ſtare non poteſt. Etenim † ubi conſtat teſtatorem uoluiſſe naturales poſſe legitimari, citatio non eſt neceſſaria, Bar. & poſteriores omnes in d. §. & quid ſi tantum, & adoptio ad quam ſubſtitutus non fuit citatus, uidetur eo minus præiudicare ſubſtituto: cum ubi citatus fuiſſet, dictam adoptionem de facili impedire potuiſſet, cum adoptati non eſſent ex deſcendentibus maſculis à dictis filiis teſtatoris inſtitutis, qui ſoli uidentur poſiti in conditione. Secundo, adoptio non vr̃ præiudicare ſubſtituto, cum nulla facta fuerit mentio de teſtamento paterno, & ſubſtitutione ab adoptãte notitiam habẽte, l. ſed, ſi hac, §. patronum de in ius uoc. ubi arrogatio facta de liberto, qui tacuit ſe libertum, non præiudicat iuribus patroni, nam & in legitimatione debere fieri mentionem ſubſtituti, alias legitimationem illi non præiudicare aſſeruerunt, Alex. conſ. 67. nu. 7. & in fi. & conſ. 94. numero 9. lib. 1. Socy. d. conſ. 251. col. 10. uerſ. confirmatur &c. ad hæc in legitimatione facta per patrem, facienda uidetur mentio filiorum legitimorum, & naturalium, Alex. conſ. 25. num. 7. libro 1. Socyn. in d. §. & quid ſi tantum, nu. 19. Iaſ. numero 102. Dec. conſ. 85. num. 8. Rip. in l. ex facto, nu. 49. de vulg. & eorum etiam in arrogatione fienda eſt mentio, l. nec ei. §. fin. de adopt. quibus filiis pater poteſt præiudicare excepta legitima. Unde uidetur, quòd multo magis fieri debeat in legitimatione, & adoptione mentio ſubſtituti, cui grauatus præiudicare nullo modo poteſt. Ultimo & ſi in adoptione ſeruata fuiſſent ſeruanda, tamen ſi adoptati erant illegitimi, ex eo, quòd eorum parentes (ut ab actore aſſeritur) eſſent in tertio affinitatis
27 gradu coniuncti, non † potuere ab auo materno adoptari, l. legem Anaſtaſij. C. de nat. lib. §. adoptionis in auth. qui. mo. effic. ſui, Idem enim uidetur eſſe de nepotibus illegitimis ex filia adoptatis, qđ in filiis illegitimis, l. fin. ubi gloſ. in uerb. adoptiuus, C. de natu. lib. & quamuis parentes eorum obtinuiſſent quandam diſpenſationem contrahẽdi matrimonium, tamen auctoritas diſpenſandi conceſſa vicario epiſcopali præſumi poteſt falſa, cum non reperiatur regiſtrata apud officium ſummi pœnitentiarii, & ſic diſpenſatio uidetur inualida, neque potuiſſe conſtituere coniuges, uel alterum eorum in bona fide, ut aliàs dictum fuit.

Quo uerò ad bona feudalia res uidetur indubita-
28 ta ad fauores actorum: nam † adoptiuus in feudo non poteſt ſuccedere. §. adoptiuus, ſi de feud. contro. & in inueſtituris feudalibus uocantur legitimi & naturales, & his deficientibus, legitimati.

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutus hac conditione ſi non commiſerit delictũ, & exhæredatus ſub contraria conditione, quando, & qualis ſit hæres.*

2 *Exhæredatio non confirmabilis in uita filij eſt inualida.*

3 *Mandatum expirat morte mandantis expirat etiam ultimo uitæ ſpiritu.*

4 *Conditio quæ non poteſt adimpleri ultimo uitæ ſpiritu, quando habeatur per impleta.*

5 *Verba teſtatoris ſunt intelligenda in eum caſum quo de iure procedere poſſunt.*

6 *Filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua hodie ualet teſtamentum.*

7 *Conditio etiam poteſtatiua reijcitur quo ad legitimam.*

8 *Pendente conditione bona remanent penes inſtitutum.*

9 *Semel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.*

CASUS LXXVIII.

Colligitur ex allegationibus.

1 Filius † inſtitutus à patre ſub conditione ſi non commiſerit delictum, propter quod bona eius publicarentur, & ſub contraria conditione exhæredatus non potuiſſe uidetur ante impletam conditionem inſtitutionis fieri hæres, neque ultra legitimam ſibi debitam iure naturæ hæreditatem patris tanquam hæres ex teſtamento, uel ab inteſtato pleno iure poſſidere: ideoque eueniente caſu quo delinquat fiſcus, tanquam

quam filii successor non potest ex eius persona Trebellianicam deducere, immò quasi defecta cõditione institutionis filius, & fiscus eius successor teneri uidetur ad restitutionem fructuum perceptorum à filio iuxta l. hæres meus .§. qui post. de cond.& demonstr. Neque obstare uidetur, quòd
2 exhæredatio † huiusmodi quasi non confirmabilis in uita filii sit inualida.l.si ita,§.fin.de lib.& posthum. Nam respondetur primò cum in re præsenti filii instituti modo prædicto habeat cohęredes, scilicet filius institutus in certa quantitate exhæredatio esset ualida etiam, quòd expresse fuisset facta post mortem filii,l.fin.secundum primam lec. & ibi not.Bart.nu.3.de cond.instit.Barto.in d.l. si ita,§.fin. Secundò ad hoc ut exhæredatio ualeat satis est, quòd filius in uita potuerit esse hæres, unde cum conditio illa si non commiserit delictum uideatur posse impleri ultimo uitæ spiritu, quo moriens non potest delinquere,exhęredatio uidetur confirmabilis in uita filii, neque subsistere uidetur quod ex aduerso dicitur quem in ultimo uitæ spiritu posse delinquere, puta si ante fecisset mãdatum ad delinquendum,& mandatarius in ultimo uitæ spiritu mandantis delinquat.Nam quem
3 admodum † mandatum expirat morte mandantis.l.mandatum.C. mand. non quasi reuocatum, sed quasi cesset uoluntas,Bart.in l.more,num.17. de iurisd.om.ind. ita & expirare debet mandante in ultimo uitæ spiritu constituto, cum eo tempore cesset eius uoluntas glos.fin.in l.fin.qnan.di.lega.ced.Neque ad rem facit text.in d.l.fin.de cond. instit.dum uult conditionem illam si decem dederit posse per alium etiam oltimo uitæ spiritu impleri.Etenim quis potest pro alio absque mandato soluere.l.soluendo de neg.gest.Ad hæc ubi etiã condioo prædicta non posset impleri in ultimo uitæ spiritu, tamen si filius præstet cauoonem mutianam,conditio potestatiua, quæ non potest im-
4 pleri † ultimo uitæ spiritu, habetur pro impleta, & hæreditas à filio adiri potest.l.Mutianæ de cond.dit.& demonst.& in huiusmodi aditione, siue in mixtione intelligendæ forent coniecturæ allegatę ad demonstrandum uoluntatem testatoris fuisse, ut filius immisceret se bonis paternis : nam testator censetur conformare se cum dispositione iuris, Bart.in l.hæredes mei,§.cum ita,nu. 3.ad Tre-
5 bell.& † uerba testatoris sunt intelligenda in eum casum,quo de iure possunt procedere.l. gallus .§. quidam rectè,& ibi not. Bald.in 3.not. de lib. & posthum. Vnde cum filios implere potuerit conditionem,& non impleuerit, hæres fuisse non potest. Præterea exhæredatio in re præsenti non fuit
6 necessaria, cum etiam hodie † filio instituto sub conditione potestatiua testamentum ualeat.l.suus quoque de hæred.instit. etiã, quod conditio non possit impleri ultimo uitæ spiritu,Bart.ibi nu. 3. Imola.in l.fin.num.10.de cond.instit.Ideoq. nihil interest ubi exhæredatio facta fuisset inualida,l.1. §. & ut plenius,C.de rei ux. actio. Conditio autem de qua agitur, uidetur potestatiua, nam & cõditio ingrediendi monasterium,uel nubẽdi dicitur potestatiua,Comens.in l.fin.nu.3.de cond.inst.& eo magis conditio de qua agitur, uidetur potestatiua,

quia nõ fuit simpliciter dictum si non cõmiserint delictum,quo casu forsan possent procedere rationes ex aduerso allegatæ, sed fuit additum pp quod bona ueniant publicanda: etenim lõgè facilius est abstinere se à delictis,pp quæ bona ueniunt publicanda, quàm ab omnibus delictis uidimus,& alibi,quod licet conditio si non nupserit in uirgine reiiciatur,non tamen reiicitur conditio si non nupserit Titio,l.sed si hoc cum l.seq. de cond. & demõ.
7 Neque monet me, quod conditio † etiam potestatiua reiiciatur quò ad legitimam.l.quoniam in prioribus.C.de inoff.testam. & sic saltem respectu legitimæ potuerit filius se immiscere : etenim etsi filius statim habuerit legitimam, eamq. apprehendere potuerit,tamen quo ad residuum cum datus fuerit sobstitutus expectari debet conditionis euẽtus,quæ si deficiat, hæreditas uadit ad substitutũ, sinautem existat accrescit filio absque noua cõgnitione Cast.in d.l.suus quoq; in prin. nu. 3.Imol.in d.l.fin.de cond.inst.nu. 12.uers.aduerte tñ qa &c.
8 qui addit,quod pendente conditione † bona remanẽt penes institutũ,& hoc modo,ut.l. pendente cõditione institutionis omnia bona remaneant penes filium institutum intelligi pñt coniecturæ allegatæ ad demonstrandũ uoluntatem testatoris fuisse, quod filius immisceret se,& frueretur bonis paternis, ex quo Cast. & Imo.dicto tolli uñt potissima fundamenta ex aduerso adducta. Nam etsi exhæredatio fuisset inualida,& cõditio institutionis,de qua agitur esset mixta, tñ sm receptiorem opin.gl.Bar. & aliorum in d.l.suus quoque,& in l.si pater.C.de inst.& subst.hmõi cõditio adiecta institutioni reiicitur de legitima,& testm ualet,& sic filius potuisset quo ad legitimam se immiscere ex testõ, quò ad residuum uerò staret in suspenso,donec condõ existat,uel deficiat,Cast.d.nu.3.&bona interim remanere debeuerunt penes filium institutum,Imo. d.uers.aduerte &c. & defecta condõne institutionis spectant substituto iure directæ substitutionis uulgaris,& sic ex persona filii trebellianica ab eius successore detrahi non potest. Tandẽ cũ dolus,aut mora sui cuiq prodesse non debeant, si institutus sub condõne consistẽte in non faciendo qui præstiterit mutianã cautionẽ iuxta.l.Mutianæ de cond. & dem.& deinde non paruit cõditioni tenetur restituere bona omnia & fructus.l.hæres meus .§. qui post Mutianam de cond. & dem. & hr perinde ac si non esset hæres d.auth.cui relictũ. C.de ind.uid. tol.multo magis hæres sub hmõi condõne institutus,qui non pẽtita dicta cautione apprehẽdit possessionẽ bonorum,si non pareat cõdõni,debet cogi ad restituendũ bona,& fructus . Neq; obstat, quod
9 is qui † semel fuit hæres,nõ possit desinere esse hæres,etenim ad id rñdetur,quod in re pñti filius nunqũ fuit hæres ultra legitimam,& ubi fuisset hæres,ut quia præstitisset mutianam cautionẽ, rñdetur ad obiectum,de quo supra dupls per Soc.in d.l.mut. nu. 17.& prima eius sõlio comprobatur ex eo,qđ scripsit Bal.in auth.hoc amplius in 1.opp.C.de fideicommiss.præter id, quod si etiam hæredibus in huiusmodi casibus diceretur auocari, tanquam ab hærede, ut seruitæ uidentur Bartol.& Comen in d.l.Mutianæ : tamen cum auocetur ex disposi-

tione

tione legis ob non ſeruatam uoluntatem teſtatoris, trebellianica deduci non poteſt d. auth. hoc amplius.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta de proximioribus intelligenda eſt de proximioribus grauato.*
2 *Propinqui dicũtur hi qui uocantur ad ſucceſsionem de iure ciuili.*
3 *Actus ex quibus inducitur poſſeſsio debent probari per teſtes conteſtes.*
4 *Poſſeſsio alterius proximitatis, quam filiationis, aut fraternitatis non poteſt probari niſi exprimantur gradus.*
5 *Nominatio, & aſſertio, quòd aliquis ſit affinis, quando conſtituit aliquem in quaſi poſſeſsione affinitatis, uel transfert onus probandi in aduerſarium.*
6 *Epiſtola repræſentat perſonam nominantis, & idem operatur, ac ſi uerba in eius præſentia fuiſſent prolata.*
7 *Confeſsio facta parte abſente non præiudicat.*
8 *Probare quaſi poſſeſsionem, quando non ſufficiat.*
9 *Poſſeſſorium niſi iuris præſumptione ſit probatũ non ſufficit in deciſorijs.*
10 *Sub uerbo, parente, qui comprehendantur.*
11 *Probatio non concludens neceſſario nihil releuat.*

CASVS LXXIX.

Colligitur ex allegationibus.

1 Qvamuis ſubſtitutio † facta de proximioribus intelligenda ſit de proximioribus grauato, l. cum ita. §. in fideicõmiſſo uerſ. & qui ex his &c. de leg. 2. cap. 1. de nat. ſucc. feud. tñ agens uigore dictę ſubſtitutionis non uidetur poſſe obtinere niſi probet ſe eſſe in gradu proximitatis ſucceſſibili. i. ſaltem in decimo gradu. Propin-
2 qui † enim dicuntur hi qui uocantur ad ſucceſſionem de iure ciuili, l. 1. C. unde uir. & ux. l. fin. C. de uerb. ſign. & iure ciuili ſucceſſio defertur duntaxat uſque ad decimum gradum, §. fin. in ſtit. de ſuc. cognat. Idq. in huiuſmodi ſubſtitutione ex pluribus aſſeruit Dec. conſ. 321. nu. 2. 3. & 4. Et ubi ex aliquibus in teſtamento contentis dici poſſet uocatos eſſe etiam exiſtentes ultra decimum gradũ: neceſſe tamen eſſet probare gradum aliquem proximitatis, & dicta Bart. Caſtrenſ. & Ang. in l. non epiſtolis. C. de probat. Ang. in l. 1. C. quo. bon. aſſerentium ſatis eſſe agenti probare quaſi poſſeſſionẽ proximitatis actori prodeſſe non uidetur. Primo, quia in re præſenti non uidetur probata quaſi poſſeſſio alicuius conſanguinitatis, ſeu proximitatis: nominatio enim, & aſſertio, quòd alius ſit agnatus ſibi, uel conſanguineus, de qua ſola deponunt teſtes vr̃ probanda p duos teſtes conteſtes, & vnus teſtis de vna nominatione, alius de alia non vñr ꝓbare nominationem, ut de confeſſione tradit Iaſ. in l. admon. nu. 256. de iureiur. Cur. in trac. de teſt. concl. 47. nec quidq̃ prodeſt id quod tradit Bar. in l. ob carmen. §. fi. de teſtib. ſ. teſtes ſingulares ꝓbare poſſeſſionem: nam ſi actor innititur ex nominatione, uel aſſertione, quaſi illa transferat onus ꝓbandi contrarium, ut in d. l. non epiſtolis: proculdubio debet actus nominationis probari p duos teſtes: ſi uerò innititur ex nominatione quaſi ex illa reſultet quaſi poſſeſſio: & hoc caſu debet actus,
3 † ex quibus inducitur poſſeſſio, probari per teſtes conteſtes, ut poſt Paul. de Leaz. ſcripſit Fely. in c. licet ex quadam col. pen. uer. 2. reſtringe &c. de teſt. Ruy. conſ. 44. nu. 9. lib. 4. conſ. 112. nu. 3. & 4. li. 5.
4 Inſuper quaſi poſſeſſio † alterius proximitatis, q̃ filiationis, aut fraternitatis non vr̃ poſſe probari niſi exprimantur gradus d. c. licèt ex quadã: idq. ſenſit Bart. in d. l. non epiſt. num. 3. qui loquitur in terminis d. legis, & quò ad conſtituendum quem in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis, & transferẽdi onus probandi in aduerſarium. Secundo, quia no-
5 minatio † & aſſertio, ꝙ aliquis ſit filius agnatus, uel conſanguineus, ita demum conſtituere vr̃ quẽ in quaſi poſſeſſione filiationis, uel alterius conſanguinitatis, uel transferre onus probandi in aduerſarium, qñ facta eſt aſſertiuè, & principalr̃ non aũt ſi pp aliud fuerit incidenter prolata Cyn. in d. l. nõ nudis in 2. q. Bal. nu. 1. uerſ. 3. caſu &c. Caſtr. nu. 3. Bar. in l. 2. §. item per contrarium de lib. agn. Item nominatio vr̃ operari effectus prędictos, qñ verba proferuntur inter pñtes, ut uoluiſſe vr̃ Abb. d. n. 7. & ſenſit imperator in d. l. non nudis in uerſ. cõſentiant, & in his terminis loquitur text. in d. l. non
6 epiſtolis: nam † epiſtola repñtat perſonam nominantis, & idem operatur ac ſi uerba in eius pñtia fuiſſent prolata, l. ſi procuratorẽ, uerſ. ueluti pñtis procuratorem de procur. quæ ſententia ſuaderi vr̃
7 etiam ex eo, quia confeſſio † facta abſente parte nõ præiudicat. l. certum. §. ſi quis abſente de confeſſ. Et ex actu facto ſine meo mandato me abſente nõ acquiritur mihi poſſeſſio. l. cõis ſeruus, §. procur. de acquir. poſſ. Tertio dicta Bar. & aliorum in d. l. non epiſtolis non vr̃ prodeſſe actori, qa in deciſoriis nõ ſufficit hmõi quaſi poſſeſſio, ſi rectè ſenſit Bal. d. c. p tuas, n. 4. uerſ. Cy. tñ dicit &c. & ubi ius circa pſonas, ſiue qualitas pſonę allegat̃ principalr̃ uel ẽt incidẽter in cauſa, in qua parat̃ plenũ pіudi-
8 ciũ nõ † ſufficit ꝓbare quaſi poſſeſſionẽ, Bal. in l. nõ ign. nu. 9. uer. aut allegat̃ &c. & uer. ſi uerò incidẽter &c. C. q accu. nõ pñt, & ubi agit̃ de ſucceſſione qs debet ꝓbare ſe talẽ, neque ſufficit ꝓbare quaſi poſſeſſionẽ, niſi ꝓbet̃ aliud añs ut mr̃imoniũ, uel cohabitatio, & alia uerisimilia coadiuuãtia, qa in
9 deciſoriis † petitorii nõ ſufficit poſſeſſoriũ niſi iuris pſumptione ſit ꝓbatũ Bal. loquẽs de mõ ꝓbãdi filiationẽ cõſ. 180. lib. 3. pterea ubi ẽt ꝓbata eſſet quaſi poſſeſſio aliqua, & in re pñti ſufficeret quaſi poſſeſſio, nõ tñ poſſet dici ꝓbata quaſi poſſeſſio eius ꝓximitatis, q̃ reqrit̃ ad fideicõmiſſi cõſecutionẽ: etẽm
10 ſub uerbo parẽte † de quo deponũt teſtes cõprehẽdunt̃ ẽt cõiuncti ex latere mr̃is, aut auiæ pr̃næ, uel mr̃nę: itẽ cõprehẽdunt̃ legitimati p reſcriptũ. §. lic. in auth. qb. mo. nat. eff. leg. Nã legitimatus p reſcriptũ agnoſcit̃ nedũ patri, ſed ẽt alıis. Alex. cõſ. 139. lib. 1. & alii quos refert Ruy. cõſ. 95. num. 8. lib. 5. comprehenduntur etiam adoptiui. §. per adopt. in ſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ. qui omnes à ſubſtitutione

11 tutione de qua agitur sont exclusi,& ꝓbatio† nõ concludens necessariò nihil releuat l.non hoc un. cogn. Et in dubio fit interpretatio contra probantem etiam in materia fauorabili,tandem & si probata esset quasi possessio eius proximitatis,quæ requiritur ad consecutionem eius fideicommissi de quo agitur,& quasi possessio sufficeret, tamen cũ ex actis constet fuisse in rerum natura alios proximiores defuncto & testatori quã sit actor, & non fuerit probatum de morte illorum, non uidetur fundacta actoris intẽtio, ut post alios docuit Rip. in l.ex facto.§.si quis aũt nu.9.& 10.ad Treb.Neq; ulla uidetur habenda ratio testium dicentiũ actorem solum esse ex consanguineis uel propinquis† nam huiusmodi attestatio habet inclusam negatiuam,s.ꝙ nulli alij adsunt,ideo non probat c. cum ecclesia,& ibi not.Inno.in uersi.negatiuam Abb. nu.29.uers.ex quo not.de cans.poss.& propr.Bar. in l.1.in princ.nu.1.si quis ius.d.non obtemp.nisi etiam non interrogatus reddat rationem.s.quòd nulli alij adesse possent quia ipse sciret Bartho.in l.1.§.hoc interdicto de itin.actuq; priua. Bald. in l.cum hi §.nihil de transac.

SUMMARIUM.

1 *Proximiores si testator liberis substituat semel admissi non tenentur sequentibus restituere & nu. 6.*

2 *Propinquorum appellatione ueniunt propinqui gradatim.*

3 *Verba testatoris sunt interpretanda eo modo quo interpretantur uerba legis.*

4 *Substitutus per fideicommissum ad hoc ut unus censeatur alteri necesse est ut sit aliquod uerbum denotans tractum temporis.*

5 *Vulgaris substitutio inducitur si testator dicat tali substituo,& non fideicommissaria.*

7 *Cognatis legare & legare cognationi idem est & primis cognatis succedentibus cæteri sunt exclusi.*

8 *Verba deficiente gradu nepotum quomodo interpretantur.*

9 *Proximi alicuius qui dicantur*

10 *Testator si simpliciter dicat proximiores qui intelligantur.*

CASVS LXXX.

Colligitur ex fine allegationum.

1 SI testator deficientibus eius descendentibus substituantur† proximiores, suos admissos semel proximiores non teneri restituere sequentibus probari uidetur lege ratione & auctoritate. Lege per text.in l.si cognatis de reb.dub.nam si relinquatur fideicommissum cognatis uel cognationi,ut in eo tex.,ꝓximiores in gradu censetur primò uocati, l.pero §.fratre de leg.2.l.cum ita §.in fideicommissis eo.titu. Barth.in d.l.si cognatis nu.3.& tamen proximioribus succedentibus sequentes sunt exclusi, Soc. ibi nu.15.in fin.uersi.sed ista omnia quod Soc.dictum comprobatur optima ratione: etenim in tex.admittuntur hi solùm qui erant nati, uel concepti tempore testamenti uel mortis, quod esset falsum si proximior semel admissus teneretur restituere sequenti: tunc enim admitti deberent etiam hi, qui tempore euenientis conditionis, sub qua sunt uocati id est mortis primi admissi reperiuntur nati l.interuenit de lega.præst. Et quanuis text.in d.l.si cognatis loquatur in fideicommisso puro, tamen quò ad effectum ut primus proximior admissus teneatur post mortem restituere sequenti, nihil interest an primus uocetur purè, an uerò sub conditione, idem probat text.in l.fin.C.de uerb.signif.ubi Fulg.num.5.

2 not.quòd† appellatione propinquorum ueniunt propinqui gradatim: & primò ueniunt proximiores, & tamen in eo text.propinqui semel admissi non intelliguntur grauati restituere sequentibus, sed admittuntur sequentes solùm in casu, quo proximiores nolint uel nõ possit succedere,& ꝓximioribus admissis cæteri sunt exclusi Cast.ibi nu.6. & 7. Ratione aũt probat̃ prædicta ꝯclusio: nam

3 uerba† testatoris sunt interpretanda eo mõ quo interpretantur uerba legis.l.si ita fuerit seruus,in fin.de manum.testa.l.si quis legauerit de leg.1.Verum uerba legis uocantis proximiorẽ ad successionẽ ut Insti.de legit.agnat.succ.in prin.in l.iureconsultus in prin.de gra. cogna. & in l.2.§.hæreditas de suis & legit.interpretãtur non ut ꝓximus post adeptã hæreditatem teneat̃ restituere sequenti,sed ut proximiore nolẽte uel nõ ualente succedere,sequens succedit.l.1.§.ꝓximus,& §.seq.& §.gradatim nu.cogna.l.1.§.si intra & §.quib.de successio ed.l.meminimus §.successio.C.de suis & legit. §. placebat instit.de leg.agn.succ.l.1.& 2. C. de succ.

4 ed. Præterea inter† proximiores non adest aliqđ uerbum denotãs tractum tpis,qđ necessarium vť, ut unus censeat̃ per fideicõ.alteri substitutus,qua rõne iure consultus in l.iam hoc iure de uulg.eeu fuit substitutionẽ factã per hæc uerba, uos inuicẽ substituo non ꝑtinere fideicõm.subst̃onem,& clarius id tradit Bart.in l.2. C.impub.in l.Lucius nu.

5 20. de uulg.& eadem rõne si testator† dicat talẽ substituo,non fideicõm.sed uulgaris substituo inducitur.Luxorẽ §.Seium de leg.3.l.Lucius §.pater puerum,& §.filiam ad Treb.Bar.in l.Cent.nu.32. de uulg.Absurdum quoq; vť ꝙ uerbum substituo proximiores honoret illos, ac et fideicõm. grauet Doct.ẽr non mediocris auctoritatis in hãc s̃niam iuere,Comen.in l.cũ ita §.in fideicõ.de lega.2.nu. 4.& in terminis propositæ q.5 Castr.proximiores semel admisso alios excludi asseruit Apostil.ad ꝯs. Alex.26.li.3.nu. Eiusdẽ s̃niæ esse vũr oẽs hi qui

6 in casu quo testator† substituat Titiũ & descẽdentes,censuere descendentes esse substitutos ordinẽ quidem successiuo, sed in casum uulgaris & ubi Titius uel descẽdentes admittant̃ eos non censeri grauatos aliquo fideicõmisso, quicquid scripserit Castr.in d.§.quidam rectè cuius sententiam reprobarunt Alex.ibi Dec.consi. 205. & alibi sæpe,Soc. consi.113.lib.1.consi.104.nu.10.libr.3. Rip.in l. hæredes mei.§.fin.nu.9.ad Trebell.Idem communiter teneri inquit Socin.Iun.consi.180.nume.5. libr.2. Idem tuetur Ruin.consil.92.lib. secundo, ubi in casu quo testator instituerat filios mascu-

 los,&

los, & poſt eorũ mortem uoluit bona peruenire ad deſcendentes ex eis defendit deſcendentes, quos primò contingit ſuccedere nõ cenſeri grauatos reſtituere ſequentibus: idemq; reſpondit conſi. 99. & conſi. 100. eo. lib. Neq; tex. in d. §. in fideicommiſſo in uerbis poſt eos extinctos quem in contrarium ponderat Caſtren. probat eius intentionem: etenim ſunt interpretanda de extinctis uiuente teſtatore, uel ſaltem antequam cedat dies legati uel fideicommiſſi. Nam tex. uult poſt nominatos admitti eos qui ſunt de familia teſtatoris tẽpore quo is moritur. Verùm ſi nominati intelligerentur grauati poſt eorum mortem reſtituere ſequentibus, admitterentur etiam hi qui non erant de familia tempore mortis teſtatoris, dummodo ſint de familia tempore euentus conditionis, & ſic mortis nominatorum d. l. interuenit de leg. præſt. Cumq; tex. uocet proximiores niſi defunctus adulteriores uoluntatem ſuam extendetit, præſupponit poſt eos qui erant proximiores teſtatori, neminem uocatum, qui ſenſus ſuadetur etiam per text. in d. l. ſi

7 cognatis ubi idem † eſt legare cognatis & legare cognationi & tamen primis ſuccedentibus: ſequentes ſunt excluſi, ut ſupra dictum idem comprobari uidetur per tex. in d. l. fi. C. de uerb. ſignif. ubi licèt in legato facto familiæ admittantur gradatim perſonæ ibi enumeratæ: tamen text. ſentit, quòd uno ad legatum admiſſo, cæteri ſint excluſi, & uerbum deficientibus propinquis in eo tex. interpretatur, id eſt ſi deficiant antequam ad legatũ admittantur. Legimus & alibi in l. hæredes mei. §. fin. ad

8 Trebell. uerbũ † deficiente gradu nepotũ interpretari. i. ſi deficiant nepotes anteq̃ fuerint admiſſi, & in l. Scæuola §. fin. eo. tit. Verbum, unoq; eorũ mortuo ſecundum Caſtrẽ. interpretari. i. ſi unus eorum moriatur ante adeptam hæreditatem. Neq; in contrariũ facit id q̃d reſpõdit Anch. cõſ. 27. col. 3. uerſ. poſtq̃ igitur &c. Etenim Anch. uult q̃dẽ ꝙ propinquioribus repudiantibus, ſeq̃ẽtes in gradu admittantur, & ſic ſeq̃ẽtes in gradu eſſe uulgariter ſubſtitutos, ſed non uult ꝙ propinquiores poſt adeptum fideicommiſſum teneantur reſtituere ſeq̃ẽtibus; præter id ꝙ Anch. ſententiam ſuam non probat lege aut concludẽti ratione, quæ tñ uř optimè probari per leges & rationes ſuperius adductas.

9 Sed nec omnittendũ ꝙ † cum proximi alicuius dicantur hi ſolùm qui ſunt nati uel concepti tempore mortis eius l. 1. §. ſi qui proximior un. cogn. l. Titius de ſu. & legit. & teſtator poſt mortem omniũ deſcendentium ſuorum ſubſtituerit proximiores ſuos propter uerbum ſuos, cenſentur uocati ſolùm hi, qui erant nati uel concepti tempore mortis teſtatoris, Bald. conſ. 377. lib. 3. Io. Bapt. de S. Seuer. in ſubſcriptione ad cõſ. ult. Soc. 1. uol. Ruy. conſ. 164. li. 2. Tiraq. in tract. retract. lign. §. 1. gl. 9. nu. 86. Q̃d

10 ſi † teſtator ſubſtituiſſet proximiores ſimpliciter intelligerentur uocati proximiores non teſtatori, ſed grauato, id eſt ultimo deſcendentium decedenti, dicto §. in fideicommiſſo uerſi. & qui ex his &c. c. 1. de na. ſucceſſ. feud. circa fin. uerſicu. & hoc eſt quod dicitur &c. Soc. in d. l. ſi cognatis in pen. q. & eſt communis ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta ad inſtantiam patris ſine conſenſu aui ualet ita quòd legitimatus poſſit ſuccedere patri. & nu. 8.*

2 *Lex ubi non diſtinguit neq; nos diſtinguere debemus.*

3 *Legitimati per reſcriptum conſequuntur ius legitimationis a principe ius uero ſuitatis & ſucceßionis a patre.*

4 *Legitimatio facta ab imperatore de plenitudine poteſtatis ualet abſque patris conſenſu.*

5 *Legitimatus non efficitur ſuus hęres patri qui non conſenſit.*

6 *Legitimare aliquis poteſt & non tranſire in alicuius poteſtatem.*

7 *Legitimatio infantis ſtatim ualet non tam infans ipſe redigitur in poteſtatem patris niſi maior factus ratificauerit legitimationem.*

CASVS LXXXI.

Colligitur ex allegationibus.

1 PRopoſita legitimatio † ad inſtantiã patris abſq; aui conſenſu facta ualere uidetur, ita ut legitimatus dicatur legitimus, & patri ad cuius petitionem facta fuit legitimatio, ſuccedere poſſit, nam text. in tit. quib. mod. nat. effic. legit. & in ti. quib. mod. nat. effic. ſui nõ diſtinguũt, an is qui petit filiũ ſuũ legitimari ſit paterfamilias,

2 an uerò filiusfamilias, & † ubi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, l. de pretio de publicia. imò tex. in §. ſi quis igitur ex qualibet, uer. ſi quidẽ pater aut auus offerat &c. loquitur etiã in eo legitimato, qui ultra patrẽ hẽt auũ, & tex. in l. cõiũ. C. de nat. lib. in prin. & in §. filiũ uerſi. ſancimus. n. in auth. quib. mod. nat. eff. ſui, uult nepotẽ oblatũ curiæ à patre fieri legitimũ ſucceſſorẽ patris, nõ aui aut aliorũ aſcendentiũ, & ſic nepotẽ poſſe legitimari quò ad patrẽ abſq; aui conſenſu: ſed hmõi legitimationẽ nõ operari quò ad auũ, & in §. diſcretis uer. ſi uerò filios nõ habuerit &c. loquitur de illo qui habebat aſcendentes & filios naturales, & pręſupponit diſpoſita in eo. tit. procedere ẹ̃t in eo qui hẽt patrẽ uel auum, & filios naturales, quos legitimari intẽdit, & hæc ſñia uř cõprobari optima rõne: etenim filii † legitimati per reſcriptũ conſequũ-

3 tur ius legitimationis. i. ut ſint legitimi nõ à pře, ſed a principe ſolo. Ius uerò ſuitatis & ſucceſſionis cõſequunt̃ à patre §. ſit igitur licẽtia uer. ſi uerò ſolũmodo &c. in auth. quib. mod. nat. effic. legit. & in §. ſi uerò is q ſolũmodo &c. in auth. q̃b. mod. nat. ſui. Vñ licèt deficiat cõſenſus aui, nõ tñ deficit ius legitimationis, ſed deficit ius ſuitatis & ſucceſſionis quò ad auũ q non cõſenſit, & adhoc cõueniũt quæ ſcripſit Soc. conſ. 295. col. ult. ubi dixit filium non habere beneficium legitimationis a patre, ſed a principe, & a patre habere conſenſum, quo mediante agnoſcitur patri, & acquirit ſpem ſuccedendi, & habilitationem ad honores & dignitates habere a principe mediante legitimatione, quam ad dictũ effectum facere potuiſſet princeps etiam

etiam patre non consentiente. Vnde accedente patris consensu consequitur ab eo quod agnoscitur patri, & habet spem succedendi. Hinc Comen. consi. 116. circa medium, Curt. Iun. consi. 157. numero. 29. dixere ualere † legitimationem factam ab imperatore de plenitudine potestatis absq; patris consensu, & Ant. Rosell. in tract. de legitim. in titu. de caus. materi. legitimationis nu. 7. scripsit si pater sit furiosus uel mortuus posse filium absq; patris consensu facere se legitimari, & iura legitimorum consequi, sed non consequi ut sit suus patri, & nu. 10. asseruit auum posse impetrare legitimationem pro nepote naturali ex filio legitimo absq; consensu filij, ad hoc ut nepos dicatur legitimus quò ad auum, sed non ad hoc ut dicat legi-
5 timus patri, & ita ut scilicet legitimatus † nō fiat suus hæres patri qui non consensit, procedunt ea quæ scripsit Dec. consi. 338. legimus & alibi, ꝙ si filius adoptet aliquem in nepotem ex filio ualere adoptionem, sed si filius non consentiat mortuo patre adoptatum non fieri suū hæredem filio l. cū nepos. l. si quis nepotem cum l. seq. de adoptio. & quāuis Ruin. consi. 70. nu. 4. & consi. 71. nu. 2. lib. 3. asseruerit legitimationem à patre filiofamilias absq; aui consensu impetratam non ualere etiam quò ad patrem, tamen ratio qua innititur Ruin. non vr̃ concludens: etenim tex. in §. & generaliter quib. mod. nat. effic. sui, licèt requirat consensum uel ratificationem filij, ea ratione, ne filius inuitus redigatur in potestatem, non tñ requirit ad ualiditatem legitimationis, ꝙ legitimatus tpe legitimationis transeat in potestatem eius, ad cuius petitionem fit legitimatio; imò plures patent casus, in quibus ualet legitimatio, & legitimatus
6 efficitur † legitimus, & tamē non transit in potestatem alicuius, ut in casu quem ponit text. in §. si uerò is qui solummodo &c. in auth. quib. mod. nat. effic. sui, scilicet quādo filius legitimatur post mortem patris ex uoluntate patris. Item legitima-
7 tio † infantis statim ualet, & infans statim fit legitimus, non tamen rēdigitur in potestatem patris, nisi maior factus ratificauerit legitimationē, Bald. consi. 146. incip. titu. principis Achayæ nu. 8. libr. 1. sequitur Ias. consi. 125. nu. 2. uers. sic. sed præmissis & c. Dec. consi. 367. nu. 4. uers. 2. rñderi potest, Soc. Iun. consi. 97. nu. 21. libr. 2. pro qua sententia vr̃ casus in l. nonnunq̃, & l. seq. de adop. Item legitimatio facta absq; consensu patris ualet, & legitimatus consequitur iura legitimorum, & tñ non transit in potestatem legitimantis, Ant. Rosell. d. nu. 7. præterea & in legitimatione impetrata à patre absq; consensu aui potest procedere tex. in d. §. generaliter, nam mortuo ante patrem auo legitimatus incidere potest in potestatem legitimantis: ideo omnes alij, qui pro eandem parte consuluerunt, falsi fuerint filium in eo casu fuisse factum legitimum quòd ad patrem, ut ait Ruin. cons. 71. in prin. lib. 22. & clarius Soc. in subscriptione quam fecit ad d. consi. Ruin. nu. 27. & nu. 40. Et insuper in proposito casu comes Pallatinus habere uidetur potestatem legitimandi, etiam ꝙ legitimatus non transeat in potestatē patris, quia pōt legitimare infantes furiosos, & mentecaptos. Item pōt legitimare filios mortuorum aut furiosorum & mentecaptorum, & satis est ꝙ adsit uolūtas alterius, s. uel filij legitimandi, uel parētis petentis legitimationem, ut sonant uerba priuilegij. Prædicta conclusio, s. ꝙ legitimatio impetrata à patre filiofami-
8 lias sine consensu aui ualeat † quò ad patrem impetrantem facilius procedere uidetur, si impetrās legitimationem habeat bona, usufructus quorū ad patrem non pertineat: etenim cū illa possit filius absq; patris consensu alienare l. fin. §. filius aūt, & ibi not. Castr. C. de bo. quælibet in auth. uti liceat mat. & au. in prin. ubi not. Bar. nullum per legitimationem fit auo p̃iudicium, ex quib. inferri vr̃, ꝙ in proposito casu legitimatus sit hr̃s p̃ris, & in possessione bonorū tanq̃ hæres cōtinuari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum cum eo qui iuste possidet hæreditatē nocet & prodest ei ad quem hæreditas pertinet.*
2 *Solutiones & liberationes factæ ab hærede ante restitutam hæreditatem omnino ratæ sunt habendæ.*
3 *Grauatus fideicommissi potest super re subiecta restitutioni compromittere fideicommissarijque compromissum & inde secuta seruare tenentur.*
4 *Tutor curator, & alij administratores legitimi licet gerant rem penitus alienam transigere possunt in re dubia.*
5 *Vasallus super feudo transigere potest & dominus si illi feudum aperiatur tenere stare transactioni.*
6 *Alienatio facta à grauato fideicommisso quando ualet, idem in feudatario.*
7 *Voluntariæ compromittere non uidentur ubi tanquā affines coguntur aliqui uigore statuti ad compromittendum.*
8 *Testator instituens filios & nepotes intelligitur instituisse ordine successiuo.*
9 *Officialis capiens bannitum cur nō consequatur præmium statuti.*
10 *Iudicis loco succedit is in quem compromittitur.*
11 *Hæres grauatus restituere tenetur de his solum in quibus commisit dolum uel latam culpam.*
12 *Alienatio facta ab herede ignorante rem subiectam esse fideicommisso ualet.*
13 *Bona fides in transigente ubi dubius est litis euentus.*
14 *Fraus in præiudicio filiorum non præsumitur in auo uel patre.*
15 *Dos uel cōstituitur à patre semper censetur cōpetēs.*
16 *Bona fides in transigente quando probari possit.*
17 *Alienatio facta pro recuperandis bonis restitutioni subiectis dicitur ex causa necessaria et sine fraude.*
18 *Aes alienum contractum occasione feudi est exoluendum per successores in feudo.*
19 *Fideicommissarius soluere cogitur impensa facta ab hære in re subiecta fideicommissi.*
20 *Pater quando stipuletur filio ut filio.*
21 *Verbum hæredibus quandoque interpretatur pro filijs ne dispositio sit inutilis.*
22 *Pater qū paciscitur filio & pactū pōt duobus modis interpretari dēt capi ea interpretatio ut actus non sit inutilis.*
23 *Relictum quod alias censetur factum contemplatione filij non censetur eius contemplationem factam si in personam filij esset inutile.*

24 *Verba ſemper dẽnt interpretari ut aliquid operẽtur.*
25 *Appellatione ſucceſſoris uenit etiam ſucceſſor ſingularis quo ad hoc ut ſibi detur ius excipiendi.*
26 *Vſufructuarius locans domum intelligitur locare tanquam uſufructuarius.*
27 *Pater conſtituens dotem filię intelligitur conſtituere tanquam pater.*
28 *Verbum liberi intelligitur ſecundum ſubiectam materiam & eo reſpectu quo profertur.*
29 *Verba regulariter debent intelligi eo reſpectu quo prolata ſunt.*
30 *Statutum prohibitiuum in rem ut quia prohibeat rem alienari habet locum ubicunque fiat alienatio de re.*
31 *Prohibitio alienandi facta in rem cõprehendit quoſcunque ad quos res deuenit, ſecus prohibitione perſonali.*
32 *Cauſa prohibitionis quod ſcilicet quis nõ debeat moleſtari occaſione primogeniture quomodo extendat prohibitionem.*
33 *Ceſſio iurium ſibi competentium & deſcendetibus quid includat.*
34 *Promiſſio de non contrauenciendo adiecta renunciationi ſequitur eius naturam.*
35 *Verbum deſcẽdentibus ſimpliciter probatum ſimpliciter eſt intelligendum & non ſecundum quid.*
36 *Reſtitutio in integrum proueniens ex edicto prætoris in rem concepto & imperſonaliter loquente datur contra tertium poſſeſſorem.*
37 *Interdictum quod ui aut clam contra quemcunque poſſidentem datur ob prohibitionem factam primo poſſeſſori.*
38 *Remedium quod ex aliquo pacto reſultas rem ſcriptum cenſetur contra quoſcunque cõpetere debet.*
39 *Pactum eſt quaſi iniectionis manus proſequi poteſt rem penes quemcunque uadta.*
40 *Verbum transferatur eſt commune ſicuti reponat, perueniat & ſimilia & directo ſenſu hæc ſunt accipienda.*
41 *Conſtitutum quando adeſt in aliqua re ultra pactum executiuum contra quemcunque exerceri poteſt.*
42 *Conditiones q̃ dentur contra quoſcunq; poſſeſſores.*

CASVS LXXXII.

Longa facti ſeries, uerum illius ſubſtantia ex allegationibus colligitur.

1 PActum † factum cum eo, qui iuſtè
poſſidet hæreditatem, ut quia eſt
inſtitutus, & grauatus de reſtituen
do, uel eſt inſtitutus emancipato
filio præterito uel exhæredato an-
tequam teſtamẽtum rumpatur, nocet, & prodeſt
ei ad quem hr̃ditas pertinet. l. ſi poſt ubi not. Caſt.
de conſt. pecu. Bart. in l. ſi tibi §. cum poſſeſſor de
2 pact. in l. ſi actionem C. de pact. item † ſolutiones
& liberationes factæ ab hærede ante reſtitutã hæ-
reditatem omnino ratæ ſunt habendæ. l. ante reſti
3 utam de ſolu. Grauatus † quoq; fideicõmiſſi põt
ſuper re ſubiecta reſtitutioni cõpromittere, fidei-
cũmiſſarijſq; compromiſſum & inde ſequuta ſer
uare tenentur l. cum hæreditas ad treb. & ibi Ca-
ſtren. Ang. Imol. & Alex. ſequitur Soc. in l. 1. nu. 6.
C. de pact. Io. Baptiſta Peruſ. in tract. de arbitr. libr.
2. cap. 16. in fin. Boer. deciſ. 175. nu. 6. & ubicunq;
res ſit dubia grauatus poteſt tranſigere, Ang. Imo.
4 & Alex. in d. l. cum hæreditas, & in † re dubia tu-
tor curator & alij adminiſtratoris legitimi licèt
gerant rem penitus alienam tranſigere poſſunt. l.
ſi pignori §. fin. l. interdum. §. qui tutelam de fur.
l. præſes C. de tranſact. l. pactum curatoris, & ibi
5 tradunt Doct. C. de pact. † uaſallus quoque ſuper
feudo tranſigere põt, & dominus ſi illi feudum
quandoq; aperiantur, tenetur ſtare tranſactioni.
§. ſi uaſallus de beneficio ſi de feu. fuer. contr. dum
modo id ſine fraude fiat cap. 1. de contr. int. uaſ. &
al. de benef. & ubique Bald. & Bart. in tit. de prohi
bi. feu. alien. per Fed. in princ. nu. 17. inquit ualere
tranſactionem factam bona fide, & ſine fraude, ut
in rè uerè dubia, & lite incerta, & inter alia po-
teſt tranſigere dimittendo feudum apud poſſeſſo-
rem Bal. in d. c. 1. de contr. int. uaſ. & al. &c. circa
fin. ubi etiam uult eum, qui ex cauſa tranſactionis
dimittit rem apud poſſeſſorem non dici alienare
per tex. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. compro-
bat Alex. conſi. 41. lib. 6. nu. 2. cùi tamen d. Bal. re
pugnat id quod tradidit Barth. in l. nulli de tran-
6 ſact. Et grauatus † fideicommiſſo licet non poſſit
alienare in præiudicium ſubſtituti l. fin. §. ſin aũt
C. comm. de leg. tamen ubicunque ad alienationẽ
deuenitur ex actu iudiciali ob iudicis ſententiam
tenet irreuocabiliter alienatio etiam in præiudi-
cium ſubſtituti l. ex contractu de re iud. l. 1. §. de-
nunciare de uent. inſp. l. ſi ſuperatus. §. 1. uerſi. at-
quin. de pign. Bar. in l. in diem de aq. plu. arcen. &
eſt communis ſententia, quã tenuere plures, quos
refert & ſequitur Rip. in l. filiusfam. §. diui nu. 60.
de leg. 1. Idemq; eſt in feudatario, ut ſententia cõ
tra eum lata nocent domino, ad quem feudũ poſt
reuertitur. §. ſi uaſallus de beneficio, ſi de feu. fuer.
7 contr. c. 1. de cõtr. int. do. & al. de benef. Et † quan
do aliqui tanquam affines poſſunt cogi uigore ſta
tuti ad compromittendum, non uidentur uolun-
tariè compromittere. l. uelle non creditur de reg.
iur. & actus non dicitur uoluntarius quando fit
ab eo, qui poteſt cogi, Bal. in l. nouiſſimè ꝗ ſal. tu.
8 & teſtator inſtituẽs filios & nepotes, intelligitur
illos inſtituiſſe ordine ſucceſſiuo in caſu neceſſita
tis, l. Gallus §. quidam rectè de lib. & poſth. & of-
9 ficialis † capiens bannitum non conſequitur præ-
mium ſtatuti, quia non uoluntariè ſed ex neceſſi-
tate officij vr̃ feciſſe, Bar. in l. 3. §. utrum ad Syll. &
10 † is, in quem ob neceſſitatẽ ſtatuti cõpromittitur,
ſuccedit in locũ iudicis, Bar. in l. fin. C. de iud. Hæ-
11 resq; † grauatus ſubſtõne tenet ſolum, in quibus
cõmiſit dolũ uel latam culpam, l. mulier. §. ſed. n.
ad Treb. ideoq; põt alienare, ſi neceſſitas famis,
uel redẽptionis perſonæ ipſius hæredis urgeat,
mõ hmõi neceſſitas non puenerit dolo uel culpa
hæredis Bart. in l. quemadmodũ nu. 6. C. de agr. &
cenſ. Rom. in l. Marcellus. §. res quæ in 2. colu. ad
Trebel. & alij relati per Iaſ. in authen. res quæ nu.
20. C. cõm. de leg. & ubi res ſubiecta fideicõmiſſo
non extat penes hr̃dem, nõ eſt reſtituenda ab hæ-
rede, neq; uenit in reſtitutiõe fideicõmiſſi ſi culpa
non poteſt imputari hæredi, ꝗ illam diſtraxerit

d. §. ſed

d.§.sed enim l.deducta.§.ante diem uersi.denique
eod.titu.l.domos de lega.primo. Et si hæres igno-
12 rans † rem restitutioni suppositam, & sic absque
dolo alienet, ab emptore euocari non potest : ue-
rùm satis est fideicommissario dari id, quod ad hæ
redem ex huiusmodi alienatione peruenit l. fin.§.
fin. de leg.secundo. Quæ in præsenti causa conclu
dere uideutur, Iacobum non sponte, sed ex necessi
tate statuti compromisisse, & sententiam arbitri
tanquam iudicis nocere quibuscunque substitu-
tis, & omni in casu Iacobum & Vldericum potuis
se transigere super lite dubia, & dimittere partem
bonorum apud possessores, & teneri fideicommis
sarios seruare transactionem sine fraude super lite
dubia in re incerto facta. Neque fraus aut dolus
in Iacobo & Vlderico compromittentibus & tran
sigentibus considerari potest : tum quia fraus uel
bona fides transigentis iudicanda est secundum
13 statum causæ, & ubi † dubius est litis euentus, præ
sumitur bona fides in transigente Bald. in d.c. 1. de
contr.int.nas.& al.de benef. nu. 3. Tum quia tran-
14 sactiones factæ fuerunt ab auo & patre, † in quib.
fraus in præiudicium filiorum non præsumitur l.
isti quidem quod met. caus. & de quibus lex adeo
confidit, ut eis det administrationem bonorum fi-
lij l.fin.C.de bon.mater. & eius nomine absque iu
dicis decreto transigere ualeat Azo in summa C.
de transact.Ias.in l.præses.C.de transact.& ubi dos
15 † constituitur a patre semper censeatur compe-
tens, Dec.consi.26,num.2.ubi alia similia accumu
lat. Tum quia cum Iacobus & Vldericus deinde
mouissent litem, & aduersarij possiderent, non
potest dici, quòd lis fuerit fictitia, & contra Iaco-
bum urgebat testamentum Bartholomæi Siccami
licæ & excellentiom doctorum consilia; ex qui-
bus res uel clara contra Iacobum & Vldericum,
uel saltem dubia reddebatur : tum quia aduersa-
rij omnia possidebant. Iacobus uerò nihil, quod
causam Iacobi & Vlderici duriorem faciebat, &
16 ex eo † non leuis probatio bonæ fidei in transigē-
te insurgit, Bald. in d.c.1.de contr.&c. Et quia lis
per multos annos durauerat, & difficilis erat bo-
norum recuperatio, cum possessores essent poten-
tes, & quò ad Iacobum ipse nihil ferè habens, &
non minor fuisset impensa in recuperando bona
dimissa Nicolao & Antonio Paulo, quàm utilitas
in recuperando, Bartho. in l. mediterraneæ C. de
ann.& trib.lib.10.Dec.in l.pactum curatoris in 4.
limit.C.de pact.& quemadmodum si Iacobus alie
17 nasset pro sustinenda lite, † & recuperandis bonis
restitutioni subiectis, diceretur alienatio facta ex
causa necessaria & sine fraude l.prima. §. si pupil-
lus uersicu. item sumptis litis de tutel. & ratio di-
strah. Ita & necessaria uidetur alienatio, si cum ni
hil haberet, dimisissent penes possessorem partem
bonorum restitutioni subiectorum, ut aliam par-
tem sine impensa statim consequeretur, ex qua mo
dum sustinendi litem contra alios haberet; & si æs
18 alienum † contractum occasione feudi est exsol-
uendum per succedentes in feudo. Isern. in c.1. in
19 prin.in tit.an agn.uel fil.& impensa † facta ab hæ-
rede in re fideicommisso subiecta, fideicommissa-
rius soluere cogitur l.domos de leg. 1. ita & obliga
tionem causatam occasione recuperandorum bo-
norum fideicommisso subiectorum, substituti ser-
uare debent, uel saltem recuperationem partis re-
probare, & illam primis possessoribus restituere l.
cum quæreretur de admi.tut. Et dubius litis euen-
tus magis uidebatur tempore conuentionum fa-
ctarum inter comitem Antonium Paulum & Vl-
dericum aderat sententia regij senatoris, uigore
cuius opponebatur exceptio litis finitæ, & Vlderi-
cus conueniebatur ad restitutionem datorum Ia-
cobo, & ad octo mille lib.ad quarum pecuniarum
solutionem per duas sententias fuerat condemna-
tus. Quibus accedit confirmatio summi Pōtificis
derogātis iuri primogenitorū tam natorum, q̄ na-
scendorū, super qua latè scripserūt alij qui in causa
consuluerunt. Neque subsistit id q̄d ex aduerso dr
in sententia arbitrorū, transactionib. ac confirma-
tione pontificis comprehendi solùm descedentes
Iacobi, Stephani & Vlderici, qui essent eorū hære-
des : nam quò ad laudum latum inter comitem
Iacobum & Ioannem Stephanū ex una, & comitē
Nicolaum & Antonium Paulum ex altera, in eo
statuitur comitem Nicolaum & Antoniū Paulum
posse disponere de bonis Sarmati, q̄ apud eos re-
manserunt tanquā de bonis propriis, & nulli pri-
mogenituræ p̄legato & ultimæ uoluntati comitis
Alberti obnoxiis, & imponitur comiti Iacobo &
eius filiis, & præcipuè præfato comiti Ioanni Ste-
phano eius primogenito filio, & deinceps eorum
posteris & successoribus perpetuum silentium oc
casione primogenituræ, seu p̄legati & ultimæ uo-
luntatis quondā comitis Alberti, ita ut deinceps co
mes Nicolaus & Antonius Paulus, eorumq́; poste
ri & datum & causam ab his habentes molestari
nō possint causa & occasione dictæ primogenitu-
ræ seu p̄legati & ultimæ uoluntatis dicti quondā
comitis Alberti : quibus uerbis stantib. cum pri-
mogenitura spectare poset descēdētib. comitis Ia-
cobi & Ioānis Stephani, nō tanq̄ hæredib. sed tanq̄
descendentibus, sileotiū vr illis impositū tanq̄ de-
scendentib. non tanq̄ hæredibus Iacobi; nā Bart. in
l.q̄d dr de uer.obl.in l.si tibi.§.si pactus de pac.nu.
20 9.Cast.nu.8.Ias.nu.12.dixerunt ubi pr † stipulatur
filio sup his q̄ non posunt pertinere ad filium nisi
ut filiū, ut sunt operę libertorū vr stipulari ut filio,
& est tex.in l.ut iusiurādi.§.si liberi de ope.lib. un-
de & cū primogenitura poset spectare posteris Ia-
cobi & Ioānis Stephani solùm ut posteris, non ut
hæredibus, infert ut silentiū impositū posteris Iaco
bi super primogenitura, intelligatur illius tanq̄ po
steris non tanq̄ hæredib. Iacobi impositū, & sicuti
in casu l.auus de pac.pr intelligitur pactus filio ut
hæredi qa filius aliter, q̄ hæres teneri nō poterat
Bar.in d.l.in fin. Ita & in præsenti casu silentium
intelligi debet impositum posteris Iacobi, ut poste
ris; quia aliter quàm ut posteri ad prælegatum &
primogenituram admitti non poterant, & sicuti
quando pater paciscitur filio, & pactum non po-
test prodesse filio, nisi ut filio, intelligitur pacisci
ut filio d.l.auus, ita cum pactum non possit pro-
desse his, ad quorum fauores fit, nisi intelliga-
tur silentium impositum descendentibus, ut de-
scendentibus, debet ea fieri interpretatio, ne

inutile ſit præcipuè cum & quandoque uerbum,
21 † hæredibus, interpretatur pro filijs, ne diſpoſitio reddatur inutilis, l. ex facto. §. fin. ad trebell. &
22 quando pater † paciſcitur filio, & pactum poteſt duobus modis interpretari, debet capi ea interpretatio, ut actus non ſit inutilis. l. quotiens de reb.
23 dub. Bal. in d. §. ſi pactus nu. 5. & relictum † quod alias cenſetur factum contẽplatione filij non cenſetur eius contemplatione factũ ſi in pſonam filij
24 eſſet inutile, Bar. in l. fi. C. de uſufr. & uerba † ſemper debent interpretari, ut aliquid operentur. l. hac lege de contrah. empt. l. ſi quando de leg. primo. Bald. in rub. C. de contrah. empt. in 9. q. Iccirco dici non poteſt, ꝙ cum in d. Laudo ſilentium imponatur poſteris & ſucceſſoribus, ad hoc ut ſilentium intelligatur impoſitum, requiri non ſolum ꝙ ſint poſteriori, ſed ẽt ꝙ ſint hæredes, Bart. in l. ut iuſiurandi §. ſi liberi de oper. nam aliter diſpoſitio eſſet inutilis, cum hæredes ẽt teneantur ſtare geſtis per defunctum, & ne diſpoſitio ſit inutilis, interpretanda ſunt, ut copula & augeat & deſcendentibus tantum, ac hæredibus tantum intelligatur impoſitum ſilentium, & ſufficiat, quòd ſint uel liberi, uel ſucceſſores, Barth. in l. Gallus §. etiam ſi parente nu. 6. Bal. nu. 2. uerſi. tertio quæro de libe. & poſthu. Et in non diſſimili ſpecie tradit
25 Alex. conſi. 120. lib. 1. Adhæc appellatione † ſucceſſoris uenit etiam ſucceſſor ſingularis quò ad hoc ut ſibi detur ius excipiendi. l. etiam de iureiu. Alexand. in l. quædam. §. nihil nu. 3. Iaſo. num. 6. de eden. ideoq; ut contrarium ſit diſciplina, & ꝙ operatur propoſitum in propoſito: idem operetur oppoſitum in oppoſito, appellatione ſucceſſoris debet comprehendi etiam ſingularis, quò ad hoc ut contra eum detur exceptio. Præterea ubi dici poſſet in re præſenti impoſitum ſilentium poſteris, qui eſſent ſucceſſores, cum ſilentium imponatur occaſione primogenituræ. Verbum, ſucceſſoribus interpretari debet de ſucceſſoribus in primogenitura; nam ſi non ſuccederent in primogenitura res eſſet abſque ulla prorſus dubitatione, & cum poſteri non poſſent aliter moleſtare Antonium Paulum quam ſi ſuccederent in primogenitura, ſilentium impoſitum poſteris & ſucceſſorib. occaſione primogenituræ, interpretari debet de ſucceſſoribus in primogenitura, ſicuti & in d. l. auus pater intelligitur pactus filio ut hæredi, quia aliter quàm ut hæres teneri non poterat, & cum
26 † uſufructuarius locans domum, intelligatur locare tanquam uſufructuarius l. ſi quis domum §.
27 penult. loca. & pater † conſtituẽs dotem filiæ intelligatur conſtituere tanquam pater licet eſſet cu
28 rator filiæ. l. perfectitia. §. fin. de iur. dot. & † uerbũ liberè intelligatur ſecundum ſubiectam materiã,
29 & eo reſpectu quo profertur c. 2. de feu. † & regulariter uerba debeant intelligi eo reſpectu quo prolata ſunt, Dec. conſ. 283. nu. 1. Verbum, ſucceſſoribus prolatum reſpectu primogenituræ, interpretari debet de ſucceſſoribus in primogenitura. Quod apertius oſtendunt inferiora uerba, ſcilicet ita ꝙ Nicolaus & Antonius Paulus, eorumq; poſteri &c. nullo modo inquietari aut moleſtari ualeant occaſione primogenituræ ſeu prælegati, & ultimæ uoluntatis dicti quon. Alberti: nam uerba illa reddunt prohibitionẽ realem, ſ. occaſione primogenituræ & comprehendunt quoſcunq; occaſione primogenituræ agentes, quẽadmodum &
30 ſtatutũ † prohibitiuum in rem, ut quia prohibeat rẽ alienari, habet locum ubicunque fiat alienatio de re, Bart. in l. cunctos populos nu. 32. C. de ſum.
31 trin. & prohibitio † alienandi facta in rem comprehendit quoſcunq; ad quos res deuenit l. pcto. §. fratre de leg. 2. Prohibitio uero perſonalis ſecus Bar. d. §. fratre nu. 2. uerſi. uenio ad 4. Caſtr. in l. uo-
32 lũtas in. fi. C. de fideicõ. & † cauſa, prohibitionis, ſ. ꝙ nõ poſſint moleſtari occaſione primogenituræ ampliat & extendit prohibitionem ad limites rationes, & ſic ubicunq; occaſione primogenituræ poſſit fieri moleſtatio. l. cum pater. §. dulciſſimis de leg. 2. Barth. in l. pater filium. §. fundum de leg. 3. Bald. in l. uoluntas nu. 11. C. de fideicommiſſo: tandem in ſequenti parte inſtrumenti dicitur, & caſu quo per deſcendentes præfatorum comitum Iacobi Io. Stephani, & Fran. moueri contingat &c. & ſic loqtur ſimpliciter de deſcendẽtib. nec qualitas illa ſucceſſoris cenſeri poteſt repetita in hac parte, in qua continetur diuerſa oratio, ſiue contineat aliam diſpoſitionem pro ſe principalẽ, Bart. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus nu. 4. ſiue contineat aliam diſpoſitionem tendentem ad alium effectum per ſe licet acceſſoriè ad primum l. ſi ita quis in princ. de uerb. oblig. Bart. d. nu. 4. uerſi. aut talis qualitas. Quo uero ad trãſactiones initas inter comitem Vldericum & Antonium Paulum, ſi uerba contrahentium conſideremus, comes Vldericus ceſſit oĩ iuri, rõni, actioni, qđ ipſe com. Vldericus & eius deſcendentes habere poſſit uigore primogenituræ, & teſtamenti comitis Alberti, & quorũcunq; iurium competentium & ſpectantium ipſi comiti Vlderico, & ſuis deſcendentib.
33 & quemadmodum † ceſſio iurium ſibi cõpetentium includit pactum & promiſſionem, quòd ipſe non petit l. cum mota C. de tranſact. l. qui Romæ, §. duo fratres, ubi Barth. in 5. q. æquiparat remiſſionem iuris, & promiſſionem de non contra ueniendo occaſione illius iuris, ita & ceſſio iuriũ competens deſcendentibus etiam uigore primogenituræ includere debet promiſſionem, quòd deſcendentes non petent uel contrauenient uigore primogenituræ: neque præſenti conueniunt quæ tradit Bald. in l. qui ſe patris num. 11. C. und. lib. Nam Bald. loquitur in caſu quo pater ſimpliciter renuntiat, uel renuntiat & promittit nõ contrauenire, quæ renuntiatio intelligitur de iure cõpetenti ipſi renuntianti, & non comprehendit ius extraneorum, imò nec filiorum, Bartho. con-
34 ſil. 72. num. 3. uerſicu. præterea, & promiſſio † de non contraueniendo adiecta renuntiationi ſequitur eius naturam. l. ſi ſtipulatus de uſur. Sed in caſu præſenti expreſsè renuntiatum fuit iuri etiam deſcendentium, & ex dicto Bal. ſi rei præſenti conueniret, concluderetur quod filij comitis Vlderici, etiam quòd eſſent hæredes, poſſent contrauenire, quod pluſquam abſurdum eſt. Si uero conſideramus confirmationem pontificis, in ea ſilentium imponitur ſimpliciter, ſeu indefinite

finitè descendentibus Vlderici super bonis ibi expressis: ita quòd ipsi etiam uigore primogeniturae, ad illa ullo unquam tempore agere nequeant, quae uerba excludunt quoscunque descendentes, ut ex superioribus apparet. Neque uerbum illud praefatis efficit, ut post uerbum descendentibus subintelligatur uerbum successoribus: nam in confirmatione primò fit mentio de descendentibus Co. Vlderici in narratiua ibi, ac omni iuri, quod idem Vldericus & sui descendentes, & Paulò post ibi Vlderici uerò & eius descendentium praefatorum deinde in rescripto ibi, Vlderici uerò & descendétium praefatorum, adeo quòd uerbum descendentibus praedictis positum in impositione silentij refertur ad descendentes quos supra ter nominauerat, & uerbum, descen-
35 dentibus, † simpliciter prolatum, simpliciter est intelligendum non secundum quid l. hoc lega tum ubi not. Barth. de leg. primo & quãuis etiam superius dixisset conuentiones debere obseruari à successoribus comitis Antonij Pauli, & comitis Vlderici, non tamen ex hoc restringitur uerbum descendentibus superius, & uerbum descendentibus inferius positum, imò cum post uerbum successoribus additur uerbum praedictis & supra non fuerit dictum nisi de descendentibus simpliciter uerbum illud, praedictis, restringit uerbum successores, quod pluribus modis interpretari poterat ad successores sanguinis, scilicet ad descendentes non autem restringit uerbum descendentes ad eos, qui essent successores, praeter id quòd ut ex superioribus apparet uerbum successoribus interpretandum esset de successoribus in primogenitura. Sed & si aliqua ratione dubitari posset, an potuerint Iacobus & Vldericus transigere super iure descendentium, tamen indubitatum uidetur quò ad possessionem bonorum, quam Nicolaus & Antonius Paulus ex sententia regij senatoris relaxauerint potuisse transigentes in eius traditione quam uoluerunt legem etiam in praeiudicium quorumcunque apponere, & possessoria remedia contra quoscunque ex pactis inter eos factis competere. Et in primis contra comitem Honorium competit actio ad possessioné ex pacto apposito in sententia regij senatoris, quod cum factũ sit super possessione, quae petitur actio ex eo proueniens in rem scripta censeri, & contra quoscunque competere debet Castren. in l. si tertius §. si prius de aq. plu. arcen. Cumque uerba pacti sint impersonalia, & in rem concepta, scilicet possessio transferatur, Ita quòd ante omnia reponantur, actio ex huiusmodi pacto in rem scripta censeri, & contra quoscunque competere debet, cum pactum sit in rem conceptum, ut de interdictis inquit text. in l. 1. § interdicta de interd.
36 nam & † restitutio in integrum proueniens ex edicto praetoris in rem concepto, & impersonaliter loquente in l. prima de minor tanquam in rem scripta datur contra tertium possessorem l. in causae §. interdum de minor. & ob prohibitionem
37 † factam primo possessori datur interdictũ quòd ui aut clàm, contra quemcunque possidentem l. semper in princ. l. competit §. in summa quòd ui aut clàm, quia edictum praetoris ex quo oritur illud interdictum est conceptum in rem l. prima in princ. quòd ui aut clàm, & ob metum ab uno adhibitum datur actio contra quoscunque possessores, quia uerba edicti praetoris ex quo oritur actio sunt in rem scripta l. metum §. fin. iuncta l. prima quòd met. caus. in princ. & omni in casu competere debet cõtra descendentes Iacobi, cum in laudo regij senatoris expressum sit, quòd descendentes Iacobi contrauenientes nullum sentiant commodum ex laudo respectu possessionis. Cumque bona fuerint adiudicata & relaxata Iacobo & Vlderico pro omni eo quod ipse & eius descendentes in bonis dimissis poenes Nicolaum & Antonium Paulum petere possent. Cumque pacta sint expressè facta ad praecauendum contra futuras molestationes descendentium Iacobi & Vlderici: eadem aequitas, quae datur contra Iacobum & Vldericum, subest etiam contra eius descendentes possidentes bona, Iacobo & Vlderico
38 relaxata. Ideoque remedium † ex huiusmodi pacto resultans in rem scriptum censeri, & contra quoscunque competere debet, Barth. d. §. si prius num. 5. appost. ad consil. Alex. 10. lib. primo, num. secundo & id quod quandoque legitur pactum de ingrediendo propria auctoritate non posse exequi contra tertium non habentem causam à contrahente non uidetur ob praedicta posse procedere, quando pactum est in rem conceptum. Item non uidetur posse procedere, quãdo expressè cautum est, ut possit exequi contra tertios, uel quando exprimuntur aliqui contra quos id exequi uolunt, ut in re praesenti ubi expressum est possessionem transferri à descendentibus Iacobi & Vlderici contrauenientibus, in comitem Nicolaum & Antonium Paulum seu eius successores. Accedat quòd huiusmodi pactum, quasi pactum
39 † iniectionis manus de quo in l. Titius, in l. si quis sub hac de contr. empt. prosequi potest rem poenes quemcunque uadat, Bartho. & Bald. in l. si quis sub hac de contrah. empt. & huiusmodi pactum appositum super re sua, afficit eam, ut possit auferri à quolibet possessore & successore, ut ex facto successoris auctor incidit in poenã, Bald. in d. l. Titius de ser. export. & quãuis ut quis possit uti iniectione manus, requirerentur uerba directa quòd Barth. & alij in l. 3. C. de pig. nusquam requiruntur, tamen in praesenti casu adsunt uerba si non directa, saltem communia, & quae ad
40 indicem aliquem non referuntur: nã † uerbum transferatur est commune, Aret. in l. cum ex filio de uulg. & uerbum, reponant, uidetur commune, ut de uerbo perueniat, remaneat, reuertatur scripsit Bartho. in l. centurio circa fin. & comprobarunt alij de uulg. & in potentiori & sic directo sensu accipienda l. prima §. is qui in perpe. uum si ag. uectig. uel emph. & iunctis illi uerbis ante omnia, habent uim omnino, directam, ut de uerbo pleno iure scripsit Bald. in authen. haec usus praestatio C. de sacrosan. eccl. & de uerbis omnino liberè & alijs plerique tradunt Ias. in d. l. centurio numero 63. Rip. numero 182. Cum sententia arbitri laudum & translationé possessionis factam in la-

in Iacobum & filios annullet ſeu reſoluat caſu quo deſcendentes Iacobi moueant litem, ius exceptionis etiam ex pacto ingrediendi propria auctoritate debet contra quoſcunque competere Barth. in d. l. 3. C. de pigno. nume. 14. ad quod faciunt quæ aliàs diximus de uendente cum pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, uel cum pacto quòd ſi donatarius alienaret, eo ipſo reuertatur ad alienautem, uel cum pacto retrouendendi, & omni in caſu cum poſſeſſio bonorum eſſet Nicolaij & Antonij Pauli qui erant in pacifica illorum poſſeſſione tempore Laudorum ac emologationum, pactum ſuper tranſlatione poſſeſſionis appoſitum, dicitur appoſitum ſuper re Nicolai & Antonij Pauli, ideoque debet contra quoſcunque poſſe exequi, ut de pacto apprehendendi propria auctoritate tradit Salyc. in l. 3. & præcipue contra comitem Honorium, qui uidetur iniuſtus poſſeſſor, & nullam exceptionem legitimam habere, cùm poſſeſſionem propria auctoritate non potuerit apprehendere aliquo iure. Præter id quòd quò ad poſſeſſionem uidetur comes Honorius habere cauſam à Iacobo & Vlderico, nam ſi poſſeſſio non fuiſſe Iacobo & Vlderico relaxata, non potuiſſet comes Honorius illam

41 apprehendere: tandem cum † in re præſenti ultra pactum executiuum adſit conſtitutum, proculdubio contra quemcunque exerceri poteſt, Barth. in d. l. 3. num. 15. Competit etiam ad poſſeſſionem conditio ex canone reintegrãda ex duobus. Primò ob clauſulas conſtitutorum l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. Bald. in rubr. de contrah. empt. num. 16. Tiraq. in tractat. de conſtit. in ſecunda pat. in 11. ampl. quæ. conſtituta ſunt pura. & emologationes ac conuentiones, quibus dicta conſtituta fuere appoſita, ſunt puræ, quanuis translatio poſſeſſionis, & pactum iniectionis manus ſeparatim factum à conſtituto ſit conditionalis, quod non uidetur inconueniens: nam & alibi idem ferè legimus in l. cum hic ſtatus §. ſiue ante tem de donat. int. uir. & uxor. Secundò competit conditio ex canone reintegranda, quia cauſa propter quam comites Nicolaus, Antonius Paulus & Gaſpar relaxauerunt poſſeſſionem, redacta eſt ad non cauſam, ut ultra alias adducta reſpondit Caur. conſil. 199. lib. ſecundo contra quod remedium ex canone reintegranda non poteſt comiti Honorio, neque exceptio aſſerti eius notorij dominij, neque aſſertæ eius iuſtæ eius poſſeſſionis quaſi habuerit auctoritatem apprehendendi illam propria auctoritate, ut optime demonſtrarunt alij conſulentes, quorum ſcriptis addi poſſe uidetur, cum nulla unquam facta fuerit reſtitutio alicui primo fideicommiſſo, actiones aliquas non potuiſſe tranſire ſine reſtitutione in comitem Honorium aſſertum ſecundum uel ſecundum fideicommiſſarium, Barth. & Caſtren. in l. pen. §. fin. ad Trebell. ſaltem niſi prius appareat de contumatia hæredum obligatorum ad reſtitutionem ut dicitur in eo textu. Competit etiam contra comitem Honorium aſſerentem poſſidere titulo prælegati lucratiuo conditio ex æquitate, l.

42 ſi me & Titium ſi cert. pet. † & conditio triticaria, quas conditiones contra quoſcunque poſſeſſores dari in terminis decidunt Bartho. in l. ſi coloni, C. de agr. & cenſ. Alex. conſil. 91. numero 6. lib. 5. Caur. d. conſil. 199. uol. ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius & non hæres petere debet diſcuſsionem bonorum.*

2 *Onus probandi legatario agenti non hæredi conuento regulariter incumbit.*

3 *Onus petendi ſpectat legatario agenti ad legatã cui opponitur de lege Falcidia ut fiat calculatio bonorum.*

4 *Differt multum an agatur de actione quærenda an aliter.*

5 *Probare tenetur quando exhibetur inuentarium legatarij, dicentes plura bona eſſe in hæreditate.*

6 *Negatio hæredis reddit rem dubiam ad commodum negantis.*

7 *Hæres quando non conſtituitur in mora ſoluendi legata.*

8 *Hæres excipiens reditus hæreditarios non ſufficere ad ſolutionem annui legati non tenetur aliquid offerre legatariæ totum petenti.*

9 *Caducitatis pœna ut euitetur ſola oblatio eſt ſufficiens, & ad purgandam moram.*

10 *Oblatio ſola ſufficit in iudicio quærendam actionem.*

CASVS LXXXIII.

De duobus quæritur.

PRimò, an hæres cum beneficio legis & inuentarij, qui conuentus à muliere, cui relictum erat annuum legatum, opponebat quòd redditus bonorũ hæreditariorum non ſufficiunt ad ſolutionem dicti legati, teneretur petere liquidari quantitatem redditum hæreditariorum, an ſcilicet eſſent ſufficientes. Secundò, an oblationes factæ per hæredem de ſoluendo quatenus uires redditũ paterentur & etiam de corporibus hæreditarijs, ubi ad id teneri declaretur, & de faciendo omnia ad quæ tenetur quicquam operentur, & exhibentur proceſſus.

1 ¶ Circa primum uidetur non hæredem ſed legatariam † debere petere diſcuſſionem bonorum l. ſecunda C. de uſut. & fruct. leg. ibi certum diem uobis perfiniet, quod uerbum, Vobis, refertur ad legatarios, ad quos etiam refertur uerbum Vos, Paulo ante poſitum, & Angel. ibi in princ. expreſsè uult quòd legatarij in eo textu peterent calculationem bonorum fieri, & Caſtren. ibidem inquit quòd hæres qui opponit de lege falcidia, habet iuſtam cauſam non ſoluendi legata, & niſi offeratur ſatiſdatio uel pronuntietur legi falcidiæ locum non eſſe hæredem non conſtitui in mora, quòd ſi ante dictam ſententiam hæres non conſtituitur in mora, ſequitur quòd onus faciendi pronuntiare non incumbit hæredi reo conuento, ſed legatario agenti, & qui uult conſtituere hæredem in mora. Neque in re præſenti contra hæredem

dem allegari potest id, quod dixit Bald. in l. si residuum C. de distrac. pign. dum allegat text. in l. sta tu lib. rationem reddere, & in l. seruus si hæredi §. fin. de. statu lib. Neque quod dixit Alex. io l. si mora in 3. fall. solu. matr. dum allegat Barth. in l. pen. de distrac. pign. nom. 4. nã respondetur quòd text. in d. l. residuum & Bald. ibi ac Bartho. io d. l. pen. loquuntur in debitore qui uolebat per solutionem liberare pignus & acquirere sibi actionem pignoratitiam, & text. in d. l. statu liber loquitur in seruo, qui per redditionem rationis uolebat sibi acquirere libertatem, ideoque & debitori & seruo spectat onus petendi calculationem. Sed in re præsenti agitur de actione per discussionem bonorum, & calculationem quærenda non hæredi, sed legatariæ: ideoque non hæredi sed legatariæ spectat onus instandi apud iudicem, ut
2 fieret discussio bonorum, nam & regulariter † legatario agenti non hæredi conuento onus probandi incumbit, l. uerius de probat. & ad hoc coque
3 nit quod alibi traditum est legatario † agenti ad legatum, cui opponitur de lege Falcidia, spectare onus petendi, ut fiat calculatio bonorum d. l.
4 secunda legimus & alibi multum † interesse an agatur de actione quærenda, an aliter, Barth. in l. qui Romæ §. Seia de uerb. oblig. & in l. pen. de distract. pign. num. 4. Præterea hæres probauit quantitatem primò dicendo tot esse bona, & legataria dicens esse plura, debuit id probare, gloss. in l. cum de lege de probat. Bartho. in l. si constante
5 in prin. num. 7. solu. matr. Secundò exhibẽdo † inuentarium, quo casu legatarij dicentes plura bona esse in hæreditate, tenentur id probare l. fin. §. licentia C. de iur. delib. ubi not. Barth. & Castren. in primo not. Non obstat quòd ex inuentario appareat redditus bonorum fuisse sufficientes ad solutionem annui legati, & ex productis nel probatis non constet de allegata euictione, saltem quæ allegari possit: etenim licèt appareat de sententia super euictione, tamen agi non potest ob rem euictam nisi etiam appareat rem fuisse ablatam l. habere licere de euict. Nam respondetur primò textu. io d. l. habere licere loqui in emptore agere nolente de euictione, & non procedere si emptor non agat sed excipiat contra uenditorem petentem pretium, tunc enim potest excipere non solùm antequam res auferatur, sed etiã ante sententiam si euictio immineat, quia lis sit mota l. si post perfectam C. de euict. gloss. io l. qui rem eo. tit. Hæres autem non agit ob bona hæreditaria euicta, sed excipit contra legatariam agentem ad annuum legatum. Secundò respondetur cum hæres diceret redditus non esse sufficientes ad solutionem annui legati, & allegaret bonorum partem fuisse euictam, & eorum possessionem fuisse ablatam, alias lites fuisse motas, & dictarum litium necessarias expensas, & interpellaret dictam legatariam ad faciendum fieri discussionem bonorum, quæ apud eum erant, non potest dici quòd constaret redditus bonorum esse sufficien
6 tes. Etenim negatio † hæredis reddit rem dubiam Bartho. in l. postrem. de transact. ad commodum negantis Bartho. in l. non solùm §. qui alieno nu. de procur. & quò ad hoc ut ueritas gentilari debe ret Bald. in l. non solùm §. qui alieno colum. secun da uersic. ego respondeo aliter &c. de procur. cum sit facta in iudicio, Innoc. in c. uenerabilis nume. secundo uersic. nec obstat si dicatur de censib. Et cùm in re præsenti non possit dici probationes esse manifestas contra id, quod negando asserebatur: imò per negatiua adessent acta & sententia contra hæredem lata, & si stante dubio an lo
7 cus sit Falcidiæ, hæres etiam ꝙ possideat † omnia bona testatoris antequam sit facta calculatio & pronuntiatum locum non esse falcidiæ, non constituitur in mora soluẽdi legata l. in fideicommissi in princ. de usur. d. l. secunda & ibi Castren. C. de usur. & fruct. leg. multò magis stante dubio, an bonorum hæreditariorum redditus sufficerent ad solutionem annui legati, hæres non potest constitui in mora, nisi prius fiat discussio & calculatio bonorum, & pronuntietur redditus esse sufficientes. Quò ad secundum uidetur hæ-
8 redem † excipientem redditus hæreditarios non sufficere ad solutionem annui legati, non teneri aliquid offerre legatariæ totum petenti, neque constitui in mora aliqua nisi legataria offerret acceptare id quod ex bonis percipiebatur l. qui solidum in princ. & ibi not. Bartho. & Castr. de lega. secundo Castren. in d. l. 2. C. de usur. & fruct. lega. Et omni in casu eum res non esset liquida, hæres non potuit constitui in mora, & satis fuit oblatio de soluendo, quatenus redditus hæreditarij deductis deducendis patiuntur gloss. in l. obsignatione C. de solut. Bald. in l. acceptam nume. 10. C. de usur. in l. 1. num. 5. C. ne lice. rer. prouoc. Item
9 † ad euitandam pœnam caducitatis sola oblatio fuit sufficiens, l. celsus in fin. de arbitr. gloss. in d. l. acceptam, & licèt oblatio sola non sufficiat ad acquirendam actionem, sufficit tamen ad purgandum moram, Bartho. in d. l. pen. de distract. pign. num. 4. allegat text. in l. si seruum §. sequitur de uerb. obligat. Hæres autem hic non agit de quærenda sibi actione aliqua per oblationem, sed de
10 euitanda mora & pœna priuationis. Item † in iudicio sola oblatio sufficit etiam ad quærendam actionem, Barth. in l. si rem §. fin. de pign. actio. in d. l. pen. de distract. pign. Bald. in l. iouicem C. de compensat. Et ubicunque reus recusat accipere, oblatio uerbalis sufficit, Bald. in d. l. 1. num. 5. C. ne lice. ter. procur. pro. Castren. in l. qui Romæ in princ. de uerb. obligat. Alex. in l. si mora solut. matr. num. 5. uersic. quinto iussit &c.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum aui decedente aliquo ex filijs uocat filios superstites quo casu non ueniunt filij præmortuorũ.*
2 *Filij nominati sub nomine proprio præferri debent filijs filiorum uocatis sub nomine appellatiuo.*
3 *Appellans prætendens appellari ratione qualis qua lis præiudicij quando debet appellare.*
4 *Executio quando per appellationem inter positam à tertio impediatur & quando non & nu. 6.*
5 *Contradictio non est modus transferendæ possessionis uel impediendæ missionis reo possidente.*

7 Execu-

7 *Executio habet duas partes & quomodo.*
8 *Appellatio non fit a Pœna iuris seu imposita à iudice secundum dispositionem iuris.*
9 *Quod appellatione interposita nil innouandum esse quomodo intelligitur.*
10 *Ratione qualis qualis præiudicij satis est petere & obtinere declarari sententiam sibi non præiudicare.*

CASVS LXXXIIII.

Colligitur ex allegationibus.

NEpos Angeli ex fratre appellans & opponens se excutioni sententiarum latarum ad fauores Iuliæ contra Angelum, tanquam unà cum Angelo substitutus ab auo Herculi patruo in bonis possessis per Angelum, & super quibus fuit iudicatum, non uidetur audiendus. Primò quia ex testamento per eum exhibito, non constat de aliquo fideicommisso ad eius
1 fauores purificato: nam testamentum † aui decedente aliquo ex filijs uocat superstites, quo casu non ueniunt filij præmortuorum, l. hæredes mei §. cum ita ad Trebell. Dec. latè consil. 79. & per ea uerba sin minus eorum, & cuiuslibet eorum filij, filij filiorum non uidentur uocati, nisi deficientibus omnibus filijs, tum per text. in d. l. hæredes mei §. fin. & in l. cum pater §. pen. de leg.
2 secundo. Tum quia filij † nominati sub nomine proprio præferri debēt filijs filiorum uocatis sub nomine appellatiuo l. cum ita §. fideicommisso de leg. secundo. Et in simillimo casu respondit Alex. consil. 30. lib. secundo Dec. consil. 480. num. 11. prætextu autem fideicommissi conditionalis nondum purificati, non est quisquam audiendus uolens impedire translationem bonorum à grauato in alium, l. statius §. Cornelio de iur. fisc. l. fin. §. sed si sub conditione C. commu. de leg. hinc Bald. in auctén. ei qui num. 60. de bon. auct. iud. possid. inquit quòd res suppositæ restitutioni sub conditione possunt effici pignora prætoria. Præterea clarum est quòd sententia lata contra Angelum non nocet cohæredi, siue consubstituto l. sæpe de re iud. & cohæres ab ea appellare non potest, nisi ex iusta causa l. à sententia in prin. de appella. ubi textu. dat exemplum iustæ causæ, quæ ut præsupponitur in facto allegari non potest in re præ-
3 senti, & insuper ubi appellans † prætendat appellare ratione qualis, qualis præiudicij, debuit appellare antequam sententia trāsiret in iudicatum contra uictum, si rectè sensit Castren. in l. ab executore §. alio nu. 3. uersic. & ideo puto &c. de appellat. Sed & ubi appellari posset in proposito casu, tamen appellatio non impediret executionem contra uictum possidentem bona, super quibus fuit iudicatum: quod in primis suadet textu. in
4 c. cum super de re iudic. ubi † per appellationem interpositam à tertio impeditur executio, si per eam fiat præiudicium appellanti circa possessionem, ut quia ipse esset in possessione, uel possessio uacaret alioquin, id est si non fiat appellanti præiudicium circa possessionem, quia possessio sit pœnes uictum, appellatio tertij non impedit executionem sententiæ: idque sensit Innoc. dum sæpius uult textu. illum quatenus mandat differri executionem procedere, dummodo Oueten. Episcopus esset in possessione ut declarat num. 3. uersi. & hæc quidem & num. 6. uersic. pro se autem, & uersic. & dummodo &c. & num. 8. uersi. sed hæc debet esse petitio, & num. 9. uersic. si uerò aucten. non erat in possessione cuius uerba inferiora ibi uel dic melius &c. quod etiā tunc &c. uidentur intelligenda, tunc scilicet quando possessio uacat, aliàs directò repugnarent præcedentibus Bald. quoque num. primo, inquit quòd ipso text. monasterium erat in possessione seruitutis quo ad episcopum Oueten. Ideoque Innoc. in c. ueniens secundo de testib. num. primo dixit in casu illius text. tertium se opponentem executioni sententiæ, & in continenti probantem de iure suo, ita demum impedire executionem super repetita, quando possessio illius uacabat, aliàs si possessio est pœnes uictum, tertius nullo modo potest impedire executionem. Idem asseruerunt Bartho. in l. à diuo pio §. si super rebus de re iudic. Bartho. Bald. Ang. & Castren. in l. pen. de petit. hæred. Barth. in l. si prolusorio §. 1. de appella. ubi distinguit tres casus, & in tertio scilicet quando tertius uenit pro impedienda executione, se remittit ad tradita per eum in d. §. si super rebus Felin. in d. c. cum super num. 7. uersic. tertia conclusio. Hinc Bald. in l. consentaneum num. 25. C. quomo
5 & quand. iud. inquit, contradictio † non est modus transferendæ possessionis, uel impedendæ missionis reo possidente, & in marg. in uer. exe-
6 cutio sententiæ num. 8. scripsit quando fit † executio in re iudicata, tertius oppositor qui non possidet, non auditor, & in d. c. cum super nu. secundo inquit quando tertius contradixit ratione proprietatis non impeditur executio ratione
7 possessionis, & nume. 12. dixit executio † habet duas partes, una quæ est iuris, quia ius transfertur uel usucapiendi ius, & istam impedit tertius ex proprietate ueniens, alia quæ est facti, id est nudæ possessionis, & istam non impedit nisi contradicto possessor, & Alexan. in l. sæpe nume. 69. uersic. item fallit limitando regulam illam, sententia lata contra unum non præiudicat alij, inquit. Item fallit quò ad præiudicium tale uidelicet, quòd transferratur possessio in alium, qui fortè durior erit aduersarius mihi, quàm esset primus possessor, quò ad hoc præiudicat mihi sententia c. cum super ex. eo. quod intellige quando apud uictum erat possessio &c. & quòd appellatio tertij non impediat executionem contra uictum possidentem rem, super qua fuit indicatum, uidetur casus in l. is à quo de rei uendic. & in l. penult. de petit. hæred. quæ leges cum generaliter & indistinctè loquantur, generaliter & indistinctè intelligi: & siue ille competitor appellet à sententia lata pro competitore, siue non. Et differentia quam Appostil. [illegible] Abb. in c. ueniens de testib. Parr. consil. 107. numero. 122. lib. primo constituunt inter tertium, qui comparet pro suo interesse ad impediendam executionem rei iudicatæ,

catæ, in tertium qui appellat, ut primo casu non impediatur executio. Secundò uerò sic, & quam sentire uidetur Abb. in d.c. ueniens non probatur iure, & ratio, qua mouentur Inno. in d.c. ueniens, scilicet quia ubi de uno possidente possessio in alium transfertur, non potest dici deteriorari quantum ad possessionem conditio possidentis, & illa quam allegat Bartho. in d.§. si super rebus scilicet quia non interest tertij comparentis quòd possessio sit magis pœnes unū quàm alium procedunt, siue tertius comparens appellet, siue non: imò in casu d.l. is à quo, & d.l. penult. non uidetur posse appellari, ad effectum impediendi dispositionem dictarum legum. Nam à
8 pœna † iuris seu imposita à iudice secundum dispositionem iuris non appellatur l. antepen. de uer. signif. & appellatio contra dispositionem legis, consuetudinis uel statuti non est admittenda, c. quia nos ubi not. Abb. de appell. & si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quominus fiat non permittitur appellare, l. fin. de appell. recip. præterea Innoc. in d.c. cum super num. primo uersic. & interim inquit pendente causa appellationis suspenditur executio in quantum Oueten. præiudicat, in alijs autem non differtur sententia & eo. num. in fin. inquit propter appellationem Oueten. in nullo releuabitur causa monasterij, imò quantum ad ipsum mandabitur sententia executioni, & Barth. in d.l. à sententia num. 8. dixit appellatio tertij primum uictum non releuabit, ex quo uelle etiam uidentur quòd per appellationem tertij executio contra reum possidentem non defferatur, & distinctio quam facit Inno. & alij, scilicet an tertius sciuerit causam agi, an non, procedit quò ad hoc ut primo casu tertius non possit appellare à sententia, quæ transiuit in iudicatum contra uictum. Secundò uerò sic, Barth. in d.l. à sententia num. 8. Felin. in d.c.
9 cum super num. 11. Neque obstat † quòd pendente appellatione nihil sit innouandum l. 1. nil noua. Etenim respondetur id procedere inter ipsos scilicet appellantem & appellatum non autem respectu aliorum l. creditor in princ. mand. ubi hoc not. gloss. & Bald. Non etiã obstat, quod Innoc. in c. ueniens de sponsal. censuerit mulierem quæ fuerat super inducta à uiro posse post sententiam latam pro alia muliere contra uirum appellare, & executionem sententiæ impedire, nam respondetur quòd in casu illius textus, mulier quæ se opponebat, erat in possessione iuri, uel saltem nulla earum erat in possessione uiri, & sic possessio uacabat, quibus casibus scilicet quando tertius appellans est in possessione, uel possessio uacat, posse impediri executionem censuerunt doctores superius allegati. Neque etiam obstat textu. in c. super eo de offic. deleg. etenim in eo text. nemo erat in possessione beneficij de quo agebatur, imò episcopus erat in possessione generali instituendi præsentatos à patronis: unde nil mirū si appellatio episcopi impedit ne quis absq; eius institutione mittatur in possessionem beneficij. Et ex his minus uerū uidetur id, quod scripserunt Abb. in d.c. ueniens num. 7. uersic. quid autem, Felin. num. 11. de testib. Felin. in d.c. super eo in princ. scilicet post sententiam super possessorio recuperandæ latam posse tertium comparere, & deducendo de iuribus eius impedire restitutionem: etenim si id generaliter intelligatur, & sic etiam uicto possidente repugnat his, quæ scripserunt doctores in locis superius allegatis, & rationes per Abba. Feli. & alios adductæ procedere uidentur duntaxat in eo, qui comparet ante sententiam: in quibus terminis loquitur Innoc. in d.c. ueniens de sponsal. quatenus uult mulierem superinductam posse deducere nonnullas exceptiones, & in his terminis scilicet in comparente ante sententiam loquuntur Alex. num. 33. Rip. nu. 80. in l. naturaliter §. nihil commune de acquiren. possess. & alij per eos allegati, & in his terminis loquitur text. in l. bona fides depos. Tandem ap-
10 pellanti † ratione qualis qualis præiudicij satis est petere & obtinere declarari sententiã sibi non præiudicare, Innoc. in d.c. cum super in prin. Castren. in d.§. alio num. 3. Angel. in l. si suspecta in princ. num. 4. de inoff. testam. Vnde cum executio sententiarum non impediat huiusmodi declarationem, non debet impediri per appellationem ratione qualis qualis præiudicij, & licèt per executionem fiat idē quale quale præiudiciū quod fit per sententiam Bald. in d.c. cum super nu. tamen sicuti effectus qualis qualis præiudicij oriens ex sententia suspenditur per appellationē, ita etiam suspenditur effectus præiudicii orientis ab executione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia inter alios lata nocet alijs & quando non, & num. 3.*

2 *Citandos esse eas duntaxat qui principaliter lædi possunt non autem qui in consequentiam.*

4 *Ius aliquod non dicitur competere substitutionib. & legatis conditionibus ante euentum conditionis: ideoq; huiusmodi spes nō trāsmittitur ad hæredes.*

CASVS LXXXV.

Colligitur ex allegationibus.

1 Licèt sententia † inter alios lata alii non noceat, l. sæpe de re iud. sententia tamen super testamento lata contra hæredem scriptum, nocet substitutio & legatariis l. Pampin. §. si ex causa de inoff. testam. l. si patroni §. fin. ad Trebell. l. ex contractu de re. iud. l. si superatus §. 1. de pign. l. qui repudiantis §. fin. de inoff. testa. quæ leges non distinguunt, an substitutus uel legatarij fuerint citati, uel non, & an sciuerint causam agi, uel non, easque procedere etiã quòd substitutus non fuerit citatus contra Bartholum asseruerunt Angel. Imol. & communiter alij in l. filiusfam. §. diui de lega. primo. Citandi enim sunt hæredes non substituti, l. prima §. denuntiare de uend. in spic. Ideoque glo. in l. de unoquoq; de re iud. Bartholus in l. in diē de aq. pluu. arcen. dixere

2 dixere † citandos eſſe eos duntaxat, qui principaliter lædi poſſunt, non autem qui in cõſequentiam, imò dictas leges procedere ſiue ſubſtituti & legatarij ſciuerint cauſam agi, ſiue non, cenſuit Alex. in d. l. ſæpe onum. 82. & nume. 110. à
3 prædicta regula † ſcilicet, ſententiam latam contra hæredem nocere ſubſtituto & legatarijs excipiuntur tres caſus, primus ſi ſententia ſit lata per colluſionem. Secundus ſi abſente hærede, & cauſam non defendente. tertius ſi lata ſit per iniuriam, & hæres uictus appellare potuerit, & non appellauerit, l. ſi ſeruus plurium §. primo de leg. primo d. l. qui repudiantis §. fin. d. l. à ſententia §. ſi hæres l. ſi pro luſorio per totum de appell. & licet Alexan. in d. l. ſæpe numero 82. & docto. in d. §. diui dicant legatarios & ſubſtitutum poſſe in fra decem dies à die ſcientiæ appellare à ſententia quæ tranſiuit in iudicatum contra hæredem uel grauatum eorum, tamen dicta uidentur reſtringenda ad prædictos tres caſus; idque uelle uidentur leges prædictæ, & maximè d. l. à ſententia, & d. l. ſi pro luſorio, & ubi generaliter intelligantur ut ſentire uidentur Docto. in d. §. diui, omni in caſu uidentur reſtringenda ad ſubſtitutiones & legata, quorum dies ceſſit: nam in ſubſtitu-
4 tionibus † & legatis conditionalibus ante euentum coditionis non dicitur ius aliquod competere, ideoque ſpes huiuſmodi non tranſmittitur ad hæredes l. 1. §. ſi autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollen.

CASVS LXXXVI.

Theodorus inſtituit Ioannem Iacobum nepotem ex Iulia filia, deinde dixit, Item uoluit, quòd bona prædicta tranſeant in eius primogenitum, & deinde eiuſdem primogeniti primogenitum, & ita gradatim uſque in finem rectæ lineæ primo genitorum, qua deficiente uocauit ſecundogenitum & eius lineam, qua proſus deficiente uocauit tertiogenitum, & ſic ſucceſſiuè: Poſtea ſubſtituit per hæc uerba, & linea recta maſculina ipſius filiæ meæ per quemcunque caſum ſublata, ita quòd ex eius linea maſculina nemo maſculus legitimus & naturalis, ac ex legitimo matrimonio natus reperiatur ſuperſtes uel futurus poſthumus, tunc & eo caſu primogenitus ſeu maior natu maſculus proximior ipſius teſtatoris ex eius familia & agnatione ac eius deſcendentes primogeniti, ac primogenitorum primogeniti ut ſupra ſecundo tertio & in infinitum reliquorum ipſius teſtatoris proximiorum maior natu, ac eius nati primogeniti, & primogenitorum primogeniti, ſeu maiores natu ſecundo tertio & in infinitum ut ſupra modis formis & conditionibus quibus ſupra, ſuccedant & ſuccedere debeant, & ita eos ordine ſucceſſiuo ac modis & formis de quibus ſupra inſtituit & ſubſtituit uulgariter pupillariter & per fideicommiſſum &c. deceſſitque de anno 1531. relictis d. Io. Iacobo Pomponio nepote ex fratre, & Ioanne filio q. Pauli Camilli fratris Pomponij, & etiam tribus alijs agnatis in remotiori gradu ſcilicet Io. Firmo Franc. & altero Io. Iacobo, & qui tres erant in pari gradu coniuncti teſtatori, ſed eorum maior ætate erat Io. Firmus. De anno 1540. deceſſit Pomponius nullis relictis filijs. De anno 1549. deceſſit Ioannes nullis relictis filijs. De anno 1557. deceſſit Io. Firmus relicto inter alios filios Georgio primogenito. De anno 1567. deceſſit Io. Iacobus nepos ex filia & hæres Theodori.

¶ Quæritur, quis in hæreditate Theodori potiora iura habeat uigore dictæ ſubſtitutionis, Franciſcus ne, an uerò alter Io. Iacobus, an Georgius filius Io. Firmi, & exhibetur copia totius teſtamenti.

SVMMARIVM.

1 *Nati uel concepti poſt mortem teſtatoris nõ poſſunt dici proximi ipſius teſtatoris.*
2 *Proximiores non adiectis his uerbis ipſius teſtatoris intelliguntur uocati proximiores eius cui fit ſubſtitutio.*
3 *Nati poſt mortem teſtatoris quando ad fideicommiſſum admittuntur & nu. 20. & 25.*
4 *Verba hæc, proximior ipſius teſtatoris, quos uocent & quo ordine, & nu. 5.*
6 *Verba teſtatoris interpretãda ſunt eo modo quo interpretantur uerba legis.*
7 *Verba legis uocãtis proximum ad ſucceſſionem quo modo interpretatur.*
8 *Vt quis tanquam proximior ipſius teſtatoris poſſit ſuccedere quid requiratur.*
9 *Vt quis ſuccedat tanquam ſuus quid requiratur.*
10 *Vt quis tanquam proximior ab inteſtato ſuccedat quid requiritur.*
11 *Succeſſorium edictum de perſona in perſona hodie etiam in agnatis habet locum.*
12 *Nepos ſubintrat locum patris quando agitur de ſucceſſione aui.*
13 *Primogenitus eius ad quem ſpectabat fideicommiſſum ſed præmortui ante delatum ſibi fideicommiſſum quõ ſuccedat in fideicommiſſum.*
14 *Verbum deſcendentes eſt aptum comprehendere plures perſonas in diuerſis gradibus exiſtentis.*
15 *Teſtator ſi poſt mortem hæredis ſubſtituat aliquem & deſcendentes eius quomodo cenſeantur deſcendentes ſubſtituti.*
16 *Effectus uulgaris ſubſtitutionis.*
17 *Ius fideicommiſſi conditionalij ad quem poſſit tranſire & ius ſubſtitutionis uulgaris quæ ad hæredes non tranſeunt & num. 19.*
18 *Subſtitutus ſubrogatur in locum eius cui facta eſt ſubſtitutio.*
21 *Emphyteuſim ſi quis accipiat pro ſe, filijs & nepotitibus comprehendatur etiam poſt concepti.*
22 *Incertitudo legatæ rei aliud operatur & incertitudo perſonæ legataris, aliud.*
23 *Diſiuncta poſita inter perſonas quibus legatur aliud denotat quam poſita inter res quæ legantur.*
24 *Res quando legantur per nomen collectiuum in legata ueniunt etiam futura.*
26 *Verbum, poſteri, comprehendit omnes poſteros in infinitum ſic & uerbum deſcendentes.*
27 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*

Nceps quidem proposita quæstio, sed uerius uidetur Ioannem Firmũ & eius descendẽtes fuisse uocatos prinsquam Franciscum & alterum Io. Iacobum, & sic Ioanne Firmo defuncto ante cedentẽ fideicommissi dum Georgium filium Io.Firmi ad bona Theodori ex eius testamento admittendum: nam uerba illa, primogenitus seu maior natu masculus proximior ipsius Illust.d. testatoris &c. admittunt eos duntaxat ex propinquis, qui tempore testamenti uel mortis testatoris erant in rerum natura, & uerba sequentia scilicet, reliquorum ipsius Illust d.d. testatoris proximiorum maior natu &c. sunt interpretanda de his, qui eodem tempore extabant. Etenim † nati
1 uel concepti post mortem testatoris non possunt dici proximi uel proximiores testatoris l. 1. §. si qs proximior un. cogn. l. Titius, l. item prætor de su. & legit. & in terminis fideicommissi, ad quod testator uocauerat proximiores suos, asseruerunt Bal. consi. 477. lib. 3. in nouis comprobarũt Alex. consi. 14. nu. 15. lib. 4. Io. Baptista de sancto Seuerino, in subscriptione ad consiliũ Socini 152. libr. 1. Ruin. consi. 64. lib. 3. nu. 5. 6. & 7. Tiraq. in trac. retract. Lignag. §. 1. glo. 9. nu. 86. præter id ꝙ testatorem in substitutione facta hæredi noluisse sub uerbo proximior uel proximiorum, cõprehendere duntaxat eos, qui tempore testamenti uel mortis ipsius, essent in rerum natura: ex eo patere uidetur, quia quando uoluit uocare eos qui extarẽt tempore euenientis conditionis, uel id expressit ut in substitutione facta Pomponio, & Ioanni, uel uocauit proximiores simpliciter ut in substitutione facta de descendentibus Ioan. Iacobi hæredis;
2 per quod uerbum † proximiores non adiectis his uerbis ipsius testatoris &c. intelligerentur uocati proximiores non testatori, sed ei cui fit substitutio l. cum ita §. in fideicõmisso de leg. 2. uersic. & qui ex his &c. c. 1. de nat. suc. feu. uers. & hoc est quod dicitur &c. asseruerunt Soc. in l. si cognatis in pe. q. de reb. dub. & alij plurimi, quos refert Soc. Iun.
3 consi. 126. lib. 1. & admitterentur † etiam nati & concepti post mortem testatoris, dummodo sint in rerum natura, tempore quo fideicommissi dies cedit. l. cum pater §. hæreditatem de lega. 2. l. interuenit de leg. præst. Cumq; in proposito casu uerbum illud, primogenitus siue maior natu restringatur à uerbis proximior ipsi testatori, quibus iungitur & copulatur ut in l. sed & si adijciatur per Soc. & in l. legata 2. respon. de supp. lega. in l. cum
4 de lanionis §. quidam de fun. instr. sicut uerba † illa proximior ipsius testatoris uocãt ordine tamen successiuo eos, qui erant in rerum natura, & sic propinqui tempore mortis testatoris, Bald. & alij superius allegati, ut. s. is, qui erat in priori gradu ꝓximitatis testatori sit primo uocatus ipse, & eius descendentes, & qui erat in secundo gradu proximitatis sit secundo loco uocatus ipse & eius descendentes ut infra dicetur: ita & ut uerba posita sub unica determinatione pariter determinentur. Et pari modo considerentur uerba illa primogenitus siue maiorem natu debent considerari secundum tempus mortis testatoris, ut scilicet is, qui erat proximior uel ex proximioribus, & maior natu tempore mortis testatoris, sit primo uocatus ipse & eius descendentes, & qui post eum erat proximior testatori & maior natu sit secundo loco ipse & eius descendentes uocati. Neq; propter uerbum illum in infinitũ, dici potest sub uerbo proximiores ipsius testatoris comprehendi etiam eos qui non aderant tempore mortis testatoris: etenim uerbum illud & in infinitum primo loco positum refertur ad gradus descendentium primogeniti, & ponitur augumentatiuè ad uerba illa secundo tertio & in infinitum &c. Idq; clarius apparet ex uerbis paulopost sequentibus ibi secundo tertio & in infinitum ut supra, & ubi etiam uerbum in infinitum determinaret uerbum proximiores ipsius testatoris, tamen ob id hi, qui non erant nati tempore mortis testatoris, & sic non erant proximi testatoris, non dicerentur uocati, sed uerbum illud in infinitum posset operari ut proximi censeãtur omnes gradatim uocati etiam si adfuissent mille proximi testatoris, ut & in §. & unum hominem inst. de hæred. instit. uel ut propinqui testatoris etiam ultra decimum gradum essent uocati, ut in simile q. scripsit Soc. inter consi. Curt. Sen. consi. 40. Alben. consi. 51. nu. 7. Et in proposito ca
5 su proximiores † testatoris intelliguntur uocati gradatim & ordine successiuo, scilicet ut primò admittatur magis proximus, deinde sequẽs in grado. l. peto §. fratre de leg. 2. l. 1. §. gradatim un. cog. l. fin. C. de uerb. signifi. & ibi not. Fulgo. num. 5. Et licet controuertant Doct. an proximior semel admissus teneatur restituere sequentibus, tamen indubitatum est sequentem in gradu esse uulgariter substitutum existenti in primo gradu, ut, s. proximiore nolente uel non ualente succedere sequens admittatur d. l. fi. d. l. cum ita §. in fideicõmisso: nã
6 Verba † testatoris interpretanda sunt eo modo, quo interpretantur uerba legis. l. si ita fuerit seruis in fin. de manum. testam. l. si quis legauerit 2. de
7 leg. 1. Verùm uerba † legis uocant proximum ad successionem ut institu. de leg. agno. succ. in prin. & in §. 1. uersi. non tamen, & in §. si plures in l. iureconsultus in prin. de grad. cogna. & in l. 2. §. hæreditas de suis & legit. interpretãtur, ut proximiore nolente uel non ualente succedere, sequens succedat l. prima. §. proximus, & §. sequen. & §. gradatim un. cogn. l. prima. §. si intra, & §. quibus de success. ed. l. 1. & secunda. C. de succ. edict. l. memi nimus. §. successionis C. de suis & legit. §. placebat, institu. de legit. agna. success. & ad hoc conueniunt quæ tradit Anchar. consi. 27. Incipien. non seruato ordine columna tertia, ubi facta substitutione de duobus antiquioribus de domo &c. respondit primis antiquioribus repudiantibus fideicommissum ad sequentes deuolui. Qua de re in proposito casu Pomponio & Ioanne nolentibus, uel non ualentibus succedere, sequens in gradu proximitatis tempore mortis testatoris, & ex pluribus in eodem gradu tunc existentibus scilicet Ioanne Firmo, Franc. & altero Ioan. Iacobo, maior natu qui erat Io. Firmus, censetur existente cõditione fideicommissi uocatus, scilicet quasi substitutus hæredi per fideicommissum, & quasi

ſubſtitutus Pomponio & Ioanni uulgariter, ut in
ſimili caſu docuerunt Barth. circa fi. Ang. nu. 8. in
l. quamdiu 2. de acquir. hæred. Caſtr. in l. Scæuola
nu. 4. uerſ. & ſic quo ad pupillū ad trebell. & licèt
8 ad hoc † ut quis tãquam proximior ipſius teſtato-
ris poſſit ſuccedere, ſit neceſſarium quod ſit natus
uel conceptus tempore mortis teſtatoris d. l. 1. §. ſi
quis proximior un. cogna. nō tamen eſt neceſſariū
quod tempore dictæ mortis teneat primum gra-
dum d. l. fin. d. §. in fideicommiſſo, alias ſequeretur
quòd repudiante uel defuncto poſt mortem teſta-
toris, & ante adeptam hæreditatem illo, qui exi-
ſtit in primo gradu, nullus alius poſſet ſuccedere,
quod eſt contra d. §. in fideicommiſſo, & alios tex-
tus ſuperius allegatos: ad quod conuenit, nam
quanuis ad hoc ut quis ſuccedat tanquam proxi-
mus agnatus, ſit neceſſarium, quòd ſit natus uel
conceptus tempore mortis eius, de cuius hæredi-
tate agitur, d. l. prima. §. ſi quis proximior un. cog.
d. l. item prætor cum l. ſeq. de ſu. & legit. tamen fa-
cto teſtamento non requiritur quòd ſit proximior
tempore mortis, uerùm ſatis eſt quòd ſit proximus
tempore quo certum eſt, nullum ex teſtamento
hæredem eſſe, l. 2. §. interdum cum §. ſeq. de ſu. &
legit. §. proximus inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. & licèt
9 ad hoc † ut quis ſuccedat tanquam ſuis, ſit neceſ-
ſarium, quòd ſit natus tempore mortis, & quod
teneat primum locum §. ita demum, inſtit. de hæ-
red. quæ ab inteſt. tamen ſatis eſt, quòd teneat pri-
mum locum tempore quo certum eſt, hæredem
ſcriptum nolle uel non poſſe adire l. ſcripto un. li.
§. cum autem inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. &c. &
10 quanuis ad hoc ut quis † tanquam proximior poſ
ſet nullo condito teſtamento ſuccedere, olim eſſet
neceſſarium quòd eſſet proximior tempore mortis
eius, de cuius hæreditate agitur d. §. proximus, ta-
men ſi proximiori non erat delata hæreditas, pote-
rat ſuccedere etiam is, qui non tempore mortis,
ſed tempore quo defertur hæreditas, reperitur pro
ximior, d. l. item prætor. §. primo, Bartho. in l. qui ſe
patris, nu. 5. uerſ. item opp. de l. item prætor &c. &
11 hodie † cum etiam in agnatis habeat locum ſuc-
ceſſorium edictum de perſona in perſonam. §. pla-
cebat inſtit. de legit. agna. ſucceſſ. ad hoc ut quis
ſuccedat tanquam proximus agnatus, ſatis eſt, ꝙ
fuerit natus uel conceptus tempore mortis eius,
de cuius hæreditate agitur, & quòd ſit proximior
tēpore quo repudiante uel defuncto ante aditam
hæreditatem illo, qui tempore mortis erat proxi-
mus, hæreditas ad ſequentem defertur. d. §. place-
bat, quòd & olim in bonorum poſſeſſione erat
conſtitutum l. prima. §. ſi intra & §. quibus de ſuc-
ceſſ. ed. l. prima, & ſecunda, C. de ſucc. edi. Et quā-
uis in re præſenti Io. Firmus maior natu ex his qui
ſequebantur in gradu Pomponium & Ioannem,
deceſſerit & ipſe ante delatum ſibi fideicommiſ-
12 ſum; tamen † primogenitus ex eo deſcendens ſuc-
cedit non tanquam ſubiotrans in locum patris:
13 id enim fit ſolum † quando agitur de ſucceſſione
aui uel aliorum aſcendentium, §. cum filius inſtit.
de hæred. ab inteſt. uel patrui carnalis, §. reliquum
in auctent. de hæred. ab inteſt. Bart. in l. poſt fratres
C. de leg. hæred. Neque ex perſona patris, nec ex iu-
re tranſmiſſo à patre, cui fideicommiſſum nō fuit
delatum, Bartho. in l. prima, §. ſi ſit nepos de coll.
do. in l. 1. §. ſi ſit filius de coniung. cum emancip. lib.
ſed ex propria perſona, & tanquam expreſſe uoca-
tus & ſubſtitutus hæredi teſtatoris per fideicomiſ-
ſum, & Ioanni Firmo patri uulgariter, ut in ſimilē
caſu tradunt Barth. & Angel. in d. l. quandiu 2. de
14 acquir. hæred. Is enim uocatus per † uerbum de-
ſcendentes aptum comprehendere plures perſo-
nas in diuerſis gradibus exiſtentes, intelligitur no
catus non ſimul cum Io. Firmo, ſed ordine ſucceſſi
uo, Comen. in d. §. in fideicom. nu. 4. uerſ. ego dixi
&c. Comen. nu. 7. Soc. nu. 4. & alij quos referet &
ſequitur Iaſ. nu. 27. in l. Gallus, §. quidam rectè de
lib. & poſthu. & quamuis contrauertant docto. an
deſcendentes in ſimili caſu intelligantur uocati or
dine ſucceſſiuo etiam per fideicommiſſum, ut ſci-
licet pater poſt adeptam hæreditatem cenſeatur
grauatus reſtituere filio; tamen omnes conſentiūt
eſſe uocatos ordine ſucceſſiuo per uulgarem, ſcili-
cet ut patre nolente uel non ualente ſuccedere,
deſcendens ex eo ſuccedat, imò receptior ſententia
15 eſt ſi teſtator † poſt mortem hæredis ſubſtituat ali
quem & deſcendentes eius, quòd deſcendentes
regulariter cenſeantur ſubſtituti patri uulgariter
tantùm, non autem per fideicommiſſum. Quam
contra Caſtren. tenuere Comē. & Alex. in l. Gallus,
§. quidam rectè de lib. & poſthu. Dec. conſi. 205. &
alibi ſæpe, Soc. conſi. 113. lib. 1. conſi. 104. li. 4. nu.
10. Rip. in l. hæredes mei. §. fin. nu. 9. ad Treb. Ruy.
conſ. 92. lib. 2. & alibi ſæpe. Et ſi teſtator poſt mor-
tem hæredis ſubſtituat Iulium, & quandocun-
que Iulius deceſſerit ſubſtituat eius deſcendentes,
deſcendentes Iulij cenſentur ſubſtituti Iulio non
ſolùm per fideicommiſſum, ſed etiam uulgariter,
& ſic non ſolum in caſu quo Iulius poſt adeptum
fideicommiſſum decedat, ſed etiam in caſu quo Iu
lius nolit, uel non poſſit conſequi fideicōmiſſum
l. precibus. C. de impuber. Bar. in l. centurio nu. 32.
Rip. num. 146. de uulg. qui alios adducit. Qua de
16 re † uulgaris ſubſtitutio, quæ facit ceſſare ius ac-
creſcendi l. 2. §. ſi duo de bon. poſſ. ſec. tab. quod
ius accreſcendi eſt potentius ſucceſſorio edicto, l.
meminimus. §. ſucceſſionis, & ibi not. Bal. de legit.
hæred. facit ēt ceſſare ſeu excludit ſuccedētes ex ſe-
quenti gradu; & quanuis ad hæredes non tranſeat
ius fideicōmiſſi conditionalis, l. in perſonam. C. de
fideicō. neq; ius ſubſtitutionis uulgaris l. qui plu-
17 res hæredes de uulg. utrunq; † tñ tranſit ad hmōi
ſubſtitutū l. 1. §. fin aūt ſub conditione. C. de cadu.
toll. l. quandiu 2. de acq. hæred. l. ſi Titius, l. cohære
18 di in prin. de uulg. nā † ſubſtitutus ſubrogatur in lo
cum eius, cui facta eſt ſubſtitutio, l. cum ex filio. §.
fi. de uulg. & nocatur ad omne id, ad quod uoca-
tur ille, ſi uiueret; cui eſt ſubſtitutus, Alex. in d. l.
cohæredi in princip. Et licèt Franciſcus, & alter
Ioan. Iacobus ſint & ipſi ſubſtituti uulgariter Ioan.
Firmo propter uerbum proximiores, ut ſupra fuit
dictum: tamen deſcendentes maioris natu ſunt
illis præferendi: tum quia magis ſpecialiter nomi
nati, d. §. in fideicommiſſo, tum quia fuerunt ſub-
ſtituti immediatē poſt maiorem natu, d. l. cū pater
§. penul. de leg. ſecundo. l. hæredes mei §. fi. ad Tre-
bell.

bell.Et in ſimilimo caſu ſenſerunt Abb.conſi.85.
nu.1.lib.1.Alexan.conſi.4.lib.4.nume.14.Soc.in
d.l.ſi cognatis num. 5. & alij proximi cenſentur
uocati duntaxat in caſu, quo deficiat maior natu
& eius deſcendentes, l. cum in teſtaméto in prin.
de hæred.inſt.l.quidam,l.ſi mater §.1. de uulg. &
non poſſunt admitti niſi excluſis uel deficienti-
bus omnibus priore loco ſubſtitutus,id eſt maio-
re natu & eius deſcendentibus, d.l.quandiu. d.l.
19 hæredes mei §. fin. præter id † ꝙ fideicómiſſum
conditionale tranſmitti ad hæredes,quando teſta-
tor uocat aliquem & hæredes eius, aſſeruit Bald.
in l.ſi pater nu.19.in 4.q.C.de inſt.& ſubſt.in l.1.
nu.2.C.ut action.ab hæred. &c. Et in propoſito
20 caſu deſcendentes † maioris natu ſiue ueniant ex
propria uocatione, ſiue ex iure tranſmiſſo, ſatis
eſt ꝙ ſint in rerum natura tempore euenientis có
ditionis, licèt ſint nati & concepti poſt mortem
teſtatoris, l.cum pater.§. hæreditatem de lega.2.l.
interuenit de leg.præſta.ut & in ſubſtitutione fa
cta de filijs Titij ſcripſit Io.Andr.in add. Specu.in
rubr.de teſtam.uerſi.item Lambertinus &c. Et in
ſubſtitutione facta de maiori filiorum Corneliæ
tradit Roma.conſi.438.nu.10.uerſi. quò ad quar
tum articulum. Quod etiam aſſeruerunt Caſtren.
conſi.16.nu. lib.1.in nouis, Alex. conſi.26.nu.
14.lib.3.conſi.13.nu.4.lib.4. Soc.in d.l.ſi cogna-
tis nu.30.& in conſi. 113.col.3. uerſi. & tenendo
hanc partem lib.1.Et quamuis Alexan.conſi.219.
circa fin.lib.2.Soc.conſi.73. nu.27.libr.4. ſcripſe-
rint natos & conceptos poſt mortem teſtatoris
non admitti ad fideicommiſſum conditionale, ét
ꝙ ſint nati & concepti tempore euentus conditio
nis: eandemq; ſententiam latè defendat Ruin.cóſ.
112.libr.2.tamen contra eos è diametro pugnat
text.in d.l.interuenit in uerbis illis, & placet ſuf-
ficere in ea neceſſitudine tunc eſſe,quando dies le
gati cedit, & in l.Paulus §.Paulus el 2. de bon.li-
bert.ubi Paulus iureconſ.declarat reſponſum Iu-
liani iureconſulti, de quo item prætor de ſucc. &
legit.ut habeat locum duntaxat quo ad legitimam
hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem peren-
dam,& quod dixit Bart.in d.l.item prætor, ſcili-
21 cet ſi aliquis † accipiat emphyteuſim pro ſe filijs
& nepotibus comprehendi etiam poſtea conce-
ptos: quod & in feudo ſcripſit Bald.in l.ſi perſona
num.5.C.de fideicomm. legeſque rationes & au-
ctoritates, quibus prædicti innituntur, non pro-
bant eorum intentionem: etenim Alexan. allegat
text.in l.fin.§. hoc eodem ualente &c. & Cyn.ibi
C.de uerbo.ſignifi.& Cyn.nihil dicit, text. autem
non probat. Nam æquiparatio quam facit text. il-
le eſt ſolum quòad hoc legatum relictum familiæ
admittantur perſonæ ibi enumeratæ,ſiue legatum
ſit purum,ſiue conditionale, Soc. uerò in d.conſi.
73. allegat Imol. in c.indicante de teſtamen. ubi
Imol.nume.21.loquitur in legato puro, ſecundò
Soc. allegat tex.in d.l.cognatis qui pariter loqui-
tur in legato puro,cuius dies cedit tempore mor-
tis teſtatoris. Doctores etiam, quos Ruin. alle-
gat nihil dicunt de hoc,& text.in d.l.cum ita §.in
fideicommiſſo loquitur in fideicómiſſo puro tam
reſpectu proximiorum q̃ nominatorum: & argu-
mentatio quam Ruin.facit de rebus legatis ſub có
ditione ad perſonas, quibus ſub conditione lega-
tur,non eſt concludens maximè in legatis l. ſi do-
mus §.in pecunia uerſi.alia enim eſt conditio &c.
22 de leg.1.& † aliud operatur incertitudo rei lega-
tæ,aliud incertitudo perſonæ legatarij.l.ſi ita ſcri-
ptum ſit de leg.1.iuncta.l.ſi fuerint de reb.dub.&
23 aliud † denotat disiuncta poſita inter pſonas qui-
bus legatur,aliud poſita inter res quæ legantur.l.
penult.C.de uerb.ſignifi. Et omni in caſu quando
24 † legantur res per nomen collectiuum,ut grex pe
culium in legato ueniunt ét futura l.grege de leg.
1.l.peculium de leg.2.Bar.l.ſi ita num.4.de au. &
arg.leg.& incrementú ſaltem naturale quod poſt
mortem teſtatoris euenit l.deniq; §.utrum de pe-
cul.leg.Ruin.quoq; fruſtra conatur euitare dictú
Io.Andr.ſupra allegatum,ut quilibet facilè pót iu
dicare ſi dicta Io.Andreæ rectè conſiderentur,tex.
ét in l.cum pater §.hæreditatem de leg. 2. dú uult
25 admitti eos † qui uixerint tempore euentus con-
ditionis, loquit generaliter & indiſtinctè: ideoq;
generaliter & indiſtinctè debet intelligi, id eſt ſiue
nati ſint & concepti uiuo teſtatore,ſiue poſt.Tan-
dem Ruini ſententia ubi eſſet uera, omni in caſu
non pót procedere,qñ teſtator utitur uerbo poſte
rorum,ſi rectè ſenſit Barth.d.l.item prætor, quia
26 ſcilicet uerbum, † poſteri, comprehendit omnes
poſteros in infinitum.l. iureconſultus §. parentes
de grad.affin.& ſic neq; etiam quando utitur uer-
bo deſcendentium, quod comprehendit omnes
deſcendentes in infinitú, ut in auth. de hæred. ab
inteſt.in prin.& multominus ſi teſtator uocat de-
ſcendentes in infinitum,quo caſu Ruy. conſi. 22.
nu.10.lib.2.reſpondit(& iudicio meo male)ad fi-
deicommiſſum conditionale admitti natos & con
ceptos poſt euentum códitionis, & ꝙ teſtator uo
luerit deſcendentes primò uocatorú ſuccedere in
caſu quo primò uocati non extarent tpe euentus
conditionis, ultra ꝙ illos expreſsè uocauit: ex eo
uř conſtare,quia deficiétibus legitimis uoluit ſuc-
cedere baſtardos proximiores ipſius teſtatoris,
uel trahentes originem à baſtardo, & his deficien
tibus noluit, ꝙ fœmina primogenita uel eius de-
ſcendentes uidelicet maior natu ſuccederent: ná
uerba illa,uel trahétes originem à baſtardo, aliud
nó important, q̃ ꝙ baſtardo nolére uel nó ualente
ſuccedere, trahentes cám ab eo ſuccederét, & idé
denotant uerba illa,fœmina primogenita uel eius
deſcendés,&c.d.l.hæredes mei.§. fin.ad Treb.d.l.
cum pater §.pen.l.ſi fundum ſub códitione §. his
uerbis de leg.1.Barthol.in d.§.quidé rectè num.4.
uerſic.nec obſtat l.cú pater §.pen.&c. & ibi com-
27 probarunt poſteriores, & una † pars teſtamenti
declarat aliá.l.qui filiabus de leg.1.& uerba teſta-
menti dubia declarant à ſequentib.& p̃cedentib.l.
ſi ſeruus pluriú §.fin.de leg.1. Item clarú uř ꝙ ſi ex
Ioáne filio Pauli Camilli ſupereſſet filius maſcu-
lus, is eſſet oíb.p̃ferendus, licèt Franciſcus & alter
Ioánes Iacobus eſſent in pari gradu proximitatis
teſtatori,& maiores natu,& hoc ea ratione, quia
Io.tanq̃ proximior teſtatori & primogenitus p̃ris
ſui ipſe & eorum deſcendétes erant uocati priuſ-
quá Io.Firmus,uel Franciſc.aut alter Io. Iacobus.

unde & eadem ratione cum Io. Firmus tanquam ex tribus proximioribus maior natu eſſet, ipſe, & eius deſcendentes uocari priuſquam Franciſcus, alter Io.Iacobus: mortuo ante grauatum Io. Firmo, debet Georgius primogenitus Io. Firmi præferri Fráciſco & alteri Io.Iacobo &c. Neq; obſtat,
28 diceretur quouſq; ſupereſt † aliquis ex his, qui primò nominati ſunt, ſ.proximis teſtatoris, deſcendentes proximiores præmortui non admitti primò per text.in d.l. hæredes mei.§.fin.ubi Comen. q.decidere uidetur,dum uult in eo. text.nepotem ex filio defuncto non admitti una cum patruo. idem ſuadet tex.in d.l.cum pater.§. penul.& quãuis prædicta loquátur in ſubſtitutione facta alternatiuè; tamen idem vř in ſubſtitutione facta copulatiuè,Caſtr.in d.§. fin.nu.2.Rip.nu.7.ſecundò quia proximi teſtatoris tanq̃ ſpecialiter nominati præferri debent deſcendentibus eorum nominatis in genere d.§.in fideicõmiſſo.Nam quò ad primum reſpondetur ꝙ text.in d. §.fin. & in d.§.penult. loquuntur, quando teſtator uocauit ſimul plures perſonas certi generis, ſiue in certo gradu exiſtentes, ut filios deinde plures alios alterius generis, ſiue in alio gradu exiſtentes, ut nepotes uel propinquos aut cognatos ordine ſucceſſiuo, quo caſu donec exiſtunt aliqui ex exiſtentibus in gradu primò uocatorum, alij non cenſentur uocati, quinimo id d.§.fin.teſtator aliquibus ex filijs nolentibus, uel non ualentibus ſuccedere, ſubſtituit expreſſè alios filios propter uerbum illud uel uni ex eis. Sed in re præſenti teſtator deficiente linea hæredis non uocauit ſimul plures perſonas in eodem gradu exiſtentes, ſed unum duntaxat ex pluribus proximioribus, ſ.maiorem natu, & poſt proximiorem maiorem natu uocauit & ſubſtituit immediatè eius deſcendentibus (ut ſupra fuit dictũ) adeo ꝙ deſcendentes proximioris maioris natu ſunt prius nominati & uocati quàm alij proximiores. Eodem modo reſpondetur ad tex.in d.§.in fideimmiſſo, præter id ꝙ textus ille, & exemplum quod dant ibi gloſſ.Bart. Caſtr. & alij loquuntur in nominatis ſpecialiter, & nomine proprio. Verum in re præſenti Franciſcus, & alter Io.Iacobus non poſſunt ullo modo dici ſpecialiter ſine proprio nomine nominati, imò deſcendens primogenitus proximioris maioris natu uidetur magis ſpecialiter nominatus.

SVMMARIVM.

1 *Filia inſtituta à patre in re certa & prohibita plus petere poteſt petere emphyteuſim quæ ad ipſam mortuo patre ſpectabat.*
2 *Verba, plus petere quam iura habeant, & nume. 3. ac 6.*
4 *Verbum de bonis idem importat quod uerbum de hereditate, & nu. 5. ac 10.*
7 *Verba declarantur ab alio uerbo cui copulatur.*
3 *Emphyteutica bona & alia quæ iure dominij ſpectãt ad filium non dicuntur in ære alieno teſtatoris.*
9 *Vendens hæreditatem poteſt id quod à teſtatore ſibi debebatur retinere & ſi non retineat repetere.*
11 *Filius prohibitus plus petere poteſt petere dotem maternam uel quod ſimile.*
12 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
13 *Filius prohibitus plus petere intelligitur prohibitus fauore hæredis ſicuti onus imperſonaliter iniunctum intelligitur iniunctum hæredi.*
14 *Verbum petere ſignificat proprie actionem in rem.*
15 *Aes alienum iura actiua & paßiua comprehendantur ſub nomine hæreditatis.*
16 *Actio perſonalis cum dirigatur contra perſonam nõ poteſt intentari contra ſingularem ſucceſſorem.*
17 *Aliud eſt ius ſuper bonis aliud ſuper perſonis.*
18 *Lis quando dicatur moueri ſuper bonis.*
19 *Filius renuntians hæreditati patris non cenſetur renuntiare feudo neque emphyteuſi.*
20 *Verbum bona in contractu non denotare ſucceßionẽ neque continere iura actiua & paßiua.*
21 *Verbum ſubſtantia eſt idem quod uerbum bona.*
22 *Maritus ſi conſtituat uxori quartam in omnib. bonis ſuis non cenſetur conſtituiſſe ſuper feudis.*
23 *Dominium feudi & emphyteuſis non eſt hæreditarium.*
24 *Filius renuntians hæreditati patris uel hæreditati, & bonis non cenſetur renunciaſſe doti maternæ.*

C A S V S LXXXVII.

Quæſtio colligitur ex allegationibus.

PRopoſita quæſtio duas cõtinet quæſtiones. Prima quid in diſpoſitione teſtatoris prohibẽtis filium inſtitutum in re certa plus petere de bonis ſuis. Secunda quid in diſpoſitione inter uiuos, ut quando filius renuntiat hæreditati uel bonis patris. Prima quæſtio uidetur diuidenda in duas. Prima an filius prohibitus ut ſupra petere poſſit feudum emphyteuſim uel alia bona, quæ ad ipſum ſpectant, alio iure quam hæreditario: ſecunda an poſſit petere dotem uel aliquid aliud, in quo pater eſſet obligatus filio.

¶ Circa primum Bartho.in l. ut iuſiurandi §.ſi
1 liberi nu.6.de oper.lib.cenſuit filiam† inſtitutam à patre in re certa, & prohibitam plus petere de bonis patris poſſe petere emphyteuſim, quæ ad ipſam mortuo patre ſpectabat, licèt non eſſet hæ-
2 res patris, quia uerba, plus † petere non poſſit, debent intelligi iure hæreditario, non autem eo iure quod habet filia ut hæres. idem uoluit Bald.in l. liberti libertæque numero 25. C. de oper. liber. ea ratione, quia uerba prædicta non obſtant petenti ex alia cauſa, & in l.quoniam nouella numero. 9.C.de inoff. teſtam. ubi adducit aliam rationem, ſcilicet quia bona intelliguntur deducto ære alieno.l.ſubſignatum §. bona de uerbo.ſignific.idem ſenſit Bald.in l.ſi adulta C. de hæred.actio. ubi allegat meliorem rationem, ſcilicet quia ubi non eſt obligatio, ſed quidam ordo ſuccedendi, ibi nõ
3 cadit compenſatio,† & uerba, plus petere nõ poſſit, non habent aliam uim q̃ compenſationis. hæc ſententia uidetur uerißima non quidam ea ratione, quia bona intelligãtur deducto ære alieno:

etenim

4 etenim in q. præmissa uerbum,† de bonis, uidetur importare idem, quod uerbum de hæreditate, ut infra dicam, sed aliis rationibus p Barth. & Bal. allegatis. Hanc decisionem limitat Angel. de Aret. in tract. detesta. in uerbo & iussit &c. ut non procedat quando testator prohibuit plus petere de bonis & hæreditate, & uult eo casu filium non posse petere emphytheusim neque feudum: cum Angelo transire uidetur Dec. in auth. præterea nu. 13. C. un. uir & uxor. Prædicta limitatio non uidetur uera; nam rationes quas allegant Bart. in d. §. si liberi Bal. in d. l. si adulta, & in d. l. liberti procedūt
5 utroque casu: etenim appellatio † bonorum denotat uniuersitatem quandam, & ius successionis; sicut & uerbum hæreditatis l. bonorum appellatio sicut hæreditatis de uerborum signifi. & iura actiua & passiua l. princeps bona de uerborum signif. & ubicunque a testatore proferuntur uerba, bona mea, significant successionem, & idem quod uerbum hæreditas, l. quotiens. §. fin. de usufru. l. nam quòd §. fin. ibi bona rogatus, l. cogi in princip. ibi censum meum, fortunas meas, facultates meas &c. ad Trebell. l. secunda, secūdo respons. de sup. leg. l. cum delanionis. §. quidam de fun. instru. &c. l. si cum fundum de uerb. sign. Bart. in l. si quis seruum. §. fin. de leg. 2. in l. tertia, de bon. poss. Vnde
6 uerba illa, † plus petere non possit de bonis meis, idem significare uidentur, ac si dictum fuisset de hæreditate mea: qui sensus facilius procedere uidetur, quando uerbum, bona, coniungitur cum
7 uerbo hæreditas; tum quia uerba † declarant ut ab alio uerbo cui copulantur, l. sed si adiiciatur pro soc. tum quia cum uerbum hæreditas contineat iura actiua & passiua, si uerbum, bona, illi adiectum intelligeretur deducto ære alieno, adesset repugnantia quæ uitanda est, l. ubi repugnantia, de regulis iuris. Emphyteusis autem & similia non petuntur uti, hæreditaria, neque uti ex hæreditate; & quamuis legatum seu fideicommissum hæreditatis uel patris hæreditatis intelligatur cum oneribus & honoribus, & absque deductione æris alieni d. l. si quis seruum. §. fin. de leg. 2. Ta-
8 men bona † emphyteutica & alia quæ iure dominii spectant ad filium, non dicuntur in ære alieno, testatoris, sed mortuo patre propria filii, ut con-
9 siderauit Bald. in d. l. si adulta. Præterea is † qui uendidit hæreditatem potest id, quod a testatore sibi debebatur, retinere; & si non retineat potest repetere, l. si is qui de cond. indeb. Idem de eo quod ob mortem testatoris eidem cæptum est deberi l. 2. §. cum quis debitori de hæred. uel act. &c. & is qui grauatur restituere partem hæreditatis, & sic prohibetur eam partem retinere, potest etiā ex ea parte quam restituere grauatur, retinere id quod sibi debetur, l. ab omnibus §. fin. de lega. 1. per quem text. uidetur limitari text. in d. l. si quis seruū §. fin. ut scilicet non procedat in eo, quod debetur grauato; quia illud deducitur ex legato seu fideicommisso hæreditatis. Qua de re uerba, bo-
10 nis † & hæreditate, simul iuncta ueluti synonima, & idem significantia non uidentur plus operari, quàm si alterum tantùm fuisset prolatum: quod etiam uidetur probare text. in d. l. cogi. §. 1. ibi quicquid ex hæreditate bonisve meis peruenerit, & in §. sed si miles uers. & quamuis &c. ibi hæreditatem bonaque &c. Quod etiam uoluit Dec. consi. 425. nu. 12. uers. tertiò principaliter usque ad fin. ubi in casu quo testator prohibuerat legatarios plus petere in & sup bonis ac hæreditate, defendit eos posse petere fideicommissum debitū ex alio testamento ex bonis à testatore relictis, & prædicta sententia faciliùs procedere uidetur in feudo rationibus de quibus infra &c. Quò ad secū
11 dam quæstionem primæ partis, filium † prohibitū à patre plus petere de bonis suis ut supra, posse petere dotem maternā uel aliud, in quo pater esset filio obligatus, censuit Barth. in d. §. si liberi in fin.
12 motus ea ratione, quia † bona intelliguntur deducto ære alieno, & per text. in l. prætor §. emancipati de coll. bon. ubi is qui tenetur conferre bona sua deducit ac retinet dotem uxoris, comprobauit Bal. in d. l. quoniam nu. 9. Hæc sententia uidetur uerissima non ea ratione, quia bona intelligantur deducto ære alieno, sed aliis rationibus superius allegatis. Prædictam decisionem limitare uidetur Bald. in d. l. si adulta. C. de hæred. actio. & in d. l. liberti nu. 28. ut procedat, quando fuit dictum non possit plus petere de bonis &c. secus si simpliciter fuit dictum, plus petere non possit, & uult quòd per illa uerba tollantur obligationes nō dominia, quæ Bald. sententia non uidetur uera. Nam quando unus ex institutis uel aliter honoratis iussus est à testatore esse contentus aliqua re, intelligitur esse iussus ad commodum hæredum uel cohæredum l. peto in prin. de leg. 2. l. Paulo Callimacho. §. 1. de
13 leg. 3. Vnde in re præsenti † filius prohibitus petere plus, intelligitur prohibitus fauore hæredis; quemadmodum & onus impersonaliter iniunctum, censetur iniunctum hæredi, l. si seruus legatus. §. qui margaritam de leg. primo, sic censetur prohibitus petere ab hærede, & ex bonis hæreditariis, ut dixit Barth. in d. §. si liberi, & differentia quā facit Bald. inter obligationes & dominia, non uidetur uera: etenim licèt ea uerba, plus petere nō possit, non tollent dominia, non etiam tollunt obligationes, quæ certis duntaxat modis tolluntur de quibus inst. quib. mod. toll. oblig. & sicuti uerba prædicta impediunt obligationes deduci in iudicio, seu uigore illarum agi; ita etiam impedire possunt dominia deduci in iudicio, & uigore illorum
14 agi, quinimò cum uerbum, † petere, significet propriè actionē in rem l. actionis uerbo de act. o. & oblig. l. pecuniæ. §. actionis de uerb. signif. magis uerè & propiè ea uerba impedire uidentur actiones reales quàm personales. Secundò prædictam Bart. & Bald. sententiam limitat Ang. de Aret. in d. uer. & iussit, ut non procedat ubi testator prohibet plus petere de bonis ac hæreditate sua: idem asseruit Guid. Pap. decis. 93. ea ratione, quia appellatio hæreditatis continet debita & credita, l. hæreditas appellatio de uerb. signif. Idem scripsere Ruyn. cōsil. 79. num. 8. lib. 2. Bero. consil. 37. num. lib. 1. moti ex eo quod dixit Bal. in d. l. liberti libertæq; ue, nu. 28. & quia æs alienum licèt non sit in bonis,
15 tamen est in hæreditate, & sub nomine † hæreditatis æs alienam & iura actiua & passiua com-

prehenduntur, l. nihil aliud de uerb. signif. l. hæreditas de reg. iur. Hæc limitatio non vř iuridica ijsdem rationibus quibus dixi filium ita prohibitum posse petere emphyteusim, & quia licèt neo bnm, hæreditas, contineat iura actiua & passiua, tamen ad id quod à testatore sibi debebatur, filius non agit iure hæreditario neq; ad illud nti hæreditariũ, & Appostil. ad d. decisionem Guid. Pap. illum reprobat, & uult idem esse, siue dicatur de bonis, siue de bonis & hæreditate, ea ratione qua semper intelligendũ est, ꝙ non possit petere de bonis siue rebus patris, q̃ sunt in ipsa hæreditate: & quia in rei ueritate nihil amplius asferre pôt nomen hẽditatis, q̃ hñet defunctus tpe mortis, & quò ad hoc idẽ importat appellatio bonorũ, & appellatio hẽditatis, l. bonorũ appellatio de uerb. si. Bar. quoq; sniam in d. §. si liberi in fi. limitat Bald. in d. l. qm nouella nu. 9. in fio. ut non procedat, qñ testator prohibuit filium plus petere super bonis suis, & dos matris est in quantitare ea ratione, quia siue agatur personali siue hypothecaria dos dicitur peti super bonis. Idem asserunt Pract. Pap. in forma libelli quo petitur hæreditas ex testa. in uerb. in omnibus nu. 5. Sed & hæc Baldi & Papiem. snĩa non uidetur iuri consona: nam siue dicatur de bonis, siue super bonis idẽ uidetur & ratio Bal. non fundatur lege aut rõne, & non vř uera: etenim qñ agitur actione personali non vř posse dici quod aliqd petatur super bonis,
16 tum quia † actio personalis dirigitur non ɔ bona sed contra personã, & ideo non pôt iutẽtari contra singularem successorem, in quẽ transeunt bona l. fin. §. fi. de contrah. empt. tũ quia aliud est ius
17 † super bonis, aliud ius super personis, c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. ibi super ecclesijs, uel ec-
18 clesiasticis personis: tum quia lis dr † moueri super bonis qñ mouetur ratione proprietatis uel possessionis bonorũ l. à diuo pio §. si super rebus de re iud. iuncta gl. in uerb. fiat. Et ɔ Bal. & Papien. consuluit Dec. d. consi. 41 1. nu. 12. uersi. 3. principaliter usque ad fin. qui tñ loquitur in casu quo agebatur non ad quantitatem sed ad speciem.

¶ Quò ad secundam partem propositæ q. Barr. Bald. Angel. & Castren. in l. item uidendũ §. fin. de
19 petit. hæred. dixere filium † renunciantem hæreditati patris, non censeri renuntiare feudo neque emphyteusi: ꝓ qua sui a ultra adducta p eos uidetur tex. in d. l. si is qui de cond. indeb. ubi uẽdens hæreditatẽ, non censet uendere illud, qđ defunctus sibi debebat. Prædictã decisionẽ non ꝓcedere si renuntiatũ sit bonis, scripserũt Spec. in tit. de loca. q. 156. ea rõne, q̃a feudũ & emphyteusis dicuntur in bonis uasalli uel emphyteutæ, §. rei in tit. de inuest. de re alien. fa. iuncta l. rẽ. in bonis de acquir. rer. domin. cõprobat Iaf. in l. si non sortem §. libertus de cond. indeb. nu. 34. & super usib. feu. nu. 45. Dec. cõsi. 389. in fin. Ferra. cautel. 37. Pet. Ge rar. sing. 89. Duran. in tracta. de art. test. in ti tu. de acqnir. hæred. caut. 10. Affli. in §. in generali num. 27. si de fen. fuer. contr. Rnyn. cõsi. 116. nn. 5. lib. 2. Prædictæ limitationi repugnat decisio Bar. in d. §. si liberi, dũ uult filiũ prohibitũ plus petere posse, petere emphyteusim: etenim non vř posse assignari rõ differentiæ inter prohibitionem de non petendo plus, & pactũ seu promissionẽ de non petendo plus, & uerbum bona, in hmõi renuntiatione vř denotare idẽ, quod uerbũ hæreditas.
20 Quod si diceretur † uerbũ, bona, in contractu non denotare successionem, neque continere iura actiua & passiua l. mulier bona de iu. do t. Bart. in l. 3. de bo. poss. cont. tab. Castren. in d. l. si quis seruũ §. fin. de leg. 2. Respondetur primò, ꝙ ubi contractus fit super bonis defuncti uniuersaliter uel indefinitè. Idem importat uerbũ, bona, quod uerbum hæreditas d. l. cogi. §. sed si miles uersi. & quamuis &c. si fiat super bonis eius, qui habetur uel habebatur pro mortuo, ut quando lex uel sententia iudicis publicat bona alicuius, uel princeps donat bona publicata. l. princeps bona de uerb. signifi. & dispositio d. l. mulier, loquitur & procedit solum in dispositione superuiuentis, ut quando quis dat in dotem, uel donat oĩa bona sua, uel qñ uolens succedere confert bona sua l. 2. §. illud de coll. bono. Secundò respondetur ubi in hmõi renuntiatione uerbum, bonis, intelligatur deducto ære alieno, sequetur ꝙ renuntiatio intelligetur facta bonis deducto ære alieno, & sic in ea non comprehendetur emphyteusis, neq; alia filio renuntianti debita, & prodicta facilius procedere vř in feudo primò per text. in §. qm uerò in auth. de exhib. & introd. re. in §. quia uerò legem in auth. ut lic. ma. & au. ubi cauetur uxorem inopem habere quartam partem in bonis mariti, quod uerbum,
21 † substantia, vř idem, quod uerbum bona, d. l. nã ꝙ §. fin. d. l. cogi in prin. & tamen uxor non habet quartã feudorũ §. fin. in tit. de inuest. de re alie. fa.
22 ubi Afflic. in 1. not. inquit, si maritus † constituat uxori quartam in omnibus bonis suis, non censetur constituisse super feudis. Neq; mouet me ratio per doctores allegata, s. emphyteusim uel feudum esse in bonis uasalli uel emphyteutæ. nam respondetur primò quod ẽt dicuntur esse in hæredi-
23 tate, licèt dominium † illorum non sit hæreditarium, Ang. in d. l. item uidendum §. fin. Secundò respondetur ꝙ attenta huiusmodi ratione prohibitus à testatore plus petere de bonis suis, censeretur prohibitus petere ẽt feudũ & emphyteusim, quod oẽs negant. Et prædicta conclusio uidetur procedere ẽt in casu quo filius renuntiat hæreditati & bonis, etenim rationes superius allegatæ procedunt etiam hoc casu. Et ijsdem rationib. & maximè per tex. in d. l. si is qui de cond. indeb. filius
24 † renuntians hæreditati patris, uel hæreditati & bonis, non censetur renuntiauisse doti maternæ.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IN MATERIA FEVDORVM,

Excell. I. V. D. D. Petri Antonij Angussolæ, Liber Septimus,

CASVS I.

CAmillus fuit inuestitus à rege de feudo nouo pro se & descendentibus masculis cum clausula in antiquum feudum, & ut saperet naturam feudi auiti & proauiti: decedens reliquit Annibalem, Baptistam & Ioannem filios, omnia sua bona inter filios in testamento diuisit, & Anni bali totum feudum assignauit seu prælegauit, & probibuit filios petere ultra disposita per eum ex bonis & hæreditate, & in specie ex iurisdictione & feudo Annibali prælegato, & petentes priuauit hæreditate & bonis suis. Mortuo Camillo filij hæreditatem eius adiuerunt, & bona patris possederunt iuxta diuisionem in eius testamento factam. Rex inuestiuit Annibalem solùm de iurisdictione & feudo præsentibus alijs fratribus consentientibus, & promittentibus non contrauenire: descendentes Annibalis iam annis 60. reperiuntur in possessione feudi. Descendentes ex Baptista & Ioanne, qui eorum sunt hæredes prætendunt iurisdictionem & feudum pro portione ad ipsos spectare, quasi in feudo, in quo ius illis fuerat acquisitum ex prouidentia primi concedentis, neque Camillus, neque eius filij ipsis præiudicare potuerunt, descendentes uerò Annibalis prætendunt Camillum de feudo tanquam nouo potuisse disponere saltem inter eos, qui sunt uocati in prima inuestitura. Item stante inuestitura facta in Annibalem cum consensu fratrum promittentium de nō contraueniendo: item possessione continua per annos sexaginta nullum ius descendentibus Baptistæ & Ioannis competere.

¶ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum quod nam sit.*
2 *Pater an possit uni ex filijs prælegare feudum nouū à se acquisitum & nu. 3.*
4 *Pater non potest renunciare in præiudicium filiorum feudo nouo quæsito pro se & liberis.*
5 *Ex stipulatione facta à patre pro se & descendentib. ius & actio quæsita est sibi & filijs.*
6 *Pater ex interuallo non potest paciscendo præiudicare filio.*
7 *Pater non potest minuere ius quæsitum filio ipsius patris facto.*
8 *Feudum quod est alicuius qualitatis naturaliter & quod est ex pacto æquiparatur.*
6 *Fratres consentientes feudum inuestiri alteri fratri amittunt ius in feudo.*
10 *Alienatio paterni feudi ualet in proximum agnatū uel ulteriorem consentientibus proximis agnatis & nu. 18. declaratur.*
11 *Filius renuntians feudo non nocet nepoti ex eo etiā post mortem aui concepto.*
12 *Consensus non inducit obligationem nec actionem.*
13 *Patris consensus quando nocet filijs & quando non.*
14 *Filij possunt habere feudum licet non sint hæredes patris.*
15 *Promissio de non agendo in his quæ non transmittantur ad hæredes quomodo sit intelligenda & nu. 16.*
17 *Promissio de non contraueniendo adiecta renuntiationi sequitur eius naturam.*
19 *Filij adeuntes hæreditatem in nulla re possunt contrauenire testamento.*
20 *Succedentes non debent esse meliori conditio, quam fuerint illi quibus successerunt.*
21 *Actio omnis triginta uel quadriginta annis tollitur & quomodo & in quibus limitatur.*
22 *Prohibitioni de plus petendo ubi adiecta eū pœna priuationis hæreditatis non extenditur ad hæredes hæredum.*
23 *Prohibitio alienandi iniuncta hæredi non comprehendit hæredes hæredis.*

LIcèt feudum de quo agitur, quò ad Camillum cum ipse illud acquisierit,
1 † sit feudum nouum c. 1. qui testes sint necessarij &c. c. 1. de success. frat. & grad. succe. & ple-
2 rique asseruerint † feudum nouum uni filiorum, uel maiorem illius partem uni quàm alteri posse prælegari, Bald. in §. & quia nume. 2. de his qui feu. da. poss. comprobarunt alij, quos recenset Alex. consil. 12. nu. 3. lib. 5. Præpos. in c. imperialem nu. 7. de prohib. feu. alien. per Fed. pro qua adduci possunt ea quæ ponit Ias. in l. 2. nu. 207. C. de iur. emph. Rip. lib. Respon. 3. cap. 16. Afflict. in c. primo numero 17. de alien. feu. pater. & à pluribus traditum sit uasallum consentiente domino irrequisitis filijs, & in eorū præiudiciū alienarè posse feudum, quod ipse pro se & liberis acceperat,

perat, Iſern.in c.1.§.& ſi libellum nu.7.de alien. feud.patern.Iſern.in §.Titius in fi.Præpoſ.in prin. ſi de feud.fuer.contr.Caſtr.conſil.179.num.lib.1. Alex.conſil.48.in princ.& nu.11.lib.5. Rip.l.in quartā nu.179.ad l.falcid.& alij quos refert Dec. conſil.239.nu.5.uerſic.uenio ad tertium dubium qui loquuntur iu emphyteuſi. Plures tamen aſ-
3 ſeruiſſe uidetur patrem † non poſſe aſſignare uni filiorum feudum, quod ipſe accepit pro ſe & filijs, Barth.per illum text.in l.ut iuſiurandi §.ſi liberi de oper.liber.Angel.in l.item uidendum, §. nunc uideamus de petit.hæred.Bald.in c.imperialem num.15.de prohib.feu.alien.per Feder.& alij quidam quos ibi refert Præpoſ.ſequitur Alex.coſ. 8.lib.3.nu.15.Eamque eſſe ueram & communem ſententiam inquit Appoſtil.ibi, qui multos adducit, & maximè Alex.& Dec.in multis locis: multi etiam cenſuerunt patrem non poſſe alienare huiuſmodi feudum, Bald.in §.hoc quoque nu.4.de ſucceſſ.feud.Bald.Ang.& Caſtren.in l.apud Iul.§.
4 ſi quis alicui de leg.1.aſſerentes † patrem nō poſſe renuntiare in præiudicium filiorum feudo nouo quæſito pro ſe & liberis, & hanc uideri magis communem opinionem aſſerit Alex.ibi, licèt dicat ſe tunc non decidere: comprobarunt multi, quos referunt Alex.conſil.89.& 106.lib.4. Dec. d.conſil.239.& licèt res non ſit ſine difficultate, ut inquit Curt.in tracta.feud.in 4.par.num.131. & nu.144.Tamen pro parte negatiua ſcilicet patrem non poſſe alienare, neque uni filiorum prælegare feudum, quod ipſe accepit pro ſe & liberis, uidetur textus in titu. de ſucceſſ.feud.in prin. & in d.§.& quia uidimus, qui uoluit indiſtinctè filios æqualiter ſuccedere in feudo, nulla diſpoſitione defuncti in hoc manente, & pro eadem uidetur text.in l.cum maritus in fin.de pact.dotal. ubi mulier, quæ pacta eſt dotem ſuam reddi fratri, non poteſt teſtamento tollere ius fratri quæſitum, & licèt in eo text.frater etiam ipſe eſſet ſtipulatus: tamen & in re præſenti Camillus ſtipu-
5 latus † eſt pro deſcendentibus, ex qua ſtipulatione ius & actio quæſita eſt filijs, Bartho.in l.item prætor de ſu.& legit. faltem uolis l. quodcunque §.ſi quis ita de uerbo.oblig.l.pater pro filia C.de pact.con.etiam q mater ſtipuletur emphyteuſim uel feudum pro filio, Barth.in l.quod dicitur in fin.de uerb.oblig.ubi aſſignat rationem, quia ſcilicet ſtipulatio interponitur ſuper re quæ futura eſt ſtipulantis ratione utilis dominij. Pro eadem ſententia uidetur textu.in l.uero procuratori §. ſed ſi quis uer.alia cauſa in l.aliud de ſoluto.ubi ſi ſtipulatus fuero decem mihi aut Titio, nō poſſum prohibere promiſſorem ſoluere Titio, & in l.1.§.ſi ſeruus communis de ſtip. ſeru.ubi ſeruus communis duorum mutuans pecuniam unius eorum non poteſt ſtipulando eam alteri tollere actionem domino pecuniæ facto ipſius quæſitam & in l.fin.de pact.ubi debitor non poteſt in præiudicium fideiuſſoris renunciare exceptioni facto ipſius debitoris, quæſitæ fideiuſſori, & in l.cum à ſocero C.de iur.dot.ubi Bartholus.not. patrem
6 † ex interuallo non poſſe paciſcendo præiudicare filio: pro eadem uidetur text.in auctẽ. lucrum

hoc C.de ſecun.nupt.ubi parentes in lucris quæ deferuntur filijs ob tranſitum eorum ad ſecunda uota, & ſic ob factum ipſorum non poteſt præferre unum ex filijs alteri, ſed omnes æqualiter admittuntur. Idem probat textu.in l.ſi cum dotem §.ſi pater ſol.matr.quem allegat Bartho.in d.
7 §.ſi liberi, ubi † pater non poteſt minuere ius in actione de dote, quæſitum filiæ facto ipſius patris. Præterea in re præſenti filij & deſcendentes Camilli non tam uidentur habere feudum à Camillo quàm à rege inueſtiente Bartho.in l.mortis cauſa capitur de donat.cauſ.mort. & in d.§.ſi liberi Bald.in l.liberti nu.27.C.de op.libert.Præterea feudum fuit Camillo conceſſum, ita ut eſſet auitum & proauitum, ſicque aſſumpſit qualitates auiti feudi ſecundum receptiorem ſententiam, Bald.Mart.Laud.& Præpoſ.in d.c.primo de alien. feud.pater. Aluar.in §.his uerò de ſucceſſ.frat.& grad.ſucced.& c.in c.primo circa fin.de uaſallo decrep.ætat.& in ambobus locis Præpoſ.Alex.conſ. 30.num.7.lib.primo, conſil.primo num.26.lib. 5.Iacob.in ſua inueſt.feud.in uerb. Nobiles &c. in fiu.Dec.conſil.185.num.7.& conſil.194.num. 3.uerſic.& in præſenti inueſtitura dicitur &c.& alij plures, quos refert & ſequitur Curt.in tract. de feud.in 8.q.primæ part.num.8. Quæ ſententia, quicquid in contrarium ſcripſerint Oldrad. & Caſtren.uidetur comprobari per text.in §.ad filias de ſucceſſ fra.& grad.ſucced.in feud.& in tit.
8 de ſucceſſ.feud.in prin.qui text.æquiparāt † quòd feudum ſit alicuius qualitatis naturaliter uel ex pacto. Qua de re atteoto tenore inueſtituræ non potuiſſe uidetur Camillus uni filiorum prælegare
9 feudum: ſed cum alij filij † Camilli conſenſerint Annibalem, cui prælegatum fuerat feudum, inueſtiri à domino de illo, amiſiſſe uidentur ius ſi quod in feudo habebant, §.Titius ſi de feud.fue. contr.§. præterea quib.mo.feud.amitt.per quem text.Bald.ibi, & Mart. Laud.dixerunt, ſi conſuetudo ſit, quòd primogenitus ſuccedat in regno, & ſecundogenitus primogeniti conſenſu inueſtiatur, erit text.& licèt feudum ad omnes filios æqualiter pertineat, tamen ſi alter ex filijs conſentit inueſtituram fieri in ſolum fratrem, ſolus frater inueſtitus habebit feudum, Bald.quoque in l.fin.C.de ſuis & leg.ſcripſit fratrem poſſe facere prælegere alium fratrem in feudo, & ipſum
10 ſolum inueſtiri, & ſicut alienatio † paterni feudi ualet in proximum agnatum uel ulteriorem conſentientibus proximis agnatis c.primo de alien. feud.pater.ita conſentientibus, uel poſtea ratum habentibus, uel teſtamentum approbantibus reliquis filijs, uidetur prælegatum feudi Annibali factum à patre ualidum eſſe: quod pro indubitato ſcripſere Bald.in d.c.imperialem nu.15 Præpoſ. num.7.Verùm ſimplex conſenſus filiorum Camilli eorum, deſcendentibus non obeſſet, nam filius
11 † renuntians feudo, nō nocet nepoti ex eo etiam poſt mortem aui concepto, Bald.l.ſi perſona C. de fidei comm.Mart.Lauden.in §.hoc quoque de ſucceſſ.feud.& conſenſus agnati proximioris nequaquam præiudicat agnatis eoam tunc non natis, nec conceptis, Aluar.d.§.hoc quoque. In feudis

feudis enim ueniunt etiam concepti post mortem primi acquirentis, Barth.in l.item prætor de su. & legit.Bald.in d.l.si persona num.5.Dec.in rub. C.de succes.ed.& renuntiatio patris de feudo præ cipuè antiquo concesso pro accipiente & liberis non obstat filio Bald. Angel.& Castren.in d.l.apud Iul.§.si quis alicui de leg.primo Alex.consi.89.nu.
12 12.lib.4.consensusque † non inducit obligationem, gloss.l.Lucius sol.matr.Ias.l.quotiens C.de fideicom.nec actionem, quia qui consensit nec contrahit, sed potius dicitur pati, Bald.in l.cum rem alienam nu.7.C.de legat & consentiens simpliciter alienationi feudi filijs indistinctè non præ iudicat, & filij eo casu reuocantes non dicuntur contrauenire facto patris, qui simpliciter consen tiendo se minimè obligauit, gloss.Bald. Aluar.& Afflict.num.58.in d.§.hoc quoque Quòd si fratres non solùm consenserunt, sed etiam obligauerunt se, ut quia promiserunt de non contraue
13 niendo, patris † consensus nocebit filijs, si patris sint hæredes, tunc enim factum patris impugnare nequit Bald.ibi Curt.in tract.de feud.in 4. par.num.150.Quod tamen intelligendum uidetur, si consentientes promisissent non contrauenire pro se & filijs, aliàs si promissio etiam per filijs facta non esset. Filij quanuis hæredes patris non impediuntur contrauenire, quia ex nouo iure agit post mortem patris, Bald.in l.se patris nu. 11.C.un.liberi.& licèt promittens non contrauenire intelligatur etiam promisisse pro hæredibus l.stipulatio ista in princ.uersic.sed si se de uerbo. oblig.cum alijs adductis per Dec.consil.213.nu. 8.sicut & stipulans uel paciscens intelligitur pro se & hæredibus l.si pactum de prob.l.si necessarias §.de uendendo de pign.act.Id tamen locum
14 sibi uendicare non uidetur in feudo, † quod filij habere possunt, licet patris non sint hæredes, Alex.consil.13.num.7.& 18.nume.12.lib.5. Ad quod facit quod scripsere Bald.nu.12.Castren.nu. 3.in l.cum mota C.de transactio. promissionem
15 de non agendo † in his, quæ non transmittuntur ad hæredes restringi solùm ad personam promittentis, non autem hæredum, nisi expressè dictum fuerit de hæredibus: & licèt cõtra id, quod scripsit Bald.in d.l.qui se patris multa obstare uideantur, nam idem Bald.in d.§.hoc quoque indistinctè, ait, ubi pater obligat se filium (si sit hæres) non posse impugnare gesta per defunctũ, & contra Bald.uideatur text.in l.si cum dotem §.si pater solu.matr.Vbi si pater cui actio de dote communis est cum filia l.secunda §.primo solu.matr.exigat dotem filiæ, & si non promittat filiam non contrauenturam, filia tamen, quæ dotem iure proprio etiam non hæres patris poterat exigere d. §.primo quatenus capit ex testamento patris dotem exigere, & gestis per patrem contrauenire impeditur, & text.in l.si uenditrici C.de reb.alié. non alien.in l.Seia de euict.ubi is qui ex persona propria poterat uendicare alienata à defuncto, si alienantis sit hæres, agens exceptione repellitur, & tamen in text.nulla fit mentio, quòd defunctus promisisset de non contraueniendo pro hærede, & contra eundem uidetur melior textũ.in l.filium de libe.caus.in l.si ab eo C.de lib.caus.in quibus non præsupponitur patrem promisisse de non contraueniendo pro filio, & tamen filius qui alio iure quam hæreditario, poterat seruum proprium in seruitutem uendicare, si patris sit hæres, ad obseruanda gesta per patrem compelli tur licèt inualida, & in his nulla euictionis adesset obligatio, nec ulla actione pater aut hæres patris ad ea cogi posset: libertas enim seruo alieno inutiliter datur l.si seruus legatus, §.si seruus alienus de leg.primo l.si non proprietatem C.de his qui à non dom.man. Per quæ iura uidetur etiam confundi declaratio Alex.ad d.l.stipulatio ista in princ.nam in his nulla adest expressa promissio de non contraueniendo, & tamen obligatio, qua tenebatur defunctus ad obseruandum quæ gesserat, transit in filium hæredem etiam super rebus quæ alio iure quàm hæreditario habere poterat, ut est actio de dote, & seruus proprius filij: ta-
16 men † pro resolutione uidetur distinguendum, an quis faciat contractum uel quasi, aut alium actum obligatorium, de cuius natura teneatur de molestia illata à quacunque persona super feudo ex pacto & prouidentia uel alia re spectãte ad hæredem, & tunc hæres indistinctè teneatur obseruare, quò casu uidentur loqui text.contra Bald. allegati, an uerò consentiat alteri facienti, uel renuntiet & promittat non contrauenire consensui aut renuntiationi, aut promittat non agere, & eo casu procedant tradita per Bald.in d.l.qui se patris, per Bald.& Castr.in d.l.cũ mota, & Alex. in d.consi.renuntiatio enim non uidetur extendi ad iura filiorum, Barth.consil.72.nu.3.uersicu.
17 præterea, & promissio † de non contraueniendo adiecta renuntiationi sequitur eius naturam l.si stipulatus de usur. Neque descendentibus Annibalis quicquam prodesse uidetur id, quod legi-
18 mus alienationem † feudi factam à fratre in fratrem perpetuò firmam esse, §.& si clientulus de alien.feud.& feudum paternum alienari posse in proximiorem agnatum c.1.& ibi docto.de alien. feud.pater. Etenim id procedit respectu consensus domini, non autem respectu filiorum alienantis. Cæterum & circunscripto filiorum Camilli expresso consensu alia ratio uidetur posse tueri descendentes Annibalis: etenim præsupponitur filios Camilli illius hæreditatem iuxta formã testamenti adiuisse, idcirco gestis per eum contrauenire nequeunt l.cũ à matre C.de rei uend.l.quæ à patre C.de testa.mil.& si filij approbant testamentum patris, ualet assignatio feudi facta uni ex filiis, Bald.d.c.imperialem num.15. Et ubi pa
19 ter † filios hæredes instituit, & ipsi hæreditatem acceptarunt, non possunt testamentum impugnare, & prælegato feudi uel emphyteusis, uni filiorum facto parere tenentur, Bald.in l.prima C. per quas pers.nob.acquir.Ex Isern. & Roman.tradit Præpos.in d.c.imperialem num.7.Alex.consi. 29.nu.7. uersi.si tamen dicti hæredes lib.5.Rip. lib.Respons.3.cap.16.num.5.pro quibus faciunt quæ tradidere Bald.Aluar.& Præpos.in d.§.hoc quoque factum patris feudum illegitimè alienantis nocere filio, si patris sit hæres, & quæ scri-

psere

pſere Iſern. Aluar. & Card. Alexan. in cap. primo de alien. feu. pater. agnatos, qui non conſenſerunt alienationi feudi antiqui debiti ex pacto & proui dentia concedentis, ſi alienantis ſit hæredes, non poſſe feudum alienatum reuocare, & quod dixere Accur. & Barth. per illum textu. in l. ſolutam §. ſolutam de pign. actio hæredem adeunte hæreditatem uideri habere rata omnia geſta per defunctum, & quod legitur teſtatorem poſſe legare rem hæredis ſicut propriam §. non ſolùm inſtit. de leg. & hæc uendicare locum ſibi uidentur etiam confecto à filijs inuentario, quatenus ultra legitimam ad eos peruenit per ea, quæ ſcripſere Præpoſ. num. 3. Aluar. circa fin. in d. §. Titius, & clarius exprimit Alexan. dicto conſilio. 30. lib. 6. Vnde ſi deſcendentes fratrum Annibalis ſunt hæredes eorum, qui teſtamentum Camilli approbarunt, illiuſque hæreditati ſe immiſcuerunt, non poſſunt ſeparare hæreditatem filiorũ Camilli ab hæreditate Camilli, l. ſed ſi plures §. filio de uulga. nec recuſare poſſunt quòd defuncti eorum auctores recuſare non potuerunt, l. cum hæres de diuerſ. præſcri. l. poſtulante ad Trebell. l. ſi quis §. fin. de acquir. hæred. neque † melioris conditionis debent eſſe quàm hi fuerant, in quorum ius ſucceſſere, l. in his §. non debeo de reg. iur. nam & hæres hæredis primi teſtatoris dicitur hæres l. fin. C. de hæred. inſtit. & in terminis tradit Alexan. d. conſil. 29. num. 7. uerſicu. ſi tamen dicti hæredes uol. 5. ubi loquendo de inualida diſpoſitione teſtatoris, qui ordinauerat antiquiorem ſolum debere adminiſtrare feudum, inquit hæredes inſtitutos habentes notitiam continentiæ teſtamenti, immiſcendo ſe in hæreditate ualidare in præiudicium ſuum, & eorum qui eſſent hæredes ipſorum, diſpoſitionem teſtatoris aliàs inualidam. Et quanuis deſcendentes Annibalis iam annis ſexaginta ſint in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ſecundum formam teſtamenti Camilli & inueſtituræ in Annibalem conſentientibus fratribus factæ,

20 (see above)

21 & triginta uel † quadraginta annis omnis actio tollatur, l. ſicut, l. omnes C. de præſcr. longiſſ. tempo. & eo tempore feuda præſcribuntur aduerſus quoſcunque utile dominium prætendentes, præcipuè quando dominus ſcit, §. ſi quis per triginta ſecundum ſenſum Afflict. ſi de feud. fuer. contr. Abb. & alij in c. ad audientiam de præſcript. Id tamen eos tueri poſſe non uidetur, nam præſcriptio non currit in præiudicium agnatorum ſequentium, Aluar. d. §. hoc quoque circa fin. Afflict. d. §. Titius num. 8. prohibita enim alienatione in agnatorum præiudicium, cenſetur etiam prohibita præſcriptio l. alienationis de uerb. ſigni. & nõ ualenti agere non currit præſcriptio l. fin. C. de an. præſ. & ſi pacta contractus & conſenſus uaſalli circa feudum non nocent his, ad quos feudum quandoq; reuerſurũ eſt (ut ſupra diximus) multominus nocet negligentia §. quid ergo, & ibi no. Bald. de inueſt. de re alien. fact. hinc in feudo conceſſo pro accipiente & liberis, Andr. de Iſern. & Afflict. numero 19. in d. §. quid ergo, decidũt præſcriptionem contra patrem decurſam non obeſſe filijs, & alijs ad quos poſt mortem eorũ feudum peruenire debet, & præcipuè non natis non currit tempus, Dec. conſil. 395. in fin. & quãuis Curſen. conſil. 82. num. 4. & 5. nonulla adducat, quæ probare uidentur præſcriptionem contra quoſcunque decurſam, ea tamen procedunt in feudo hæreditario, in quo ipſe loquitur, imò cum ſimplex conſenſus agnati conſentientis alienationi feudi non obſit illius filio etiam hæredi, non etiam obeſſe uidetur filio etiam patris hæredi præſcriptio contra patrem decurſa, quod etiam in non diſſimili caſu cenſuit Rip. in l. filiusfam. §. diui numero 116. de legat. primo, licèt Iſern. in d. §. quid ergo, uideatur loqui ſolùm in filio & agnato qui non ſint hæredes. Cæterum quanuis filij fuerint à Camillo prohibiti petere aliquid ratione feudi, & petentes hæreditate priuati, huiuſmodi tamen prohibitio, & priuationis pœna perſonam filiorum egredi, & ad eorum hæredes tranſire non uidetur: nam licèt hæres hæredis primi teſtatoris dicatur hæres, l. fin. C. de hæred.

22 inſtit. Vbi † tamen prohibitioni de plus non petendo eſt adiecta pœna priuationis hæreditatis, ad hæredes hæredum extendi non uidetur, l. multa de cond. & demonſtr. Baldus in l. fin. in 22. q. C. de hæred. inſtit. & licèt aliàs pœna tranſiret ad hæredem hæredis, tamen ſi priuationis pœna iniuncta eſt hæredibus ſub nomine proprio, ad eorum hæredes non tranſit, Bartho. conſil. 214. incid. Andreas Martini, comprobarunt Alexan. & Iaſ. in dicta l. fin. C. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. ſi quis filium §. fin. de acquiren. hæred. Alibi etiam legi-

23 mus † prohibitionem alienandi iniunctam hæredi, non comprehendere hæredem hæredis l. ſicut §. penul. quib. mod. pign. uel hypo. ſol. l. pater filium §. Iulius Agrippa de lega. tertio Bartho. in l. filiusfam. §. diui numero de legat. primo. Tamen ſi prohibitio fiat hæredi ſub nomine proprio, non cenſetur facta hæredi hæredis Bartho. l. Lucius §. Semproniæ de legar. tertio & prohibitio alienandi facta filijs non tranſit ad nepotes &c. §. nos igitur & ibi gloſſ. in aucten. de reſtit. fideicõm.

CASVS II.

¶ Bartholomeus habuit inter alios tres filios Petrinum, Sanguinolum & Baſſianum. Petrinus & Sanguinolus de anno 1451. inueſtiti fuere in feudum à Franciſco Sfortia primò de loco Somaliæ pro ſe & deſcendentibus maſculis, adiecto pacto quòd fratres inueſtiti alter alteri ab inteſtato ſuccederent, & quòd poſſent facere eam partem Baſſiano eorum fratri quam uellent. Ex Petrino nati fuere Vgo & Baptiſta. Ex Sanguinolo Oliuerius. Ex Baſſiano Ioannes Antonius. De anno 1495. cum Ludouicus Sfortia creatus fuiſſet dux Mediolani, Oliuerius & Ioannes Antonius præſtiterunt illi iuramentum fidelitatis, & inueſtituram ſeu recognitionem feudi ab eo acceperunt: cuius prima matrix tenoris infraſcripti eſt. In Nomine D. N. I. Christi, anno natalis eius 1495. Indictione tertiadecima, die ueneris uigeſimo ſexto Iunij. Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus d. D. Ludouicus Maria Sfortia Angelus dux

Medio-

Mediolani &c. per ensis nudi traditionẽ, & cũ cæteris solennitatibus opportunis instituit magnificum d. Co. Ioannem Matthæum attendolum pro se & nomine fratrum suorum, pro quibus de rato promittit in feudum nobile & gentile de castris terris & iurisdictionibus. Sancti Angeli Laudensis cum pertinentijs suis, Olegij Nouariensis, & Oleuani, & Sareto comitatus Papiæ cum alijs exemptionibus & concessionibus iuxta formam extendendam de consilio dominorum deputatorum ducalium iurisconsultorum. Ipse uerò dominus Comes Io. Matthæus genuflexus pro se & nomine quo supra, tactis manibus propriis imagine crucifixi Domini Nostri Iesu Christi super missali in manibus prælibati Illustris. domini domini Ducis stipulantis & recipientis pro se & Illustrissima dicta Beatrice Hesten. ducissa Mediolani eius carissima consorte, & filijs eorum hæredibus & successoribus in ducatu Mediolani, præstitit & præstat fidelitatis & obedientiæ iuramentum iuxta formam utriusque fidelitatis tam scilicet nouæ quàm ueteris, cum renuntiationibus & prouisionibus apponi solitis: comitem Ioannem Antonium de Somalia pro feudis Orij Laudensis, Lineraga cum casinis & territoriis suis. Item pro parte sua feudi Somaliæ, & Castri noui de Roncalia, & montis Oldrati iuxta diuisiones cum eius consanguineis: Comitem Oliuerium de Somalia pro feudis ad eum spectantibus &c. Actum &c. quæ reperitur extensa ab eodem notario in forma ualde lata, & in ea inter alia adest clausula iure antiqui feudi, item alia clausula infrascripti tenoris, Ea tamen lege, quòd decedente altero ex præfatis comitibus Oliuerio & Io. Antonio, nec non ipsis Vgone & Baptista comitibus eorum consortibus, uel altero alio uel alijs sine filijs masculis legitimis & descendentibus ut supra, & de legitimo matrimonio & ut supra alius & alii superestes & superstites succedant & succedant alteri uel alteris decedenti seu decedentibus sine filiis uel descendentibus masculis & legitimis, & de legitimo matrimonio natis ut supra. De anno 1497. Vgo nomine suo & Baptistæ fratris præstitit iuramentum fidelitatis Ludouico & feudi inuestituram accepit, cuius prima matrix est tenoris infrascripti.

¶ In Nomine domini Nostri Iesu Christi, Anno natalis eius 1496. Indictione quartadecima, die uigesimo secundo Martij. Illustrissimus Princeps, & Excellentissimus d. D. Ludouicus Maria Sfortia Angelus dux Mediolani &c. ibi præsens, & pro tribunali sedens per ensis nudi traditionem, & cum cæteris solennitatibus debitis inuestiuit in feudum magnificum equitem dicto Iacobum Antonium de Sancto Vitali ibi præsentem pro se & filijs & descendentibus masculis & legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaque masculina natis & nascituris, de loco Fontanella cum uillis suis, & pro dimidia Belfortis cum pertinentijs suis eo modo & forma, & cum his conditionibus quæ apponentur per dominos consiliarios Excellen. S. ad id specialiter deputatos. Sequitur iuramentum fidelitatis. Itẽ dicto Comitẽ Vgonem de Somalia pro se, & comite Baptista eius fratre uigore mandati pro feudis Somaliæ, Montis Oldrati, & Castrinoui de Roncalia diœcesis Laudensis. Item &c. Actũ &c. De anno. 1551. uertente lite inter Sfortiam nepotem Baptistæ ex filio actorem, & Alfonsum nepotem Ioannis Antonij ex filio reum conuentum super portione feudi, quæ fuerat Vgonis Petranigra secretarius senatus Mediolani, non citato nec monito Sfortia, re participata cum Abbatibus notariorum Mediolani, prædictam inuestituram in Vgonem factam extendidit sub forma simili extensæ inuestituræ Oliuerij & Ioannis Antonij, & inter alia inseruit clausulam infrascriptam: ea tamen lege, quòd decedente altero ex præfatis comitibus Vgone & Baptista, nec non Oliuerio & Ioanne Antonio comitibus eorum consortibus, uel altero alio uel alijs sine filijs masculis & descendentibus ut supra, alius superstes & superstites succedat & succedant alteri uel alteris decedenti seu decedentibus sine filijs & descendentibus masculis & legitimis, & de legitimo matrimonio natis ut supra.

¶ Negat Sfortia extensionem illam iure fieri potuisse. Ex aduerso eam tueri conatur Alfonsus. Quæsitum fuit quid iuris? & exhibetur copia ambarum inuestiturarum, & allegationes quinque doctorum factæ pro sustinenda huiusmodi extensione.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli defuncto Principe tenentur petere inuestituram feudi & fidelitatis iuramentum offerre.*
2 *Inducta ad confirmationem non debent operari diminutionem.*
3 *Renouatio inuestituræ & priuilegij non tollit uetera iura.*
4 *Contractus renouari uidetur secundum formam prioris.*
5 *Forma inuestituræ antiqua in præiudicium tertij mutari non potest.*
6 *Sapiens non potest omissum addere sed solum implicitum sub expresso declarare.*
7 *Noua inuestitura non facit feudum desinere paternum.*
8 *Feudum antiquum ut possit fieri nouum quod requiratur.*
9 *Verba sunt intelligenda secundum naturam actus super quo interponuntur.*
10 *Verba etiam generalia præcipuè mandati non referuntur ad extraordinaria.*
11 *Verba contrahentium recipiunt limitationem à dispositione iuris communis & statutorum.*
12 *Voluntas testatoris etiam ex coniecturis collecta attenditur.*
13 *In contractibus uerba interpretantur secundum consuetudinem.*
14 *In contractibus omissum habetur per omisso.*
15 *Protestatio declaratoria uoluntatis facta in absentia patris nihil operatur.*
16 *In contractibus dispositum in uno ex correlatiuis non censetur dispositum in altero.*

17 *In con-*

17 *In contractibus dicta inter aliquas perſonas non cenſentur repetita inter alias.*
18 *Verba hæc cum conditionibus quæ apponentur à tali quod importent.*
19 *Paria eſſe quod fieri ab initio uel ex poſt facto ſi ab initio pactum de faciendo proceſsit.*
20 *Clauſula plura determinans debet æqualiter determinare.*
21 *Actus qui ſequitur declarat intentionem præcedentem.*
22 *Princeps non præſumitur uelle præiudicare iuri cuiuſque, nec quemquam grauare in iure ſuo.*
23 *Principis intentio talis præſumitur eſt ſcripturæ & naturalis rationis.*
24 *Per inutilem contractum uenditionis non receditur à primo.*
25 *Relatio intelligitur facta cum ſuis qualitatibus.*
26 *Interpretatio quæ à conſuetudine diſponentis à ſolito regionis & contextus inueſtiturarum ſumitur optima eſt.*
27 *A ſeparatis non licet arguere.*
28 *Factum ſuper principali non extenditur ad acceſſoria.*
29 *Liquidum quando ex duobus inſtrumētis aliquid fiat quòd ex uno non erat.*
30 *Leges correctoriæ non poſſunt extendi etiam ex maioritate rationis.*
31 *Extenſio in depenſationibus non eſt licita etiam ad caſum habentem in ſe maiorem rationem.*
32 *Pactum quod fratres inueſtiti alter alteri ſuccedat quomodo interpretatur.*
33 *Stilus notarij non probatur ex unico actu.*
34 *Stilus notarij uanus non eſt attendendus.*
35 *Præſumptio ſumpta ex ſtilo quomodo poſsit tolli.*

1 IVre feudorum cauetur defuncto † principe uaſallos teneri petere inueſtituram feudi, & iuramentum fidelitatis offerre, in titu. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. in princ. & in c. primo quo temp. mil. & licet iura prælegata, & textu. in cap. primo qui teſt. ſint neceſſ. & in §. præterea ſi quis infeudatus &c. de prohib. feu. alien. per Feder. appellent inueſtituram illam quæ fit à ſucceſſore domini de feudo ante quæſito: Doctores tamen aſſerunt illam non eſſe propriè inueſtituram, ſed ueterum confirmationem, eamque pro ueterum confirmatione interpretatur, Andr. de Iſern. & Aluar. in d. cap. primo per quos fiat inueſt. in prin. Iſern. in dicto cap. primo qui teſt. ſint neceſſ. numero 4. & in tit. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. in princ. Aluar. in cap. primo quid ſit inueſt. numero ſecundo & latius Afflict. in §. Sancimus, numero 39. quo temp. mil. & inueſtituram ueteris feudi exponit, id eſt confirmationem, Iſern. in titu. de cap. corr. numere 3. Afflict. deciſ. 404. numero tertio. Qua de re cum Vgo & frater tenentur petere à Duce Ludouico tanquam ſucceſſore domini inueſtiturarum feudi, & illi præſtare iuramentum fidelitatis, non ad alium finem alio non apparente præſumi poteſt facta recognitio, niſi ut fratres facerent ea ad quæ de iure tenebantur: quo ſtante in extendendo huiuſmodi abbreuiato, nihil addi poteſt, quod ſit contra naturam feudi, & generalem conſuetudinem recognitionum, quæ fiunt à ſucceſſoribus principis, docto. l. Gallus, §. idem credendum de lib. & poſthu. in cap. cum P. tabellio de fid. inſtrum. nec aliquid quod tendat in derogationem antiquarum inue-
2 ſtiturarum, quia † inducta ad confirmationem non debent operari diminutionem l. legata inuti-
3 liter de admini. leg. & renouatio † inueſtituræ & priuilegij non tollit uetera iura, cap. quia intentionis de priuil. & noua inueſtitura non habet immutare naturam antiquæ cap. 1. de uaſall. decrep. æta. Afflict. in titu. de conten. int. dom. & agn. de inueſt. feud. numero 34. & contractus renouari
4 † uidetur ſecundum formam prioris, Bartho. in l. ſi mihi & Titio numero 7. de uerbo. oblig. Bald.
5 in l. legem C. loca. † & forma inueſtituræ antiqua in præiudicium tertij mutari non poteſt, Baldus in l. prima numero 31. C. quan. non peten. par. etiam quòd ſapientes aliqui fuiſſent electi ad extendendas inueſtituras, Bartho. in l. illa inſtitutio numero 5. de hæred. inſtit. Iaſ. poſt alios in l. ex ea
6 parte in princ. de uerbo. oblig. nam ſapiens † non poteſt omiſſum addere, ſed ſolum implicitum ſub expreſſo declarare, Baldus in §. captatorias C. de teſta. milit. & inter cætera non poteſt addere nouas perſonas non contentas in abbreuiato, Baldus in l. executore numero decimoſeptimo uerſicul. ſi autem diceret cautela de execut. re. iudica. etiam quòd nouæ perſonæ uenirent ex natura contractus, Alexand. conſilio uigeſimo octauo numero ſexto libr. ſecundo. Et cum moriente Vgone frater ſolus ſucceſſurus eſſet in cap. primo §. his uerò deficientibus de ſucceſſ. fra. & quouſque aliquis ex deſcendentibus Petrini patris Vgonis ſupereſſet, tranſuerſales ad feudum à Petrino acquiſitum, uel quòd Petrino obuenerat, admitti non poſſent, cap. primo de nat. ſucceſſ. feud. cap. primo §. his uerò deficientibus de ſucceſſ. fra. Et decedente Oliuerio Vgo & Baptiſta in capita ſucceſſuri eſſent &c. §. ſi uerò neque fratres in auctén. de hæred. ab inteſt. Barthol. in l. poſt conſanguineos §. hæreditas in fin. de ſuis & legit. Bald. in l. ſecunda numero 4. uerſicu. cæterùm C. de ſu. & leg. Mart. Lauden. in dicto cap. primo de ſucceſſ. fra. Iacobi. de Sancto Georgio in inueſtitura feud. in uerbo. præſentes & recipientes numero decimotertio uerſicu. unde concludite in iſta materia &c. non potuit in extendenda recognitione prædicta addi aliquid, per quod ſucceſſio. feudi immutaretur, uel immutata dici poſſet. Quod ſi dicatur feudum factum fuiſſe nouum, & ideo cum nullus alteri ſucceſſurus eſſet cap. primo de benef. fra. potuiſſe dati forma ſuccedendi. Reſpondetur feudum non dici nouum, quod de nouo conceditur, dummodo quando fuerit conceſſum gloſ. c. quemcunq; 25. q. 11. in uerb. nouũ, & ex prioribus inueſtituris cõſtare feudũ Vgonis fuiſſe antiquum, uel ſaltem paternum cap. primo de ſucceſſ. fra. uerſicu. quod ita intelligendum, &
7 noua † inueſtitura non facit feudum deſinere paternum, Bald. in l. fin. numero quinto in fin. C. de ſu. & legit. Et ubi duo fratres ſimpliciter inueſtiuntur

uestiuntur de feudo paterno, unus alteri succedit.c.primo,§.si duo fratres de feu. March. c. 1. in prin.de fra.de no. benef. inuest. Et licet feudum
8 † antiquum fieri possit nouum, iura tamen tria ad id requirunt. Primò, quòd feudum prius renuncietur in manibus domini,& ideo Salyc. in l. peculium.§.penult. de pecul. dixit quibuscunque uerbis utatur princeps,feudum non fieri nouum, nisi prius uasallus eo priuatus sit. Secundò, ꝙ agnati consentiant. Tertiò, ꝙ fiat inuestitura tanquam de nouo feudo,cap. 1.circa fin. an fil.uel agna.cap.1.circa fin.de eo qui fec.fin.agna.de feu. pater.Qua de re Dec.cons.53. ex Castrens. scripsit ubi apparet de antiqua inuestitura sequentem inuestituram præsumi factam de feudo tāquam ueteri, & feudum non dici nouum, nisi quando in inuestitura id exprimitur: quinimmò & feudum, quod pater renunciauit domino, ut de eodem filius inuestiretur,dicitur remanere antiquum c.1. de uasall.decrep.ætа. Neque obstat,quòd dux inuestierit Vgonem eo modo, & forma, & cum his conditionibus, quæ apponentur per consiliarios ad id deputatos,ideoque consiliarios potuisse ex-
9 tendere: nam cum uerba † sint intelligenda secundum naturam actus, super quo interponuntur.l.si stipulatus de usur. & propter hoc etiam debeant impropriari.Ias.in l.1.num.8.qui satisd. co-
10 gan. & † uerba etiam generalia præcipuè mandati non referantur ad extraordinaria,l.Seio.§.medico,ubi Bartol.in princ.& numero 3.de ann. leg. & in concessione generali non intelligantur concessa insolita,Bald.cap.cum olim,num. 5. de con-
11 suet. & uerba † contrahentium recipiant limitationem à dispositione iuris communis.l.quero.§. inter locatorem loca.l. quidam cum filium de uerborum oblig. & cum dispositione iuris, & statutorum intelligantur conformari, Bart.in l. iusiur. §.si liberi,nu.5.de oper.liber.Bald. in l. liberti, libertæque,num.24.C.de oper.liber.& recipiant interpretationem secundum consuetudinem.l.fi.C. de fideiuss.& debeant intelligi in casu,quo de iure fieri debent.l.Gallus.§.quidam rectè,ubi not. Bal. in 3.not.Ias.nu.6.de lib.&posth.clausula illa est interpretanda de modo,forma,& conditionib, quæ sunt de natura feudi,ac solitis,& ordinariis,dispositionique iuris conformibus.Præterea cum nullę à consiliariis conditiones fuerint appositæ,uel abbreuiata recognitio Vgonis debet haberi pro pura &simplici,l.si testamentum.C.de inst.& subst.sub cond.fact.uel pro infecta.l.si merces.§.1.loca.l. fi. C.de contrah.empt.Neque dici potest recurrendū ad arbitrium boni uiri propterea,quę scripsit Bar. in l.si quis arbitratu in prima quæst.& comprobarunt alii relati per Ias.nu.19.de uerb. oblig. Nam respondetur primò contrarium uoluisse Bald. Im. Rom.& Alex.qui dicit idem uoluisse Pet. & Cyn. in l.in ementis.C.de contrah. empt. Secundò respondetur,quòd aut dicimus collata esse substantialia contractus in arbitrium consiliariorum, & tunc uel nō ualuit contractus d. l. in ementis, uel saltem inuestitura non fuit perfecta,antequam cō siliarii in quorum arbitrio erat substantia feudi,arbitrarentur;& sic dictum Bart. loquentis in contractu perfecto, ad rem non faceret, præter id, ꝙ sententia Bart.procedit duntaxat,ubi accidentalia committerentur in arbitrium alterius, nam indistinctè in substantialibus non receditur à persona, ut post Cyn.& Pet. scripsit Alex.in d.l.si quis arbitratu,num.4. Quod si dicamus non fuisse collata substantialia in consiliarios, & tunc nec ipsi, nec alius loco eorum subrogatus feudi substantialia immutare potuerunt. Neque in contrarium facit id,quod scripsit Cast.in d.l. si testamētum circa fi. uers.aut pollicitus est apponere conditionem &c. nam respondetur Castren. (dato sine ueri præiudicio,quòd rectè senserit) loqui in ultimis uoluntatibus,quæ pendent ab unius arbitrio, & in qui
12 bus † uoluntas testatoris præcipuè attenditur, et quæ ex coniecturis colligitur.l.cum proponeretur de leg.2.quam Castren.allegat,& in ultimis uolūtatibus procedunt, quæ de excludenda matre propter tacitam pupillarem tradit Bar.in l.2.nu.30.de
13 vulg. Hic autem agitur de † contractibus,in quibus uerba interpretantur secundum consuetudinem, & secundum naturam actus, super quo interponuntur, & propter id etiam impropriantur,
14 ut supra diximus. Et in quibus † omissum habetur pro omisso, l. quicquid astringendæ de uerbo. oblig.& uerba interpretantur contra proferentem l.ueteribus de pact. & propositum in mente retentum nihil operatur,l.si repetendi de cond.ob cau.
15 & protestatio declaratoria † uoluntatis facta in absentia partis,nihil prodest.Bart.in l. non solum, §.morte,nu.14.19.& 21.de op.no.nun.& in quibus non fit extensio de re ad rem.l.si unus.§. ante omnia,ubi Bart.in 2.notab.de pact.Bal.in c.1. nu. 2.qual.dom.prop.feu.priua. neque de persona ad personam d. §. ante omnia, & l. si ita stipulatus.§. Chrisogonus de uerb. oblig. nec de casu expresso ad casum non expressum,Dec.cons.697. nu. 2. &
16 in quibus † dispositum in uno ex correlatiuis nō censetur dispositum in alio,Bal.in d.c.1.Et licèt in contractibus dicta in præfationibus censeantur repetita in sequentib. non tamen dicta in vno contractu censentur repetita in alio,Bal.in l.per reten
17 tionem, nu. 2. C.de usur. & dicta † inter aliquas personas non censentur repetita inter alias,glos.in l.in repetendis de leg.3. Neque in his quæ ex interuallo fiunt,l.sed si me putem,§.1.de cond. indeb. Bart.in l.item quia.§.fin. de pact. & omni in casu censentur solum repetita ea, quæ inter partes ipsas fuerunt conclusa, Iason. qui prædicta omnia ponit in lege Titia.§. idem respondit de uerborum obligatione. Præterea aliud est instituere aliquem secundum cōditiones infrascriptas, quo casu loquitur textus in dicta lege si testamentum,
18 & Castren. Aliud est dicere † cum conditionibus quæ apponentur per consiliarios, nam in ultimis uoluntatibus si testator sensit de conditionibus respicientib. substantiā institutionis, institutio erit nulla.l.capt.C.de test.mil. In cōtractib. uerò mortuis consiliariis anteꝗ apponerentur conditiones, quæ respiciunt substātiam, contractus habetur ꝓ infecto,nec ad arbitrium boni uiri recurritur.l. fi. C.de contrah.empt.l.si quis arbitratu de uerb.obl. ubi not.Alexan.num.4. Tertiò respondetur casui

KK præsenti

præſenti non poſſe adaptari dictum Caſtrenſ. in
quo teſtator non fuit locutus conditionaliter, ſed
duntaxat poſſe adaptari primum membrũ diſtin-
ctionis Caſtrenſ. quando ſcilicet teſtator dixit ſi
ſcripſero, & ſic conditionaliter fuit locutus; nam
uerba illa quæ apponentur per conſiliarios &c. in
ducunt conditionem, & æquipollent illi ſi appo-
nentur, uel quatenus apponentur .l. ſtichum qui
meus erit de leg. 1. quo caſu uult Caſtr. indiſtinctè
quòd nulla appoſita conditione uitietur diſpoſi-
tio, nec diſtinguit, an ex aliquo poſſit colligi, de
quibus conditionibus intellexerit: ad quod etiã
conuenit quod dixit Anchar. conſil. 7. incip. quæſt.
agitata in princ. Dec. in dicta lege ſi teſtamentum
in 2. not. in fin. Si dictum ſit cum conditionibus
per me apponendis non habere locum promiſſio
nem, niſi conditiones fuerint appoſitæ, nec diſtin-
guunt, an colligi ex antecedentibus, uel ſequenti-
bus poſſit, de quibus conditionibus ſenſerint con
trahentes: id uero quod ſcripſit Bartolus in lege
Modeſtinus in primo not. de ſolutio. ſcilicet pa-
19 ria eſſe † quid fieri à principio, uel ex poſt facto, ſi
ab initio pactum de faciendo præceſſit, & quæ cõ-
geſſit Alexand. ad demonſtrandum actum cenſe-
ri factum iuxta deliberationem præcedentem ad
rem non faciunt, cum non appareat præceſſiſſe pa
ctum, uel deliberationem faciendi inter Ducem,
& Vgonem. Quarto dictum Caſtrenſ. non poteſt
procedere in præſenti caſu, quo multæ, & urgen-
tiores præſumptiones aliud ſuadent. Primo, clau-
20 ſula † plura determinans debet æqualiter deter-
minare, l. iam hoc iure de uulg. Ideoque clauſula
eo modo, & forma, & cum his conditionib. &c.
inſerta in inueſtitura præcedente inueſtituram V-
gonis, & repetita in tribus inueſtituris ſequenti-
bus debet æqualiter omnes illas inueſtituras de-
terminare, & ſic intelligi de conditionibus, quæ
omnibus inueſtituris eo contextu factis conue-
nirent. Secundo, quis præſumitur habuiſſe ani-
mum ſicut poſtea fecit, l. ſed & Iulianus .§. proin-
de ad Macedon. Bartol. l. cætera. §. ſed ſi parauerit,
21 num. 3. de leg. 1. † & actus qui ſequitur, declaret
intentionem præcedentem, §. pauonum, uerſiculo
reuertendi, Inſtitut. de rerum diuiſ. & ex euentu
apparet animus præcedens, Bartolus in lege ſi
concubinam, §. 1. re. amo. In extendendis autem
inueſtituris eodem contextu factis quibus eadem
clauſula, uel expreſſa, uel tacitè fuit repetita: nec
dux, nec conſiliarii appoſuerunt conditionem ali-
quam immutantem ordinariam feudi ſucceſſio-
nem, nec inter inueſtitos, & agnatos feudum com
mune habentes ſubſtitutionem aliquam fecerũt.
22 Tertiò, princeps † non præſumitur uelle præiudi-
care iuri cuiuſquam, nec quenquam grauare in
iure ſuo, capitulo paſtoralis de priuileg. & talis
23 † præſumitur intentio principis, qualis eſt ſcri-
ptæ, & rationis naturalis, lege ex facto de uulga. l.
ſi quando in principio .C. de inofficioſo teſtam.
Baldus in cap. 1. apud quem, uel quos &c. nume
ro tertio, & uerba eius debent intelligi in caſu,
quo de iure fieri debent: & auctoritas data con-
ſiliariis non extenditur ad extraordinaria, ut ſupra
fuit dictum. Quartò, diſpoſitio iuris commu-
nis, & generalis conſuetudo recognitionum, quas
feudatarii faciunt nouis dominis, à quibus uerba
contrahentium limitationem, & declarationem
recipiunt, ut ſupra diximus: & quamuis actus in-
ualidus operetur uoluntatis declarationem in ul-
timis uoluntatibus, quæ ab vnius voluntate pen-
dent. In quibus terminis loquitur textus in lege
fin. de re. eo. actus tamen inualidus ab uno con-
trahentium præcipuè ex interuallo, & abſente al-
tera parte factus, quidquam non operetur: immò
nec actus inualidus ambarum partium quidquã
uidetur operari, quò ad declarandam uoluntatem
immutandi, uel recedendi à primis contractibus;
24 nam per inutilem † contractum uenditionis non
receditur à primo, lege ſi id, quod de reſcind. uen-
dit. à quo tamen ſola contrahentium uoluntate
poteſt recedi re integra, lege prima, & ſecunda .C.
quan. lice. ab empt. reced. licèt per inutilem tranſ-
lationem legati perimatur legatum, quod ſola te-
ſtatoris uoluntate tolli poteſt, lege & ſi transferam
de adim. leg. lege planè in principio de leg. pri-
mo. Præſuppoſito tamen (ſine ueri præiudicio)
alios loco conſiliariorum poſſe conditiones etiam
nunc apponere, id tamen ſolus princeps, uel ab
eo deputandi poſſent, non autem Petranigra can-
cellarius, aut abbates notariorum, qui, cum
non agatur de materia capitulo cum P. tabellio
de fid. inſtr. nec eorum quæ traduntur in lege
ex ea parte in principio de uerborum obligatio-
ne nullam auctoritatem præſenti rei potuerunt
interponere. Prædictis accedat, quòd cum clau-
ſula illa eo modo, & forma, & cum his condi-
tionibus &c. non ſit inſerta recognitioni Vgo-
nis, ſed duntaxat præcedenti, dato quòd cen-
ſeatur repetita in inueſtitura Vgonis, tamen de-
bet cenſeri repetita cum ea duntaxat uirtute,
qua in præcedenti fuit expreſſa, lege in repeten-
25 dis de legat. tertio, nam & † relatio intelligitur
facta cum ſuis qualitatibus, Bartolus in lege
ſanctio, numero ſeptimo, uerſiculo præterea de
pœn. & plus non debet operari clauſula eo mo-
do, & forma, & cum his conditionibus, &c.
tacitè repetita in inueſtitura Vgonis, quàm ope-
rata fuerit expreſſa in præcedenti argumento, le-
ge expreſſa nocent de regulis iuris, & traditur in
dicta lege in repetendis, & ubi agitur de inter-
pretanda clauſula eo modo, & forma, & cum
his conditionibus, &c. ac danda forma inueſti-
turæ, & apponendis conditionibus uigore clau-
ſulæ, &c. non alia dari forma inueſtituræ, nec
aliæ poſſent apponi conditiones, quàm quæ fue-
runt à principe, ſeu conſiliariis, & uaſallis da-
ta forma, & adiectæ conditiones inueſtitutis,
quibus eadem clauſula, uel expreſſa, uel eo-
dem contextu tacitè repetita fuit, & ſecundum
quod in inueſtituris feudalibus huius dominii
tunc magis fuit frequentatum. Optima enim
26 † eſt interpretatio, quæ à conſuetudine diſpo-
nentis à ſolito regionis, & contextu inueſti-
turarum ſumitur, lege nummis de legatis ter-
tio, lege ſi ſeruus plurium, paragrapho finali
de legatis primo, lege ſemper in obſcuris, lege in
obſcuris de regulis iuris. Non obſtat ſi dicatur
inueſti-

inuestituram in Oliuerium, & Ioannem Anto-
oium, cuius abbreuiatura oon differt ab ea, de cu-
ius extensione agitur, extēsam fuisse sub non dissi-
mili forma, nam (dato sine ueri præiudicio) ꝙ in
inuestitura Oliuerii, & Ioan. Antonii substitutio
fuerit apposita uel à Duce uel à consiliariis ex au-
ctoritate eis data, tamen inuestitura illa nihil di-
spooit de feudo Vgonis & Baptistæ, imò illud de
nouo separat à feudo Oliuerii & Ioannis Antonij.
27 Vnde separatorum separata debet esse ratio, † &
à separatis oon licet arguere, & si † pactum factum
super principali oon extenditur ad accessoria l. in
his §. mancipia, ubi uot. Bald. solut. matrim. l. fin.
§. fin. de cond. & dem. ubi post Bald. not. Ias. multò
minus extendi potest, neque in uim dispositionis
neque in uim declarationis ad ea, quæ in eadem
dispositione separantur, & cum substitutio illa re
ciproca facta in feudo Oliuerij & Ioannis Anto-
nij sit conformis iuri communi, & naturæ feudi,
ex illa inferri ooo potest, ut Dux uoluerit facere
substitutionem in feudo Vgoois & Baptistæ, quæ
sit diuersa à dispositione iuris, & natura feudi: &
29 licèt † ex duobus instrumentis quandoque ali-
quid fiat liquidum, quod ex uno solo non erat li-
quidum, id tamen procedit quando unum instru
mentum se refert ad aliud: In quibus terminis
loquitur text. in lege fin. & Bald. ibi in secunda
oot. C. de fal. cau. ad. &c. uel quando unum est
coofirmatorium alterius, quo casu loquitur Bal.
in capitulo auditis numero quarto de præscript.
Cumque attento abbreuiato extensa recognitio
Oliuerij & Ioannis Antonij exorbitet à regulis iu
ris ad recognitionem Vgonis & Baptistæ trahi
non debet regula ea, quæ à iure de reg. iur. in sexto
lege ius singulare lege quod uerò de legi. lege si
uero §. de uiro solut. matrim. præcipue ubi tertio
præiudicium inferri potest, lege secunda, §. si ma-
ter uersiculo quid si curatores ad Tertul. Nam &
30 leges † correctoriæ non possunt extendi etiam ex
maioritate rationis, auth. quas actiones tun.
opio. Ioann. communiter approbata, de qua in
gloss. mag. C. de sacrosanct. eccles. & in dispensa-
31 tionibus † uoo est licita extensio etiam ad casum
habentem in se maiorem rationem, Abb. capi-
tulo ad aures oumerò septimo, de rescriptio. latè
Feliu. in capitulo postulasti numero 9. præcipuè
in uersiculo ultimo in hac secunda limitatio-
ne &c. eodem titulo, Neque iure dici potest,
decedente Vgone uel Baptista etiam Oliuerium,
& Ioannem Antonium fuisse successurus unà
cum fratre uigore pacti appositi in inuestitura fa-
cta in Petrinum & Sanguinolum, scilicet quòd
32 † fratres inuestiti alter alteri succederet: nam pa
ctum huiusmodi interpretatur, ut si unus ex fra-
tribus reliquerit filios, alter frater non admitta-
tur §. cum uerò Conradus de his qui feud. da. poss.
capitulo primo de duo. fratr. de no. benef. inue-
stit. Item pactum huiusmodi operatur, ut fratres
inuicem succedant, ac si feudum esset paternum,
dicto §. cum uero Conradus. In feudo autem pa-
terno quousque superest aliquis ex descendenti-
bus feudatarii, transuersales non admittūtur cap.
primo de nat. succ. feud. & sic in feudo Petrini
quousque aliquis ex Baptista, & Vgone eius filiis
superesset, transuersales, & sic descendentes San-
guinoli oon poterant uirtute pacti prædicti succe
dere. Neque etiam obstat consuetudo, seu stylus
33 † notarii, is enim non probatur ex unico actu, quę
fecit extendendo recognitionem Oliuerii, & Ioao
nis Antonii, Cyn. Butr. Ioan. Aud. quos refert Ale-
xand. consil. 28. numero 9. libro secundo, & sicuti
una hirundo nou facit uer, ita nec unus casus fa-
cit legem, Baldus in lege tertia de legib. Præterea
34 † stylus notarii tanquam uarius cum diuersis mo
dis recognitiones extenderit, non est attenden-
dus, sed ad ius commune recurrendum, l. uemo,
§. tempora, de regulis iuris. Bartolus in lege secun
da, in fin. princ. solu. matr. Tertio extensionem de-
bere fieri secūdum stylum notarii, est ex coniectu-
ra, Alexand. dicto consilio 28. numero decimo, &
cum reliquæ ferè omnes inuestituræ factæ à duce
Ludouico, & rogatæ per eundem notarium etiam
eodemmet die, & coram, iisdem testibus reperian
tur extensæ secundum formam antiquam absque
35 aliqua immutatione præsumptio † insurgens ex
stylo, seu extensione unius inuestituræ tollitur à
præsumptione Oriente ex multis inuestituris tan-
quam fortiore. l. diuus, ubi Bartol. numero 3. de
restitut. in integr. Iason. in lege Titia, §. idem re-
spondit cum sequentius, numero octauo de uerbor.
obligat. præcipuè concurrentibus, quòd natura
feudi, & generalis consuetudo recognitionum re-
pugnant, quod obstant præcedentes inuestituræ,
& quod princeps nulli uoluisse præiudicare præ-
sumatur. Accedat quòd diuersa uidetur ratio in
recognitione Oliuerii, & Ioannis Antonii, si qui-
dem extensa fuit illis uiuentibus, & fortassis in-
stantibus, uel saltem approbantibus, & huiusmo-
di extensioni, licèt minus iuridicè, consiliarii, seu
notarius assentiri potuerunt, quia nullum præiu-
dicium in feudo paterno inferri uidebant Vgoni,
ac Baptistæ, & eorum descendentibus non moni-
tis, nec uocatis, sed recognitio Vgonis, & Baptistæ
non fuit extensa illis uiuentibus.

CASVS III.

¶Io præmisso casu præsupponendum est Ba-
ptistam filium Petrini decessisse de anno relicto
Vgone fratre, & Camillo filio. Vgo de anno
1504. fuit bannitus, & publicata eius bona,
superstitibus Camillo nepote ex fratre, & Oliue-
rio, ac Ioan. Antonio patruelibus: qui tamen
Oliuerius, & Ioannes Antonius defuncti sunt
ante mortem naturalem Vgonis. Adest con-
stitutio, quòd publicatis bonis alicuius fieri de-
beant proclamationes, quòd omnes, & qui-
cunque prætendentes ius aliquod in bonis pu-
blicatis, debeant intra certum terminum com-
parere, & de iuribus suis docere, aliàs fiut ab
omni iure exclusi, quibus proclamationibus
factis ob bona Vgonis comparuit, & contra-
dixit infra tempus statutum Camillus solus.
Quæsitum fuit stante clausula ea tamen le-
ge &c. de qua supra, quis præferri debuerit in feu-

do Vgonis, Camillus ne, an uero Io. Ant. aut Oliuerius ut prætendit Alphonſus Ioan. Ant. Nepos apud quem pars bonornm quæ fuerant Vgonis reperitur & contra quem Sfortia filius Camilli mouit litem uigore inueſtiturarum feudalium.

SVMMARIVM.

1 *Princeps abſque conuicta culpa non poteſt annullare inueſtituram factam uaſallo, nec poteſt auferre feudum conuentionale, & ſimilia non poteſt facere in feudo.*
2 *Nouum feudum de antiquo non poteſt fieri in præiudicium alterius.*
3 *Princeps poſſe auferre ius priuati quomodo intelligitur.*
4 *Princeps quando non poteſt uti plenitudine poteſtatis.*
5 *Noua inueſtitura non habet immutare naturam antiquæ, & paternæ.*
6 *Feudum antiquum ut fiat nouum quid requiratur.*
7 *Inueſtitura omnis aut fit de nouo, aut de ueteri feudo.*
8 *Relatiuum adiectum incerto corpori quid operetur.*
9 *Inueſtitura pro feudis antiquos, quomodo interpretatur.*
10 *Conceſſiones principum quando latè, & quando ſtrictè interpretantur.*
11 *Conceſſio feudi eſt contractus nominatus, & eius natura.*
12 *Feudum quando quis recipit per ſe, & deſcendentibus maſculis quæ ſit receptio, & ſtipulatio.*
13 *Princeps etiam ex plenitudine poteſtatis non poteſt tollere ius quæſitum ex contractu.*
14 *Vbi deſcendentes ſunt nominati in conceſſione ius efficacius illis acquiritur.*
15 *Arguere à ſpe ſucceſſionis ad ſpem quæſitam ex contractu non licet.*
16 *Clauſula ex certa ſcientia non operatur in præiudicium tertij.*
17 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, quando operetur.*
18 *Clauſulæ, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ad quæ debeant referri.*
19 *Clauſulæ exorbitantes à iure communi non cenſentur repetitæ in ſequenti capitulo.*
20 *Repetitio præcedentium ad omnia ſequentia, quando non debet fieri.*
21 *Gratuita ſolutio partis non grauat in ſolutione alterius partis.*
22 *Approbatio unius capituli contenti in teſtamento nō infertur approbationem omnium contentorum in teſtamento inualido.*
23 *Feudum quando remotiores poſſunt reuocare feudum.*
24 *Obligatio ex ſimplici conſenſu non oritur.*
25 *Feudum quando efficiatur nouum ſi erat prius antiquum.*
26 *Præfationes denotant animum, & cauſam finalem.*
27 *Verba hæc inhærendo ueſtituris antiquis quid importent.*
28 *Tranſuerſales quouſque aliquis ex deſcendentibus ſupereſt ad feudum non admitti.*
29 *Princeps non præſumitur uelle derogare iuri alterius.*
30 *Intentio principis talis præſumitur qualis eſt legis ſcriptæ.*
31 *Clauſula hæc tanquam de feudo antiquo quid operetur.*
32 *Dictio uterque quam uim habeat.*
33 *Relatum eſt in referente, & relatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus.*
34 *In ſubſtitutionibus quid attendatur.*
35 *Verba ſubſtitutionis quibus dicitur, quòd portio decedentis deueniat ad ſuperuiuentes, quomodo intelligantur.*
36 *Ad ueritatem copulæ poſitæ in extremo conditionali requiritur concurſus omnium copulatorum, ſecus in extremo diſpoſitiuo.*
37 *Et, copula, quandoque per diſiuncta accipitur.*
38 *Diſiuncta poſita inter perſonas honoratas pro coniuncta accipitur.*
39 *Copula, quando accipiatur pro ſoluta.*
40 *Verba inſtrumenti ita ſunt interpretanda ne contineant repugnantiam.*
41 *Clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quàm econtra.*
42 *Nemo præſumitur uelle ſe in continenti corrigere.*
43 *Actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem.*
44 *Renouatio priuilegij non tollit uetera uera.*
45 *Verba debent potius impropriari quam tertio præiudicium afferre.*
46 *Feudum antiquum ut reducatur ad naturam noui quæ requirantur.*
47 *Feudum ſi reuertatur ad dominum, & detur alteri non dicitur nouum quo ad dominum.*
48 *Fratris appellatione ſublata ſignificatione uenit filius fratris.*
49 *Filiorum nomen comprehendit etiam nepotes in conceſſione feudi.*
50 *Succeſſio in feudo, quando extendatur uſque ad ſeptimum gradum.*
51 *Ius accreſcendi, quando tranſeat ad hæredes ſuccedentes.*
52 *Ius alicui non poteſt acquiri ex ſtipulatione facta ab alio ante ratihabitionem.*
53 *Inueſtitura intelligitur facta abſque præiudicio tertij.*
54 *Conditio iſta ſi deceſſerit ſine filiis maſculis ſolum in morte naturali non autem ciuili poteſt uerificari.*
55 *Fiſcus tanquam ſucceſſor tenetur ad omnia ad quæ tenebatur delinquens.*
56 *Fœmina ſemel à maſculo excluſa durat excluſa, licet maſculus decedat.*
57 *Pactum appoſitum à principe ut ſuperſtes ſuccedat decedenti ſine filiis maſculis ad quem caſum non porrigatur.*
58 *Paria ſunt non ſupereſſe, & non ſuccedere.*

VT

VT propositæ quæstionis ueritas ap
parere possit, quatuor uidentur di-
scutienda. Primum, an Dux Ludo-
uicus potuerit immutare antiquā
formam successionis feudi in præ-
iudicium descendentium Baptistæ. Secundum,
an uoluerit immutare. Tertium an immutaue-
rit. Quartum & ultimum, an præsupposita pote-
state ac immutatione rei conuenti ex ea se tueri
possint.

¶ Circa primum uidetur Ducem Ludouicum
non potuisse in præiudicium alterius immutare
antiquam successionis feudi formam: etenim
1 †princeps absq; conuicta culpa non potest annul
lare inuestituram factam uasallo c.1.in princ. ubi
Bal.in prin.& Aluar.n.3.de na.feu. Bal.in §.fi.nu.
2.de his qui feu. da. possess. & sine causa non po-
test auferre feudum conuentionale Bal. in l.qui se
patris num.13.C.unde lib.Abb.cap. quæ in eccle-
siarum num.13.de constit.& sicuti non potest tol
lere directum dominium absque causa Doct. in l.
fin.C.si con.ius uel util.&c.Ita nec utile Bart. in l.
3.per illum text.C. de fund.patr.lib.11.Fel.d.cap.
quæ in ecclesiarum nu.82. Nec potest facere gra-
tiam in præiudicium agnatorum fœminis in suc-
cessioni feudi cap.1.ubi not.Bal.num.1.& Aluar.
num.3.de alien.feud.pater.& generaliter non po-
test absque causa tollere ius alteri quęsitum, Doct.
in d.c.quæ in ecclesiarum præcipuè Fel. num. 33.
uers.secundum uero membrum,& in feudis inhę
rendum est primæ radici, Bal.in d.c.1. num. 2. de
eo, qui sibi & hæred.in §.fin.num.2.de feu.guard.
Dec.late cons.468.num. 26. & forma inuestituræ
antiqua in præiudicium tertii mutari non potest,
Bald.in l.1.num.31. C. quando non pet. par. &c.
2 & de feudo † antiquo non potest fieri nouum in
præiudicium alicuius,& si factum sit tamen cen-
setur antiquum, Iacob.de ardiz.in summa de feu.
quem refert & seq.Dec.cons.445.num. 7. & post
confectum instrumentum primæ inuestituræ, nō
potest dominus apponere pactum insolitum, Ia-
cobi.de S.Georg.in sua inuest.feu.in versic.quiqui
3 dem inuestit.num.70.& licet Princeps †possit au
ferre ius priuati, Id tamen intelligitur ex iusta
causa publicæ utilitatis, in quibus terminis loqui
tur tex. in l.item si uerberatum de rei uend. & in
l. Lutius de euictio. Non autem ut possit auferre
causa priuatorum, ut late ostendit Ias. in l. Barba-
rius nu.21.de off.præt. Neque obstat, si diceretur
prædicta procedere de ordinaria potestate, uerùm
de plenitudine,& absoluta potestate Ducem Lu-
douicum potuisse omni facere, & in eo iustam cau
sam præsumi, Cum autem in inuestituris adsint
clausulæ ex certa scientia & de plenitute potestatis
constat Ducem uoluisse facere de absoluta pote-
state, Nam respondetur primò Ducem Ludouicū
4 cum recognosceret Imperatorem, & ab eo de do-
minio Mediolani fuisset inuestitus non potuisse
nec debuisse vti plenitudine potestatis absque cau
sæ cognitione, ut post alios quos refert tradit
Dec.cons.373.nu. 15. Et in duce Ludouico tan-
quam recognoscente superiorem debuisse de iu-
sta causa liquere, nec eam præsumi, Bal.Cast.& Ias.
in l.si testamentum.C.de testam.& alii quos recen
set Dec.cons.288.nu.8.Et quamuis Doct.quando
que dixerint Ducem Mediolani omnia posse quæ
Imperator in imperio, Cur.Sen.cons.65.num. 5.
Tamen fundant se ex eo solo quia non recogno-
scebat Imperatorem quæ ratio cum cessaret in Du
ce Ludouico in eo etiam cessare debuit Doct. sen-
tentia. Quòd autem Dux Ludouicus recognosce-
ret Imperatorem probatur ex prohemio inuestitu
ræ factæ Vgoni cuius uerba enuntiatiua probant
inter partes.l.optimam. C. de contrah. stip. præci-
pue cum agatur de ualiditate contentorum in in-
uestitura in qua enunciata fuerunt. Abb.cap.illud
nu.6.de præsump.Dec.in auten.si quis in aliquo
nu.37.C.de eden.& sicuti probant pro Baptista &
Vgone contra Ducem Ludouicum, ita pro illis,
qui à Baptista uel Vgone & contra eos qui à Duce
Ludouico causam habere prætendunt.Soc.consil.
50.nu.8.& cons.68.num.6.l.4. Quòd si diceretur
in inuestitura facta ab Imperatore in Ludouicum
inter alia insertum fuisse, quòd habentes feuda in
ducatu &c.se de nouo inuestiant ac nouam teneā
tur facere recognitionem, & nouam accipere in-
uestituram & uigore illorum uerborum potuisse
Ducem Ludouicum reducere feuda antiqua ad na
turam feudi noui, & multò magis naturam feudi
antiqui in partem immutare. Respondetur, quam
uis Imperator expresserit, ut feudatarii acciperent
nouam inuestituram, non tamen expressit ut im-
mutarentur antiquæ,& casus immutationis tanq̄
omissus fuit relictus dispositioni iuris, secundum
5 quòd noua inuestitura † non habet immutare na
turam antiquæ.c.1.de uasall.decrep.æta.Afflict.in
tit.de conten.inter dom.& uasal.de inuest.feu.nu.
34.& noua inuestitura non facit desinere feudum
esse paternum Bal.in l.fi.nu.5.in fi.C.de suc.& le-
git.& feudum non dicitur nouum, quod de nouo
conceditur dum tamen quandoque fuerit conces
sum gl.c.quecunque 25.q.2.in uers.nouum,& feu
dum paternum licet de nouo inuestiatur nihilo-
minus remanet paternum Bal.in proh.feu.in 5.di
6 uis.Ad hæc quemadmodum ad hoc † ut feudum
antiquum fiat nouum, non sufficit fieri nouam in
uestituram dicto c.1.de uasal. decrep. æta. iunctis
his, quæ post alios tradit Afflict.ibi nu.20.sed re
quiritur quod noua inuestitura fiat tanquam de
nouo feudo.c.1.in fin.an agn.uel fil.&c.c.1.de eo
qui fin.fec.agn.de feu.pater.Ita ad hoc ut Dux Lu-
douicus potuerit uigore concessionis imperialis
reducere feuda uasallorum ad naturam noui feu-
di non potuit sufficere Imperatorem concessisse il
li, ut faceret nouas inuestituras, sed necesse fuit ad
dere tanquam de nouis feudis,& uerba illa de no
uo sese inuestiant, & nouam teneantur accipere
inuestituram, necessario interpretanda sunt pro
noua confirmatione antiquarum inuestiturarum
7 quod sic ostenditur.Omnis inuestitura † fit aut de
nouo aut de ueteri feudo.cap.1.in prin. per quos
fiat inuest.& noua inuestitura dicitur cum feudū
primò quęritur.cap.1.uers.nouam autem &c.qui
test. sint necess. &c. ubi uerò fit inuestitura feudi
ueteris & ante quæsiti, ut quæ fit per successorem
dñi uel successori uasalli, licet iura illam appellant

inueſtituram, ut in titulo quæ ſit prim. cau. benef. amitt. in prin. & in tit. quo temp. mil. in prin. & in cap. 1. uerſ. de ueteri autem, qui teſt. ſint neceſ. &c. & in §. præterea ſi quis infeudatus de prohib. feu. alien. per Fed. Tamen non proprie dicitur inueſtitura, ſed ueteram confirmatio. And. de Iſer. & Aluar. in d. c. 1. per quos fiat inueſtitura in prin. Iſer. in d. c. 1. qui teſt. ſint neceſſ. num. 4. & in tit. quæ ſit prim. cau. benef. amitt. in princ. Aluar. in d. c. 1. quid ſit Inueſt. num. 2. & lanus Afflic. in §. ſancimus, num. 39. quo temp. mil. & inueſtituram feudi ueteris exponit. i. confirmationem. Iſern. in tit. de cap. corr. n. 3. Afflic. deciſ. 404. num. 3. uerba autem inueſtituræ factæ in Ludouicum loquuntur de feudis conſtitutis, & ante quæſitis, ibi habentes feuda &c. teneantur &c. pro feudis, ac conceſſionibus quas tenent, & recognouerunt, ſeu recognoſcere debuerunt à ſac. Rom. Imperio &c. nã
8 illud † relatiuum quas, cum ſit adiectum in certo corpori inducit taxationem præcedentium ad feuda habita, & recognita, ſeu recognoſci debita à ſac. Imp. Lea tamẽ adiectio, l. nuper, de leg. 3. & reſtringit diſpoſitionem ad illa tantum. Bar. l. cunctos populos in princ. C. de ſum. Trin. Qua de re quemadmodum in iuribus præallegatis loquentibus de inueſtitura, quæ fit à ſucceſſore domini, uel ſucceſſo
9 ri uaſalli † pro feudis ueteribus, & ante quæſitis, uerbum inueſtitura accipitur impropriè, & à Doctor. interpretatur pro cõfirmatione ueterum, Ita & in conceſſione Imperatoris loquente de nouis inueſtituris accipiendis à Ludouico tanquam legitimo ſucceſſore in ducatu Mediolani pro feudis ueteribus, & ante quæſitis, in quibus non eſt propriè noua inueſtitura, quæ dicitur ſolum, quando feudum primo quæritur uerbum nouas inueſtituras impropriè accipi, & pro nouis confirmationibus ueterum interpretari debet, & quamuis con-
10 ceſſiones principum latiſſimè debeant interpretari in præiudicium concedentis, tamẽ quatenus reſpiciunt præiudicium, & iniuriam tertii ſtrictiſſimè ſunt interpretandæ. Iaſ. latè in l. fin. num. 19. de conſt. princ. Secundò, ad obiectum abſolutæ
11 poteſtatis. Reſpondetur conceſſio feudi † eſt contractus nominatus, Bart. in l. iuriſgentium. §. quin imò, num. 19. de pact. uel innominatus ſecundùm Bald. in l. 1. in 1. quæſt. c. quan. lic. ab emp. diſ. ultro citroq. obligatorius. Abb. d. c. quæ in eccl. nu. 15. & producens ab utraque parte actionem latè per Iaſ. in prælud. feud. nu. 36. præcipuè ubi datur pro certo, & determinato ſeruitio, utputa ut det domino unum equum, uel accipitrem, aut pecuniam, ut in caſu de quo agitur, quod feudum non poteſt uaſallus inuito domino renunciare, glo. fin. in tit. de cap. qui cur. uend. & Bal. ibi, ac And. de Iſer. nu. 24. In præſenti q. cauſa non agitur de ſucceſſione aliqua ab inteſtato, uel ex ultima uoluntate, ſed ex diſpoſitione inter uiuos, & ex lege appoſita in
12 conceſſione feudi, nam quando † quis recipit feudum pro ſe, & deſcendentibus maſculis in quolibet gradu deſcendentium cenſetur una receptio, & una ſtipulatio de per ſe, & excluſo primo uenit ſequens iure ſuo, Caſtrenſ. conſ. 164. num. 5. uerſ. applicando igitur iſta &c. & num. 6. lib. 2. in nouis. Dec. conſ. 468. num. 28. & tot uidentur feuda quot ſucceſſores. Bald. in §. hoc quoque num. 14. de ſucceſſ. feud. & alia ſtipulatio in perſona patris, alia in perſona filii, Ang. & Caſtr. num. 4. in l. apud Iul. §. ſi quis alicui de leg. 1. Ideoque prætendunt actores feudum ad ſe pertinere ex pacto, & prouidentia concedentis primò acquirenti. And. de Iſer. in tit. an agn. uel fil. num. 1. & 2. Aluar. nu. 9. uerſ. & hanc limitationem, & ui contractus facti à primo acquirente, Caſtr. in d. l. apud Iul. §. ſi quis alicui, nu. 4. de leg. 1. Bal. in auc. ſi quas ruinas nu. 5. uerſ. in contrarium, & uerſ. de feu. C. de ſacr. eccl. in l. qui ſe patris, nu. 10. uerſ. & eſt ratio. C. un. lib.
13 Princeps † autem etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere ius quæſitum ex contractu, cap. 1. de probat. Caſtrenſ. in l. digna uox, num. 5. & 6. C. de legib. ad quod multa accumulat Felyn. in d. c. 1. & nonnulla adducit Rip. lib. reſp. 2. cap. 19. & 20. Et cum in inueſtitura facta à Duce Franceſco adſit pactum ſpeciale, & expreſſum, quòd inueſtiti, & eorum deſcendentes nullo unquam tempore poſſint etiam per renunciationem feudi, uel aliter ſe à prædicta inueſtitura, & contentis in ea eximere, uel aliqualiter liberare, ne contractus claudicet eodem modo non debuit potuiſſe Dux Ludouicus aliqualiter alterare conceſſionem & inueſtituram Ducis Franciſci. Et ſi forte in contrarium adducerentur ea quæ nouiſſimi quidam conſulenter inter conſ. Bru. ſcripſerunt dum conarentur oſtendere Principem ſupremum ex abſoluta poteſtate potuiſſe habilitare fœminas ad feuda in præiudicium agnatorum. Aduertatur quia doct. illi cum uidere ſe non poſſe deffendere principem ẽt ſupremum ex abſoluta poteſtate poſſe auferre ſine cauſa ius quæſitum ſpe ex contractu feudi ſundarunt ſe ea duobus præcipuè, Primò, quòd feudum agnati defferatur agnato non ex contractu et ſtipulatione primi acquirentis, ſed mediante ſucceſſione feudali, quod falſum eſt in feudo accepto pro ſe & liberis, quod doct. paſſim appellant feudum ex pacto & prouidentia, & iura per eos allegata loquũtur in feudo ſimpliciter accepto ad qđ filii uenire uidentur ex quadam ſucceſſione, & nõ admittũtur niſi ſint hæredes patris cap. 1. an agn. uel fil. &c. non autem in feudo dato pro accipiente, & deſcendentibus quod ad deſcendentes pertinuit ratione contractus primi acquirentis, & ꝙ habere poſſunt, etiam quòd non ſint hæredes patris. Bal. in d. c. 1. an agn. nu. 8. ita diſtinguit Caſtr. in d. l. apud Iul. §. ſi quis alicui, nu. 4. de legat. 1. &
14 ubi † deſcendentes ſunt nominati in conceſſione ius efficacius illis acquiritur. Bald. d. §. hoc quoq; nu. 14. & optimè oſtendit Caſtrenſ. conſ. 217. n. 1. uerſ. ſed ad primum reſpondetur, lib. 2. in nouis. Secundò fundant ſe quia uerba inueſtituræ pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus uidentur ſe referre ad tempus quo tractatur de hæreditate, & ſucceſſione, quæ ratio ad rem præſentem non conuenit, in qua inueſtituræ uerba cantant pro ſe, & deſcendentibus maſculis &c. Nec aliqua ex adductis per eos ad reſpondendum contrario, ſcilicet Principem non poſſe abſque cauſa auferre ius quæſitum ex contractu feudi, poſſunt procedere in feudo accepto

pto pro se, & descendentibus &c. nec arguere licet
15 † à spe successionis ad spem quæsitam ex contra-ctu, nam prima non dicitur in bonis, nec ad hæredes transmittitur. §. fin autem aliquid. C. de cadu. toll. etiam si sit spes acquirẽdi successionem pute delatam post mortem testatoris per additionem. §. in nouissimo. C. de cad. toll. uel agnitionem bonorum possessionis. l. 3. §. acquirere de bon. possess. in quibus terminis loquitur Bal. in auct. si qua mul. nu. 15. C. de sacrosf. eccl. & in l. 2. C. de iur. & fact. igno. circa fin. Secunda uero sic. §. ex conditionali Inst. de uerb. oblig. & prima non potest deduci in contractu. l. fin. C. de pact. ubi Bart. in q. ult. Secunda uero sic. l. spem. C. de donat. & in æstimando interesse non habetur consideratio primæ. l. post emancipationem. §. illud de lib. leg. secundæ uero sic Bar. d. §. illud. Tertio respondetur clausulam
16 † ex certa scientia non operari in præiudicium tertij. Bal. in prælud. feud. nu. 37. Hostien. Abb. Anch. & Cardin. quos refert Dec. consil. 410. num. 23. &
17 † clausulam de plenitudine potestatis operari solum quando fuit processum cum causæ cognitione ut post alios quos recensent scripsere Soc. consil. 164. num. 7. uolum. 2. Dec. cons. 410. num. 21. & cum Dux Ludouicus non posset uti plenitudine potestatis absque causæ cognitione, assertio ducis non probat causæ cognitionem: sicuti & assertio meritorum facta ab eo qui non poterat donare absque meritis non probat merita. Bart. l. si for-
18 te de castren. pecul. Quarto † respondetur clausulas ex certa scientia, & de plenitudine potestatis referri solum ad immediatè sequentia non ad omnia sequentia, præcipuè ad clausulam, ea tamen lege &c. primò quia inuestitura habet diuersa capita: quorum primum continet separationem bonorum à ciuitate laude: secundum inuestituram ibi, In Dei omnipotentis &c. Tertium cessionem actionum ibi cedens, &c. Quartum promissionem Vgonis, Quintum iuramentum, Vltimum generalem obligationem. Ideoque clausula de plenitudine potestatis posita in principio refertur solum ad proximum caput separationis non autem ad capita distantia. Bart. in l. 4. §. eritque differentia, num. 1. uers. latins in ista materia distingue ui
19 bon. rap. & c. Secũdo, qa clausulæ † exorbitantes à iure communi non censentur repetitæ in seq. cap. Bart. ubi supra. In exorbitantibus enim non fit repetitio Ioan. Imol. in clem. 1. num. 46. de supp. neg. præl. Tertiò, quia clausula generalis præcedens nõ trahitur ad sequentia, quæ sunt contra ius, quando potest referri ad alia capitula, quæ non sunt cõtra ius. Bat. in l. talis scriptura. §. hanc autem, nu. 1. Ias. nu. 28. & 29. de leg. 1. Quartò, quia in materia in qua lata fieri debet interpretatio, ut in concessionibus principum, si ex repetitione resultat
20 stricta interpretatio † non debet fieri repetitio p̃cedentium ad omnia sequentia. Ias. l. 1. C. de lib. praet. nu. 9. Et si diceretur Vgonem, Baptistam & Camillum consentisse huiusmodi immutat. Iccirco licet Dux Ludouicus nihil potuerit immutare, tamen filios Baptistæ tanquam hæredes non posse contrauenire facto patris, Respondetur primo cum non appareat prædictos habuisse notitiam immutatæ successionis non posse dici approbasse ut in terminis taciti consensus super inuestitura feudali in alium facta, Inquit glo. in §. præterea & Bal. uũ. 1. uer. porro in tit. quib. mo. feu. amit. Et ex eo quòd solutæ fuerint pecuniæ loco accipitris & canum, & prætores separatim constituti ad aliquã scientiam ratihabitionem seu consensum inferri non potest, cum idem obseruatum fuerit ante Ducem Ludouicum, ut in similibus terminis trad.
21 Soc. cons. 220. c. fin præter id quòd sicuti † gratuita solutio partis non grauat in solutione alterius partis. l. fin. C. ne ux. pro mar. & ex usu inter fratres contrahitur societas in eo solum quo appareret usus inter eos. Bat. in l. 1. §. si quis hoc interdicto in fin. de itin. actuque ptin. & ex præstatione alimentorum iuxta diuisionem à iudice factã non infertur approbatio totius sententiæ diuisoriæ. l. quædam mulier fam. hercis. & ex approbatione
22 † unius capituli contenti in testamento non infertur approbatio omnium contentorum in testamento inualido, Alex. qui multa allegat con. 123. nu. 8. l. 1. Ita & obseruatio partis inuestituræ factæ in Oliuerium & Io. Antonium non debet grauare camillum & eius descendentes ad obseruationem aliarum partium, quas nunquam apparet fuisse obseruatas, neque ex approbatione unius capituli inuestituræ debet inferri ad approbationem omnium contentorum in inuestitura, neque solutio pecuniæ uel prætorum deputatio conformis inuestituræ debet inducere approbationem totius inuestituræ, Secundo respondetur Vgonem non potuisse etiam cum domini consensu quicquam disponere aut consentire in præiudicium agnatorum, c. 1. ubi Bald. in 1. no. de alien. feu. patet. nec etiam in fauorem agnati ulterioris gradus in præiudicium proximioris Bal. ubi s. uers. intellige tamen. And. de Isern. nu. 2. & 4. Aluat. nu. 5. Præpos. nu. 2. Ex mortuo Vgone agnatos etiam post natos posse reuocare, quandoque feudum illi aperiatur Isern. in tit. de success. feud. nu. 9. Alua. in eo. tit. §. hoc quoque nu. 6. & con. postea natos non posse opponi de præscriptione possidentium. Aluar. d. nu. 6. uers. sed utrum contra eos, Et si in alienatione feudi paterni proximiores agnati consentiant,
23 & postea feudum aperiretur † remotioribus admitterentur ad reuocandum, dato quòd tempore alienationis non fuissent proximiores. Aluar. in d. c. 1. de alien. feu. patet. nu. 2. præpos. nu. 2. Quo uero ad Baptistam, Respondetur primo illum tempore factæ inuestituræ à Duce Ludouico fuisse absentem, neque ex instrumento in quo continetur. Vgonem procuratorem probatur Vgonem habuisse mandatum auth. si quis in aliquo. C. de eden. Neque ex aliqua temporis diuturnitate præsumitur quòd Baptista fecerit aliquod mandatum immutandi aut consentiendi Duci immutandi antiquam successionis formam ut asseruere plures relati per Ias. in l. sciendum nu. 19. de uerb. oblig. Secundo respondetur licet Baptista expresse uel tacite consensisset Vgoni & Duci immutantibus suc-
24 cessionẽ feudi, Tamen cum ex † simplici consensu non oriatur obligatio. glo. l. Lucius sol. matr. Ias. in l. quotiens. C. de fideicommis. & cum non appa

reat

reat Baptiſtam promiſiſſe de non contrauenien-
od illi immutationi, filii Baptiſtæ quamuis hære-
des patris poſſent contrauenire Bal. in §. hoc quo-
que nu. 20. uerſ. a. caſu Aluar. nu. 4. uerſic. quæro
cum gloſ. Tertio quid ſi iſti frater &c. de ſucceſſ.
feud. quinimo quamuis Baptiſta expreſſe appro-
baſſet huiuſmodi immutationem & promiſiſſet
illi non contrauenire deſcendentes Baptiſtæ etiam
illius hæredes poſſint contrauenire, cum ad eos
feudum non iure hæreditario ſed ex pacto & pro-
uidentia primi acquirentis pertineat, nec ob de-
ſcendentium contrauentionem agi poſſet ex pro-
miſſione Baptiſtæ, dummodo non promiſerit
etiam filios non contrauenturos Bal. in l. qui ſe pa
tris nu. 12. c. nu. lib. cui aſcentitur Alex. conſ. 18.
nu. 12. li. 5. Quod ſi diceretur ſecundum primam
radicem feudi potuiſſe Vgonem & Baptiſtam libe
re diſponere de feudo, ut apparet ex inueſtitura
Ducis Io. Mariæ facta anno 1404. Reſpondetur in
ueſtituram illam finitam fuiſſe, & bona omnia ad
fiſcum reuerſa, ut conſtat ex reſtitutione bonorũ
non feudalium exiſtentium penes fiſcum facta à
Duce Philippo anno 1417. ſed deinde Petrinum
& Sanguinolum fratres anno 1451. à Duce Franci
ſco fuiſſe de feudalibus bonis inueſtitos, ubi autẽ
25 Vaſallus committit delictum † propter quod feu
dum ipſo iure redit ad dominum, uel ubi requiri
tur ſententia poſt priuationis feudi ſententiam;
Princeps remittit delictum & feudum concedit
nouum efficitur feudum, & noui naturam aſſu-
mit Bal. in §. inſuper de prohi. feu. alien. per Feder.
Iſer. nu. 3. Aluar. nu. 2. uer. quarto quid ſi Vaſallus,
Prep. nu. 3. Afflic. nu. 12. in cap. 1. de uaſal. decrep.
hoc etiam ſuadetur, quia inueſtitura Ducis Franci
ſci facta non fuit tanquam de antiquo feudo, Itẽ
adeſt ſpecialis clauſula quòd fratres inueſtiti ab in
teſtato inuicem ſuccedant, & in ea dicitur fratres
inueſtitos apprehendiſſe de ipſius Ducis conſenſu
poſeſſionem bonorum feudalium, Item inueſtitu
ra Ducis Galeacii fit tanquam de feudo quod pro
ceſſerit à Duce Franciſco.

¶ Circa ſecundum, an Dux Ludouicus uoluerit
immutare antiquam ſucceſſionis formam, uide-
26 tur non uoluiſſe, primò quia † præfationes deno-
tant animum & cauſam finalem. l. fin. ubi Bart. &
Bal. de hæred. inſtit. l. cum hi in prin. cum not. per
Bar. de tranſ. ex præfatione autem apparet Ducem
uoluiſſe reddere ſe liberalem & gratioſum uerſus
Vgonem & Baptiſtam, non autem eorum iura di-
minuere, & ex literis ad Vgonem ſcriptis & in in-
ueſtitura regiſtratis ſolum apparet Principem tan
quam ſucceſſorem legitimum patris uoluiſſe re-
cognoſci, & inueſtituram nouam de feudo Vgoni
& Baptiſtæ ante quæſito facere, quæ propriè inue-
ſtitura noua dici non poteſt, ſed à Doct. pro confir
matione ueterum interpretatur, & quæ regulari-
ter non immutat naturam antiquæ nec facit feu-
dum deſinere eſſe paternum ut ſ. diximus, non au
tem uoluiſſe in præiudicium alicuius mutare an-
tiquam ſucceſſionis formam. Secundo propter
27 illa uerba † inhærendo antiquis inueſtituris, ex
his enim uerbis oſtenditur Principem nõ uoluiſ-
ſe tollere uigorem prouenientem ex inueſtituris
antiquis Aluar. in c. 1. nu. 2. de uaſall. decrep. æta.
Card. Flor. conſ. 92. nu. 1. Tertiò propter illam clau
ſulam ſecundum modum & formam contento-
rum in dictis prioribus inueſtituris & prout in
eis continetur, ad quas reſpectu omnium conten
torum in eis relatio habeatur, quæ uerba oſten-
dunt mentem Ducis fuiſſe concedere, quemad-
modum anteceſſores conceſſerunt, & ſic ut frater
28 ſuccederet fratri, & † quouſque aliquis ex deſcen
dentibus Petrini ſupereſſet. Tranſuerſales ad feu-
dum à Petrino acquiſitum, uel quod Petrino ob
uenerat non admitterentur. c. abbate de uerb. ſi-
gnif. ibi ſecundum præteriti temporis morem c.
examinata de confir. ut: qua de re Alex. conſil. 29.
num. 24. l. 5. in ſimili caſu dixit licet ex aliquibus
clauſulis adiectis in inueſtitura dici poſſet feudũ
aliquid noui ſapere, tamen ſi princeps uoluit inue
ſtituram fieri ſecundum modum & formam anti
quarum apparere mentem Principis fuiſſe ut feu-
dum retineret qualitates antiquas. Quartò quia
29 Princeps † non præſumitur uelle derogare iuri al
terius. l. 2. §. ſi quid à Principe ne quid in lo. pub.
nec uelle grauare quenquam in iure ſuo c. paſtora
lis de priuilegiis & ubi princeps aliquid dat uel
confirmat ſemper intelligitur ſaluo iure alterius,
Bal. in tit. de pac. conſtan. in uerſ. amplius conſue-
uerunt nu. 3. late Iaſ. in l. fin. nu. 20. de conſt. prin.
30 & talis præſumitur † intentio principis, qualis eſt
legis ſcriptæ & rationis naturalis ex facto de uulg.
Bal. in c. 1. apud quem uel quod conit. &c. nu. 3.
uerſ. ſi autem non eſt poſſibile & nemo præſumi
tur uoluiſſe facere quod non poterat. l. Lucius. §.
Imperator ad municip. c. à nobis, & ibi not. Abb.
de ſenten. excom. Cumque moriente Vgone frater
ſolus fuiſſet ſucceſſurus cap. 1. §. his uero deficien
tibus de ſucceſſ. fra. & decedente Oliuerio uel Io.
Antonio Vgo & Baptiſta in capita ſucceſſuri fuiſ-
ſent, §. ſi uerò neque fratres in auten. de hæred. ab
inteſt. auten. poſt fratres. C. de ſuc. & legit. Bal. in
l. 2. num. 4. uerſic. ceterũ. c. de ſuc. & legit. Mart.
Lauden. in d. c. 1. de ſucceſ. fra. Iacobi. de S. Georg.
in ſua inueſtitura feudali in uerbo præſentes & re
cipientes, nu. 13. uerſ. unde concludite in iſta ma-
teria clarum eſt quòd ex conditione appoſita in in
ueſtitura, ut moriente uno ex Vgone, Baptiſta, Oli
uerio, & Io. Antonio reliqui tres æqualiter ſucce-
derent, maximum præiudicium fieret Vgoni & Ba
ptiſtæ, qui nullum ex ea commodum ſentirent &
fraterna ſucceſſione ſaltem pro parte priuarentur.
Neque obſtat clauſula, Ea tamen lege ut inferius
demonſtrabitur.

¶ Circa tertium, an Dux Ludouicus immutaue
rit antiquam ſucceſſionis formam, uidetur non
immutaſſe, Primo quia fecit inueſtituram Vgoni
in ſequendo ueſtigia prædeceſſorum ſuorum, Se-
cundo quia inueſtiuit Vgonem & Baptiſtam tan-
31 quam † de feudo antiquo, cuius clauſulæ uigore
licèt feudum alias fuiſſet nouum, tamen aſſumpſit
naturam antiqui, & in eo decedente uaſallo proxi
mior agnatus ſucceſſiſſet. Bal. & alii in c. 1. de alie.
feu. pater. Tertiò quia inueſtiuit Vgonem & Bapti
ſtam & utrumque eorum &c. pro ſe, & eorum de
ſcendentibus quo uerbo & utrumque ſtante qui-
libet

libet censetur inuestit.insolidum,ná dictio uterq;
32 † est distributiua & æquiparatur dictioni quili-
bet, & ambo atttribuũt actum insolidum. Bar.in l.
hoc articulo nu. 10.de hæred.instit.Rip.qui latius
declarat in l.hæredes mei.§.cum ita ad Trebel.nu.
3.Iccirco inter eos habuisset locum ius accrescen-
di seu non decrescendi, & altero quandocunque
sine filiis decedẽte ad superstitem totum feudum
spectauisset.c. 1.circa fin. uersic. uel utriusque no-
mine de benef.fra.Bal.in §.fin.nu.4.de success.feu.
Ias.in l.si mihi & Titio nu. 11.de uerb.oblig.in l.re
coniuncti nu.239.nu. 164. de leg. 3. Et cum Vgo
fuerit stipulatus cessionem etiá procuratorio no-
mine fratris sufficit uerbum utrunque in ea fuisse
positum,licet non sit adiectum uerbo inuestimus
ut fatetur Alex.cons.24.nu. 8. uers. cum illa parte
lib. 5. Quarto ob illam clausuam secundum mo-
dum & formam contentam in prioribus inuesti-
33 turis &c.† relatum enim est in referente.l.asse to
to de hæred.instit.& relatio intelligitur facta cum
omnibus qualitatibus Bar.l.sanctio num.7. uersi.
præterea de penultim.& ideo antiquæ inuestituræ
censentur inesse illi cum omnibus suis qualitati-
bus,& ut donec superest aliquis ex descendenti-
bus Petrini tranuersales admitti nequeant ad feu
dum,quod uel Petrinus acquisierat uel in diuisio
ne bonorum paternorum inter eum & fratres fa-
cta Petrino obuenerat cap. 1.de nat.succe.feu.cap.
1.de success.frat.cap. 1.de duob.fra.à cap. inuest.
Et decedente Vgone uel Baptista frater solus succe
dat dicto cap.primo,de success.fra.§. his uero defi
cientibus. Neque obstat clausula, ea tamen le-
ge &c. Etenim illa limitatur ad modum & for-
mam antiquarum inuestitutarum propter illam
dictionem secundum &c.aucten.psbtős.prima.C.
de epis.& cler.l.si testamentum.C.de instit.& sub-
stit. Dec.consil. 195.in prin.ut est de substitutione
facta de superstinbus adiecta clausula eo modo
quo ab intestato successuri essent tradit Dec. con-
sil.79.& ex eam. Clausula necessario non infertur
immutatio antiquæ formæ; nam quicquid ma-
gni denotent ea uerba altero alio uel aliis deceden
tibus succedant alius & alii non uidentur maio-
rem habere significatum quàm si fuisset dictum,
quos omnes inuicem substituo.Cæterùm si Oliue
rius in tertia parte Ioan.Antonius in tertia parte,
Vgo & Baptista in reliqua tertia parte fuissent in-
stituti & testator deinde dixisset, quos omnes in-
uicem substituo, moriente Vgone præferrendus
Baptista fuisset Oliuerio & Bernardino l. cohære-
34 di.§.qui discretas de uulg.ubi Bal.dixit in † substi
tutionibus attendi coniunctionem ut coniunctus
præferratur,non coniuncto, & potentius esse ius
substitutionis & coniunctionis unitum quam so
lum ius substitutionis & dispositio illius text.qui
loquitur in coniunctis solum uerbis; Fortius in
re præsenti locum sibi uendicare debet. Etenim
Vgo & Baptista non solum uerbis coniuncti fuere
sed etiam re,cum uterque insolidum uocatus sit;
35 & uerba † substitutionis quibus dicitur quòd por
tio decedentis deueniat ad superuiuentes, intelli
gitur salua gradus prerogatiua ut scripsit Dec.con
sil.299.nu.15. & sicuti Princeps in principio in-
uestituræ præ dilexit Vgonem & Baptistam quem
libet in omni eo de quo inuestiti fuere utrumque
uocando eodem modo in substitutione prædilexis
se uidetur l. 1.C.de impu. Neque obstat si dicere-
tur contra prædicta obstare tex.in l. fin.ad Trebel.
ubi ad hoc ut uerba ei uel eis &c.verificentur,sub
stitutus censetur is,qui alias exclusus erat indican
dus,& fortius obstare quod ibi dixit Bart.num. 2.
si testator instituat duos filios masculos hæredes
uniuersales & filiam in re certa, & deinde addat
si quis eorum decesserit sine liberis substituo su-
peruiuentes,cum uerbum superuiuentes pluralis
numeri non possit uerificari in unico masculo su-
perstite, intelligi substitutam etiam fœminam.
Ideoque cum in casu nostro moriente Vgone uer
bum illud superstites non potuerit uerificari in so
lo Baptista; cẽsentur substituti etiam Oliuerius &
Ioan. Antonius. Nam respondetur in dicta lege
fin.uerbum eis non potuisse ullo casu etiam in po
tentia verificari,nisi uterque frater fuisset substitu
tus,& in casu.Bar.ideo censeri substitutam filiam
quia aliter non potest considerari casus quo plu-
res substituti dicantur, At in casu præsenti licet
Vgo & Baptista inuicem prios substituti dicantur
in aliis casibus uerificari possunt uerba superstites
succedant, nempe decedente Oliuerio uel Ioan.
Antonio uel utroque ex Vgone & Baptista & cum
copula posita inter dictiones alius & alii non re-
quirat concursum utriusque ut dicemus infra sa-
tis est quòd separatim uerificentur,sed & verba al
tero alio uel aliis &c.indistincte & separatim inter
pretata successioni antiquæ conuenire possunt si
referamus uerbum alius succedat ad uerbum alte
ro decedente, & uerbum alii succedant ad uerbũ
alio uel aliis decedentibus & intelligendo altero
ex Vgone & Baptista coniunctis decedente alius
ex eis duobus succedat, & extra hunc casum alio
uel aliis decedentibus succedant alii superstites,
secundum quem sensum remanet inuiolata pro-
prietas uerborum scilicet altero de duobus, alio
de pluribus prædicari, Et si diceretur huic inter
pretationi obstare copulam & positam inter uerba
alius & alii; Respondetur licet ad ueritatem
36 † copulæ positæ in extremo conditionali requira-
tur concursus omnium copulatorum. l. si hæredi
plures de cond.instit.Secus tamen est, ubi copula
ponitur in extremo dispositiuo, nam perinde est
ac si singulariter substituisset, Rip. in l. hæredes
mei.§.cum ita nu. 103. ad Trebel. & sic idem est,
ac si dixisset altero substitutuo alium; Alio uel
37 aliis substituo alios,nam & † copula quandoque
pro disiuncta accipitur.l.coniunctionem.l.sepe de
38 uerb.signif.& disiuncta posita † inter personas ho
noratas pro coniuncta accipitur. l. cum quidam.
C.de uerb.signif.& ubi copula ponitur inter duo
adiectiua,quæ non copulantur respectu unius cer
39 ti substantiui accipitur † pro soluta.Barth.in lege
sepe de uerb.signific.numero secundo, in lege is
qui ducenta.§.utrum numero quinto de reb.dub.
clarius Ias.in lege prima in prin.in quarta limit.de
iust.& iur.uel uerba illa altero alio uel aliis referẽ
da non ad quatuor nominatos, sed ad quoscunq;
alios consortes in feudo diuersos à nominatis ut
in

in ſimili caſu dixit Soc.conſ.300.columna quarta
uerſic.tertio principaliter, & eodem iure uerba
alius & alii ſuperſtites intelligeñ. non ſolum de
quattuor nominatis, ſed in infinitum de omni-
bus ſuccedentibus in feudo,ſecundùm tamen gra
dus prærogatiuam &licet hæ interpretationes poſ
ſent cauillari, & aliter ea uerba interpretari, Ta-
men cum re uera nullus ſenſus dari poſſit,qui nõ
patiatur difficultatem,& ualeat mordeři, & cum
40 † uerba inſtrumenti ita ſint interpretanda,ne con
tineant repugnantiam.§. quibus in prima conſtit.
C.Bar.in l.fin. §. idem quæſit numero quarto, de
cond. indeb. maxime in conceſſionibus Princi-
pum,cap.inter dilectos.§.ceterum de fid.inſtrum.
Abb.in cap.cum tu de teſtib. propter quod Caſtr.
conſilio 311.numero ſecundo,libro primo in no-
uis dixit,ſi in vltima inueſtitura repetita ſit forma
priorum inueſtiturarum explicitè uel implicite ut
faciendo eam ſecundum tenorem primarum,uer
ba ultimæ inueſtituræ ita intelligenda eſſe ut con
ueniant prioribus inueſtituris,&cum una pars in
ueſtituræ declaret aliam.l. qui filiabus in prin. de
leg.primo, & uerba generalia quæ ſequuntur di-
ſpoſitionem reſtringantur ad præcedentia, ut ex
Alber.trad.Dec.conſilio 542.numero 9.& præce-
dentia minuant ſignificationem eorum quæ ſe-
41 quuntur.l.fi.§.cui dulcia de trit.iun.&c.& † clau
ſula præcedens maioris efficaciæ ſit ad determina
tionem ſequentium quàm è contra.Barthol.in l.ſi
quis in princ.de leg.3.& alii relati per Iaſ. in lege
pacta nouiſſima numero 4. C. de pact.in l.prima,
num. 5.C.de lib.pret.& nemo † præſumatur uel-
42 le ſe incontinenti corrigere.l.non ad ea de cond.
& demonſtr. Et inueſtitura facta à Duce Ludoui-
co ad oſtendendam liberalitatem & gratiam uer-
ſus Vgonem & Baptiſtam ut apparet ab exordio
non debeat operari diminutionem iurium eis cõ-
petentium. l. legata inutiliter de adminiſtratione
leg. & facilius ſit ſalua ratione recti ſermonis in-
terpretari clauſulam illam ea tamen lege ſecun-
dùm præcedentia ſcilicet,ut altero ex Vgone & Ba
ptiſta moriente alter ſuccedat quam interpretari
præcedentia omnia ſecundum clauſulam, ea ta-
men lege intellectam, eo modo quo rei conuenti
illam interpretantur; Nullo iure uidetur poſſe in
ficiari.quin clauſula ea tamen lege intelligi debeat
ſecundum præcedentia.ſ.modum & formam con
tentam in antiquis inueſtituris ſecundùm quas
Vgone præmoriente,Baptiſta totum feudum ha-
43 biturus erat. Accedat quòd † actus agentium
non debet operari ultra eorum intentionem, ſed
Ducis nõn alia fuit intentio, ut ex præfatione ap-
paret,quàm uti liberalitate & gratia uerſus Vgo-
nem, & Baptiſtam,& recognoſci in dominum,&
Vgonis recognoſcere Ducem,& uerba debent in-
terpretari ſecundum mentem contrahentium
quorum mens expreſſa fuit inherere antiquis in-
ueſtituris,& feudum habere uires antiqui feudi,
& altero ex Vgone & Baptiſta moriente alterum
44 totum habere,& renouatio † priuilegii uel inueſti
turæ non tollit uetera iura, c. quia intentionis de
priuil.& per conceſſionem noui priuilegii nun-
quam cenſentur ſublata priuilegia prius indulta,

Barthol. in lege fin. per illum text. C. de præpoſ.
45 agen. in reb. libro 12. & uerba † debent potius
impropriari, quàm quòd tertio præiudicium aſ-
feratur Bald.capitulo ſuper eo de off.deleg. Dec.
conſilio 33. numero quinto, & debent intelligi
in caſu,quo de iure fieri poſſunt.lege gallus.§.qui
dam rectè ubi Bald.in 3.not.de lib.& poſthum.&
ius uerborum non tantum debeat operari ut me-
lior ſenſu exiſtat,lege tertia. C. de lib.præter.lege
cum uirum. C. de fideicommiſſ. & uerba debent
menti inſeruire.capitulo ſecundo, requiris de ap-
pell.& à mente regulari, Bal.in cap.mandatum de
reſcrip.

¶ Nec ex aduerſo quicquam prodeſt clauſula
de nouo concedimus; nam feudum non dicitur
nouum, quod de nouo conceditur dum tamen
quandoque fuerit conceſſum glo.cap.quecunque
25.quæſt.2.in uerſi.nouum,& propter clauſulam
de nouo concedimus,feudum antiquum non re-
ducitur ad naturam noui, Afflic. in cap. primo,
numero 20.& 22.de uaſal.decrep.æta. poſt Iſern.
ibi numero 2.Mart.Lauden.colum.2.uerſic. quæ-
ro uaſallus commiſit feloniam,& Præpoſ. nume-
ro tertio, uerſiculo & intellige illa uerba de no-
uo &c. Quinimò ſi conſideremus iura loquen-
46 tia † de reductione feudi antiqui ad naturam no-
ui, præſupponunt tria,quòd feudum antiquum re
nuntietur in manibus domini, qua de re Salic. in
lege peculium prima.§.penultimo de pecul. dixit
quibuſcunque uerbis utatur Princeps feudum
non fieri nouum, niſi prius uaſallus eo priuatus
ſit,ſecundum quòd agnati conſentiant, Tertium
quòd inueſtitura noua fiat tanquam de nouo feu
do capitulo primo,circa fin.an agn.uel filii &c. ca
pitulo primo,circa fin.de eo qui fin. fec. agn. &c.
& quemadmodum ſi res quæ fuit quandoque in
47 feudum † conceſſa,& morte uaſalli ad dominum
reuerſa detur alii in feudum non dicitur noua in-
feudatio quo ad dominum capitulo ex parte de
feu.ex quo prius ſancitum fuerat, ut ea bona da-
rentur in feudum,Abb.ibi numero tertio,ita ſi ua
ſallus accipiat nouam conceſſionem de feudo,
quod ante ipſe & eius anteceſſores acceperant nõ
debet dici feudum nouum quo ad uaſallum,ea ra
tione quia id prius ipſi uel anteceſſoribus datum
fuerat. Et ſi diceretur quamuis prædicta conclu-
derent clauſulam ea tamen lege &c. interpretan-
dam ut Vgone moriente Baptiſta debuerit ſucce-
dere,non tamen poſſunt concludere ut præmor-
tuo Baptiſta & poſt Vgone filii Baptiſtæ admitte-
rentur,quaſi uerba illa alius uel alii ſuccedant ad
filios Baptiſtæ, ullo modo referri nequeant, ut in
terminis uidetur conſ. Alex. 204.lib.2.quem ſeq.
Cur.in tract.de feu.Reſpondetur primò, ſententiã
Alex.non eſſe abſque difficultate, etenim contra
Alex.urget quod dixit Bal.in l.in quibus in princ.
uerſ.prædicta faciunt ad q. de facto C. de ſecund.
nupt.ſi ſit ſtatutum quòd filia dotata exiſteñ. libe-
ris maſculis non ſuccedat &c.ſed ipſi filii maſculi
hæreditatem poſſideant. ſi quis dotauerit filiam
& decedens reliquerit filium & nepotem ex filio
præmortuo nepotem cum filio concurrere in id
quod ſoror ultra dotem iure communi habitura
erat,

erat,& contra Alex. è diametro pugnant,quæ scri
psit idem Alex.consi.36.libro 6. numero 7. usque
ad num.18. ubi ex pluribus asseruit stante statuto
quòd mulier decedens sine filiis teneatur relin-
quere tertiam partem dotis fratribus, admitti ad
illam tertiam filium fratris unà cum fratre, Ale-
xandro quoque contrariatur id, quod scripsit idē
consil.89.num.21. lib.6. fratrem transmittere ad
filium beneficium excludendi fœminas. Et si ue-
48 rum est,quòd fratris † appellatione sublata signi
ficatione ueniat filius fratris, ut dixit idem Alex.
d.consil.36.num.13.necesse,quòd in casu quo cō
suluit Alexan. d.consil.204.nempe in concessione
principis,in qua uerba debent latissimè interpre-
tari in præiudicium concedentis .l. fin. de const.
prin. appellatione fratris comprehendatur filius
fratris, & quamuis in aliis contractibus appella-
tione filiorum non ueniant nepotes : in conces-
49 sione † tamen feudi nomen filiorum comprehen
dit omnes descendentes,Bald.cap.1.num.6. de a-
lien.feud.Præpos.§.& quia uidimus, nu. 5. de his
qui feu.da.poss.Ad quod plura Alexan.cons.17.in
princ. lib.5. Et licèt ubi agitur de successione,&
dispositione hominis, idem non iudicetur de filio
fratris defuncti, quod de ipso fratre, ut deducit
Alex. d.consil.204.Id tamen ex eo fundatur,quòd
solùm iure sit expressum filium subintrare in locū
patris in successionibus ab intestato ascēdentium,
§.cum filius,Instit. de hæred. ab intest. & iure au-
thenticorum in successione ab intestato patrui, §.
si autem defuncto fratres fuerint in aucten.de hæ
red.ab intest. Cæterùm in feudo ad quod frater
mortui uasalli admitti potest vnà cum fratre ad-
mittitur filius fratris .§. his uerò deficientibus de
success. fra. Et ad hoc ut frater succedat fratri in
feudo,iura æquiparant quòd feudum sit paternū,
& quòd in eo sit pactum,ut frater succedat fratri,
§.cum uerò Corradus de his qui feu.da.poss. Item
contra Alex.obstat,nam ubicunque feudum ex pa
cto transit in collaterales ut in casu,cap. 1. de be-
50 nef. fra. successio † extenditur usque ad septimū
gradum,Bald.in tit.de feud.march.num.6.uersic.
aut de acquirente primordiali,& uersi. si nihil est
actum,est expressius Afflict.ibi num. 14. Secun-
dò ad consilium Alex. Respondetur eum loqui in
terminis longe diuersis, nempe in feudo nouo,
sed inuestitura Ducis Ludouici est de feudo anti-
quo,& tanquam de antiquo feudo facta, & ubi
feudum quò ad Vgonem & Baptistam fuisset no-
uum,tamen in casu Alex.frater poterat admitti ad
portionem fratris,solùm ex reciproca illa substitu
tione,in qua nulla facta fuit mentio filiorum. At
in re præsenti circumscripta substitutione recipro
ca,Baptista admittitur ex uerbis ipsis inuestituræ,
quæ utrumque & eius descendentes uocat,Bal.in
§.fin. num. 4. de success.feud.& sicuti insolidum
erat uocatus Baptista,ita & eius filii, pro quibus
eodem modo & tempore quo sibi stipulatus fuit
cap.primo de duo.fra.à c.inuest.& not.Bal.ibi nu.
3.uer.sed opp.& imò uidetur &c.& ius accrescen
di uel non decrescendi,quo moriente Vgone feu-
dum totum ad Baptistam peruenturum erat,
51 † sequitur rem. Ideoque ad successores transiuit

l.si ex pluribus de su. & legit. & ipse Alex. in fine
cons.sui fatetur,quòd si in ea parte, in qua proui-
sum est de iure accrescendi esset facta mentio filio
rum non haberent locum tradita per eum : quæ
etiam non uidentur procedere,ubi inter eos qui-
bus est facta substitutio,est locus iuri accrescendi
ex natura rei, Appostill.in add. ad illud consilium
Alex.nu.2.super uersiculo omnibus. Neque ubi
superest persona,quæ ex præsumpta mente exclu-
dat omnes alios,ut fatetur ipse Alex.cons.167.nu
mero 4.in fin.& ex præsumpta mente principis
qui fecit inuestituram secundum modum & for-
mam antiquarum,filius Baptistæ alios excludit.
Tertiò respondetur, in casu Alexandri facta erat
mentio fratrum : ideoque uerbum,alius,refertur
ad personas eiusdem qualitatis, & sic ad fratres.
Verùm in concessione de qua agitur, non fuit fa-
cta mentio alterius qualitatis, quàm consortum.
Nemini autem dubium filium Baptistæ mortuo
patre fuisse consortem Oliuerii, Ioannis Antonii,
& Vgonis in feudo : & cum substitutio reciproca
fuerit conditionalis,scilicet, si decederet sine filiis
masculis,sufficit filium Baptistæ fuisse consortem
tēpore euenientis conditionis,scilicet mortis Vgo
nis,licèt non fuerit consors tempore factæ inuesti
turæ.l.interuenit de leg.præst.l. eum qui de cond.
& demonst.Soc.in l.si cognatis nu. 30.de reb. du.
Et cum qualitas illa,alius uel alii, scilicet consor-
tes,sit adiecta uerbo succedat, satis est, quòd adsit
tempore importato per uerbum, scilicet successio
nis,l.2.de auro & arg. leg. Bartol.ex facto num. 1.
uers.2.casu,Rip.num.29.de uulg. Quarto, tra-
dita per Alex.non uidentur procedere, ubi adés-
set clausula eo modo, quo ab intestato successuri
essent,Dec.cons.79.qui dixit in substitutione filio
rum superstitum comprehendi filios præmortuo-
rum,quando adiecta est clausula eo modo quo ab
intestato essent successuri.In præsenti uero inuesti
tura adest clausula secūdum modum, & formam
antiquarum inuestiturarum, secūdum quas filius
Baptistæ in locum patris, quò ad feudum Vgonis
subintrare debuit. Non etiam obstat si diceretur
cum uocentur superstes, & superstites intelligi pri
mo uocatos superstites ex illis quatuor nomina-
tis,ut respondisse uidetur Alexand.cons.30.lib.1.
Nam præsupposito dicto Alexandri pro uero, qd
tamen dubium attestatur Dec.cons.79.col.2. uer.
secundo non obstat,& contra quod respondit Pa-
ris.cons.8. nu.16. lib.6. quando scilicet etiam filii
filiorum sunt uocati, ut in casu Alexandri.Respon
detur primo tradita per Alexandrum non proce-
dere, ubi in testamento adesset clausula eo modo
quo ab intestato successuri essent, ideoque neque
ubi in inuestitura adsit clausula secundum modū,
& formam antiquarum inuestiturarum.Secundo
in casu Alexādri inter fratres inuestitos nulla ade-
rat coniunctio uerbalis, uel realis facta in testamē
to,ut ipse Alex.fatetur nu.4. & vno moriente cæ-
teri omnes æqualiter erant successuri. Sed in præ-
senti casu Vgo, & Baptista erant coniuncti non so
lùm uerbis,sed etiam re nempe in tertia parte feu-
di ; ideoque Vgone moriente cæteris erat præfe-
rēdus Baptista.l.cohæredi.§.qui discretas de uulg.
& præ-

& præmortuo Baptiſta filius locum patris ſubintrauit (ut dictum fuit ſupra) & ipſemet Alex. in d. conſ. 30. num. 4. uult tradita per eum non procedere, ſi inter fratres eſſet aliqua coniunctio, propter quam unus ex fratribus alios eſſet excluſurus à portione decedentis. Tertio Alex. fundat ſe, quia teſtator ſubſtituerat ſuperuiuentes filios maſculos uel eorum liberos, & ſic in ſubſtitutione primo nominauerat filios, & ad hoc allegat tex. in l. hæredes mei. §. fin. ad Trebel. & in l. cum pater, §. fin. de leg. 2. ſed in præſenti caſu non poteſt dici in ſubſtitutione prius nominatos Oliuerium, & Ioannem Antonium, ſed ipſos, & alios quoſcunque ſimul. Minus obſtaret, ſi diceretur Oliuerium, & Ioannē Antonium tanquam ſpecialiter nominatos prius admitti debuiſſe poſt mortem Vgonis, quàm filium Baptiſtæ nominatum in genere, l. cum ita, §. in fideicommiſſo de leg. 2. Nam tex. in d. §. in fideicommiſſo, & exemplum quò ad illum dant gl. Bart. Caſtr. & alii loquuntur in nominatis ſpecialiter in ſubſtitutione: Oliuerius autem & Ioannes Antonius nō fuerunt ſpecialiter nominati in ſubſtitutione, imo tex. in d. §. cum ita retorquetur contra aduerſarios, uult enim quòd ubicunque plures uocentur ſub nomine generali uel collectiuo, admitti prius debeant proximiores. Qua de re cum in ſubſtitutione omnes in infinitum ſint uocati ſub eodem uerbo alius & alii debent moriente aliquo prius admitti proximiores. Tandem ſi conditio illa, ſi deceſſerit &c. contenta in ablatiuo abſoluto decedente &c. non fuit uerificata in morte ciuili, & banno Vgonis, lege ſtatius §. Cornelio de iu. fiſ. lege cum pater §. hæreditatem de legat. ſecundo conſilium Alexandri ad rem non faceret, cum tempore mortis naturalis Vgonis neque Oliuerius, neque Ioannes Antonius ſuper eſſet.

¶Circa quartum, an præſuppoſita poteſtate Ducis Ludouici, & immutatione antiquæ ſucceſſionis rei conuenti ex ea ſe tueri poſſint, uidetur non poſſe etenim ſi Ioannes Antonius & eius deſcendētes uelint allegare inueſtituram factam Vgoni, ex ea nullum ius circa modum ſuccedendi, uel circa obligationem bonorum factam pro obſeruatione contentorum in illa potuit quæri Ioanni Antonio & Oliuerio abſentibus, & pro quibus nemo fuit ſtipulatus, l. abſenti de donat Bart. in l. ſi mihi & Titio num. 4. uerſ. quandoque conceditur uni, Iaſ. nu. 11. uer. ſecundus caſus principalis de uerb. oblig. & quamuis nomine Oliuerii & Ioannis Antonii abſentium aliquis fuiſſet ſtipulatus, tamen

52 ius illis acquiri † non potuit ante ratihabitionem l ſi ego de neg. geſt. quæ ratihabitio non potuiſſet fieri niſi uiuente & regnante Ludouico, ſi uera tradit Alexander conſil. 24. num. 9. lib. 5. nec poſt ius perfectè quæſitum filio Baptiſtæ in feudo ob mortem Vgonis & Baptiſtæ, Dec. in d. l. contractus nu. 17. & in conſ. 226. nu. 8. Quod ſi uolunt inniti inueſtituræ in Oliuerium, & Ioannem Antonium factæ, idem uidetur dicendum; na n cum ad fauores Vgonis & Baptiſtæ abſentium, & ſubſtitutio reciproca fuerit inutilis, cum nemo pro eis fuerit ſtipulatus, idem uidetur fuiſſe quò ad præſentes; etenim cum diſpoſitio illius clauſulæ eſſet correſpectiua ſcilicet ob incertum conditionis iuxta l. 1. C. de pact. reſoluta uel inutilis ex una parte in totum cēſetur reſoluta uel inutilis l. fin. de acceptil. l. cum emptor de reſcind. uend. & cum abſentibus non potuerit prodeſſe non uidetur etiam potuiſſe illis nocere, præter id quòd res inter alios acta, aliis nec prodeſſe nec nocere debet, & ius noſtrum abſque facto noſtro tolli non poteſt, & ubi princeps aliquid dat uel confirmat, ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius, & inueſtitura

53 † intelligitur facta ſine præiudicio tertii l. 2. §. ſi quid à principe, ne quid in lo. publ. & c. c. ſuper eſt de off. deleg. & ſicuti quis non poteſt ſe tueri ex reſcripto contra priuilegium alterius non facta mentione de illo, c. cum ordinem de reſcipt. Bal. in l. fin. in fin. C. ſi con. ius uel util. publ. Ita nec debet poſſe tueri ex conceſſione principis contra ius alterins in qua non fuit facta mentio de illo. Sed & ſi ex clauſula ea tamen lege &c. quæſitum fuiſſet ius aliquod Oliuerio, & Ioanni Antonio, id tamen fuit ſub conditione, ſcilicet, ſi Vgo deceſſe-

54 rit ſine filiis maſculis, † quæ in morte ſolum naturali, non autem in banno, & morte ciuili Vgonis uerificari potuit. l. ex ea parte. §. in inſulam de uerb. oblig. l. Statius. §. Cornelio de iur. fiſc. l. cum pater. §. hæreditatem de leg. 2. l. ex facto: §. ex facto ad Trebell. ubi Rip. nu. 4. aſſignat rationem, quia bannitus poteſt reſtitui, & liberos procreare. Qua de re caſus mortis ciuilis, & banni quaſi omiſſus iuris diſpoſitioni remanſit, ſecundum quod Vgone bannito, & bonis eius publicatis feudum debuit reuerti uel ad dominum, uel ad proximiores agnatos, §. denique quæ fuer. cau. benef. amitt. c. 1. an ille qui interf. fra. Bart. in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus num. 3. de dam. inf. & ibi poſteriores præcipuè Alex. nu. 26. Quod ſi diceretur bannito Vgone feudum tranſiuiſſe in filium Baptiſtæ cum onere ſuo, ut ſcilicet poſt mortem naturalem Vgonis Oliuerius & Ioannes Antonius ſaltem proportione ſuccederent exemplo eius quod legimus in d. §. Cornelio ubi fiſcus occupat bona cum onere fideicommiſſi reſtituendi in caſu mortis naturalis banniti. Reſpondetur fiſcum eſſe ſucceſſorem de-

55 linquentis, & † tanquam ſucceſſorem teneri ad omnia ad quæ tenebatur delinquens quæ recenſet Rip. in d. §. ex facto num. 4. Feudum uerò Vgonis pertinuiſſe filio Baptiſtæ non tanquam ſucceſſori Vgonis ſed ex facto & prouidentiam concedētis, neque poſt acquiſitum ius filio Baptiſtæ in feudo ob bannum Vgonis, id illi auferre potuiſſe, ſi-

56 cut è contra legimus † fœminam ſemel à maſculo excluſam durare excluſam, licet maſculus decedat Bal. in §. quin etiam num. 3. & ibi approbarunt poſteriores epiſco. uel Abba. Et ſicut reſtitutio facta à principe non porrigitur ad locum medio tempore occupatum, neque ad bona in alium alienata, vt poſt gl. & Bart. late Iaſ. in l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 49. & 50. de lib. & poſthu. ita & pactum

57 † appoſitum à principe, ut ſuperſtes ſuccedat decedenti ſine filijs maſculis, non debet porrigi ad feudum medio tempore ex pacto & prouidentia primi acquirentis, & ex diſpoſitione legis translatum

tum in proximiorem agnatum. Et ſi diceretur ergo factum, & delictum Vgoois nocoit Oliuerio & Ioanni Aotonio. Reſpondetur minimè. Verum oocuiſſe pactum & prouidentiam primi acquirentis, & legis diſpoſitionem transferentes feudum in proximiorem agnatum. Præterea tempore mortis naturalis Vgonis, quò ceſſit dies conditionis ſi deceſſerit ſioe filijs, Oliuerius & Ioaooes Antooius nou erant ſuperſtites: ideoq; ſubſtitutio de his facta euanuit, & caſus, quo aliquis ex quatuor oomioatis decederet ſioe filijs poſt mortem aliorum, quaſi omiſſus remanſit diſpoſitiooi iuris, & antiquarum iouestiturarum. Tandem & ſi conditio, de qua in clauſula ea tamē lege &c. uerificata fuiſſet in banno & morte ciuili Vgonis &c. Tamen rei conuenti ex ea nequeūt ſe tueri. Nam Oliuerius & Ioannes Antonius oigore decretorum ducalium excluſi fuerant ab omni iure, quod prætendere poſſent in bonis Vgonis, cum publicatis bonis Vgonis uon contradi-
58 xerint proclamationibus. Cumq; paria † ſint non ſupereſſe, & non ſuccedere l. ſecuoda §. ſed ſi ſint ſui ad Tertul. Oliueriusq; ac Ioannes Aotonius non ſucceſſerint, quia non contradixerunt, quaſi nullus ex uocati ſupereſſet tēpore mortis ſeu baoni Vgonis, & ſic eueniſſet caſus oon comprehenſus in ſubſtitutione. Ideoq; relictus diſpoſitiooi iuris & naturæ feudi uniuerſa. Vgonis feudalia bona ad filium Baptiſtæ pertinuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum ſine copula reſtringit & limitat & nu. 3.*
2 *Relatiuum cum copula non reſtringit ſed auget.*
4 *Verba demonſtrationis cauſa poſita non reſtringūt.*
5 *Falſa demonſtratio non uitiat diſpoſitionem.*
6 *Dictio ſeu ampliatiua.*
7 *Inueſtitura quando attendi debet.*
8 *Verbum, poſſeſſiones, quandoque ſignificant proprietates.*
9 *Conceſſio ualet ſi concedantur in feudum omnia exiſtentia intra certos fines, & omnia intra fines poſita cenſentur feudalia.*
10 *Exceptio debet eſſe de regula & firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
11 *Verbum, ſpectantibus, adiectum certo corpori non conditionem ſed demonſtrationem importat. & numero 13.*
12 *Verbum meis adiectum certo corpori non importa conditionem ſed demonſtrationem, & ſic non reſtringit.*
14 *Conceſſionem iuris quod habet concedens nihil operari neque tribuente cauſam præſcribendi niſi conſtet de iure concedentis, quando uerum ſit.*
15 *Differunt an quis uendat hæreditatem Titij quæ ad ſe pertinet an ius ad ſe pertinēs in hæreditate Titij.*
16 *Teſtator ſi leget fundum communem intelligitur legare ſolum partem quam habet.*
17 *Negatiua qualitatis debet probari ab eo qui negat & num. 20.*
18 *Aſſertio Principis ſuper facto etiam alieno licet non probet plene in non antiquis inducit tamen præſumptionem.*
19 *Verba enunciatiua etiam Principis probant in antiquis.*
21 *Vaſſallus ubi cōmittit delictū & dñs illud remittit & reſtituit feudum tunc feudum efficitur nouum.*
22 *Recognitio & renouatio inueſtituræ in caſibus quibus probat contra aliquem probat etiam contra quoſcunque habentes cauſam ab illo.*
23 *Iura duorum quando conſolidantur in perſona unius poteſt ille unus id quod poterant illi duo.*
24 *Ius quæſitum alijs non poteſt immutari ex perſona ſucceſſoris.*
25 *Alteri ſtipulari quando poſſit aliquis.*
26 *Paria ſunt aliquid non extare uel extare & eſſe incertam.*
27 *Tenor primæ inueſtituræ licet ſit attendendus & nō poſſit in alicuius præiudicium immutari poteſt tamen ubi ſit dubius declarari.*
28 *Lex poſterior declarat & determinat præcedentem.*
29 *Spes debiti conditionalis ex contractu tranſmittitur ad hæredes.*
30 *Poſſeſſio continua quando dicatur probata.*
31 *Ad iudicandum an bona ſint feudalia uel allodialia quid inſpici debeat.*
32 *Quando maior pars bonorum alicuius loci eſt feudalis cætera quoque præſumuntur feudalia.*
33 *Vaſallus ſi præſtitit ſeruitium præſumuntur pro toto patrimonio præſtitiſſe niſi aliud probetur.*

CASVS IIII.

Omuia ex lectura colliguntur.

EX pluribus oſtendi uidetur bona omnia ſita iu territorio Somaliæ, & intra confines expreſſos io iouestituris, & pſertim ea de quibus agitur, eſſe feudalia. In primis conceſſio ducis Ioannis Mariæ de anno 1404. concedit in feudum caſtra & loca Somaliæ, Montis Oldradi & Caſtrinoni de Ronchalia cum uoiuerſis eorum poſſeſſionibus &c. qnibus hactenus dñi fratres de Canatijs, & eorum anteceſſores uſi fueruot &c. & de quibus fit mentio in inſtrumento inueſtituræ rogato p Ambroſium Fornerium &c. quib. bonis & poſſeſſionib. cohæret &c. neq; ob-
1 ſtat ſi diceretur relatiuum † quib. ſine copola reſtriogere & limitare cōceſſionem l. ea tñ adiectio de leg. 3. Verum in inſtro rogato per Ambroſinm Fornerium fuiſſe feudatam partem prædiorū, non aūt oia prædia poſita intra confines expreſſos: itē noo cooſtare nobiles de Cauatijs tpe dictæ inueſtituræ tenoiſſe bona ad quæ agitur, cum ex poſſeſſione Vgonis & conſortū non ioferatur ad poſſeſſionem anteceſſorū, Bar. in l. ex pſona C. de pba. oam quò ad ioſtrm rogatum p Forneriū rñdetur plurib. modis. Primò in eo cōprehendi oia iotra cōfines expreſſos poſita, l. ſi fines agri C. de euict. l. æde ſacra. §. penul. de cōtr. empt. & uerba illa, ſiuor perticæ 14. oon reſtringere diſpoſitionē Bal. in rubric. C. de contr. empt. q. 22. & poſt Oldrad. tradit Abb. io c. per tuas ou. 9. de dona. maximè cum deinde dicatur, & ſi forent plus uel minus in præſenti inueſtitura permanent. Secundo præ-

supposito quòd inuestitura rogata per Fornetium, comprehenderet duntaxat partem bonorum intra confines positorum: respondetur, cum inuestitura anni 1404. dicat cum uniuersis eorum possessionibus &c. quibus &c. & signanter & nominatim de quibus fit mentio &c. uerbum, & signanter &c. uidetur denotare idem, quod uerbum præsertim, & uerbum maximè; sicque cum præcedant uerba generalia non ponitur implicatiuè, cum omnia sint comprehensa, sed comparatiuè, & includit omnia, & idem in omnibus statuit; uerum denotat maiorem rationem in expressis, gloss. in l. illud. in principio, ad leg. acquil. in l. tertia, in principio, de lib. ho. exhiben. in l. si fine. §. quod si patris rem rat. habe. l. prima, §. uel maxime de coll. bon. gloss. in cap. primo, in uerb. maximè, & ibi, Gemin. de renun. in sexto, Barthol. in extrauag. ad reprimen. in uerb. & maximè. Tertiò respondetur, quòd circunscriptis illis uerbis, signanter & nominatim, &c. relati-
2 uum † de quibus cum sit cum copula quia dicitur & signanter de quibus &c. non restringit, sed auget dicta l. ea tamen, ut scilicet ueniant ea de quibus fit mentio in instrumento &c. licèt inuestiti & eorum antecessores his usi non fuissent: quod in terminis asseruit Martin. Laudens. in l. omnes populi de iustit. & iur. quem refert Ias. in l. cunctos, numero quinto, C. de summa trinita. Quarto posito, quòd non adessent illa uerba, & signanter & nominatim, & quòd ambo relatiua scilicet quibus & de quibus dicerentur esse sine copula: Respondetur & hæc responsio uidetur
3 tollere omnem difficultatem; quod † relatiuum sine copula restringit & limitat quando adiicitur uerbo generali uel indefinito, & sic rei incertæ, ut si dicatur lego uxori uestimenta, quæ eius causa parata sunt, in quibus terminis loquitur text. in dicta l. ea tamen. Si uerò relatiuum sine copula adiiciatur certæ speciei, & uerbo præsentis temporis non restringit, neque conditionem sed demōstrationem denotat, l. stichum qui meus erit, l. quidam testamento in principio, de leg. primo, l. demonstratio de conditio. & demonstratio. Hanc distinctionem facit text. in l. quintus prima, de aur. & argen. lega. qui constituit differentiam, an relatiuum sine copula adiiciatur certæ speciei, ut lego uxori uestem meam illam purpuream, quæ eius causa parata est, uel stichum quem emi à Titio; an uerò adiiciatur uerbo generali, aut indefinito, ut lego uxori uestimenta, quæ eius causa parata sunt; & uult quòd primo casu relatiuum stet declaratiuè seu demonstratiuè. Secundo uerò importet conditionem, & in terminis secundi casus loquitur text. in dicta l. ea tamen, & non procedit in primo casu, Barthol. ibi dum inquit secus quando relatiuum quis uel qui refertur ad certam speciem similem distinctionem facit text. in l. nuper de legato tertio, ubi constituit differentiam, an pronomen meum adiiciatur certæ rei, an uerò incertæ, ut primo casu importet demonstrationem, secundo uerò conditionem: eandem distinctionem facit imperator in l. tertia, & in l. fina. C. de fal. cau. &c. ubi si maritus leget uxori dotem suam aut datam, uel quam uxor dedit, necesse est uxori probare quantitatem dotis ab ea datæ, alias obtinere non potest. Si uerò maritus leget dotem certam, id est expressa certa quantitate, & si dicat datam, uel quam uxor dedit, legatum debetur uxori, licet uxor nullam dotem dedisset, idem sensit iureconsultus in l. si sic. §. primo, de lega. primo, in l. legaui. §. contra autem de liber. lega. ubi fit differentia an testator dicat, lego Titio id quod ei debeo, an uerò dicat lego Titio centum quæ illi debeo: qua de re cum in prædicta inuestitura relatiuum quibus &c. dicis fratres &c. & aliud relatiuum. & de quibus in inuestitura rogata &c. sit adiectum certo corpori, de quo constat ex appositione confinium d. l. si fines agri C. de euict. d. l. æde sacra. §. pe. de contrah. emp. non conditionem sed demonstrationem facit, uer-
4 ba † autē demonstrationis causa posita non restringunt dicta l. quidam testamento, dicta l. nuper,
5 dicta l. quintus, & falsa demonstratio † nō uitiat dispositionem d. l. demonstratio. l. mella in princ. de alim. ciba. lega. Bar. in l. centurio nu. 3 ff. de uulg. & ideo cum dicta inuestitura non sit restricta ab aliquo ex dictis relatiuis nihil obest actoribus, si in inuestitura rogata per Ambrosium non comprehenderentur omnia bona intra confines expressos posita: siquidem neque in d. l. quintus nocet legatario, si stichus non sit aliquo modo emptus, uel non sit emptus à Titio, uel uestis illa purpurea nō sit empta aut parata causa uxoris, & in alijs legibus supra allegatis, in quibus legatur species aut quantitas certa non nocet legatario, si qualitas adiecta legato per relatiuum uel equipolens non sit uera. Quinto respondetur, quòd in dicta inuestitura dicitur de quibus fit mentio in inuestitura rogata p Ambrosium Forneriū, & seu in literis prædicti ducis, seu dnæ genitricis, uel dni genitoris, seu alicuius alterius dnorum Vicecomitū pdecessorum suo-
6 rum, & dictio, seu, † est ampliatiua, l. si quis ita legauerit in fi. de aur. & arg. leg. & sic ampliat relationem, ita ut intelligatur facta relatio non solum ad dictū instrm, sed etiam ad literas. Quapropter relatiuum illud, de quib. & restringeret, non tn̄ restringeret ad solū instrm rogatum per Forneriū, sed ad dictum instrm, & dictas literas simul: qua de re cū non appareant literæ aliquæ ducis, aut genitorum uel aliorum antecessorum, & sic non appareant
7 omnia, ad quæ relatio hr̄, & † inuestitura fuerit certa scilicet de bonis intra certos confines positis, illa attendi debet, Bal. in l. 1. in fi. C. de episc. & cler. in l. in ciuile num. tertio, de legib. & uidetur text. in l. si donatio. C. de donat. ubi si testatrix in testamento dixerit, domum quàm Titio donaui, illam habere uolo, licet non appareat, de donatione tamen domus ex testamento peti potest: & eadem ratione dicitur, quòd licet non appareat quibus bonis inuestiti & eorum antecessores fuissent gauisi, tamen inuestitura anni 1404. cum sit certa, & de certo corpore ualet, & attendenda est: ad quod etiam adduci possent ea, quæ de dictione sicut, secundum, iuxta uel prout tradit text. in cap. abbate sane de uerbo. signific. Bartho. in l. cum qui §. Iulianus de constitu. pecu. in l. admonendi

monendi nume.7.ubi latè Ias.num.28.de iureiur.
Oldr.consi.121.nu.12.uersi. ad secundam quæst.
Dec.consi.159.num.5. & in authen.si quis in ali-
qun num.40.C.de eden. Cumq; inuestitura dicat
quibus bonis siue possessionibus cohæret &c.con
stare uidetur confines fuisse datos proprietatibus
8 inuestitis, nam uerbum † possessiones quandoq;
significat proprietates l.interdum de uerb. signifi.
l.secũda.C.de probat.& dictio, siue, cum nõ pos-
sit stare ampliatiuè, quia est posita post uerbum
bonis, quod est pinguius & plura comprehendit,
uidetur stare expositiue,ut etiam stat dictio uel,in
l.secunda, ad leg. aquil. & in l. ubi pactum C. de
trãsact.& dictio seu, in c.1.§.uerum de sta. regul.
in sexto,præter id quòd si confines dati fuissent ter
ritorio, & concessa fuissent in feudum omnia præ
dia intra territorium existentia, omnia censeri feu
dalia,fatetur Caur.ex aduerso allegatus consi.293.
numero quarto, uersicu.sed aliter &c. Secundò
adest inuestitura ducis Francisci,quæ facta fuit de
castro,terra,& territorio Somaliæ &c.quibus om
nibus cohæret &c. cum omnibus & singulis ip-
sius loci, terræ & castri possessionibus & proprie-
tatibus &c. & licèt doctores quandoque dubi-
tent, an omnia bona intra fines feudi posita sint
feudalia, tamen loquuntur uel quando inuestitu-
ra fit de loco aut castro, ut Hostien. & alij in c.ni-
mis de iureiur. Afflict.in dicto.c.primo, de contr.
inter mascu. &c.num.decimo secundo, & decisi.
273.uel quando inuestitura fit de castro & omni-
bus suis pertinentijs & iuribus uel per similia uer
ba,& Alexand.consi.43.libr.primo. consi.55. nu-
mero 19.lib.4.Curt.Iun.consi.108.& 158.Ruyn.
consi.45.lib.primo Bell.consi.decimo, uel quan-
do inuestitura dicit de castro prædijs possessioni-
bus & alijs castro pertinentibus, non tamen ex-
pressis confinibus terrarum & proprietatum ut
Bru.consil.primo. Rolan. à Valle consil.82.libr.2.
Caur.consi.293.& non potest procedere eorum
disputatio in casu quo inuestitura fiat de proprie-
tatibus & possessionibus intra certos confines po
sitis,tunc enim quicquid est intra confines expres
sos censetur inuestitum d.l.si fines agri, hinc Soc.
in l.1.in princ.num.27.de acquiren.possess.distin
guendo scripsit aut quis habet iurisdictionem ter
ritorij,& tunc non ualet argumentum, ut habeat
dominium rerum existentium in territorio, aut
habet dominium territorij, & aliud nõ est quam
habere dominium uniuersitatis agrorum existen-
tium in territorio, & fundatam esse intententio-
nem habẽtis dominium totius territorij, & Caur.
dicto consi.293.num. quinto, uersic.eodem mo-
9 do &c.fatetur quòd † si concedantur in feudum
omnia existentia intra certos fines ualere conces-
sionem & omnia intra fines posita censeri feuda-
lia & numero quarto,uersic.sed aliter, & uersicu.
istud argumentum &c.dicit idem esse si conceda
tur castrum & territorium cum omnibus prædijs
intra territorium existentibus, prout sonare uide-
tur inuestitura ducis Francisci, & Boss. in titu.de
priu.num.237.& nu.243. præsupponit pro indu
bitato quòd si cohærentiæ sint datæ etiam posses-
sionibus, omnia intra confines posita censeantur
feudalia. Neq; obstat quod inuestitura ducis Franci-
sci addat nobis & cameræ nostræ spectantibus.
nam respondetur primò uerba illa non referri ad
omnia supradicta, sed duntaxat ad proximè præce
dentia uerba generalia scilicet omnibus alijs iuri-
bus & prærogatiuis in de pro & super omnibus
& singulis prædictis & earum occasione nobis &
cameræ nostræ spectantibus. Primò enim dictum
fuit locum castrum terram & territorium Soma-
liæ cum omnibus possessionibus proprietatibus
pratis &c. adiecto genitiuo determinante scilicet
ipsius loci terre castri &c. deinde additum fuit &
omnibus alijs iurib. & pertinentijs mero & mix-
to imperio &c. adiecto alio genitiuo determinã-
te scilicet ipsius loci terræ castri &c.deinde ad-
ditum fuit & omnibus alijs iuribus & pertinen-
tis mero & mixto imperio & adiecto alio geneti-
uo determinãte,s. prædictorum castri & locorũ su-
perius nominatorum. Tertiò dictũ fuit & omni-
bus alijs iuribus & prærogatiuis in de pro & su-
per omnibus prædictis & eorum occasione no-
bis & cameræ nostræ spectantibus, quæ uerba sci
licet nobis & cameræ nostræ &c. non referuntur
ad præcedentia, quæ habent specialem determina
tionem, sed duntaxat ad proxima l. prima.§. dein-
de de postul.Castren.in l.1.num.secundo.C.de li-
ber.præter. Cumq; sint posita non pro se & in di-
uersa perfecta oratione, sed per modum qualita-
tis,& ad qualificandam dispositionem referuntur
ad illud solum,cui immediatè cohæret l. filium in
princ.quan.di.leg.ced.Barth.in l.fin.de reb. dub.
Castren.in d.l.1.nume.2. Alex. post Bartho. in l.si
idem cum eodem §. fin.nume. quarto, de iurisd.
omn.iud. & in simillimo casu uidetur text.in c. cũ
singula in prin.ibi prioratibus uel ecclesijs curam
animarum habentibus iunct.gloss. ibi in uersicu.
prioratibus in sexto, qui sensus suaderi uidetur à
uerbis illis in de pro & super &c. & à uerbis illis
& eorum occasione &c.quæ nullo modo possunt
referri ad bona ipsa inuestita: etenim illa nõ pos-
sunt dici spectare cameræ occasione ipsorummet
bonorum, uel super ipsismet, bonis argu.c.fin.de
institu. sed uerba prædicta possunt duntaxat refer
ri ad iura spectantia cameræ super bonis inuesti-
10 tis uel occasione bonorum inuestitorum. Qui-
bus accedat quòd exceptio † debet esse de regu-
la & firmat regulam in casibus non exceptua-
tis: unde cum in inuestitura post uerba spectan-
tibus cameræ nostræ addatur excepta gabella sa-
lis, ac datijs mercantiæ colligitur quod præce-
dentia uerba spectantibus cameræ referebantur
ad iura & prærogatiuas, in quibus comprehen-
duntur gabella salis, & datia mercantiæ. Se-
cundò respondetur, quòd licèt uerba illa spe-
ctantibus &c. refererentur ad omnia supradicta,
11 & sic etiam ad proprietates inuestitas: tamen
cum uerbum † spectantibus referatur ad terras
& possessiones positas intra certos confines,
& sit adiectum corpori certo, non conditionem
sed demonstrationem importat, & sic dispositio-
nem non restringit rationibus prædictis, & ui-
detur casus in dicta l. stichum & d.l.quidam testa
mento de lega.primo, & d.l.nuper de lega. tertio.

Nam idem uidetur dicere ſpectātibus mihi quod
dicere meis, & idem dicere quæ mihi ſpectant,
quod dicere quæ mea ſunt, uel quæ habeo: uer-
12 bum autem, † meis, adiectum certo corpori,
non importat conditionem, ſed demonſtrationē,
& ſic non reſtringit, immo legatum ualet, & de-
betur legatario, licèt illud certum corpus legatū
non ſit meum, d.l. nuper, Bald. in l. 1. nume. primo
uerſicu. ult. not. de ſtat. hom. Idem in uerbis, quæ
mea ſunt, d.l. ſtichum, uel quæ habeo d.l. quidam
teſtamento in princ. præter id q participium il-
13 lud, † ſpectantibus cum non ponatur abſolutè,
non uidetur facere conditionem Barth. in l. 1. nu.
35. de cond. & demonſtra. Et ex prædictis apparet
non obſtare id quod ſcripſere Bart. & poſteriores
l. ſi ſic. §. 1. in fin. de leg. 1. ſcilicet conceſſionem iu-
14 ris † quod habet concedens, nihil operari neque
tribuere cauſam præſcribendi, niſi conſtet de iure
concedentis. Id enim procedit quando generali-
ter uel indefinitè conceditur ius competens in re
aliqua etiam certa: in quibus terminis loquuntur
Bart. & alij, ſi uerò concedatur res ipſa certa, ut ta-
lis domus q mihi ſpectat, uel q habeo ualet indi-
ſtinctè cōtractus, & transfertur dn̄um uel ſaltē
uſucapiendi conditio, & concedens obligatur de
euictione, ſi illud eſt ex natura contractus, Caſtr.
in d.l. ſi ſic. §. 1. in fin. & uidetur caſus in d.l. ſi do-
15 nario C. de donat. differunt etiam † an quis uen-
dat hæreditatem Titij, quæ ad ſe pertinet, an uerò
ius ad ſe pertinens in hæreditate Titij: nam pri-
mo caſu uenditor tenetur probare ſe eſſe hæredē,
l. cum hæreditatem, l. q ſi nulla, l. q ſi ſit de hære-
ditate uendit. Secundo uerò non, l. q ſi in uendi-
16 tione eo. tit. d.l. q ſi ſit, & licèt, ſi teſtator † leget
fundum quem habet cōmunem cum alio, intelli-
gatur legare ſolum partem quam habet, l. ſerui ele-
ctione. §. fin. de leg. 1. etiam ſi deſignentur cōfines,
Bal. in l. cum rem alienam nu. 10. C. de leg. cōpro-
barunt magis cōmuniter Doct. in d.l. ſerui electio-
ne §. fin. Id tamen procedit duntaxat in contracti-
bus lucratiuis, ut legato & donatione non autem
in uenditione l. fin C. de com. re. alien. neq; in loca-
tione l. ſi quis domum §. hinc ſubiungitur uerſic.
quid tamen locat. neq; in alijs contractibus one-
roſis Bal. in l. qui tabernas in fin. de contr. emptio.
Bald. Angel. Alex. & Iaſ. in d.l. ſi domus §. fin. Idē
diſpoſitio d.l. ſerui electione §. fin. & d.l. ſi domus
§. fin. procedit quādo conſtat quòd tempore teſta-
menti res erat pro parte aliena, & onus probandi
incumbit ei, qui dicit fuiſſe pro parte alienam l. 2.
17 de probat. & negatiua † qualitatis, debet proba-
ri ab eo qui negat c. dudum de præſumpt. gloſſ. d.
l. 2. præter id quòd ſi non appaiet bona de quibus
agitur fuiſſe tempore dictæ inueſtituræ ab aliquo
occupata, præſumuntur fuiſſe principis, ſi uerum
eſt quod ex Caſtren. tradit Curt. in tracta. feud. in
ſecunda parte in 6. quæſt. prin. & fi. Non etiā ob-
ſtat quòd in inueſtitura duc. Franciſci in narrati-
ua dicatur prædeceſſores Petrini & Sanguinoli
inueſtitos fuiſſe de loco ac caſtro Somaliæ cum
nonnullis terris & proprietatibus, propter quod
uerbum nonnullis uidentur aliquæ terræ, nō om-
nes, neque maior pars conceſſa in feudum. Nam
reſpondetur primo quòd dux refert ſe ad inſtru-
menta rogata per Ambroſium Fornerium & Aloy-
ſium de Arluno: unde ubi inueſtitura rogata per
Fornerium comprehenderet ſolum certa bona, ut
diſpoſitio referens conueniat cum illa, ad quam
habetur relatio, uerbum illud nonnullis intelligi
deberet poſitum habito reſpectu ad inueſtituram
rogatam per Ambroſium Fornerium, uel cum in-
ueſtitura rogata per Alurnum ſit certa, nam com-
prehendit omnes terras poſitas intra confines
expreſſos, dicendum quòd illa declaret narrati-
uam ducis incertam, id eſt non exprimentem cer-
tas proprietates, Bartho. in extrauaga. ad reprim.
uerb. prout, ita ut intelligatur facta narratio ſe-
cundum quod continetur in dicta inueſtitura,
Dec. conſilio. 63. Secundò reſpondetur, cum dux
in dicta inueſtitura concedat omnia intra confi-
nes expreſſos poſita, attendi debere uerba di-
ſpoſitiua non autem narratiua. l. Titia cum te-
ſtamento §. Lucius de lega. ſecundo. Et quamuis
probaretur bona aliqua ſita intra confines ex-
preſſos fuiſſe tempore inueſtituræ anni. 1404. ab
alijs poſſeſſa: tamen id non releuaret; nam in
inueſtitura anni 1455. dux Franciſcus aſſerit
quòd fratres de Cauatijs tunc inueſtiti apprehen-
diderant poſſeſſionem bonorum inueſtitorum,
& fructus ex eis perceperant de beneplacito ip-
ſius ducis, quæ uerba uidentur non enuntiati-
ua, ſed aſſertiua, Bald. in l. prima, numero quin-
to C. de fal. cauſ. adiect. & c. in l. ſi uoluntate C. de
fideicomm. libert. quæ Bald. alibi appellat directi-
ua, eaque dicit probare, ſcilicet in c. cum cauſam
18 numero ſexto, de probat. & † aſſertio principis ſu-
per facto etiam alieno licèt non probet plenè in
non antiquis, inducit tamen præſumptionem, quę
transfert onus probandi in aduerſarium, gloſſ. in
c. nonnulli. §. ſunt & alij in uerb. ſine ſpeciali cir-
ca medium de reſcript. Roma. conſi. 369. in 9. du-
bio, Alexand. conſ. decimo quinto, numero ſecun-
do, libr. quinto, & ubi agitur de leui præiuditio
probat Aret. conſi. 163. nume... Et non poteſt di-
ci aſſertionem illam ducis &c. tendere in præiu-
dicium aliorum, niſi conſtet eos tunc poſſediſſe,
ut in ſimili quæſtio. aſſeruit Ruyn. conſi. 103. nu-
19 mero decimo quarto libr. quinto. Et in † anti-
quis uerba enuntiatiua etiam principis probant
gloſſ. prima, in c. cum olim de cenſ. Alexand. con-
ſi. ſexto, num... lib. primo, d. conſil. decimoquinto
numero tertio, libr. quinto. Dec. conſi. 146. nume-
ro decimoquarto, uerſicu. quinto quæritur &c.
Præterea Socin. in l. prima, in principio, numero
uigeſimo ſeptimo, de acquiren. poſſeſſio. dixit ha-
bentem dominium territorij habere fundatam
intentionem quò ad bona in territorio ſita & qui
uult excludere hanc intentionem, debere proba-
re poſſeſſionem uel dominium illius rei in ſpe-
cie, quam uult ab iſta uniuerſitate excludere:
unde probato quòd tempore inueſtituræ anni.
1404. uel inueſtituræ anni 1451. nonnulla bo-
na intra dictos confines poſſiderentur ab alijs,
omni in caſu prodeſſet puſſet ſolum quò ad il-
la bona, quæ probarentur fuiſſe tempore di-
ctæ inueſtituræ per alios poſſeſſa, non autem quò
ad

ad alia, præter id quòd reus qui in exceptionibus
dicitur actor l.prima, in fin.de except.tenetur pro-
bare exceptionem suam, l.in exceptionibus de pro
20 bat.& negatiua, † ubi est fundametum intentio-
nis uel exceptionis, debet à negante probari, Bar-
thol.l.in illa, num.quinto, de uerborum obli. Sed
nec illud omittendum, quòd inuestitura ducis
Francisci anni 1451. fuir de feudo nouo, nam
post inuestituram anni 1404. bona inuestita fue-
rant ob delicta inuestitorum ad dominum reuer-
21 sa, & ubi uasallum † committit delictum, propter
quod feudum redit ad dominum, si dominus re-
mittit delictum, & feudum concedat, feudum effi-
citur nouum, & naturam noui feudi assumit, Bal.
in §.insuper de prohib.feu.alien.per Fede.Iser. Al-
uat.Præpos.& Afflict. in c.1. de uasal.decrep.ætat.
& feudum fuisse nouum suadetur etiam ex ipsa in
uestitura, in qua soli Petrinus & Sanguinolus fue
runt inuestiti, & si feudum fuisset antiquum in-
uestiendus fuisset Bartholomeus pater, & omnes
alij eius filij. Item inuestitura non fuit tanquam
de feudo antiquo, & in illa adest clausula, quòd
fratres inuestiti ab intestato ad inuicem succede-
rent; quod in feudo antiquo fuisset superfluum.
Item dux attestatur Petrinum & Sanguinolum ap-
prehendidisse possessionem bonorum inuestito-
rum de beneplacito ipsius ducis. Item inuestitu-
ra anni 1470. fuit tanquam de feudo, quod pro-
cesserit à duce Francisco. Vnde cum inuestitura
ducis Francisci sit clara, & de omnibus bonis in-
tra confines positis, non uidetur posse super ea
controuerti prætextu præcedentium concessionũ
extinctarum; quarum nulla nunc uidetur haben-
da ratio, & quarum nullam habuit rationem Se-
natus in causa inter Rosatos, & comitem Fran-
ciscum, & in causa inter comitem Sfortiam &
nepotes ac comitem Alphonsum; nam attenta
inuestitura anni 1404. bona inuestita potuissent
transire in quoscunque. Tertiò adest recogni-
tio Vgonis de anno 1470. recognoscentis in feu-
dum nomine suo & fratris omnia, quæ tenebant
in territorio Somaliæ, inter quæ erant bona de
quibus agitur: ex qua recognitione & renouatio-
ne inuestituræ quòad ducem, Vgonem, Bapti-
stam & eius descendentes probatur bona per Vgo
nem & Baptistam tunc possessa esse feudalia, sal-
tem quousque probetur de errore recognitionis.
Guid.Pap.decis.272.& cons.147. in primo dubio.
quod & in simili specie asseruit Barthol. in l. non
ab re, numero tertio, C. unde ui, Barthol. in l.
cum falsa, num. secundo, Bald. nume. secundo,
uers.quinto & ultim.Castren.num. secundo. C. de
22 iu.& fact.Et id † casibus quibus dicta recognitio
& renouatio inuestituræ probat contra ducem
uel Vgonem, probat etiam contra quoscunque
habentes causam à duce, uel Vgone, ut post Iac.
Butrig. Salic. & Socin. tradit Rip. in l. si rem ali-
quam, numero 42. de acquirend. possess. & cum
dux siue fiscus eius successerit Vgoni, multo ma-
gis probare debet contra eum uti inuestientem,
23 & uti successorem inuestiti: nam & † quando
iura duorum consolidantur in persona unius, po-
test ille unus id, quod poterant illi duo, l. si mihi
& tibi in princip. & ibi not. Barthol. in princip.
Iason. in quarto notab. de legato primo, & quam-
uis dux Mediolani factus fuerit dominus ex noua
causa scilicet publicationis bonorum Vgonis, ta-
men ob id exceptio aliqua non fuit contra actores
quæsita, neq; dux potest excipere, quòd bona tem-
pore inuestituræ non essent sua, uel antecessorum
suorum, neque ea retinere prætextu nouæ acqui-
sitionis, l.apud Celsum §. si à Titio de except.dol.
l.si à Titio de excep.re.uend.& trad. l.si à Titio de
24 rei uend.pter id † q ex persona successoris ius quæ
situm Bapti. & filijs immutari non potuit l.2.§.ex
his de uerb.oblig. & ex dicta inuestitura fuit quæ-
situm ius, & actio etiam Baptistæ & filijs, licèt
25 † enim aliàs nemo possit alteri stipulari in feudis,
tamen frater pro fratre & eius descendentes stipu
lari potest §. sin autem unus in titulo de his qui
feud.da.poss.§.fin. de success. feud. & quamuis in
hoc controuertant Docto. tamen quando uerba
stipulationis sunt inflexa siue obliqua, ut quia fra-
ter est stipulatus nomine fratris, res uidetur abs-
que controuersia, Bald. in cap.primo, num.sexto,
uersic. istud est uerum &c. si uasal. feu. priu. &c.
Barthol. in l.si mihi & Titio, num.quarto, uersic.
quandoque conceditur sic de uerborum obligat.
Curt. in tract. feud. in secunda parte, secundæ
part. in illo articulo, an in feudis quis possit alte-
ri stipulari in secunda limitatione. Neque obstat,
quòd dicta inuestitura referat se ad præcedentes
inuestituras feudales: nam respondetur, quòd
ubi dici posset non constare, quòd præcedentes
inuestituræ comprehenderent omnia bona, quæ
Vgo & frater possidebant in territorio Somaliæ,
non etiam dici potest constare contrarium, sed
ad plus dici potest præcedentes inuestituras fuisse
quo ad id dubias & incertas, unde cum paria sint
26 † aliquid non extare, uel extare, sed esse incer-
tum, l.duo sunt Titij de testamen.tutel.l.si ita fue-
rit de reb. dub. l. triticum de uerborum obligatio.
Quò ad iudicandum quantitatem bonorum in-
uestitorum perinde habendum ac si præcedentes
inuestituræ non extarent, & sic ad iudicandum
quæ bona sint comprehensa in præcedentibus in-
uestituris, attendenda esset recognitio Vgonis,
& renouatio inuestituræ in eum facta certa & cla-
ra, Barthol. in extrauag. ad reprim. in uersiculo
prout & in l. eum qui. §. Iulianus de constitut.
27 pec. præterea licet tenor † primæ inuestituræ sit
attendendus, & non possit in alicuius præiudi-
cium mutari, potest tamen ubi sit dubius decla-
rari l. hæredes palàm §. sed si post de testamen. &
in terminis inuestituræ feudi Decius consilio 193.
numero sexto, uersiculo licet enim &c. & sicuti
28 lex † posterior determinat & declarat præceden-
tem, l.non est nouum cum l. seq.de legi.& unum
priuilegium declarat aliud cap.auditis, uersicu. si
per illa &c. & ibi not. Bald. numero quarto, de
præscriptio. & unum statutum declaratur & in-
terpretatur secundum aliud Bald. in c.primo, nu.
primo, de præscript.& unum capitulum declara-
tur per uerba posita in sequentibus capitulis l.
utrum, & ibi not. Barthol. de petit. hæredit. &
una scriptura si non sit omnino clara, suppletur

& declaratur per aliam Bald. conſil. 398. lib. 3. ita & inueſtitura feudi in partibus quibus eſt obſcura uel dubia, debet declarari ſecundum ſequentes inueſtiturarum renouationes: & confirmatio de qua in prædicta recognitione non poteſt dici ſimplex confirmatio in forma communi ſine cauſæ cognitione facta: tum quia in ea inſertus eſt tenor inueſtituræ anni 1451. c. uenerabilis ubi not. Abb. & Dec. de cõfirmat. utili. uel inutil. tum quia dux ſimpliciter confirmauit non appoſita aliqua clauſula importante conditionem. item appoſuit clauſulam ex certa ſcientia, Abb. in c. examinata num. 5. de confir. u. t. uel inut. non ſolùm confirmauit inueſtituram anni 1451. ſed & ipſe inueſtiuit. Quartò adeſt recognitio Vgonis, & inueſtitura Ducis Ludouici facta de anno 1496. in qua Vgo & Baptiſta fratres, & uterque eorum fuerunt inueſtiti de bonis omnibus per eos tunc poſſeſſis in loco Somaliæ pro ſe & eorum deſcendentibus; unde uno decedente feudum ad alium ſpectat, Bald. in §. fin. nume. 4. de ſucceſſ. feu. & Aluar. ibi & ſicuti inſolidum erat uocatus Baptiſta, ita & eius deſcendentes, pro quibus eodem modo quo Baptiſtæ Vgo fuerat ſtipulatus c. 1. de duob. fratr. à cap. inueſt. & ſic quouſque ſupereſt alter ex eis uel eius deſcendentibus feudum ad eos ſpectat, Bald. in d. c. 1. oum. tertio uerſicu. ſed opp. & imò uidetur &c. Inſuper in dicta inueſtitura adeſt clauſula quòd altero ex Vgone & Baptiſta decedentibus ſine filijs maſculis ſuperſtes ſuccedat, & per mortem Vgonis purificata fuit conditio prædicta & quamuis in eadem clauſula uocentur etiam Oliuerius & Io. Antonius, tamen cum Vgo & Baptiſta eſſent coniuncti uerbis & re ſcilicet in tertia parte &c. decedente Vgone Baptiſta ſolus admittitur l. cohæredi §. qui diſcretas de uulg. & ibi no. Bald. Et huiuſmodi clauſula intelligitur ſalua gradus prætogatiua, Dec. conſil. 299. oume. 15. maximè cum in inueſtitura adſit alia clauſula ſecundum modum & formam contentam in prioribus inueſtituris, præter id quòd ex clauſula ea tamen lege nullum ius potuit quæri Oliuerio & Io. Antonio abſentibus, & per quibus nemo fuit ſtipulatus l. abſenti de donat. & totum accreſcit Vgoni & Baptiſtæ Battho. in l. ſi mihi & Titio numero 4. uerſicu. quandoque uni conceditur de uerbo. obl.
29 & ſpes † debiti conditionalis ex contractu tranſmittitur ad hæredes §. ex conditionali inſt. de uer. oblig. Item quando uocantur ſuperſtites adiecta clauſula eo mõ quo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent etiam in ultimis uoluntatibus filij fratrum præmortuorum comprehenduntur, Dec. conſil. 79. & in præſenti caſu in inueſtitura adeſt clauſula ſecundum formam & modum antiquarum inueſtiturarum, ſecundum quas filius Baptiſtæ in locum patris quo ad feudum Vgonis ſuccedere debuit & ius accreſcendi ſeu non decreſcendi, quo moriente Vgone Baptiſta totum erat habiturus uigore dictæ inueſtituræ, ſequitur rem ideoque ad ſucceſſores tranſit leg. ſi ex pluribus de ſuis & legit. Cumque ex aſſertione ducis, de qua in inueſtitura anni 1451. conſtet Petrinum & Sanguinolum inueſtitos poſſediſſe tempore dictæ inueſtituræ bona omnia tunc inueſtita, inter quæ erant bona de quibus agitur item probatum ſit Vgonem poſſediſſe tempore inquiſitionis & condemnationis ſcilicet de anno 1504. bona de quibus agitur, & poſſeſſio Petrini & Vgonis qui ſucceſſit Petrino præſumatur continuata Battho. in l. Pomponius §. fin. in fin. de acquir. poſſeſſ. conſtare etiam uidetur Vgonem poſſediſſe de anno
30 1470. & 1496. nam † probatis extremitatibus dicitur probata poſſeſſio continua Battho. in l. Cel-
31 ſus numero 21. de uſucap. randem ad † iudicandum an bona ſint feudalia uel allodialia inſpicitur an poſſeſſor ſit in poſſeſſione tenendi ut feudale uel ut allodiale Iſern. in dicto ca. primo de contro. inter maſc. & fœm. colum. prima uerſicu. additio comprobat Afflict. ibi numero 25. uerſicu. quarta concluſio, & ex inueſtituris prædictis & pacto appoſito in diuiſione bonorum facta inter Petrinum & Sanguinolum & Baſſianum ſcilicet ſi contingeret Principem apponere aliqua onera feudo tantùm quòd illa ſoluerentur pro rata bonorum territorij Somaliæ, & ex ſolutione onerum cum diminutione tertiæ partis facta uſque in præſentem diem, prout ſoluitur de bonis feudalibus conſtare uidetur nobiles de Cauatijs ab anno 1404. citra bona omnia territorij Somaliæ ab his poſſeſſa tenuiſſe uti feudalia. Præter id quòd cum non appareat illos habuiſſe alium titulum, præſumuntur poſſediſſe titulo præcedentis inueſtituræ dicta l. ſecunda C. de acquiten. poſſeſſ. etiam quòd eſſet dubium, an habuerint titulum & poſſeſſionem ab eodem, & an illi à quibus fuerunt inueſtiti poſſiderent tempore inueſtiturarum, Barthol. in l. cum ſolus numero 4. uerſicul. tertio caſu &c. de uſucap. & præſumuntur eodem non diuerſo iure poſſediſſe, l. eum qui de uſucap. Item quando
32 † maior pars bonorum alicuius loci eſt feudalis, cætera quoque præſumuntur feudalia cap. 1. de contr. inter maſc. &c. ubi not. Iſern. col. 1. uerſicu. additio &c. Aluar. in fin. Afflict. num. 25. Et dato quòd conſtaret partem bonorum ab alijs poſſeſſorum intra confines eſſe allodialem, tamen id quo ad bona quæ fuerunt per Vgonem poſſeſſa, nihil operetur: tum quia Vgo ea omnia bis recognouit in feudum à duce Mediolani, tum quia Aluat. in §. uaſallus el primo nume. 10. ſi de feud.
33 fuer. contro. ſcripſit ſi † uaſallus præſtitit ſeruitiũ præſumitur pro toto patrimonio præſtitiſſe, niſi aliud probetur, Idem Iſern. in c. imperialem §. illud numero. 66. & 67. de prohib. feud. alien. per Feder. & in d. c. primo num. 8. in fin. & nume. 9. & 10. de contr. inter maſc. & fœm.

CASVS V.

¶ Federicus Secundus imperator conceſſit Opizoni Malaſpinæ loca quædam cum omnibus & quibuſcunque regalijs ad ipſum & ſacrum imperium ſpectantibus cum expeditionibus, pugnis, datijs Telonijs &c. cum deinde Imperator inueſtiuiſſet Ducem Mediolani de ciuitate Mediolani, & pluribus alijs, orta fuit lis inter Ducem Mediolani & deſcendentes Opizoni tenentes loca quædam

dam contigua dominio Mediolani, tandem Malaspinæ recognouerunt Ducem in dominum, & illi fidelitatis iuramentum præstitere cum protestatione, ut salua eis essent omnia iura & immunitates, tam uigore consuetudinis quam priuilegiorum imperialium sibi spectantia, cui protestatio ni dox expresse consensit. Ab immemorabili tempore loca illa Malaspinarum nulla onera nec uicarijs imperialibus, nec Ducibus Mediolani, neque successiuè locum tenenti Cæsareo dominio Mediolani soluerunt: impositum fuit nuper onus focagij in uniuerso dominio Mediolani, ut ex eo soluerentur stipendia militibus. Exactores petunt, ut etiam loca illa Malaspinarum soluant. Negant Malaspinæ ipsos, nel eorũ subditos cogi iure posse.

§ Quæritur quid iuris &c.& exhibetur copia concessionis factæ Opizoni, & iramẽti per eius descendentes præstiti Duci Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Ius imponendi onera & collectas est de regalibus.*
2 *Verba hæc cum omnibus & quibuscunque regalijs qui operentur in concessione feudi.*
3 *Subijcientem se alicui non censeri subijcere ultra expressa.*
4 *Remuneratoria autẽ concessio neque gratuita neque donatio proprie dicitur.*
5 *Principi cum certis conditionibus ubi quis se subijcit Princeps dicitur se obligare ex contractu & concessio à Principe tunc facta dicitur irreuocabilis.*
6 *Consuetudo antiqua est seruanda etiam contra regulas iuris communis circa exemptinoes & solutiones onerum.*
7 *Præscribere ut quis possit contra impositionem collectarum plura requiruntur.*
8 *Credentes se liberos & per quadraginta annos non soluerunt sunt tuti nec de cæt erũ illis onera imponi possunt.*
9 *Negligentia sola non utentis sufficit in præscribenda libertate.*
10 *Cursus temporis cuius initij non extat memoria habet uim priuilegij.*
11 *Negationes omnes sunt liquidæ iuris probatione cũ sint probatæ eo ipso quòd non probatur contrarium.*
12 *Negatiua à negante quando debet probari & quando non.*
13 *Probatio aliquorum aliàs non soluisse nec debere soluere ex quo sumi potest.*

IMperator concessit Opizoni pro se & descendentib. masculis &c. omnia & quæcunque regalia quæ ad ipsum & sacrum imperium spectabant, ideoque etiam † ius imponendi onera & collecta quod est de regalibus c.1. quæ sint regal.& in specie concessit expeditiones & pugnas, quæ duo uerba aliud denotare non possunt quàm ius collectarum & angariarum, quas imperator poterat imponere in locis illis pro expeditionibus & pugnis. Qua de re non uidetur imperatorem nel eius locumtenentem posse prædictis ulterius uti in subditos Malaspinarum,

2 & uerba illa geminata cum † omnibus & quibuscunque regalijs operari uidentur, ut intelligatur translata ea, quæ aliàs in generali cõcessione non transeunt, ut in simillimo casu tradit Bartho.in l. generali §.uxoris de usufr.leg. Cumque in inuestitura Federici.II. quælibet ciuitas & Princeps sub pœna inhibetur, ne molestet Malaspinas in regalibus & alijs eis concessis: neque Dux Mediolani, neque Cæsaris locumtenens iure uidetur posse illos molestare in prædictis exigendo focagia ab eorum subditis, & multominus exigendo ab ipsis, contra quos imperator nihil sibi excepta fidelitate reseruauit: & qui etiam alia ratione pro bonis eorum feudalibus ad huiusmodi onera cogi nõ posse uidentur, quia scilicet satis est, quòd ad seruitia personalia imperatori sint obligati, Bald.in l. cum multa circa fin.C.de ben.quæ lib. Iacob.de Sancto Georg.in tract.de homag.num.41.& post Isern. Afflict.in titu.quæ sint regalia in uer.plaustrorum nume.22. Præterea onus hoc non imponitur ab imperatore in uniuerso imperio, sed à Magistratibus Cæsaris in dominio Mediolani tantùm. Malaspinæ autem stante inuestitura Federici secundi non sunt subditi dominio Mediolani, maximè quò ad exactionem regalium, imò attento tenore concessionis Federici, successor in imperio non potuisset concedere Duci Mediolani regalia & alia Malaspinis cõcessa, Castr.l.digna uox nume.6.uersicu.prædicta intelligo C.de legi.etiam motu proprio nisi adiecisset clausulam non obstante concessione Opizoni Malaspinæ facta, & iusta causa adfuisset, Ias.l.si reus nume.13.de pac. Et quamuis Malaspinæ recognouerint ducem Mediolani in dominum, id tamen factum fuit cum protestatione, cui Dux assensit, scilicet cum reseruatione iurium & immunitatum tum ex inuestitura, tum ex consuetudine competentium: &
3 traditum legimus † subijcientem se alicui non censeri subijcere ultra expressa, immò liberum in reliquis manere, & subijcientem se cum certis conditionibus ultra illam tenorem non subiacere Bartho.consil.59.nume.3.Rom.consil.444.num. 4. Quæ autem de gratuita concessione Principis quandoque leguntur in l.si ex toto de lega.primo ad rem non conueniunt. Primò quia concessio Federici.II. non fuit gratuita, Verùm ob remunerationem ut apparet ex præfatione concessionis, quæ denotat causam finalem l.fin.ubi Bartho. &
4 Bald.de hæred.instit. Remuneratoria † autem concessio neque gratuita neque donatio propriè dicitur l.si quis pro uxore §.1.in fin.ibi quasi donatum de donatio. inter uir.& ux.nec in ea uendicant sibi locum iura de donatione aut gratuita concessione loquentia, ut asseruere plures quos recenset Ias.in l.ex hoc iure nume.66.de iust.& iur. Dec.consil.secundo nume.1.Cumque Imperator non sit prohibitus donare assertio meritorum probat merita saltem inter Imperatorem & Marchiones l.optimam C.de contrah.stip.Barth. l.si fortè de castr.pecul.& expressio meritorum in genere sufficit ut latè ostendit Dec.consil.20.Rip. l.si umquam in 15.q.C.de reuoc.donat. Secundò quia licèt concessio Feder.II. fuisset gratuita, ex ea

tamen

tamen omnia & quæcunque regalia in Malaſpi-
nas tranſiere, & Malaſpinæ ſubditi dominio Me-
diolani attenta illa non ſunt, ideoque non com-
præhenduntur in collectis aut focagijs impoſitis
dominio Mediolani, Tertiò quia licet eſſent ſub-
diti, tñ cum tpe ſubiectionis fecerint pactum ut
ſalua ſibi eſſent iura, & ex priuilegijs, & ex con
ſuetudine cōpetentia non dicunt̃ habere à Duce
Mediolani quicquam titulo gratuito ſed per con
tractum ultrò citroque obligatorium. Etenim ubi
quis† ſubijcit ſe alicui principi cum certis condi
5 ctionibus Princeps dicitur ſe obligare ex contra-
ctu, & conceſſio à Principe tunc facta dicitur ir-
reuocabilis. Abb. in c. nouit numero. 25. de iud.
Bald. & Fel. in cap. primo in princ. de probat. Alex.
conſil. 101. in primo, Ideoque licet conceſſiones
Feder. & conſuetudines eſſent tituli gratuiti, ta-
men cum relatum ſit in referente l. eſſe toto de hæ
red. inſtit. perinde eſt ac ſi per contractum ultrò
citroque obligatorium Dux Mediolani conceſſiſ-
ſet Malaſpinis omnia quæ ex inueſtituris imperia-
libus & ex conſuetudine illis acquiſita erant. Il-
lud quoque quod aſſeruere Din. & Socin. in l. ſi ex
toto de legat. primo ſcilicet immunitatis conceſ-
ſionem non extendi ad collectas pro bello geren-
do impoſitas alijs rationibus contra Malaſpinas
& eorum ſubditos adduci nō poteſt: Primò quia
hic non agitur de immunitate, ſed de totali tranſ-
latione omnium, & quorumcunque regalium,
& in indiuiduo iuris imponendi onera pro expe-
ditionibus & pugnis quæ longè fortior eſt quam
conceſſio immunitatis. Secũdo quia opinio. Din.
& Soc. eſt ſummopere dubia, cum cenſuerint con
trarium, Rai. Imol. Caſtr. & Aret. ibi Alex. conſil.
30. nume. quarto lib. quinto, Et ſententia Din. &
Soci. ubi ſit uera, Tamen non procedit ſi in con-
ceſſione immunitatis actum ſit etiam de oneribus
pro bello gerendo imponendis, Tertio quia ubi
quis ſubijcit ſe alicui cum certis pactis, illi non
poſſunt imponi onera etiam pro bello gerendo,
ut fatetur Soc. in dicta l. ſi ex toto, nume. 9. Sed
& præſcriptione longi & longiſſimi temporis tuti
ſunt Malaſpinæ & eorum ſubditi, Nam legimus
6 circa † exemptiones & ſolutiones onerum anti-
quam conſuetudinem ſeruandam etiam contra
regulas iuris communis. Bartho. in l. 1. C. de aur.
Corr. lib. decimo & ex multis oſtēdit Balb. in cōſi.
inſerto inter conſilia Alexand. lib. quarto conſil. ul
timo. Et cum ſint decurſi abſque dubio quadra-
ginta anni à tempore quo Malaſpinæ & eorum
ſubditi non ſoluerunt, & ab eo tempore factæ
fuerint multæ impoſitiones generales pro ſoluen
dis ſtipendijs militum, nec à Malaſpinis & eo-
rum ſubditis quicquam fuerit ſolutum, Tuti ſunt
Malaſpinæ & eorum ſubditi etiam contra fiſcum.
Bartho. in l. licitatio §. earum de publica. & ibi cla-
rius Caſtren. qui loquitur quando non apparet de
conceſſione & in præiudicium fiſci Alex. conſil.
30. lib. 5. nu. 12. & licet Alex. conſil. 136. in 2. libr.
7 requirat † plura ad hoc ut quis poſſit præſcribere
contra impoſitionem collectarum & inter alia
quòd interuenerit requiſitio imponentis, & con-
tradictio non ſoluentis. Tamē Alber. Roſ. in rub.
de mun. & hono. nume. 62. Iacobin. de San. Georg.
in tract. de homag. num. 41. & Balb. in tract. præ-
ſcrip. in ſecunda par. 5. par. q. 7. concordando opin.
concludant ubi interuenit conceſſio etiam inuali-
da concurrente, quòd dicto tēpore collectæ quan
doque generaliter fuerint impoſitæ, & per alle-
gantes nihil ſolutum ſufficere ad præſcriptionem
licèt interpellatio non probetur, Bald. quoque &
Ang. in l. competit. C. de præſcrip. 30. Annorum,
& Iaſ. in l. imperium nume. 20. uerſicu. limita de
iuriſd. om. iud. dixere licet contra ſolutionem tri-
butorum debitorũ Imperatori in recognitionem
ſupremi dominij non præſcribatur etiam quadra-
ginta annis ubi tamen immunitas eſt conceſſa præ
ſcribitur licèt conceſſio eſſet inualida, Accedat
quod ſcripſit Bartho. conſil. 59. num. 3. Si homi-
8 nes credentes iuſta ratione † ſe liberos ab oneri-
bus ſteterunt per quadraginta annos quòd onera
non ſoluerunt, erunt tuti nec de cæterò onera il-
lis imponi poterunt, adducit textu. in l. fin. §. hoc
etiam C. de fini. patr. lib. 11. ubi allegauit conceſſio
nem ſibi factam de collecta non ſoluenda cum cur
ſu quadraginta annorum nulla nouitas imponi
poteſt, & licet aliàs in præſcriptione iurium in-
corporalium requiratur ſcientia aduerſarij, Ta-
men habens titulum etiam inualidum non tene-
tur probare ſcientiam Abb. & Caſtren. nume. 3. in
l. ſecunda C. de ſeruit. Fel. in cap. de quarta nu. 41.
9 uerſi. dum ſubdit Abb. de præſcrip. Item † in præ-
ſcribenda libertates ſola negligentia non utentis
ſufficit, nec requiritur aduerſarij ſcientia Rip. in
c. cum eccleſia num. 64. de cauſ. poſſ. & propr. &
in præſcribenda liberatione ab aliquo iure uel
actione non requiritur quaſi poſſeſſio, ſed ſuffi-
cit negligentia non petentis. Bartho. in l. ſicut in
fin. Bald. num. 6. in l. ſicut C. de præſcript. Triginta
ann. Cumque nō appareat Duces Mediolani fuiſ-
ſe in poſſeſſione exigendi huiuſmodi onera à Ma-
laſpinis & eorum ſubditis, non fuit neceſſaria
Ducum ſcientia Innoc. in c. bone el ſecundo num.
1. uerſicu. item de illo. de poſtu. præla. Rip. in cap.
cum eccleſia nume. 64. uerſicu. tertio declara. de
cau. poſſ. Tandem Malaſpinæ & eorum ſubditi
non ſolum per quadraginta annos, ſed etiam per
Tempus cuius initij non exiſtit memoria in con-
trarium, non ſoluerunt onera, ex quo penitus
10 tuti ſunt: Curſus enim † tanti temporis habet
uim priuilegij l. hoc iure §. ductus aquæ de aqu.
quott. & æſt. & habetur pro ueritate. Bald. in c.
cum cauſam de probatio. cum his quæ ponit
Dec. conſil. 85. nume. ſecundo. Et eo tempore præ
ſcribuntur etiam reſeruata Principi in ſignum ſu-
præmæ poteſtatis. Iaſ. d. l. imperium, & ad hoc
conueniunt quæ ponit Iaſ. in l. is qui putat de acq.
hæred. ad probandum ſubditum epiſcopo uel præ
lato poſſe præſcribere libertatem à ſubiectione &
obedientia ſpacio temporis immemorabilis, &
& allegans præſcriptionem tanti Temporis non
tenetur probare ſcientiam aduerſarij, ut cenſue-
re Doct. quos recenſet Alexan. conſil. 6. lib. primo
Fel. in cap. de quarta nume. 41. uerſicu. dum ſub-
dit Abb. &c. Dec. conſil. 85. & cum Malaſpinæ &
eorum ſubditi geſſerint ſe pro immunibus & ſe-
paratis

paratis per centum Annos : præscripserunt libertatem ab oneribus, præcipuè cum euenerit sæpe casus quo imperatores & Duces Mediolani maxima onera imposuerunt Bald. Ang. & Castren. in l. hæc autem de ser. rust. præd. & ideo ad rem non facere quod dixit Barth. in l. eum scimus C. de agri. & cens. lib. 11. Et cum Malaspinas & eorum subditos non soluisse consistat in negatione non est
11 ab eis probatio exigenda, omnes † enim negationes sunt liquidæ iuris probationes, cum sint probatæ eo ipso qui non probatur contrarium l. cum de lege Iuncta glos. de proba. Bald. in c. fin. uersic.
12 item qnia omnes de probat. Et quamuis † negatiua, ubi est fundamentum intentionis uel exceptionis debeat à negante probari Bartho. & posteriores in l. in illa de uerbo. oblig. Id tamen non procedit, ubi pro negante est iuris præsumptio. Doct. omnes in d. l. in illa, & cum Malaspinæ & eorum subditi sint in quasi possessione non soluendi, onus probandi eos soluisse Aduersarijs incumbit, Glo. & doct. in l. si prius de op. no. nuncia. Tandem si Malaspinæ & eorum subditi non reperiuntur de-
13 scripti † in libris quibus descripti sunt hi qui soluerunt onera aliàs imposita pro stipendijs militum, ex hoc probatur eos non soluisse. Barth. in l. Titiæ textores in princ. nume. 2. Bald. in l. fin. nume. tertio C. de reb. cred.

C A S V S VI.

¶ Dux Mediolani cōcessit Comiti Antonio quædam castra & loca & inter alia castrum & locum plebis &c. in feudum cum datijs omnibus expressa causa, scilicet ob expensas factas per ipsum Comitem in defensione ciuitatis Ducis, & quia Comes Antonius relaxabat Duci nonnulla alia castra post aliquot annos Dux Franciscus primus gratuitò concessit Pompeo pro se ac hæredibus exemptionem ab omnibus datijs pro bonis ipsius Pompei existentibus in loco plebis, & multò post ad instantia successorum Antonij idem Dux reuocauit omnes exemptiones : quas ipse concesserat in præiudicium concessionum factarum eorum antecessoribus, Volunt nunc successores Comitis Antonij exigere Datium pro bonis quæ fuerant Pompei, excipitur de concessione immunitatis, Replicatur eam fieri non potuisse, ac inualidam esse, & omni in casu reuocatam fuisse.

¶ Quæritur quid iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Princeps non potest tollere ius quæsitum alicui ex contractu cum principe facto.*
2 *Priuilegium concessum etiam subdito quando non potest reuocari.*
3 *Princeps rem alicui donatam alteri etiam motu proprio concedere non potest nisi dicat tali prima concessione non obstante.*
4 *Priuilegium quando possit reuocari, & quando non.*

1 TRaditum est Principem † non posse tollere ius quæsitum alicui ex contractu cum Principe facto c. 1. de probat. ubi late Doct. Castren. in l. fin. nume. 4. C. si con. ios, uel uni. publ, in l. digna uox. nume. 5. & 6. C. de legib. & ubi concedens aliquid lucratus est à suscipiente, ut aliquam dationem uel factum, uel concessio facta est in exequutione eorum quæ pro-
2 missa fuerant, priuilegium † concessum etiā subdito non posse reuocari, Bal. in l. qui se patris nu. 10. uersicu. hoc scias C. un. lib. Castren in d. l. digna uox. num. 6. cum hijs quæ accumulauit Dec. cōsil. 286. num. 4. uersicu. sed tamen hijs & similibus non obstantibus, præcipuè ubi directum uel utile dominium translatū est in accipiente, Castren. ubi supra Fel. in c. nouit num. 8. de iud. Et princi-
3 pem † rem alicui donatam uel concessam alteri etiam motu proprio concedere non posse, nisi dicat ca⁊eali prima concessione non obstante, Bartho. in l. fin. C. de locat. prædio. ciuil. lib. 11. Mart. Lauden. in tract. de principe q. 346. & priuilegium
4 † exigendi gabellas quando transiuit in pactum uel contractum non posse reuocari, Bertach. in tract. de gabell. par. prima num. 24. Item traddidere priuilegia posse reuocari gloss. fin. in cap. decet de reg. iur. in 6. & priuilegium immunitatis concessum subdito posse per principem reuocari, Fel. in d. c. nouit num. 8. uersicu. aut uero per priuilegium non fuit quæsitum &c. Et priuilegium gratuito concessum posse quandocunque tolli. Bald. in d. l. qui se patris, & principem posse dispensationem suam reuocare pro tempore futuro. Bald. in l. fin. de senato. ex quibus uidetur concludi concessionem factam à Duce Co. Antonio cum transiuit in contractum, & cum facta fuerit ob expensas factas ab ipso Comite pro defensione castri Ducis & ob relaxationem quorundam aliorum bonorum, & ideo gratuita dici non possit, nullo modo de iure potuisse per ipsum reuocari, neque datia & alia concessa eidem Comiti alteri concedi, & eo magis cum per literas, quibus concessa fuit exemptio Pompeo non appareat Principem uoluisse quicquam facere de plenitudine, qua in dubio nunquam pr⁊sumitur uelle uti, ut asseruere plures relati per Ias. in l. quamquam nu. 2. C. de testam. mil. & qua utendo non potest tollere ius quæsitum ex contractu d. c. primo ubi multa accumular, Fel. de prob. Castren. in l. digna uox. C. de legib. Item concludi uidetur exemptionem & immunitatē à datijs gratuito, & ex mera principis liberalitate concessam Pompeo potuisse per ipsum quandoque reuocari.

C A S V S VII.

¶ Homines uillæ Sabanellæ expullerunt è Tribunali prætorem deputatum à feudatario dicti loci Feudatarius cœpit criminaliter procedere, opponunt homines, illum non fuisse prætorem legitimum, attento quòd feudatarius absque communis consensu non potest deputare prætorem secundum antiquam huius uillę consuetudinem.

Quærunt

Quærunt homines, an feudatarius ſit iudex cõpetens, & cognitio ſpectet ad ipſum & an ubi ipſi declinent iuriſdictionem, Feudatarius poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſditio.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non poteſt eſſe iudex ubi eſt contentio inter dominum & uaſallum.*

2 *Dominus quando eſt habiturus commodum uel incommodum ex ſententia non poteſt ipſe cognoſcere etiam inter uaſallos.*

3 *Quæſtio ubi eſt de iuriſdictione nemo iudicat ſuam eſſe iuriſdictionem ſimpliciter.*

4 *Ordinarius qui poſſit cognoſcere an ſit iudex competens.*

1 Ubicunque eſt † contentio inter dominum & Vaſallum, dominus non poteſt eſſe iudex §. præterea ſi inter de prohib. feu. alien. per Fed. nemo enim poteſt eſſe iudex in cauſa propria l. 1. C. nequis in ſua Can. propter quod Bald. In d. §. præterea num. 4. dixit, Si dominus dicit aliquem eſſe ſuum uaſallum, & ille neget dominum non poſſe cognoſcere, & Barth. in l. qui iuriſdictioni num. 2. de iuriſd. om. iud. ſcripſit Comites & Barones non poſſe cognoſcere uel alteri committere cauſam, quæ uertitur inter eos, &
2 eorum ſubditos. Et quando dominus † eſt habiturus commodum uel incommodum, ex ſententia non poteſt ipſe cognoſcere etiam inter uaſallos c. 1. an apud iud. uel cu. do. Bald. nume. 1. not. quando cauſa eſt præiudicialis domino, ex eo quòd ex ſua ſententia imminet ei fauor uel præiudicium; non cognoſcit dominus neque eius cu-
3 ria, & num. 3. ex Io. Andr. ſcribit † ubi quæſtio eſt de iuriſdictione, nemo iudicat ſuam eſſe iuriſdictionem ſimpliciter, idem uult Tex. in cap. 1. de inueſt. in ma. fact. ubi not. Bald. in princ. & poſteriores omnes: quæ in propoſito caſu uidentur concludere Feudatarium nõ poſſe cognoſcere huiuſmodi cauſam, in qua an homines delinquerint pendet à iure & facultate feudatarij, an ſcilicet potuerit deputare prætorem abſque conſenſu communis, nec etiam poſſe cognoſcere an ſua ſit iuriſditio, ſed iudex ordinarius cognoſcet de huiuſmodi exceptione ut poſt alios quos refert, tradit Cur. in trac. de feu. in 7. par. q. 7. & id quod
4 dicitur † ordinarium cognoſcere an ſit iudex competens l. ſi quis aliena de Iud. procedit in ordinario generali non in feudatario qui eſt ordinarius inter aliquos gloſſ. in dicto. cap. primo in fin. de inueſt. in mar. fact.

CASVS VIII.

¶ Nicolaus acquiſiuit feudum pro ſe & deſcendentibus maſculis, deceſſit relictis Scipione & Annibale filijs, qui mortuo patre diuiſerunt bona paterna: Scipioni obuenerunt bona quædam allodialia, Annibali obuenit feudum, & alia bona quædam allodialia. Scipio poſt mortem patris conſumpſit maiorem partem bonorum & deceſſit relicto Cæſare filio.

¶ Quæritur an Cæſar, qui Scipionis patris hæreditatem repudiauit, poſſit dimidiam partẽ feudi à Nicolao acquiſiti contra Annibalẽ uendicare.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes aliorum fratrum quandiu ſupereſt aliquis ex maſculina linea eius cui feudum in partem obuenit non poſſunt admitti.*

2 *Feudum indiuiſione poteſt aſſignari uni ex fratribus neque eorum deſcendentes poſſunt contrauenire.*

3 *Renunciatio de feudo antiquo iuncta a patre quando noceat filijs.*

4 *Paria ſunt quòd diuiſio fiat à iudice ut à partibus.*

Propoſitam quæſtionem decidere uidetur Text. in c. 1. de nat. ſuc. feu. in fin. in uerſicu. his deficientibus, ut ſcilicet donec ſuperſit aliquis maſculus ex linea Annibalis, non poſſint deſcendentes Scipionis ad feudum aſpirare, qui text. loquitur in feudo paterno & nullam facit differentiam, an deſcendentes eius cui non obuenit feudum ſint patris hæredes, uel nõ, idem ſuadet text. in c. ſi quis miles in tit. conſtit. Loth. Imper. ubi mortuo milite, relicto filio & fratre, filius in feudo antiquo ſolus ſuccedit: hinc Ca-
1 ſtren. conſil. 50. uol. 2. aſſeruit † quandiu ſupereſt aliquis ex maſculina linea eius, cui feudum in partem obuenit non poſſe deſcendentes aliorum fratrum admitti, idem ſentire uidentur gloſſ. Bar. Bald. Caſtr. & alij in l. ſi familiæ C. fam. herciſc. uolunt enim quòd ſi uni fratrum obueniat feudum, alteri allodium, & is, cui obuenit feudum, moriatur relicta ſolùm filia fœmina, poſſe alterum fratrem & eius filios uendicare feudum, ex quo præſupponunt ſecus eſſe, ſi ille moriatur cum filio maſculo, & ſi fœmina deſcendens ex eo, cui obuenit feudum non poteſt contrauenire diuiſioni, gloſſ. & Doct. in d. l. ſi familiæ. idem quoque uidetur dicendum de filijs maſculis eius, cui obuenit allodium l. fin. de accepril. Ad hæc in diuiſio-
2 ne † feudum poteſt aſſignari uni ex fratribus §. omnes ſi de feu. fuer. contro. neque eorum deſcendentes poſſunt contrauenire. Alex. conſil. 50. nu. 5. lib. 6. ubi loquitur etiam in caſu, quo non ſint hæredes, & ſi deſcendentes diuidentium, qui non eſſent eorum hæredes poſſent contrauenire fruſtra lex concederet feudum in diuiſione aſſignari
3 uni, & licèt † renuntiatio patris de feudo antiquo conceſſo pro accipiente & liberis non obſit filio. Bald. Ang. & Caſtr. in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui de leg. primo. Id tamen non uidetur procedere in renuntiatione ſeu alienatione neceſſaria ut eſt illa quæ fit per diuiſionem l. ſi pignori §. pri-
4 mo fam. hereiſ. Paria † enim ſunt ꝙ diuiſio fiat à iudice uel à partibus l. 1. C. ſi in cau. iud.

CASVS IX.

¶ Gabriel conduxerat per nouem annos ab eccleſia maiori prædia quædã, ſub annua penſione

librarum

libratum centum: deinde anno.1468.ab eadem accepit ea in emphyteusim perpetuam sub annua pensione librarum centum sexaginta & cum obligatione plantãdi uites: Anno.1547.insurgit prælatus nouus contra hæredes Gabrielis, dicens dationem in emphyteosim fuisse nullam: primò quia in damnum ecclesiæ, Secũdo quia in ea non interuenerunt solemnitates tractatus, & ex quibus causis fundet se plalis colligit ex infrascriptis.

§ Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota uel feudatarius quando præscribat ius emphyteoticum uel feudi & utile rei dominium.*

2 *Præscribi spatio 40.annorum excepta Romana ecclesia contra ecclesiam utroque iure constitutum est.*

3 *Emphyteoticum titulum qui habuit præsumitur fuisse bonæ fidei idem ex possessione longissimi temporis.*

4 *Bona fides non solum induci potest ex causis iustis sed etiam ex iniustis.*

5 *Prælatus succedens quando possit ex nimia læsione ad rescissionem agere.*

6 *Ecclesia quando non possit restitui.*

7 *Alienatio rei ecclesiasticæ duo requiruntur ad hoc ut ualeat.*

8 *Dammum contingens in re emphyteutica est emphyteutæ.*

9 *Patris iussum interueniisse præsumitur ex longa possessione.*

1 Constitutum est eum, qui tanquam emphyteota † uel Feudatarius rem aliquam possederit, & per longissimum tempus canonem soluerit uel seruitia præstiterit præscribere ius emphyteoticum uel feudi, & utile rei dominium §.si quis per triginta annos si de feu.fuer. contr.inter dom.&c. Bartho.in l. competit C. de præscript.trig.ann. Barth.num.3.uersicu.2.contra Dyn.Castren.num.2.Alex.num.6.Ias.nume.30.in lib.3.§.ex contrario de acquir.possess.Illud pariter 2 utroque † iure constitutum contra ecclesiam præscribi spatio quadraginta annorum excepta Rom. ecclesia contra quam præscribitur solùm spatio centum annorum,authen.quas actiones C.de sacrosan.eccl.c.ad aures,c.illud de præscript.Cumq; 3 Gabriel habuerit † titulum emphytheuticum præsumitur fuisse bonæ fidei l.pen.C.de euict. Barth. in l.celsus num.17.de usucap.Abb.in c.cum ecclesia num.de cau.poss.Idem præsumitur ex possessione longissimi temporis, per quam purgatur omnis præsumptio malæ fidei, Bartho.in l.fin.in fin.C.unde ui, præcipuè cum etiam ex cursu longi temporis præsumi bonam fidem asseruerint plerique quos refert Rip.in d.c.cum ecclesia nume. 4 99.quæ bona † fides non solùm induci potest ex causis iustis, sed etiam ex iniustis l.igitur §.& generaliter de lib.caus.& temerarijs, gloss.& Bald. in l.1.in fin.C.ubi caus.stat.Ias.l.clam possidere in 7.not.de acq.poss.Rip.in d.c.cum ecclesia nume. 100.& titulus etiam minus iustus probet iustam causam præscribendi, gloss.cap.si diligenti, c. de quarta de præscrip. Nec quicquam facit quòd 5 data enormi læsione † prælatus successor quandocunque potest ad rescissionem agere c.2. de re per mut.Io.Andr.in c.delictum de re ind.in 6. Illud enim procedit nisi sit præscriptum: nam licèt factum prælati alienantis non noceat ecclesiæ, negligentia tamen & taciturnitas prælati patientis rem præscribi nocet ecclesiæ & successori Io.And. in d.c.delictum gloss.in c.secundo de præscript. Et licèt ecclesia restitui possit contra præscriptionem secundum magis receptam opinionem glos. in auth.quas actiones, ubi latè Ias.nume.33.C. de sacros.eccl.gloss.in §.temporalibus in authen. de eccl.Tit.Abb. Felin.in c.1.de præscript. huiusmodi tamé restitutio datur infra solum quadrien6 nium à die læsionis. Neque ecclesia † potest restitui aduersus lapsum quadriennij, Felin.in d.c. 1.circa fin.num.12.ubi Abb.ex gloss. & alijs inquit, ecclesiam tunc posse agere contra prælatum, uel illius hæredes ad damnum, quod est passa ex lapsu temporis. Et si ecclesia uel prælatus diceret præscriptionem fuisse interruptam uel aliter, non potuisse currere, id probare debet c.illud de præscript. Sed & ualida uidetur inuestitura in Gabrielem anno 1468.facta: nam & si text. in c.1.de reb.eccl.non alien.in 6.ad hoc ut ualeat 7 † alienatio rei ecclesiasticæ requirit duo, quòd subsit euidens necessitas uel utilitas alienandi, & quòd interuenerint solennes tractatus. Tamen cum res extimari debeant secundum quantitatem redditum, qui ex eis percipiuntur, Barth.circa fin.Bald.num.25.in l.2.C.de rescind.uend.Ias.latè in l.si fundum per fideicommissum præsertim nu. 5.de leg.1.Bart.& Alex.in l.pretia rerum ad leg. Falc.& ex prædijs de quibus agitur perciperetur solùm ab ecclesia annuæ libræ centum, & data fuerint in emphyteusim sub annua pensione librarum centum sexaginta cum obligatione meliorandi & plantandi uites, apparet euidens ecclesiæ utilitas: & quamuis ex eis nunc possint ampliores reddims percipi, hoc non domino directo, sed 8 emphyteutæ prodesse debet: nam cum † omne damnum contingens in re emphyteutica sit emphyteutæ l.1.C.de iur.emph.pariter ad eundem spectare debet lucrum,l.secundum naturã de reg. iur.& cum euidentia rei superet omnes probationes, Bald.in rubr.de probat.in 1.col.in l.contra negantem in fin.C.ad leg.acquil.Ias.l.1.nu.10.de ope.no.nunt.& ex euidentia rei constaret de utilitate ecclesiæ, ulteriori probatione opus non erat, præter id quòd ex trium prælatorum relatione, qui retulerunt cedere in utilitatem ecclesiæ, si prædia de quibus agitur, darentur in emphyteusim sub annua pensione librarum centum sexaginta, apparuit euidens ecclesiæ utilitas, sicuti ex longa 9 † possessione præsumitur patris iussum interceßisse l.si filius C.de petit.hæred.Ita solennitas tractatuum & consensus capituli, qui requiruntur in alienatione rei ecclesiæ, præsumitur interuenisse Alex.cõsil.79.uol.1. Ad quod possent adduci quæ ponit Ias.in l.sciendum de uerb.oblig. nume.6 & quæ tradidere Alexand.& Ias.in l.qui in aliena in

prin.

prin.de acqui.hæred. Præter id quòd ex inſtrumẽto probatur interueniſſe tractatus ſolennes, & licèt in primo tractatu non appareat de citatione, cum tamen dicatur conuocato capitulo &c. intelligi debet legitimè ſcilicet præcedẽte citatione, uel ſono cãpanellæ, ſicut ſi dicatur in inſtrõ uel actis litem fuiſſe conteſtatam, intelligitur ſm iuris formam.ſ.per petitionem & negationem: & ſi dicatur ſnĩam pro mulgatã ſen tẽtialiter, intelligit ſm ordinẽ iuris, id eſt iudice ſedẽte ꝓ tribunali lectã, Bart.& poſteriores in d.l.ſciendũ. Ex quibus oĩbus uidetur & uires habere inueſtiturã in Gabrielẽ factam, & licèt uires non haberet, ius tñ emphytheuticũ & dñium utile ꝑdiorum de quibus agitur, fuiſſe ꝯ eccleſiã ꝑſcriptum, & ideo iure contra nouum archipresbyterum ſe poſſe tueri hæredes Gabrielis.

C A S V S X.

¶ Canonici eccleſiæ habentes ius decimandi partem territorij dictæ terræ, inueſtiuerunt dños prædiorũ ſubiectorũ decimæ partim in perpetuũ, partim uſq; ad uiginti noué annos, ſub annua pẽſionis uel cenſus ſolutione, exinde nundũ finitis inueſtituris ad tps factis inueſtiuerunt Iuliũ uſq; ad uiginti noué annos de decima & iure decimãdi annotata bona, nullo ꝓcedente tractatu, ad id expediret eccleſiæ abſq; Epiſcopi Diœceſani auctoritate, abſente Archipresbytero dictæ eccleſiæ, qui tñ ex poſt facto hmõi inueſtituram ratificauit. Appellarũt dñi prædiorũ primò inueſtiti ad Rom. Pont. & eandẽ & meliorem conditionẽ capirulo.

¶ Quæritur an inueſtitura in Iulium ualuerit, & iuſtè à capitulo facta fuerit aut fieri potuerit, & an domini prædiorum iuſtè appellauerint.

SVMMARIVM.

1. *Alienatio rei eccleſiaſticæ ut ualeat duo requiri.*
2. *Alienatio non ſeruata forma requiſita eſt ipſo iure nulla.*
3. *Locatio quæ conſtituit ius in re conductori uidetur alienatio.*
4. *Locatio quæ dicatur ad modicum tempus & quæ ad longum tempus.*
5. *Prælatus ſine capitulo nec capitulum ſine prælato poteſt alienare bona eccleſiæ.*
6. *Epiſcopus in alienatione rei eccleſiaſticæ debet ab initio interponere ſuam auctoritatem.*
7. *Conſenſus omnis qui ad aliquem pertinet ratione publici iudicij dicitur auctoritas.*
8. *Auctoritas debet in ipſo actu præſtari alias nihil operatur.*
9. *Conſenſus in alienatione rerum eccleſiæ qualis ſit præſtandus.*
10. *Contra proprium factum uenire quando quis poſſit.*
11. *Per contractum cenſus transfertur omne ius pro habet tradens.*
12. *Locata res etiam finita locatione quando non poſſit alteri concedi & locati & num. 13.*

1 ALienatio rei eccleſiaſticæ non † ualet, niſi duo concurrant, neceſſitas, uel euidens utilitas alienandi & ſolemnis tractatus ſuper alienatione c.1.de reb.eccl.non alienan.in 6.Innoc.in c.cum conſuetudinis de cõſuet.
Abb.Fel.& Dec.in c.q̃ eccleſiarũ in prin.de cõſtit.
quando eccleſia eſt collegiata, aliàs non requiritur
tract.Bal.in rub.C.de reſcin.uend.nu.2.& aliena-
2 tio † non ſeruata forma requiſita eſt ipſo iure nul
la.Abb.in c.nulli nu.7.de reb.eccl.non alien.Doc.
in d.c.q̃ in eccleſiarũ in prin.& non ſolũ eſt nulla
conceſſio in emphyteoſim facta in perpetuũ c.nul
li ext.de reb.eccl.ſed ẽt datio in emphyteuſim, ad
certum Tempus dũmodo non fiat ad modicum
Tempus clem.1.de reb.eccleſ.& locatio ad longũ
Tempus his non cõcurrentibus eſt nulla, Abb.d.
c.nulli nu.13.Bal.in l.quecunq; circa princ.C.de
3 bo.q̃ lib.Alex.cõſi.17.uol.4.hmõi.n.† locatio ui-
detur alienatio, cũ cõſtituat ius in re cõductori,
Bar.in l.pen.§.inſtituto de leg.2.Ab.in c.ad audien
tiã de reb.eccleſ.cõprobarunt plurimi quos refert
& ſequit Fel.in d.c.q̃ in eccleſiarũ nu.87.locatio
4 † aũt ad modicũ Tempus dr̃ ad nouem annos, ad
longũ Tempus dr̃ ad decimũ.Bart.in l.1.§.qđ aũt
de ſuperf.Bal.in d.l.quecunq; in prin.& plurimi
quos refert & ſequitur Alex.cõſi.17.in princ.in 4.
uol.ex quibus cõcludi vr̃ inueſtiturã à capitulo in
Iulium uſq; ad uiginti noué annos fuiſſe nullam,
Cum non appareat in ea interueniſſe ſolẽnes tra-
ctatus iuxta d.c.1.de reb.eccl.nõ alien.in 6.An ſci-
licet illa eſſet utilis eccleſiæ uel ne, cũ examine &
relatione teſtũ iuratorũ ſuper extimatiõne rei alie
nandæ, q tract.ſm Spec.in tit.de loc.§.ſequit uerſ.
& ſcias debẽt eſſe tres, & de his ſingulis fieri ſepa
ratũ inſtrm & ſm alios ſufficit unus, Gemi.in d.c.
1.poſt Io.And.in addit.ſpec.in loco ꝑallegato. Ad
5 hæc neq; ꝑlatus † ſine capitulo, neq; capitulũ ſine
prælato põt alienare bona eccleſiæ c.placuit c.ſine
exceptione 12.q.2.glo.in c.edoceri de reſcript.&
in alienatione rei eccleſiaſticæ requirit auctoritas
ſuperioris ideſt epiſcopi qñ eccleſia eſt illi imme-
diatè ſubiecta, uel alterius ꝑlati, q uices Epiſcopi
in eccleſia retinet, & in ea iura epiſcopalia habet
glo.clem.1.uerſ.non habeas reb.eccleſ.& in uerſi.
proprij, Abb.num.3.in c.1.de reb.eccl.non alien.
Auten.hoc ius porrectũ ubi Bar.nu.8.Caſtr.nu.3.
C.de ſacroſ.eccl.Alex.d.conſi.17. Nec quicq̃ facit
quòd Archipresbyter ex interuallo dictã inueſti-
turã ratificauerit & cõprobauerit, etenim ſi cõpro
bauit tanq̃ ſuperior & habens iura epiſcopalia *in*
in eccle.hmõi ratificatio nihil operata eſt, nam ex
Innoc.traddidit Bal.in c.edoceri nu.7.uerſ.duo de
6 reſcript.Epiſcopũ† ſeu aliũ ſuperiorẽ debere inter
ponere auctoritatẽ à principio, & in ipſo actu: &
ideo ſi capitulũ etiam præcedentibus tractatibus
fecit alienationem, demum epiſcopus ratificauit
& auctoritatẽ interpoſuit, alienationẽ nihilominus nullã eſſe, & idẽ Bal.in l.fin.§.neceſſitatẽ nu.
16.in fine & nu.17.C.de bo.q̃ lib.ex archid.ſcri-
pſit alienationibus rerũ eccleſiæ debere interueni
re epiſcopi auctoritatẽ contractus tempore, & aliter factam alienationem non tenere, ẽt quòd adſit

eccleſ.

eccle.utilitas, & idem in c.cum cõsuetudinis nu. 4.de consuet.dixit ubi res ecclesiastica non seruatis debitis solemnitatibus alienata est non posse habere locum ratificationem, & in l.quecunque in fine C.de bo.quæ lib.censuit prælati consensum ex interuallo non sufficere, nec quo ad alienationem nec quo ad ualidarum consensum alienare uolentium, quod & optima ratione ostenditur, episcopus seu alius habens iura episcopalia interponit consensum tanq̃ auctoritatem præbens alienationi gloss.in d.c.1.de reb.eccl.in 6.& Doct.sæpius allegati idem nolunt, & Fel.in d.c.edoceri
7 nu.9.uersi.limita, nã & oĩs † consensus qui ad aliquem pertinet ratione publici officij dicitur auctoritas ut ex Innoc.scripsit Bald.in l.fi.§.necessitatem nu.6.in fin.C.de bo.quæ lib. Cæterum au-
